SANCTI

HIERONYMI
STRIDONIENSIS OPERVM.
TOMVS VII.

CONTINENS COMMENTARIA SVPER PSALMOS

Quibus accessit Psalterium ipsum ex Hebraico ab ipso Hieronymo Latinitate donatum.

OPERA AC STVDIO
MARIANI VICTORII REATINI, EPISCOPI AMERINI, MVLTIS IN LOCIS AVCTA, ET EMENDATA.

OPERIS AVTEM CENSVRAM, QVA COMMENTARIOS HOS D. Hieronymi esse probatur, inuenies statim post sequentem Epistolam.



LVTETIÆ PARISIORVM,
Apud Bibliopolas vrbis Parisiensis Consortes.
M. DC. XXIII.



GREGORIO XIII.

PONTIFICI MAXIMO

MARIANVS VICTORIVS REATINVS, EPISCOPVS AMERINVS.




Dideram iam ex mandato Pij IV. Pont. Max. à multis erroribus expurgata tria prima D. Hieronymi volumina: cum morte illo ab humanis rebus subtracto, Pius V. qui ei in Pontificatu summo successit, vt cætera illius opera à mendis expurgarem, mandauit. Qua in re cum diu multumque per aliquot annos laborarim, & tres alios sanctißimi viri tomos, quibus eius Commentarij continẽtur, absoluerim: ille quoque ad perennem, felicemque alterius sæculi vitam vocatus, commigrauit. Cuius obitum ægerrime profecto boni omnes tulissent, nisi diuino quodam efflatu, & vno cunctorum Cardinalium consensu, statim Tu (quod nemini alij antea contigit veluti de illius manu summam rerum suscepturus, & tanquam magnus alter GREGORIVS *Ecclesiæ subuenturus, accessisses. Cuius quantæ semper fuerint, quantæque in posterum ad profectum fidelium futuræ vigiliæ sint, non tam nomine ipso præ te fers, quàm rebus ipsis ostendis. Sperant enim omnes per te restituendam fore Ecclesiam, & ad eam vitæ formam quæ primi illius* GREGORII *tempore fuerat (quo quidem præstantius, feliciusque nullum legitur) redigendam. Quam in spem cùm alij multis experimentis, quæ de virtute, prudentia, doctrina, & bonitate tua, cognita & explorata habent, deuenerint: Ipse certè ex congreßibus illis quos in emendando Gratiani Decreto sæpe sæpius simul habuimus, maximè omnium adducor. Didici enim ex his, quantum probitate, & iudicio cunctis præstes, quantumue ingenio cæteris antecellas. Diuina igitur quadam bonitate factum est, vt voluntatem animi mei erga Sanctitatem tuam maxime propensam, ostendere aliquo modo nunc possem. Supersunt enim adhuc tria alia volumina, inter quæ est hoc septimum Commentariorum in Psalmos: quod veluti alienum à Hieronymo, falso quidam amouerant: & amplius (quod omnium maximi facio) index, ingenti labore, maximisque vigiliis ex Hieronymi doctrina à me collectus: quæ Beatitudini tuæ dicare poßim. Postrema autem omnium licet hæc sint, & aliena à Hieronymo opera aliqua inter se admixta comprehendant, omnem tamen Hieronymi doctrinam indice (veluti Homerica illa nux Iliadem) in fine breuiter collectam continent. Cuius indicis quanta futura vtilitas sit, ex ipso facile omnes agnoscent: quippe cum non solum indicis, sed etiam adnotationum vicem præstet. Ego certe non absque diuina prouidentia factum reor, vt nouem volumina operum D. Hieronymi, computatis duobus, quæ illi adscripta sunt, tres per ordinem summi Pontifices æque per me emendata susceperint: Primus tria prima, Medius tria media, Postremus tria postrema. Qua de re eo lætior ego nunc sum, quo & ad operis finem peruenisse me video: & postrema illi dicantur, qui me postremo laborantem, ex magnitudine beneficentiæ, & liberalitatis suæ, quæ cunctos complectitur, & à laboribus eximere, & vltimos vitæ meæ annos, ætate iam, & valetudine grauescentes, sustentare, iuuareque præsidio aliquo poterit. Deus Opt. Max. Sanctitatem tuam ad totius Ecclesiæ vtilitatem diu nobis seruet incolumem.*



MARIANI VICTORII

REATINI, EPISCOPI AMERINI

Censura in septimum Tomum horum Commentariorum super Psalmos.



NIHIL humana in vita dificilius, quam veritatem inuenire; nihilque periculosius, quam coniecturis incertisque argumentis illam quærere, quæsitamque pro certo asserere, & inuulgare: præsertim vbi tempore, cuius filia veritas appellatur, illa obscuratur potius quam clarescit. Veterum Ecclesiæ procerum multa ingenij eorum sublimitatem testantia extant monumenta, plurima interciderunt, nonnulla ita mentitis titulis obscurata sunt, vt quem olim auctorem habuerint, quibusque conscripta temporibus sint, inueniri nequaquam possit. Hac autem in re tanto periculosius peccatum est, quanto ea, quæ ab inferioris classis hominibus conscripta sunt, doctis principibusque eloquentiæ viris adscripta fuerunt. Nullus ferme antiquorum patrum est, qui in hanc infelicitatem non inciderit, & qui suo nomine alienis operibus non legatur. Diuus autem Hieronymus eo amplius hac labe infectus est, quo ingenij illius sublimitas, doctrinæque magnitudo, ita mirabilem illum toti reddidit orbi, vt eum imitari certatim omnes contenderint. Hos Commentarios in omnes Dauidicos Psalmos Hieronymi fuisse, & à Hieronymo editos tota olim, nemine retrectante, antiquitas credidit: Inualescentibus deinde hominum ingeniis, mentisque aciem acrius intendentibus, doctrinæque gustum à saliua, non ab opinione diiudicantibus, cœptum est negari, quod antea pro vero asserebatur: vocataque in dubiũ quęstione, vtraque sententia propugnatores suos inuenit: eoque cõtendendo, dubitandoque progressum est, vt potius Hieronymi labores hos non fuisse, quam cuius illi auctoris fuerint, apud doctos eruditosque aliquos inualuerit. Rationes, quæ à Hieronymo opus diuellunt, Sixtus Senensis libro quarto Bibliothecæ sanctæ (vt Erasmum omittam) aliquot non inepte nec inerudite retulit. Nos alias nihilo imbecilliores inuenimus: sunt autem illæ huiuscemodi. Primo, auctor posthabito historię sensu, ipsiusque literæ expositione, contra ipsius Hieronymi perpetuo retentam consuetudinem, omissa in solis allegoriis tropologiisque versatur: de Christo & Ecclesia cuncta mystice tantum interpretans, Hebraicam deinde Græcamque eruditionem, qua omnia D. Hieronymi opera scatent, nullam ferme admiscet: & sicubi eam interponit, aliunde quam à fonte petitam, & mutuo potius ab aliis acceptam, quam à se ipso proditam, videtur. Tertio multa in his Psalmis auctor interpretatur, quæ cum expositione Hieronymiana, quam alibi ille prodidit, ex diametro pugnãt: veluti cum Psalmo 104. Cynomyam, caninam muscam exponit: cum tamen Hieronymus in fine Epistolæ ad Suniam, & Fretellam κοινομυίαν Cœnomyam magis legat, & omne muscarum genus interpretetur, in quem sensum παμμυίαν, id est, omnimodam muscam Aquila vertit. & 8. Exodi capite legitur: Quod si non dimiseris eum, ecce ego immittam in te, & in seruos tuos, & in populum tuum, & in domos tuas omne genus muscarum: & implebuntur domus Ægyptiorum muscis diuersi generis. Psalmum octuagesimum nonum, cuius initium est: Domine refugium factus es nobis, Moysi esse, & à Moyse editum vna cum aliis decem sequentibus, Hieronymus, dum illum ad preces Cypriani presbyteri exponit (inuenies autem eum volumine tertio, Epist. 139.) multis contendit. Horum autem Commentariorum auctor Moysi eum esse apertè inficiatur: in expositione Psalmi decimitertii testimonium Pauli in tertio capite ad Romanos, quod Hieronymus in procemio libri decimisexti super Esaiam, ex Esaia sumptum asserit, hic ex Deuteronomio acceptum asseuerat. In Psalmo sexagesimo secundo, eo versu, vbi nos legimus: Quàm multipliciter tibi caro mea, hic auctor nihil amplius addit, cùm tamen Diuus Hieronymus expositione super 16. & 44. Ezechielis caput, iuxta alia exemplaria asserat legi: Quomodo consumpta est, siue contabuit caro mea. Et ne lectorem longius traham, quantum horum Commentariorum expositio ab ipsius Hieronymi expositione interdum dissideat, non solam

lum ex Pſalmis 44. 89. & 126. quos tertio volumine à Hieronymo expoſitos inuenies, ſcire quis poterit: verum multo amplius, certiuſque ex indice, quem nos ex locis Pſalmorum ab ipſo Hieronymo ſparſim interpretatis in vnum collegimus, deprehendet. Quarto phraſis ipſa, & dictionis genus, quod iſtis Commentariis continetur, ita à Hieronymiano ſtylo diſſidere videtur, vt Hieronymi opus eſſe nemo in illius lectione exercitatus affirmare certo poſſit. Nam prẹter quod per Homilias Pſalmos exponit, & conciſo dictionis genere contra Hieronymi conſuetudinem vtitur, excurrit ſẹpe in concionum formulas, & auditores ineptis verborum repetitionibus interpellat, maioremque Pſalmorum partem, prece aliqua ad Deum fuſa concludit. Pſalmum 118. vti longiſſimum tribus Homiliis ſe expoſiturum pollicetur, & in expoſitione 111. Pſalmi, hora ſe iam excludi à perſequenda expoſitione aſſerit. In fine Pſalmi 142. ſe Pſalmos per Homilias interpretarum etiam eis qui Latinam linguam ignorabant, oſtendit. Dum primum Pſalmum interpretatur, ait apud Hebrẹos primum & ſecundum Pſalmum eundem eſſe, idque in Apoſtolorum Actis comprobari prodit, cum tamen Act. 13. Paul. dicat: Et nos vobis annuntiamus eam, quẹ ad patres noſtros repromiſſio facta eſt: quoniam hanc Deus adimpleuit filiis noſtris, reſuſcitans Ieſum, ſicut & in Pſalm. 2. ſcriptum eſt: Filius meus es tu, ego hodie genui te. In Pſalm. 118. ſub litera Nun legit, Anima mea in manibus tuis ſemper: ſecundum quod Græce apud vulgata exemplaria legitur, mox ſubdit & in alio loco dicit: Anima mea in manibus meis: tanquam alio in loco teſtimonium iſtud reperiatur, cùm tamen non alibi illud ponatur, ſed ipſe idem locus diuerſè ſcribatur ſcilicet, vel in manibus meis, vel in manibus tuis. De qua re Hieronymus ad Suniam, & Fretellam ita ſcribit: Anima mea in manibus meis ſemper, & legem tuam non ſum oblitus. Pro quo in Græco legiſſe vos dicitis ἐν ταῖς χερσί σου, id eſt, anima mea in manibus tuis ſemper. Sed ſciendum eſt & apud Hebrẹos, & apud Septuaginta & apud omnes alios interpretes ſcriptum eſſe, in manibus meis, & non in manibus tuis: quod Hebraice dicitur בכפי: & omnes apud Græcos Eccleſiaſtici interpretes iſtum locum ſic ediſſerunt & eſt breuiter hic ſenſus. Quotidie periclitor, & quaſi in manibus meis ſanguinem meum porto: & tamen legem tuam non obliuiſcor. Hieronymi ſimiliter opus non eſſe oſtenditur, ex eo quod in expoſitione Pſalmi decimiſexti, dum interpretatur verſiculum illum: De abſcõditis tuis adimpletus eſt venter eorum, Eucherium citat: cum tamen Eucherius Lugdunenſis Eccleſiẹ Epiſcopus, poſterior aliquanto Hieronymo fuiſſe credatur: vtpote qui Petronio Bononienſi antiſtiti, vt ipſe in Epiſtola ad Valerianum teſtatur, ſynchronos floruerit, anno Chriſti CCCCXXVII. Quamobrem Hieronymus nec in Catalogo, nec alibi Eucherii meminit. Sub initium Commentarii in Pſalmum 132. ait ſe fratrem ſecularem habere (fuit enim monachus horum Commentariorum auctor) cùm tamen Paulinianus Hieronymi frater, quem ſolum eum habuiſſe proditur, presbyter fuerit. & ab Epiphanio Salaminæ Cypri Epiſcopo, Diaconatus, & Presbyteratus ordinem ſuſceperit. In enarratione eiuſdem Pſalmi, ait non eſſe illius temporis de ſacerdotalibus dicere veſtimentis. cum tamen D. Hieronymus de illis doctè, copioſeque ad Fabiolam ſcripſerit, ſuoſque illos labores, nihil retractans, ſæpe referat, vt facit in Commentariis ſuper Ezechielem capite 9. & 44. Hieronymus omnes ſuos labores modo Paulẹ, & Euſtochio: modò Euſebio, & Exuperio, modò aliis dicat. Auctor autem horum Commentariorum neminem, cui illos inſcribat, in prooemio nominat: Imo hominis opus eſſe, qui ex Origenis expoſitionibus, aliquibus additis, aut detractis, illos collegerit: & inſtar eorum qui orbem ipſum in breui tabella depingunt, quicquid ille in tomis vel Homiliis late diſſeruit, in anguſtum commentariolum retulerit, ex eodem prooemio clare diſerteque apparet. Qui autem contrarium aſſerunt opinionem, & Hieronymi opus eſſe magis contendunt, Auguſtini teſtimonium proferunt. Ille enim Hieronymum ſuper Pſalmos ſcripſiſſe dilucide aſſeuerat: quod ipſum prodit etiam ipſe Hieronymus. Dum enim tertium Abacuc caput interpretatur, & quid Sela, quod Septuaginta Diapſalma verterunt, ſit, tractat, ita ait: De Diapſalmate quod Hebraice dicitur סלה in Pſalterio plenius diſputatum eſt: de quare Pſalmo quarto ab auctore horum Commentariorum per tractatum fuit. Ipſe autem Hieronymus in Epiſtola ad Marcellam, quæ eſt 138. latius de hac re diſſerit. Rurſus prooemio in Malachiam Prophetam ita ſcribit: Tempus quoque, tituluſque conueniunt, quod & in Pſalmis diximus: qui titulos non habent, eorum eſſe credendos, quorum priores Pſalmi nominibus prænotati ſunt. Verum hoc alterum argumentum contrariam potius aſtruit opinionem: quippe cum hoc ipſum nequaquam in his Commentariis ſcriptum reperiatur, ſed potius in expoſitione Pſalmi octuageſiminoni ad Cyprianum presbyterum: quam tertio volumine Epiſtola 139. legere poteris. Magnum autem pro hac ſententia argumentum eſt, quod in expoſitione ſecundi Pſalmi, dum interpretatur illum verſiculum, Apprehendite diſciplinam, auctor horum Commentariorum ita ſcripſerit: Pro eo quod in Græco dicitur δράξασθε παιδείας, in Hebræo legitur נשקו בר: quod interpretari poteſt, Adorate filium. Apertiſſima itaque de Chriſto prophetia, Adorate filium; ne forte iraſcatur Dominus, hoc eſt Pater. Hanc autem Hieronymi verſionem interpretationemque eſſe, negari non poteſt, ipſomet Hieronymo libro primo aduerſus Rufinum ita hac de re prodente: illud quoque carpere dicitur, quod ſecundum Pſalmum interpretans, pro eo quod legimus in Latino, Apprehendite diſciplinam, & in Hebræo volumine ſcriptum eſt נשקו בר, dixerim in commentariolis meis, Adorate filium: & rurſum omne Pſalterium in Romanum vertens ſonum, quaſi immemor expoſitionis antiquæ, poſuerim, Adorate pure. Quod vtrique ſibi eſſe contrarium omnibus patet: & reuera ignoſcendum eſt ei, ſi ignoret linguẹ Hebraicæ veritatem, qui interdum & in Latinis hæſitat, נשקו (vt verbum de verbo

interpretet) προσκυνήσατε, id est, deosculamini, dicitur. Quod ego nolens transferre putidè, sensum magis secutus sum: vt dicerem, Adorate. Quia enim qui adorant, solent deosculari manum, & capita submittere, quod se beatus Iob elementis & idolis fecisse negat, dicens: Si vidi Solem cùm fulgeret, & Lunam incedentem clarè: & lætatum est in abscondito cor meum, & osculatus sum manum meam ore meo: quæ iniquitas maxima est, & negatio contra Deum altissimum: & Hebręi iuxta linguæ suę proprietatem deosculationem pro veneratione ponunt, id trāstuli quod ipsi intelligunt, quorum verbum est, בר. Bar autem apud illos diuersa significat. Dicitur enim filius, vt est illud Bar-Iona filius Columbæ, & Bartholomæus filius Ptolomæi, & Barthimæus, & Bariehu, & Barabbas, Triticum quoque & spicarum fasciculus, & electus ac purus. Quid igitur peccaui, si verbum ambiguum diuersa interpretatione conuerti? & qui in commentariolis, vbi libertas est differendi, dixeram, Adorate filium, in ipso corpore, ne violentus viderer interpres, & Iudaicę calumniæ locum darem, dixerim, Adorate purè, siue electè. quod Aquila quoque & Symmachus transtulerunt. Quid ergo Ecclesiasticæ fidei nocet, si doceatur lector, quot modis apud Hebræos vnus versiculus explanetur. Hactenus Hieronymus. Opus autem Hieronymi esse illud quodque confirmat, quod in expositione primi Psalmi auctor asserit se in Cæsariensi Bibliotheca (in qua versatum Hieronymum nemo ignorat) Origenis exemplar de Psalmis vidisse, quod ipsiusmet Origenis manu exaratum fuisse in expositiooe quarti Psalmi demonstrat. Fuisse autem Hierosolymis quoque auctorem, ex Psalmo 119. clarè apparet. Congruit quoque auctoris tempus cum Hieronymi tempore: Vixit enim quadringentis annis à Christo nato: & si quadraginta pro quadringentis Psalmo 108. dum exponit, Non sit illi adiutor, in impressis antea codicibus legeretur. Loquens autem de tempore suo Hieronymus ita in expositione tertij capitis Oseę scribit: Post passionem Domini Saluatoris vsque in præsentem diem, paulominus quadringentesimus annus expletur: & quantum temporis resideat vsque ad diem indicij, nec angeli nouerunt, nec filius. Congruit etiam professio, quippe cùm auctor horum Commentariorum monachus, sicut Hieronymus, fuerit: quod ipsum tum alibi, tum ex interpretatione Psalmi 119. & 132. clarè apparet. Citat etiam, quæ stata Hieronymi consuetudo est, sæpe non solum Septuaginta, sed etiam Aquilam, Symmachum, & Theodotionem, interdumque quintam, & sextam editionem. Addo quod in expositione Psalmi 133. dum enarrat versiculum illum, Qui statis in domo Domini (loquens de Arrianis, vt reor) ita ait: Cęterum ante annos quindecim, aut viginti, parietes omnes hic Ecclesiarum hæretici possidebant: Ante viginti enim annos omnes Ecclesias has hæretici possidebant: quod tempus cum Hieronymi tempore maxime congruit. Exponens quoque Psalmum 76. idipsum prodit de Asaph, quod Hieronymus Matthęi 13. scribit: scilicet, quod pro Asaph Esaias scriptum esset, vbi dicitur, Vt impleretur quod dictum erat per Esaiam Prophetam dicentem: Aperiam in parabolis os meum: eructabo abscondita à constitutione mundi. Quod quia in Esaia non reperiebatur (Asaph enim nomen ignotum erat) abrasum Esaiæ nomen fuit: sunt autem verba ista in Psalmo 77. qui ab Asaph editus, Asaph nomine inscribitur. Pro eadem sententia facit, quod commentariorum horum auctor semper fere Septuaginta, rato ipsius Hieronymi interpretationem citat. Aliquando vtramque simul admiscet: quod facile ex locis testamenti veteris, dum eos in medium profert, agnoscere quis poterit. His aliisque rationibus in medium adductis, quęnam verior sententia sit, doctis viris minime adhuc compertum. Quę res in causa fuit, vt inter genuina Hieronymi opera, quę sex voluminibus comprehensa sunt, & inter aliena ab eo quæ duobus postremis tomis clauduntur, hoc super Psalmos volumen, ex sententia felicis memorię Pij V. summi Pontificis, cuius mandato hi omnes labores à nobis insumpti sunt, veluti dubium locaretur. Si quis tamen sententiam meam scire concupiscat? audiat me illius esse opinionis, Commentarios istos Hieronymi esse: stylum autem propterea variare, saliuamque hominis non esse eandem quę in cæteris illius operibus gustatur, quia per Homilias ab alio expositione collecta, non scripto sint enarrati. Monachis enim qui in Bethlehem Domino seruiebant, illos exposuit: sic autem editum fuisse opus, ex ipsomet multis in locis clare apparet. Quod autem verbo non scripto emittitur, quin in multis ab iis quæ scriptura diligenter produntur, dissideat, nemini ambiguum esse puto. Non enim potest quis, dum extemplo orationem fundit, eum dictionis tenorem seruare quem custoditis qui sedulo ac pręmeditate conscribit. Scripturæ etiam testimonia varie, dum memoriter ea refert, huiusmodi enarrator vsurpat: locaque ipsa scripturæ diuersæ ab eo quod alibi factum sit, sępe interpretatur. Spiritus enim sanctus vno fine scripturæ expositionem non claudit: sed ad animarum profectum modo vnam suggerit, modo aliam. Quod si in his Commentariis diuersa interdum probantur ad eis quę alibi à Hieronymo prodita sunt, hoc expositionem ipsam Hieronymi esse, propterea minime infringit. Quis enim veterum patrum est quidem testimonium diuersè interdum non interpretetur? & qui modo vnius opinionis fuerit, alterius postea factus non sit? Eucherius quoque, & si iunior aliquanto Hieronymo fuerit, eodem tamen vixit tempore: nec abhorret à vero, vt quod ille iuuenis scripserit, senex iam Hieronymus recensere potuerit: nisi forte, quod sępe accidit, adiectum ab alio illud testimonium fuerit. Parumque refert, quod nec in Catalogo, nec alibi de Eucherio Hieronymus meminerit: quando alios multos scriptores ab eo in Catalogo, vti est Diuus Augustinus, omissos, constat: idque accidit, vel quia eorum opera minime legerit, vel quia post editum Catalogum in eius manus illa peruenerint. Futilia sunt cętera argumenta, quę à Hieronymo opus diuellunt. In Psal-

mis

... s enim mysticus potius sensus, quam historicus quærendus est: Propterea mirum non est, si historicum sensum in his Commentariolis Hieronymus omiserit, & si per Homilias eos exponens precibus ad Deum fusis illos sæpe concluserit. Nec verum est, varias interpretationes, linguarumque diuersitatem raro eum admiscuisse: constat enim ex ipso opere contrarium, & si vulgatam tantum tunc Septuaginta editionem ille interpretari rationabilius esse duxerit, quã ignotas Monachis alias admiscere. Frater quoque illius Paulinianus, & si presbyter fuerit, non erat forte presbyter cum id diceret Hieronymus: aut alium in sæculo habebat fratrem, quem nos ignoramus. Simili facilitate refellitur quod de Cynomyia de testimonio ex Deuteronomio accepto, item de vestibus sacerdotalibus dicitur: sunt enim hæc, & huiusmodi argumenta; quę ea facilitate refelluntur qua etiam dicta sunt: imo potius indigna quæ tam sanctum ac eruditum opus; dignumque quod Hieronymo adscribatur, in dubium vertant. Potuit enim animaduertere postea non Cynomyiam, sed Cœnomyiam legendum esse, & testimonium quod putauit ex Deuteronomio acceptum, sumptum potius fuisse ex Esaia. Et quatenus ad sacerdotales vestes pertinet, de eis adhuc illum non scripsisse propterea ue nullam de hoc libro mentionem egisse. Accedit ad sententiam nostram, quod auctor mentionem non facit nisi de illis hæreticis qui ante Hieronymum vixerunt: vtputa de Arrianis, Eunomianis, Macedonianis, Nouatianis; Manichæis, Marcionitis, & similibus: & ex auctoribus testimonia non profert, nisi eorum quorum proferre solet ipse Hieronymus, euiusmodi est Origenes, Lactantius, Hilarius, & Iosephus, cuius ἀρχαιολογίας vt Hieronymus alibi, libros nominat. Et (quod maxime me mouet) in Bethlehem auctorem horum Commentariorum degisse, ex nonagesimi quinti Psalmi expositione colligitur: Vt omittam Commentarios istos Hebraicæ Græcæque eruditionis splendoribus multis in locis illustratos: satisque ex illis apparere, eorum auctorem harum linguarum peritiam optime calluisse. Falsum præterea est, horum Commentariorum expositionem ab expositione D. Hieronymi alibi de Psalmis prodita, dissidere: variat enim interdum potius, non autem dissidet: Imo potius ex Commentario Psalmi 12. apparet, auctorem eadem prodidisse de illis versibus quos is Psalmus in Hebræo non habet, quod Hieronymus alibi prodidit. Et ex fine Psalmi quadragesimi constat, eadem auctorem tradere de partitione Psalterii, quæ Hieronymus ad Sophroniũ Epistola 134. prodat. Eodem modo legere principium Psalmi 21. quo Hieronymus alibi legat. & Psalmo 41. ad Deum fortem viuum, non ad Deum fontem viuum, similiter vt Hieronymus, legere. Simili quoque modo legit in Psalmo 49. Ad domibus ἐλεφαντίνων eburneis, quod ille alibi eburneis, seu elephantinis dixit, & non à domibus grauibus. Item in Psalmo 123. legit, vt ipse Hieronymus alibi, Torrẽs pertransiit super animam nostram, & aquam ἀνυπόστατον, intolerabilem, seu quæ non subsistat, ex Aquila, Theudotione, & Symmacho: & in in 131. ex θήραν factum esse χήραν, id est, viduam: & in 145. Dominus σοφοῖ, id est, sapientes facit cæcos. Similiter ex veteri instrumento testimonia, vt Hieronymus profert, ex editione videlicet Septuaginta interpretum, vt est illud ex Genesi: Ipse obseruabit caput tuum, & tu obseruabis calcaneum eius: & ex Leuitico: Si incesseritis peruersi coram me, incedam & ego peruersus vobis. Et ex Cantico canticorum, Fratruelis, quod est Græce ἀδελφιδός, vt Hieronymus alibi semper. Item ex Esaia: Ego Ciuitas firma, Ciuitas quæ oppugnatur: & ex Prouerbus: Aquilo ventus durissimus, nomine autem dexter vocatur. Rursus ex Ecclesiastico: Beatus, qui in aures loquitur audientis, & cuncta alia similiter. Huius autem meæ sententiæ, ne temere quis inuentam eam existimet, auctorem habeo ipsummet Hieronymum, qui se Psalmos Septuaginta in conuentu fratrum, qui secum in Bethlehem Domino militabant, quotidie interpretari solitum, in libro secundo aduersus Rufinum his verbis prodit: Ergone contra Septuaginta interpretes aliquid sum locutus, quos ante annos plurimos diligentissime emendatos meæ linguæ studiosis dedi? quos quotidie in conuentu fratrum edissero: quorum Psalmos iugi meditatione decãto? tam stultus eram vt quod in pueritia didici, senex obliuisci vellem? Vniuersi tractatus mei horum testimoniis texti sunt. Commentarii in duodecim Prophetas, & meam, & Septuaginta editionem edisserunt. Hactenus Hieronymus. Quod autem ex Hebraico Psalterium ipsum Hieronymus verterit, non solum ipse Hieronymus libro secundo aduersus Rufinum id attestatur, verum etiam multo illustrius, pleniusque in Epistola ad Sophronium id prodit. De quo re D. Augustinus Epistola 140. ad Audacem, ita scribit: Psalterium à S. Hieronymo translatum ex Hebræo non habeo. Nos autem non interpretati sumus, sed codicum Latinorum nonnullas mendositates ex Græcis exemplaribus emendauimus. Hoc autem illud esse creditur, quod in fine huius septimi voluminis positum fuit, & ita pro eo à cunctis Hebraicæ linguæ eruditis citatur.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN COMNENTARIOS PSALMORVM

PROOEMIVM.

PRoxime cum Origenis Psalterium, quod enchiridion ille vocabat, strictis & necessariis interpretationib. annotatum, in commune legeremus: simul vterque deprehendimus, nonnulla eum vel perstrinxisse leuiter, vel intacta penitus reliquisse; de quibus in alio opere latißime disputauit: quo scilicet, non putaret rem magnam breui sermone concludere. Igitur pro familiaritate, quæ inter nos est, studiose & sedule postulasti, vt quæcunque mihi digna memoria videbantur, signis quibusdam potius quam interpretationibus adnotarem. Et quod solent hi facere, qui in tabella terrarum & vrbium situs pingunt, & latißimas regiones in modico spatio conantur ostendere: ita in Psalterij opere latißimo quasi præteriens aliqua perstringerem, vt ex paucis quæ tetigissem, intelligantur & cætera quæ omissa sunt, quã vim habeant atque rationem. Non quod putem à me posse dici quæ ille præteriit: sed quod ea quæ in tomis vel homiliis ipse disseruit, vel ego digna arbitror lectione, in hunc angustum Commentariolum referam. Psalterium Græcum est, & Latine organum dicitur, quod Hebræi נבל nebel vocant. Psalmus dicitur, eo quod à psalterio nomen accepit, vel pro psallendo. Quamuis Dauid omnes psalmos cantasset, tamen omnes psalmi in persona Christi pertinent: & qui prætitulati esse non videntur, apud Hebræos pro vno psalmo habentur. Nam per titulum intelligitur vniuscuiusque psalmi intellectus. Quid est titulus, nisi clauis? Vt ita dixerim in domum non ingreditur nisi per clauem: ita & vniuscuiusque psalmi intellectus per clauem, hoc est, per titulum intelligitur, in cuius persona cantatur: aut in persona Christi, aut in persona ecclesiæ, aut in persona prophetæ.

LIBER COMMENTARIORVM D. HIERONYMI PRESBYTERI IN PSALTERIVM.

PSALM. I.

PSALMVS I.

BEatus ᵃ vir qui nõ abiit in consilio impiorum. ᵇ Et in via peccatorum non stetit. ᶜ Et in cathedra pestilentiæ non sedit. ᵈ Sed in lege domini voluntas eius: ᵉ & in lege eius meditabitur die ac nocte. ᶠ Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum. ᵍ Quod fructum suum dabit in tempore suo. ʰ Et folium eius non decidet: ⁱ & omnia quæcunque fecerit, prosperabuntur. ᵏ Non sic impij, non sic: sed tanquam puluis, ˡ quem proiicit ventus à facie terræ.

ᵃIdeo

BEatus, ᵃ *&c.*] Quidã dicunt hunc psalmũ quasi præfationem esse Spiritus sancti, & ideo titulum non habere. Alij in eo qood primus sit ordinis sui habere principium, &
F
ϖλανασμὸν esse vitiom, cum primum dicere, ante quẽ nullus sit. Aliter. Apud Hebræos & primus, & secundus & vnus est psalmus: quod in apostolorum quoque Actibus comprobatur. Denique quia à beatitudine cœperat, in beatitudine desinit, dicens: Beati omnes qui confidunt in eum. Aliter. Beatus qui non cogitauit, nõ fecit, non docuit mala. Aliter. Beatus qui non est Iudæus, gentilis, hæreticus. Aliter: Tertullianus in libro de spectaculis, asserit hunc psalmum & de Ioseph posse intelligi, qui corpus domini sepeliuit, & de his qui ad spectacula gentium non conueniunt.

b ¶ *Et in via peccatorum, &c.*] Non dixit, & in via pecca-
Iob. 15. torum noo ambulauit: Hoc quippe impossibile est: quia nullus absque peccato, nec si vnius quidẽ horæ fuerit vita eius: nullum sine peccato dicit; sed in via peccatorum non stetit: hoc est, qui non perseuerauit in delicto, sed per pœnitentiam ad meliora conoersus est.

c ¶ *Et in cathedra pestilentiæ, &c.*] Pro pestilentibus in He-
Hier. 15. d bræo delusores habet: quod scilicet omnes discipulos peroersus doctor illudat. Vnde Hieremias: *Non sedi, ait, in consilio ludentium.*

d ¶ *Sed in lege domini, &c.*] Tribus duo retulit, vt habeat voluntatem, & voluntati iungat & studium.

e ¶ *Et in lege eius meditabitur, &c.*] Meditatio legis est, non solum in legendis scripturis, sed etiam in his quæ scripta sont faciendis. Iustus igitur siue manducat, siue bibit, siue dormit, in nomine domini omnia faciens, meditatur legem eius die ac nocte.

Prou. 3. c f ¶ *Et eris tanquam lignum quod plantatum est secus, &c.*] Pro plantatum, transplantatum Aquila transtulit. Lignum autem, cui vir beatus comparatur, sapientiam puto: de qua & Salomon loquitur: *Lignum vitæ est his qui sequuntur eam.* 1. Cor. 1. d Sapientia autem per Apostolũ Christus Dei filius declaratur. *Christum, ait, Dei virtutem & Dei sapientiam*: hoc est, Christo filio Dei, conformis vtique factos corpori gloriæ eius.

g ¶ *Quod fructum suum dabit,* 1. Cor. 15. c
&c.] Dabit enim fructum nõ H
quocumque tẽpore, sed præscripto: illo scilicet, cum deuictis potestatibus principatibusque tradiderit regnũ Deo Mat. 12. c
patri, cõformatus claritati corporis sui. Quod autem se arbo- Luc. 23. c
rem dñs dici voluit, ait: *Aut facite arborem bonam & fructum eius bonum.* Quod lignũ ita dixit: *Si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?*

h ¶ *Et folium eius, &c.*] Verba doctrinæ quæ ad salutem
gentibus proficiunt, iuxta illud Apocalypsis: *Et folia ligni* Apoc. 22
huius ad sanitatem gentium.

i ¶ *Et omnia quæcunque fecerit, &c.*] Iudæi hunc Psalmum dictum esse existimant de Iosia: quod solus inter prophanos reges, non abierit in consilio impiorum, sed sequutus sit legem Dei. Verum hoc qood modo lectum est, & omnia quæcunque faciet, prosperabuntur: non solum de Iosia, sed de nullo sanctorũ accipi potest: nisi fortè in futuro seculo. Melius igitur de eo intelligimus homine, qui à Saluatore nostro assomptus est atque saluatus, nõ quo alium assumpsisse, aliũ assumptum esse testemur, sed quo vnus atque idem filius Dei & filius hominis, qui ante sæcula verbum semper fuit, ipse postea & carnem est dignatus assumere.

k ¶ *Non sic &c.*] Id quod secundo dicitur, noo sic, in Hebræis voluminibus non habetur: sed ne in ipsis quidem LXX. interpretibus. Nã in exemplis Origenis in Cæsariẽsi bibliotheca legens, semel tantum scriptũ reperi. Inter impium & peccatorem hoc interest, qui impius est, negat Deũ: qui peccator est, cõfitetur & peccat. Sicut iustus vir comparatur ligno, sic ignis comparatur pulueri. Qui iustus est, ligno paradisi comparatur: qui autem impius est pulueri comparatur.

l ¶ *Quem proiicis ventus, &c.*] Puluis licet de terra sit, tamen desinit esse terra. Tã infelix erit impius, vt nec terrenus quidem sit puluis. Videtur quidem habere terræ substantiã, sed habet suam substantiam: nihil habet solidum, sed quod

A habet, ad pœnam habet. Huc illucq; dispergitur, nunquã in vno locu est: quocunq; ventus traxerit, illuc eius impetus dirigitur. Sic & impius, qui semel Deũ negauerit: quocunque illum aura diaboli traxerit, illuc errore perducitur.

[a]Ideo nõ resurgunt impij in iudicio.[b] neq; peccatores in consilio iustorum.[c] Quia cognoscit dominus viã iustorũ: [d] & iter impiorũ peribit.

PSALMVS II.

QVare[e] fremuerũt gẽtes, & populi meditati sunt inania.[f] Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum, aduersus dominum, & aduersus Christum eius.[g] Dirumpamus vincula eorum, & proiiciamus à nobis iugum ipsorum.[h] Qui habitat in cœlis, irridebit eos:[i] & dominus subsannabit eos.[k] Tunc loquetur ad eos in ira sua:[l] & in furore suo cõturbabit eos.[m] Ego autem[n] cõstitutus sum rex[o] ab eo[p] super Sion[q] mõtẽ sanctũ eius:[r] prædicãs præceptũ dñi.[s] Dñs dixit ad me, fili[t] meus es tu: ego hodie genui te.[t] Postula à me, & dabo tibi gẽtes hæreditatẽ tuã, & possessionẽ tuã terminos terræ.[u] Reges eos in virga ferrea:[x] tanquã vas figuli cõfringes eos.[y] Et nũc reges intelligite:[z] erudimini[a] qui iudicatis terrã.[b] Seruite dño in timore:[c] & exultate ei[d] cũ tremore.[e] Apprehẽdite disciplinã ne qñ irascatur dominus:[f] & pereatis de via iusta. Cum exarserit in[g] breui ira eius, beati oẽs qui cõfidunt in eum.

[i] ¶ Psalmus Dauid quando fugit à facie Absalom filij sui.

PSALMVS. III.

DOmine quid multiplicati sunt qui tribulant me, multi exurgunt aduersum me. Multi dicunt animæ meæ: non est salus ipsi

a ¶ *Ideo non, &c.*] Non dixit quia non resurgant, sed quia in iudicio non resurgant: iam enim de his præiudicatũ est.

b ¶ *Neque peccatores, &c.*] Si non resurgunt peccatores in consilio iustorum, diuersa est peccatorum iustorumque resurrectio.

c ¶ *Quia, &c.*] Nihil aliud cognoscit dominus, nisi quod notitia eius dignum est. Cognoscit quippe dominus eos qui eius sunt; & si quis nescit, nescietur. Et ad peccatores dicitur: *Discedite à me operarij iniquitatis, non noui vos.* Viam autem iustorum illũ puto esse qui loquitur: *Ego sum via.* De quo & propheta dicit: *Videte quæ sit via bona.* 2.Tim.2.d Mat.25.d Ioan.14.a Hier.6.b

d ¶ *Et iter, &c.*] Quã clemẽter, nõ impij peribunt, sed impietas.

PSALMVS II.

QVare, e *&c.*] Audaciæ est hunc Psalmum interpretari velle post Petrũ: imo de eo sentire aliud quam in Actibus apostolorum dixerit Petrus.

f ¶ *Astiterunt, &c.*] Non solum Herodes rex, sed etiam illi reges aduersus dominum constiterunt, quorum regna ei in puncto temporis diabolus ostendit.

B g ¶ *Dirũpamus, &c.*] Quatuor præcedentes versus, vel angeli vel prophetæ sunt loquuti: mirãtes quare humana temeritas aduersus Dei filium consurrexit. A quinto autem versiculo dominus ipse respondet, cohortans populũ gentilium, & omnes qui sibi ex Iudæis credituri sunt, vt legalia vincula dissoluant, & graue onus legis abiiciant: quod non potuerunt portare patres eorum, sed sequantur eum, cuius iugum suaue est, & onus leue. Act.15.c Mat.11.d

h ¶ *Qui habitat, &c.*] Per humanæ sermocinationis exẽpla, affectus Dei discimus: non quod ille quempiam derideat, sed quod nos derisu digna faciamus.

i ¶ *Et dominus, &c.*] Subsannatio propriè rugata fronte & contracto naso exprimitur. Absit itaque hoc, nos de Deo corporaliter existimare, quod etiam in grauibus viris quidam reprehensione dignum arbitrantur.

¶ *Tunc loquetur ad, &c.*] De ira Dei & Lactantius librum pulcherrimum scripsit, & ipse Origenes creberrimè disputat, non tam iram esse quàm necessariam correptionẽ, vt patris in filium, medici in ægrotum, magistri in discipulum. Ita autem patientibus videri potest: non quod Deus emendet iratus.

Rom.1.b l ¶ *Et in furore, &c.*] Sicut in epistola ad Romanos: *Reuelatur*, inquit, *ira Dei*, vt qui eam venturam intelligunt, studeant deuitare: ita & in præsenti loco benigne, non ait puniet, sed turbabit, vt absq; pœnis qui turbatus est corrigatur.

¶ *Ego autem, &c.*] Vox Christi.

n ¶ *Constitutus, &c.*] Pro parte carnis dicitur.

o ¶ *Ab eo, &c.*] Deo patre.

p ¶ *Super Sion, &c.*] Id est, super ecclesiam. Sion specula vitæ interpretatur.

Esa.2.a q ¶ *Montem, &c.*] Mons est ecclesia, vel ipse Christus, vt illud: *Et erit in nouissimis diebus præparatus mons domus domini in vertice montium.*

r ¶ *Prædicans præceptum, &c.*] Hoc est, doctrinam euangelij.

C s ¶ *Dominus dixit ad me, filius meus es tu: ego, &c.*] Iesus Christus est heri & hodie, & in æternum. Rectè autem ei qui natus est in tempore dicitur. Heb.13.

t ¶ *Postula à me, & dabo, &c.*] Ac si dicat: dum Iudæi te noluerunt recipere, oẽs gentes tibi venient in hæreditatem.

u *Reges eos, &c.*] In dura disciplina Romanorum. Vel per virgam ferream, disciplina intollerabilis: quia corda illorum tortuosa erant.

x ¶ *Tãquam, &c.*] Vas figuli antequam intestã fuerit obduratum, si dissipetur, reformabile est. Lege Hieremiam. Si autẽ semel testa fracta fuerit, nequaquam in integrum compingi potest. Verum *quæ apud homines impossibilia sunt, apud Deum sunt possibilia.* Figulus, Christus: vas, homo, vt est illud: *Sicut vas in manu figuli, sic vos in manu mea, dicit dominus.* Aliter: Confringitur in pœnitentia hic: vel in die iudicij in ignem. Hier.19.a Mat.10.d Ibid.18.a

y ¶ *Nunc reges, &c.*] Reges sæculi omnes, vel reges sancti apostoli, intelligite ista supra dicta.

z ¶ *Erudimini, &c.*] Hoc est, vosmetipsos, vel alios.

a ¶ *Qui iudicatis, &c.*] Sanctam ecclesiam.

b ¶ *Seruite &c.*] Timore dixit, vt elationem eis tolleret: quia reges eos appellarat.

c ¶ *Et exultate, &c.*] Vt eos iterum confortaret, vt illud: *Gaudete & exultate.* Mat.5.b

D d ¶ *Cum, &c.*] Vt cum tremore essent, id est, tremore corporis, & timore animæ.

e ¶ *Apprehẽdite, &c.*] Pro eo quod in Græco dicitur δράξασθε παιδείας, in Hebræo legitur נשקו בר naskubar, quod interpretari potest, adorare filium. Apertissima itaque de Christo prophetia, & ordo præcepti, adorate filium: ne forte irascatur dominus, hoc est, pater.

f ¶ *Et pereatis, &c.*] Iudæis qui noluerunt adorare filium iratus est dominus, & perierunt de via recta. Via iusti: vel recta Christus est. In via sumus, quando mandata Dei implemus. De via perimus, quando ab eis declinamus.

g ¶ *In breui, &c.*] Hoc est, in exitu vniuscuiusque hominis. Vel breui ira in die iudicij, vt illud: *Cum enim dixerint homines, pax & securitas: tunc veniet eis repentinus interitus.* 1.Thes.5.a

h ¶ *Beati omnes, &c.*] Non in hominibus, neque in semetipsis, sed in Deum. Iste Psalmus, vt præfati sumus, in beatitudinem terminatur, vnde superior incipit, & ideo apud Hebræos pro vno habentur.

i ¶ *Psalmus Dauid, &c.*] Iste Psalmus posterior est sequentibus plurimis: qui ad Saulis, videntur historiam pertinere. Antè siquidem Dauid à Saul est passus insidias, quã Absalom aduersus eum arma corriperet. Sed quia propositum ei erat, vt non tantum de se referret quæ passus est, quã vt per exemplum sui omnes homines instituerei: ideo primis secunda præposuit, vt tentationum ordinem doceat. Siquidem ante propter peccata corripimur, & postea propter virtutem probamur. In Dauid vero tentationum ordo mutatus est. Sub Saul persecutione, innocens fuit: sub Absalom manifestissimè criminis reus tenebatur Vria interfecto. Lege quinquagesimi Psalmi titulum, & intelliges eum iuxta ordinem priorem esse quàm tertium. 1.Reg.18. & seq. 2.Reg.15. & seq.

PSALMVS III.

DOmine quid multiplicati sunt qui tribulant, &c.*] Potest hic Psalmus & ad Dauid, & ad Christum, & per eum ad omnes sanctos pertinere.

a ¶ Exau-

E

Esa 16 c
Mi 4.a
Mat 5 c

a ¶ *Exaudiuit me de monte, &c.*] Montem sanctum puto vnigenitum esse filium Dei, ad quem in nouissimis diebus populi confluturi sunt: Esaia & Michea hoc ipsum vaticinātibus. Sed & de ecclesia intelligitur: quia non potest ciuitas abscondi super montem posita.

b ¶ *Ego dormiui, &c.*] Quasi somnus, inquit, & locus eius persecutio fuit.

c ¶ *Non timebo &c.*] Et Dauid potest hoc de Absalon & exercitu eius dicere, & dominus de Iudæis frementibus aduersum se & clamantibus *Tolle, tolle, crucifige eum.* Ioan 19 c

d ¶ *Quoniam tu percussisti omnes, &c.*] Percutit dominus & vineas alienigenarum in grandine, & Saluator qui pro nobis factus est omnia, percussus à patre scribitur. *Percutiam pastorem, & oues dispergentur.* Zach. 13. c Pro sine causa autem, maxilla legitur in Hebræo, id est, לחי lechi, Et quia maxillam præmiserat, consequenter infertur.

e ¶ *Dentes, &c.*] Respōdeāt ergo amici solius historiæ: quu modo Deus maxillam percutiet, & confringat dentes peccatorū pugilum contra se more certantium. Dentes peccatorum contriuisti. Principes Iudæorum: dentes vel heretici doctores, vel verba ipsorum.

f ¶ *Domini, &c.*] Hoc est, nō ab homine, sed à Deo. Ipse solus potest, & per ipsum à morte in vitam transire.

F

g ¶ *Et super, &c.*] Hoc est, populum Christianum.

h ¶ *Benedictio, &c.*] Populo credentium benedictionē infundit: transmittens eis Spiritū sanctum: vel in futuro quādo dicturus erit: *Venite benedicti patris mei, percipite regnū quod vobis paratum est ab origine mundi.* Mat. 25. c

ipsi in Deo eius. Tu autem domine susceptor meus es, gloria mea & exaltans caput meum. Voce mea ad dominum clamaui: [a] & exaudiuit me de monte sancto suo. [b] Ego dormiui, & soporatus sum & exurrexi: quia dominus suscepit me. [c] Non timebo millia populi circumdātis me: exurge domine, saluum me fac Deus meus. [d] Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa: [e] dentes peccatorum cōtriuisti. [f] Domini est salus: [g] & super populum tuum [h] benedictio tua.

¶ [i] In finem in carminibus, Psalmus Dauid.

PSALMVS IV.

CVm [k] inuocarē exaudiuit me Deus iustitiæ meæ, [l] in tribulatione dilatasti mihi. Miserere mei, & exaudi orationem meam. Filij hominum vsquequo graui corde: [m] vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium. Et scitote quoniam mirificauit dominus sanctum suum: dominus exaudiet me cum clamauero ad eum. Irascimini, & nolite peccare: quæ dicitis in cordibus vestris & in cubilibus vestris compungimini. [o] Sacrificate sacrificiū iustitiæ, & sperate in domino: multi dicunt, quis ostendit nobis bona. [p] Signatum est super nos lumen vultus tui domine: dedisti lætitiam in corde meo. [q] A fructu frumenti & vini eorum repleti sunt. In pace in idipsum, dormiam & requiescam. Quoniam tu domine singulariter in spe, constituisti me.

¶ [r] In finem pro ea quæ hæreditatem consequitur, Psalmus Dauid.

PSALMVS V.

VErba [s] mea auribus percipe domine: [t] intellige clamorem meum. Intende voci orationis meæ: [u] rex meus & DEVS meus. Quoniam ad te orabo domine: [x] mane exaudies vocem meam. [y] Mane astabo tibi, & vi-

G

p ¶ *Signatum est super, &c.*] In cuius facie lumen domini signatum est: iste reuelata facie gloriam domini contemplatur. Tale signum & in gementium frontibus in libro Ezechielis prophetæ notari dominus præcepit. Ezech 9. b

q ¶ *A fructu frumenti & vini eorum, &c.*] Id quod in plurimis codicibus inuenitur, & olei eorum, cum vetustū Origenis exemplum psalterij reuoluerem, quod ipsius manu fuerat emendatum: nec in Hebræo, nec in cæteris editionibus, nec apud ipsos LXX. interpretes reperi.

r ¶ *In finem, &c.*] De ecclesia quæ in fine & cōsummatione mundi hæreditatem cōsequutura est vniuersis nationibus Christo credentibus, Psalmus iste contexitur. Denique & ex persona eius oratio ad dominum dirigitur.

PSALMVS V.

VErba [s] *mea auribus, &c.*] Nullus habet hanc fiduciam nisi ecclesia. Qui peccator est, nō est ausus dicere: Verba mea aurib. percipe dñe: qui irascitur & maledicit, non est ausus dicere: Verba mea aurib. percipe domine: sed optat vt Deus claudat aures suas.

t ¶ *Intellige, &c.*] Clamor in scripturis non vocis, sed cordis est. Denique ad Moysen dicitur: *Quid clamas ad me?* cum Moyses ante nō clamasset. *Intellige clamorē meum.* Et Apostolus: *Clamantes in cordibus nostris, abba pater.* Vtique qui clamat, non in corde clamat, sed in lingua clamat. Et quomodo dicit Apostolus, clamātes in cordib. nostris? Quando igitur gemitus noster, & conscientia deprecatur, istum clamorem intelligit Deus. Vnde dicit & Hieremias: *Non sileat pupilla oculi mei.* Videte quid dicat: *Nō taceat pupilla oculi mei*: aliquādo pupilla oculi clamat ad Deū. Vtiq; si clamat, lingua clamat, nō pupilla oculi. Sed quo modo clamamus in cordib. nostris, quādo cū gemitu dominū deprecamur: sic quando lacrymas ad Deū fundimus, eo tempore pupilla oculi nostri clamat ad dominum. Exod. 14 d / H / Gal 4 b / Thren. 1 f

l ¶ *In fin.m, &c.*] In finem, id est, in Christo, *Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credent. In carminibus*, hoc est, in laudibus. *Psalmus Dauid*, hoc est, laus Christi. Rom 10. a

PSALMVS IV.

CVm x *inuocarem, &c.*] Incongruum est hoc de Dauid accipere: vt qui in superiori Psalmo propter occasionē Vriæ penè est interfectus à filio, nunc audeat dicere: Exaudiuit me Deus iustitiæ meæ. Totus itaque Psalmus ad Christum & per Christum ad iustos referendum est. Horum simile quid etiam Iacob locutus est, dicens: Exaudiet me cras iustitia mea.

l ¶ *tribulatione, &c.*] Licet mihi auxilium tuleris, & in tribulatione mea dilatasti mihi: tamen ego misericordia tua semper indigeo. Gen. 30. c

m ¶ *Vt quid diligitis, &c.*] Diapsalma. Verbum סלה sela, LXX. interpretes. Symmachus & Theodotio, diapsalma transtulerunt. Aquila verò, semper: & puto musici cuiusdā soni esse signaculum, aut certe perpetuitatem eorum quæ prædicta sunt iudicari, vt vbicumque sela, hoc est, diapsalma siue semper apponitur: ibi sciamus non tantum ad præsens tempus, verum ad æternum, vel quæ sequūtur vel quæ præcesserint pertinere.

n ¶ *Qua dicitis, &c.*] Quod in die cogitando peccatis, nocte expiate per lacrymas.

o ¶ *Sacrificate sacrificium, &c.*] Sacrificium Deo immolate iustitiam, & consequenter sperabitis in domino.

u ¶ *Rex meus, &c.*] Ille vere ausus est dicere, rex meus & Deus meus, cui non regnat peccatum in mortali corpore, Rex meus & Deus meus: quia regnas in me, & non regnat peccatum: propterea Deus meus es. Tu es Deus meus: quia nō est venter Deus meus: quia nō est aurū Deus meus: quia nō est libido De9 meus, Quoniā tu virtus es & ego cupio habere virtutes: propterea tu es De9 meus, hoc est virtus mea.

x ¶ *Mane, &c.*] Quidam simplicius interpretantur: hoc est, exurgo diluculo ad orandum & deprecor te. Et quæ est ista interpretatio, qua dicitur: mane nos exaudit, vespere non exaudit, media nocte non exaudit. Sed videte quid dicat: Quamdiu in tenebris erroris sum, non me exaudit. Quando verò sol iustitiæ venerit in corde meo, tunc me exaudit: mane exaudies vocem meam, non dixit tertia hora: non dixit, sexta hora: non dixit, plena luce, sed videre quid dicat: Mane, statim vt tenebræ fugere cœperint exaudis: statim in principio boni operis me exaudis: non quæris finem meum. Est enim meum velle, tuum perficere.

y ¶ *Mane &c.*] Videte ordinem: mane, non vespere: non in tenebris, sed mane. *Mane astabo tibi*: stabo cōstāter & imitabor Moysen. *Mane astabo tibi*: ibi astabo, nō alii. Cum au-

A tem mane fuerit & stetero, & tibi stetero: tunc merebor te videre.

a ¶ *Et videbo.*] Subauditur, te videbo. Multi malè legunt, & dicunt: καὶ ἐπόψομαι: sed sciamus errorem esse: sic dicitur, καὶ ἐπόψομαι: hoc est, videbo, vt sit ordo, quem diximus: incipiente luce virtutũ in anima mea, quando stare tibi cœpero, non sedere, non iacere, sed stare, & statues supra petram pedes meos: tunc per istos gradus merebor te videre.

b ¶ *Quoniam tu, &c.*] Propterea non me exaudies plena luce, sed mane: quoniam non vis Deus iniquitatem. Cum enim recedere cœpero ab iniquitate, statim merebor exauditionem tuam.

c ¶ *Neque, &c.*] Quando aliquis recedit à nobis, qui malus est gratulemur: hoc in nobis fit quod factum est & in dño. Videte enim quid dicat Spirit° 2. Cor. 6. c sanctus: *Neque habitabit iuxta te malignus.* Quæ enim cõmu- 1. Ioan. 11. c nicatio luci & tenebris? Qui consensus Christo & Belial? Deut. 4. d Quando ergo recedũt aliqui ex nobis: dicamus & nos: *Exierunt ex nobis, sed non fuerunt ex nobis. Si enim fuissent ex nobis, mansissent vtique nobiscum.* Dicitur ad Deum: *Non habitabit iuxta te malignus.* Si enim Deus ignis est, & ignis consumens, quicunque stipula est, quicunque lignum est, fugit ab igne ne consumatur ab igne.

d ¶ *Neque, &c.*] Quando dicitur, neque permanebunt, ostenditur quod aliquando manserint. Manserunt autem aliquando iniusti ante oculos Dei: manserunt Deo expectante pœnitentiam ipsorum: sed quoniam permanserunt iniusti, propterea non permanserunt ante oculos Dei.

B e ¶ *Odisti omnes qui, &c.*] Infelix est, quem odit Deus. Quis est ille quem odit Deus? Qui operatur iniquitatem. Si enim omnes peccamus, & quicũque peccat, odio habetur à Deo, ergo odio habemur à domino. Si autem odio habemur à domino, quomodo gratia saluati sumus? *Odisti omnes qui operantur iniquitatem.* Non dixit, qui operati sunt iniquitatem: sed, qui operãtur iniquitatem. Qui perseuerant in peccato, illi odio habentur à domino: qui autem dimiserunt, illi amantur à domino.

f ¶ *Perdes, &c.*] Rem nouam video: Qui malum operatur, odio habetur: qui mentitur perit. Videamus quid sit plus, odio haberi à domino, an perire. Infelix quidem est qui odio habetur à domino: sed adhuc viuit. Qui autem loquitur mendacium & perit, iam esse desistit. Ergo infelicior est qui mendacium loquitur, quam ille qui operatur iniquitatem. Qui enim operatur iniquitatem, odio habetur: qui autem Sap. 1. a loquitur mendacium, perit. *Os enim quod mentitur, occidit* Rom. 3. a *animam.* Et quo modo scriptum est: vt sit *Deus verax, omnis autem homo mendax.* Si autem quicunque loquitur mendacium, iam perit & occidit animam suam: omnes autem mentimur. ergo omnes peribimus? Hoc antè quod dicit: Perdes omnes qui loquuntur mendacium, & ex cõsequentib. Psalmi, & ex ipso ordine intelligere possumus, quia de hæreticis dicit: Qui enim operatur iniquitatem, suam tãtum animam occidit: qui autem hæreticus est, & loquitur mendacium, tot occidit homines quot seduxerit.

g ¶ *Virum, &c.*] Vir sanguinum, omnis hæreticus est: quotidie animarum sanguinem fundit. Rectè dixit dolosum, & homicida est & dolosus.

h ¶ *Ego autem in multitudine misericordiæ tuæ, &c.*] Illi in iniquitate sua egrediuntur de domo tua: ego in tua misericordia ingrediar in domum tuam. Introibo in domum tuam, quæ est ecclesia.

i ¶ *Adorabo ad templum sanctum, &c.*] Ipsa est domus quæ & templum.

k ¶ *Domine deduc me, &c.*] Ego autem cupio intrare in domum tuam, & volo intrare per viam tuam rectam: sed

[a] & videbo: [b] quoniã nõ Deus volens iniquitatem tu es. [c] Neque habitabit iuxta te malignus [d] neque permanebunt iniusti ante oculos tuos. [e] Odisti omnes qui operantur iniquitatẽ: [f] perdes omnes qui loquuntur mendaciũ. [g] Virum sanguinum & dolosũ abominabitur dominus: [h] ego autem in multitudine misericordiæ tuæ. Introibo in domũ tuam: [i] adorabo ad templũ sanctum tuum in timore tuo. [k] Domine deduc me in iustitia tua [l] propter inimicos meos, dirige in conspectu tuo viam meã. [m] Quoniã nõ est in ore eorum veritas: [n] cor eorũ vanum est. [o] Sepulchrum patens est guttur eorũ: [p] linguis suis dolose agebant: [q] iudica illos Deus. [r] Decidant à cogitationibus suis: [s] secundũ multitudinem impietatum eorum expelle eos, [t] quoniam irritauerunt te domine. [u] Et lætẽtur omnes qui sperant in te: [x] in æternum exultabunt,

a & in-

C quoniã cõtinuata semitis scãdala ponunt inimici tui, & mihi in domũ tuã ire cupiẽti, laqueos ponũt in itinere: propterea quæso te, vt tu dirigas pedes meos vsq; ad finẽ. Meum est pedes ponere in via tua: tuum est corrigere gressus meos.

l ¶ *Propter inimicos, &c.*] Hoc est, viam tuam rectam fac propter inimicos meos, qui insidiantur mihi. Quæ est autem ista via? Lectio scripturarum: hoc est, ne in scripturis tuis per quas ingredi cupio in ecclesiã tuam corruam. Omnis enim qui male intelligit scripturas, in via Dei corruit.

m ¶ *Quoniam non est, &c.*] Describuntur hæretici, describitur vir sanguinarius & dolosus, quẽ abominabitur dominus. Non est in ore eorum veritas. Non habent Christũ veritatem in ore suo: quia nec in corde habent.

n ¶ *Cor eorum, &c.*] Melius habetur in Hebræo: קרבם cerbom. Vere enim insidiatur cor hæreticorum omnibus quos decipit.

o ¶ *Sepulchrum patens, &c.*] Infelices sunt hæretici, qui sepulcra sunt dealbata, plena ossibus mortuorũ. Sepulcrum patẽs est guttur eorum, Arius, Eunomius, & cæteri hæretici linguas sagittas habent: fauces suas sepulcrum habent. Sepulcrum patens est guttur eorũ. Et rectè dixit, patens. Quandocunque enim vult aliquis deceptus intrare, paratus est hæreticus, & suscipit. Nunquam hæretici claudunt os suum, sed semper aperiunt os suum.

p ¶ *Linguis suis, &c.*] Aliud in corde tenebãt, aliud in sermone pollicebantur. Pietatem loquebantur, & impietatem celabant. Christum loquuntur, & occultant antichristum. Sciunt enim quod nemo possit induci, si proferant antichristum. Lucem proferunt, vt celent tenebras, vt per lucem ducant ad tenebras.

D q ¶ *Iudica, &c.*] Sciunt te iudicem: sciunt te respicere res humanas. Qui iudicaturus in fine es, etiam in præsenti iudica. Qui generaliter iudicaturus es, nunc ex parte iudica. Qui patrem sentire nolunt, sentiant iudicem. Iudica illos Deus. Quare: Qua de causa? Sequitur.

r ¶ *Decidant, &c.*] Si enim in præsenti reddideris illis quod merentur, incipiunt recedere à malis cogitationibus suis: quamdiu te iudicem non sentiunt, non timent. Decidant à cogitationibus suis. Egregie dixit, à cogitationib. suis. Quotidie enim hæretici immutant dogmata sua. Denique si vir ecclesiasticus de scripturis eruditus contenderit cõtra eos, & scripturis sanctis coarguerit eos, statim requirunt, quo modo aliud nouum dogma reperiant. Non quærunt quo modo saluentur, sed quo modo superent. Propterea nunc dixit: Decidant à cogitationibus suis, & te habeant vnam cogitationem.

s ¶ *Secundum, &c.*] Non dixit, vnde eos expellat: de cœlo eos expellat, de terra eos expellat. Vnde eos expellat, scriptura non dicit: sed ὑπερβατὸν est, & cõsequens ἀνάστροφον. Debemus ergo legere: Secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos. Quod dicit, hoc est: ab impietatibus suis multis propter tuam misericordiam expelle eos: hoc est, non sint in multis impietatibus suis. Potest & aliter interpretari: Quoniam plurimum impij fuerunt: & noluerunt decidere à cogitationibus suis: & impietates impietatibus augent, & quotidie cõgregant, & plures habent impietates: propterea expelle eos. Vnde? Ab ea quæ hæreditatem consequitur. Tu expelle eos inde: vt quoniam fidem non habent ecclesiæ, ne versentur in ea.

t ¶ *Quoniam &c.*] Tu domine per naturam dulcis es: sed quicunque peccatores sunt & hæretici, naturam tuæ dulcedinis vitio suo vertunt in amaritudinem.

u ¶ *Et lætentur omnes qui, &c.*] Illi pereant, & ecclesiastici lætentur.

x ¶ *In æternum, &c.*] Hic in æternum, non de præsenti sæculo

E sæculo debemus dicere, sed de futuro. Denique non dixit, in sæculo exultarit, sed exultabunt, de futuro dicitor. Hic enim tristitia est, ibi verò lætitia. Hæretici in præsenti ridēt, sed in futuro lugebunt. Nos vero in præsenti lugemus, vt in futuro rideamus. In æternum exultabunt. Quæ erit exultatio sanctorum virorum:

[a] & inhabitabis in eis. [b] Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum: [c] quoniam tu benedices iusto. [d] Domine vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos.

[e] ¶ In finem pro carminibus pro octaua, Psalmus Dauid.

Psalmvs VI.

DOmine[f] ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. [g] Miserere mei domine, [h] quoniam infirmus sum: sana me domine, [i] quoniam conturbata sunt ossa mea. [k] Anima mea turbata est valde: [l] & tu domine vsquequo? [m] Conuertere domine, & eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam. [n] Quoniam non est in morte qui memor sit tui: [o] in inferno autem quis confitebitur tibi? [p] Laboraui in gemitu meo: [q] lauabo per singulas noctes lectum meū: [r] lacrymis meis stratum meū rigabo. [s] Turbatus est à furore oculus meus: [t] inueteraui inter omnes inimicos meos. [u] Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem: quoniā exaudiuit dominus vocē fletus mei. Exaudiuit dominus deprecationē meā: dominus orationem meam suscepit. Erubescant & conturbentur vehementer omnes inimici

a ¶ *Erin, &c.*] Felices erūt qui Christum hospitem habere merebuntur: felices qui tabernaculum Christi erunt.

b ¶ *Et gloriabuntur, &c.*] Quicunque diligit Deum, glo-
1 Ioan. 4. d riabitur in domino. Qui diligunt. Non dixit: qui timet, sed qui diligunt. Vbicunque enim timor est, ibi non est dilectio. *Perfecta*, quippe *dilectio foras mittit timorē.* Quicūque enim diligunt nomen dñi, illi gloriabuntur. Gloriabuntur, Futura est beatitudo nostra: totū quod promittitur, de futuro est. Alij regnent, alij possideāt, alij glorientur. Nos hic simus miseri, vt postea felices simus. Sequamur Christum dñm nostrum:
Mat. 20. e *Qui dicit se in Christo credere, debet quomodo ille ambulauit, & ipse sic ambulare.* Christ⁹ dei filius non venit vt ministraretur, sed vt ministraret. Non venit vt imperaret, sed vt seruiret. Nun venit vt lauarētur illi pedes, sed vt lauaret pedes discipulorum. Nū venit vt cæderet, sed vt cæderetur. Non de-
F dit alapam, sed accepit. Non crucifixit, sed crucifixus est. Nō alios occidit, sed ipse passus est. Pauper fuit, vt nos diuites faceret. Ille accepit pro nobis plagam, vt nos verbati non doleremus.

Quotienscunque cædimur, præbeamus maxillam, dorsum opponamus, imitemur Christum. Qui cæditur, Christū imitatur: qui cædit, antichristum. Hoc totum quare dico? Vt in præsenti sæculo quod sustinemus, pro Christo glorificemus nomen domini. Dum loquimur, dum ambulamus, repentè subtrahimur. Ego ipse qui vobis hodie loquor: die crastina quid de me futurum sit nescio. Si venerit leuis febricula, vbi est illa vox: Vbi est superbia: Repente vertitur in cinerem.
Eccl. 10. b Quid gloriatur terra & cinis? Secundum corporis naturā terra & cinis sumus. *Terra es & in terram ibis*: & terra gloriatur contra factorem suum. Sequitur:

c ¶ *Quoniam, &c.*] In futurum ergo differtur beatitudo.

d ¶ *Domine vt scuto bonæ voluntatis, &c.*] Apud sæculum aliud est scutum, aliud corona: apud Deum vero ipse est scutum, ipse est & corona: quasi scutum protegit, quasi Deus coronat. Ipse est scutum nostrum, ipse est & corona nostra, & ob hoc dicit: Domine vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos. Protexisti nos scuto tuo, & protectio tua corona nostra fuit, hoc est corona nostra scutum tuum fuit, id est, nostra victoria. Corona enim victoria interpretatur. Gratias agamus Deo, & deprecemur illum vt in bona voluntate sua ipse sit scutum, & corona nostra, vt nunquam recedamus ab eo, vt sequamur illum, & dicamus cum Hieremia:
Hier. 17. c Et post te subsequens non laboraui. *Domine vt scuto bonæ*
Sec 70. *voluntatis tuæ coronasti nos.* Scuto protegimur, & cum protecti fuerimus, coronamur.

e ¶ *In finem pro carminibus pro octaua, &c.*] Iste & vndecimus Psalmus, pro octaua inscriptionem habent, resurrectionis & pœnitentiæ ac per hoc salutis nostræ mysteriū cōtinentes. In quo humanū gen⁹ postulat, vt corrigamur quidē & iudicemur à Deo, sed non in ira & in furore eius. Lon-
Gen. 7 & gum est de sacramento huius numeri plura exēpla reuoca-
1 Pet 3 d re. Octo animæ ingressæ sunt in arcam Noe, quæ in diluuio
1 Reg. 16. saluatæ sunt. Octauus filius Iesse Dauid fuit: qui & despici-
2 c tur à patre, & à Deo solus eligitur. Octauo die circunci-

duntur primogenita, & immonda esse desistunt. Zacharias G
quoque pater Ioannis octaua die circuncisionis filij sui lo- Gen 17. b
quitur. Et post dies octo, siue sex (vtrumque enim in diuersis Luc 1. f
euangelistis legitur) dominus transformatur in monte, vt sic Mat. 17. a
octonarius in sexto numero contineatur: quo modo nunc Mar. 9 a
in sexto Psalmo inscriptio ponitur ogdoadis.

Psalmvs VI.

D[f] *Omine ne, &c.*] Pœnitentiæ Psalmus est, & nō emēdari refutat & corripi: sed in furore & in ira, quia infirm⁹ sit, & turbata sint ossa eius. Et aliquando prius furor est, & postea ira: sed maximè vnū est. Tamen furor in præsenti, ira in futuro.

g ¶ *Miserere mei, &c.* Vox ecclesiæ: Miserere mei, quia miser sum. Et ipse misericordiam Dei inuenit, qui se miserum confitetur.

h ¶ *Quoniam, &c.*] Ac si dicat: Infirmus sum pro peccato: sana me, quia medicus es. Ego sum ægrotus, tu es medicus. Ego habeo infirmitatem, tu habes sanitatem. Ego sum infirmus per peccatum, tu sana per misericordiam.

i ¶ *Quoniā conturbata, &c.*] Ac si dicat: omnes virtutes quæ ossa appellauit, in primo homine transgressus sum, siue perdidi.

k ¶ *Anima mea exinde, &c.*] Per pœnitentiam, vt emendemur.

l ¶ *Et tu, &c.*] Subauditur, vsquequo animā meā quæ est cōturbata vehemēter, non eripis, nū corrigis, nō emendas? H

m ¶ *Conuertere, &c.*] Nisi animam nostram ante conuerterit, non eam potest eruere de periculo. Vel illud: Domine qui auertisti vultum tuum à nobis, conuertere, & nos videre dignare, & erue animam nostram.

n ¶ *Quoniam, &c.*] Non enim mortui laudabunt te domine: sed nos qui viuentes sumus: quia non est Deus mortuorum, sed viuorum. Psal. 113. d

o *In inferno autem, &c.*] Non pro impossibili, sed pro raro posuit. In omnibus enim Dei iudiciis delectatur sanctus, & laudat iudicia eius.

p ¶ *Laborani, &c.*] Miserere mei, quia hæc & hæc quæ sequuntur, feci.

q *Lauabo per singulas, &c.*] Qui quondie lacrymis stratum rigat, non potest in cogitatione eius libidinum pompa surripere.

r ¶ *In lacrymis, &c*] Quanta multitudo lacrymarum, vt stratum eius lacrymis rigatum sit.

s ¶ *Turbatus est, &c.*] Vbi sunt amici literæ? Certe oculus iste corporeus ab ira non conturbatur: nisi forte in tantam rabiem extollimur, vt vultus quoque nostri & ora mutentur. Ille itaque turbatur oculus: qui si scandalizatus fuerit, eruetur. Nunc autem ait: Ab ira mea turbatus est ocu- Matt. 9 g
lus meus, sed ab ira tua. O Deus, per quem supplicia mihi timeo præparatā: turbata est mens mea, & totuio cordis mei principale contremuit.

t ¶ *Inueteraui, &c.*] Non noua aduersum me inimici bella gerunt, meus hostis antiquus est. Aliter: Pubertatem eius hominis qui renouatur de die in diem, non possum consequi: quia veterem hominem cum vitiis & concupiscentiis eius inimicis meis aduersum me porto pugnantibus.

u ¶ *Discedite à me omnes qui, &c.*] Postquam ipse misericordiam consequutus est, cæteros docet, vel cohortatur, vt à se abeant. Non enim vult iniquorum habere consortium. Simul autem & illud notandum est, quod iam superius diximus, quod, non omnes qui operati sunt iniquitatem: sed qui operantur, à se iubeat recedere.

inimici mei:[a] conuertantur, & erubescant valde velociter.

b ¶ Psalmus Daoid, quem cantauit domino pro verbis Chusi filij Iemani.

PSALMVS VII.

DOmine[c] Deus meus in te speraui: saluum me fac ex omnibus persequētibus me, & libera me:[d] Ne quando rapiat vt leo animam meam: dum non est qui redimat, neque qui saluum faciat,[e] Domine Deus meus si feci istud:[f] si est iniquitas in manib. meis.[g] Si reddidi retribuentibus mihi mala:[h] decidam merito ab inimicis meis inanis.[i] Persequatur inimicus animam meam, & comprehendat:[k] Et conculcet in terra vitam meam:[l] & gloriam meam in puluerē deducat.[m] Exurge domine in ira tua,[n] & exaltare in finibus inimicorum meorum.[o] Et exurge domine Deus meus in præcepto quod mandasti & synagoga populorum circūdabit te.[p] Et propter hanc in altum regredere: dominus iudicat populos.[q] Iudica me domine secundum iustitiam meam, & secundnm innocentiam meam super me.[r] Consumetur nequitia peccatorum, & diriges iustum, scrutans corda & rēnes Deus. Iustum adiutorium meum à domino: qui saluos facit rectos corde. Deus iudex iustus fortis, & patiens: nunquid irascetur per singulos dies?[s] Nisi cōuersi fueritis, gladiū suum vibrabit.[t] arcum suum tetendit, & parauit illū.[u] Et in illum parauit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit.[x] Ecce parturit iniustitiā: concepit dolorem, & peperit iniquitatē.[y] Lacum aperuit & effodit eum:[z] & incidit in fove-

A a ¶ *Conuertantur, & erubescant, &c.*] Non contra inimicos sed pro inimicis orat, vt conuertantur & erubescant à peccatis suis: & erubescant non leuiter, sed vehementer: nec procrastinato tempore sed cito.

b ¶ *Psalmus Dauid, &c*] Plerique (& maxime hi qui Hebræi sermonis scientiam non habent) hunc psalmū arbitrantur eo tempore esse cantatum, 2.Reg. 15 g quo Chusi filius Arachi amicus Dauid destruxit consiliū Achitophel: & ad eū nuntios misit, ne in eremo vltra sederet, sed procul fugeret, ne opprimeretur à filio. Verū sciēdū est vehemēter errare. Primū quod nomen Chusi per ס, samech literam scriptū est, hic vero per ש sin. Deinde, quod nunquā Dauid qui Ioab & cæteris ducib. exercitus sui præceperat, di- 2.Reg. 18 b cēs: *Parcite puero Abessalon*, de morte filij loqueretur. *Concepit dolorē, & peperit iniquitatē: Lacum aperuit & effodit eū, & incidit in foueā quā fecit*: maxime qui morte ei audita operuit caput suum, & eiolās clamaret: *Filius meus Abessalon, filius meus Abessalon*. Ad extremū quod illic Chusi amicus Dauid filius Arachi scriptū est: hic vero filius Iemini. Sciendū itaque Chusi interpretari Æthiopem, & totū psalmū cōtra Saul esse cōscriptū, qui persequebatur eum, & in foueā quā B foderat, ipse incidit. Quē Saul Æthiopem vocat propter sanguinarios, & tetros, & crudeles mores, Iemini vero familia, quod ad tribū pertineat Beiamin: de qua Saul ortus est, Regnorū libri testimonio sunt: in quibus scriptura cōmemorat: 1 Reg. 9. a 2.Reg. 17. *Et erat vir de filiis Beniamin, & nomē eius Cis, filius Abihel, filij Sareth, filij Bechor, filij Aphi, filij viri Iemini, vir potens, & huic filius, & nomen eius Saul.* Semei quoque ille qui lapides & poluerem in Dauid iaciebat, de familia Saul, hoc est Ieminneos fuit: sicut in eisdem libris scribuur: Egrediebatur vir de propinquitate domus Saul, & nomen ei Semei, filius Gera: de quo postea Dauid loquens inducitur: Ecce filius meus, qui egressus est de ventre meo, quærit animam meā: & quanto magis nunc filius Iemini? Aquila hunc locum ita interpretatus est. *Pro ignoratione Dauid, qui cecinit dño pro verbis. Aethiopis*: Symmachus in hunc modū: *Pro ignoratione Dauid, quod cecinit domino pro verbis Chusi filij Iemini.* Hæc omnia latius excutus sum: quia eruditissimi viri putauerunt hunc psalmum non contra Saul, sed contra Abessalon esse compositum: quod pro parte non esse monstraui.

PSALMVS VII.

DOmine, c &c.] Non speraoi in gladio meo, non speraui in virtute mea: sed speraui in auxilio tuo.

d ¶ *Ne quando rapiat, &c.*] Hoc conuenu Sauli, Abessalō non conuenit. Quo modo enim poterat Abessalon leonem vocare, de quo dicit: *Parcite puero meo Abessalon*? Si ibi illū 2.Reg. 18 puerum vocat, & quasi infantulum & ignorātem, quo modo hic leonem vocat? Hoc interim secundum historiā & multa sunt quæ dicantur, & totus psalmus in persona Saul interpretari potest. Cæterum, quia nobis curæ est, non solū secūdum historiam, sed & secundum spiritoalē intelligentiam interpretari: Chusi istum Æthiopem non alium nisi diabolū interpretamur. Quæritur, iste Chusi quo modo filius sit Iemini, quomodo diabol' Æthiops filius est dexteræ? Quod Æthiops vitio suo est: quod filius dexteræ est creatus à Deo, recte de isto dicitur, Ne quando rapiat vt leo animam meam. Aduersarius noster diabolus quasi leo rugiens, quærit quem rapiat. C 1.Pet 5 a

c ¶ *Domine Deus, &c.*] Ecce venit princeps mundi istius, Ioan.14 f & in me non inuenit quicquam.

f ¶ *Si est iniquitas, &c.*] Quia *peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius.* Esa 53.c

g ¶ *Si reddidi, &c.*] Saul bis in manus eius traditus est, quem noluit interficere, dicēs: 1 Reg. 24.b Non tangam Christū domini. Hoc est ergo non restituere ei pro malis, mala: qui sibi pro bonis mala restituebat. Si, inquit, inimicis meis mala reddidi pro malis non resurgam: & si pro malis mala quæsiui, illi pro bonis mala restituant.

h ¶ *Decidam, &c*] In Hebræo pro inani ריקם recā scribitur. Vnde intelligimus id Mat.5.e quod in euangelio continetur: Qui fratri suo dixerit raca & fatue, quam habeat interpretationem.

i ¶ *Persequatur, &c.*] Nouissima animæ inimica destructa est mors. 1.Cor.15.d

k *Et conculcet, &c.*] Non potest conculcari: quia non fecit supra dicta.

l ¶ *Et gloriam meam, &c.*] Si, inquit, inimicis meis mala reddidi pro malis, non resurgam.

m ¶ *Exurge, &c.*] Qooniā te non senseruot per beneficia, sentiant per iracundiam.

n ¶ *Et exaltare in, &c.*] D Pro inimicis rogat, vt in inimicorum finibus exaltetur. Cum inimici esse cessauerint, tunc tu domine exaltaberis in eis.

o ¶ *Et exurge domine, &c.*] Hoc nos dicimus, hoc credentes loquimur. Semper enim personæ mutantur in psalmis. Moltum est nunc si velimus dicere in quot, quantæ personæ mutantur. Exurge domine Deus meus in præcepto good mandasti: hoc nos dicimus, pro nobis passus es crucifixus es: exurge, & salua nos. Propterea exurge, vt credat in te plurima multitudo. Cum ergo exurrexeris, quid aliud deprecamur, nisi reuertere ad patrem.

p ¶ *Et propter hanc in altum, &c.*] Pro qua? pro synagoga populorum. Quod mortuus es, pro nobis mortuus es: quod resurrexisti, nobis resurrexisti: quod ascendisti ad patrem, nobis ascendisti. *Et propter hanc in altum regredere.* Ioan.3.b *Nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit: filius hominis qui est in cælis.*

q ¶ *Iudica, &c*] Hoc Dauid dicere non potest: hoc proprie Saluatori conuenit, qui non peccauit.

r ¶ *Consumetur, &c.*] Non potest mea iustitia dirigi, nisi illorum iniquitas impleta fuerit, videlicet Iudæorum.

s ¶ *Nisi conuersi, &c.*] Iste locus duplicem recipit intelligentiam. Multi enim putant de Deo dictum vt dicatur ad peccatores. Et quid dicit? Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrabit, hoc est, nisi egeritis pœnitentiam, dominus vos gladio suo percutiet. Sed videamus si consequentia aperiri possint personæ domini.

t ¶ *Arcum suum, &c.*] Hoc potest diei de Deo.

u ¶ *Et in illum, &c.*] Hoc difficile est. Dominus enim non habet vasa mortis, sed vasa vitæ. Sed & hoc potest intelligi super persona Saluatoris. Hoc vero quod sequitur.

x ¶ *Ecce parturit, &c.*] Hoc est, vt hæretici in contemptum Dei concitarentur.

y ¶ *Lacum aperuit, &c.*] Qoo eos perderet.

a ¶ *Et incidit in foueam quam, &c*] In fouea enim mortis, quam

E quam patefecerat, ipse prior periit, sicut de Ario scriptū est, hoc est, nisi cōuersi fueritis: nisi egeritis pœnitentiā, semper diabolus paratum habet arcum, emittit sagittas, quibus nos percutiat. Quorū enim corda ardēt libidine, vitiis, & passionibus, isti victi sunt à diabolo. Sagittas suas ardentibus effecit. Pulchre dixit, ardentibus: nō dixit, arsuris, hoc est, qui arsuri sūt sagittis ipsius: sed quorumcūque corda ardere viderit, illos percutit. Dicit enim apostolus ardentes habere diabolū sagittas. (Eph. 6.e) *Ecce parturit iniustitiā, cōcepit dolorē, & peperit iniquitatē.* Diabolus sic cōcipit, sic parturit, sic nutrit, sic exalsat. Lacū aperuit, & effodit eū: & incidit in foueam quā fecit. Diabolus ipse est lacus, ipse est fouea. Lacū aperuit. Sed quoniā nō potest aquā cōtinere secundum Hieremiā: (Hier. 48 g) propterea lacus illius versus est in foueā. Omnia cōciliabula hæreticorū, foueæ diaboli sūt. Sed quod superius prætermisimus: *Scrutans corda & renes Deus, iustū adiutoriū meū à Deo*, In Hebræo ita scriptū est. *Scrutans corda & renes Deus iustus*, vt postea cōsequatur: *Adiutoriū meū à Deo, qui saluos facit rectos corde.* Nūquid irascetur p singulos dies? Melius pro hoc in Hebræo habetur: Cōminatur in omni die, quod Aquila quoque transtulit Et pulchre ait: Comminans & infrendens in omni die. Qui enim propter patientiam suam ita delicta non punit: quasi iratus & comminatus, diem vltionis expectat, vt metu corrigat delinquentem. (F) Exequamur ordinem.

a ¶ *Conuertetur*, &c.] Quo modo si aliquis mittat in altum lapidē, & non sit cautus, & lapis venerit in caput eius, suo vulnere vulneratur: sic & diabolus occiditur sua superbia, exaltatur, & corruit. Modò exaltare vult caput,, & non potest: quoniam conuertitur dolor eius in caput eius: & deprimit illum. (Gen. 3.) Diabolus secundum regulam scripturarum lectus est in Genesi: Ipse est coluber ipse serpens, qui loquebatur ad Euam: quoniam totus terræ hæret. Cætera animalia licet ambulent in terra: tamen non omne corpus in terra iacens habent: licet habeant pedes in terra, tamen aliam partem corporis sursum habēt. Cæterum diabolus, hoc est, serpens & coluber antiquus, secundum Esaiam totus in terra est: (Esa. 14 g) & caput & reliquum corpus æquale habet. *Reuertetur dolor eius in caput eius: in verticem ipsius iniquitas eius descēdet.* Vide quid dicat: & in caput eius, & in verticem capitis. Cum autem iniquitas caput premit, & verticem premit, vbi est potentia diaboli? Iste finis diaboli: *Reuertetur dolor eius in caput eius: & in verticem ipsius iniquitas eius descendet.*

b ¶ *Confitebor domino secundum iustitiam*, &c.] Qui non permisit timentes se disperdi.

c ¶ *Et psallam*, &c.] Qui nos à lamentis tristitiæ, in gaudia sempiterna perduxit.

d ¶ *In finem pro*, &c.] Tres pro torcularibus psalmi diuersorum hominum præscribuntur: Dauid, Asaph, filiorum Chore, & qui ad mysterium ecclesiæ pertinent: propterea octauum & octogesimum numerum tenent. Quod autem octogesimus tertius extremus est psalmos, qui pro torcularibus prænotatur hoc ostendit, in trinitate sacramentum resurrectionis ecclesiæ contineri.

PSALMVS VIII.

DOmine [e] dominus, &c.] Prius nomen domini apud Hebræos quatuor literarum est, י Iod, ה He, ו Vau, ה He: quod proprie Dei vocabulum sonat: & legi potest Iehoua & Hebræi ἄῤῥητον, id est ineffabile opinantur. Secundum vero אדני, adonai omnium commune est: quod sæpe & in hominibus ponitur.

foueam quam fecit. [a] Conuertetur dolor eius in caput eius: & in verticem ipsius iniquitas eius descēdet. [b] Confitebor domino secundū iustitiam eius. [c] Et psallā nomini domini altissimi.

[d] ¶ In finem pro torcularibus, psalmus Dauid.

PSALMVS VIII.

DOmine [e] dominus noster: quā admirabile est nomen tuū in vniuersa terra. [g] Quoniam eleuata est magnificētia tua super cœlos. [h] ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. [i] Propter inimicos tuos, [k] vt destruas inimicum & vltorem. [l] Quoniam videbo cœlos opera digitorum tuorum: [m] lunam & stellas quas tu fundasti. [n] Quid est homo quod memor es eius: [o] aut filius hominis, quoniam visitas eum. [p] Minorasti eum paulo minus ab angelis: [q] gloria & honore coronasti eum, [r] & constituisti eum super opera manuum tuarum. [s] Omnia subiecisti pedibus eius: [t] oues & boues vniuersas, [u] insuper & pecora campi, [x] Volucres cœli, [y] & pisces maris: qui perambulant semitas maris. [z] Domine dominus noster: quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.

[aa] ¶ In finem pro absconditis filij, psalmos Dauid.

PSAL-

f ¶ *Quam admirabile*, &c.] Quod pro nobis homo factus es, quod mortuus, quod resurrexisti, in cunctis gentibus est vulgatum. (G)

g ¶ *Quoniam eleuata*, &c.] Quod post resurrectionem cœlos cum triumpho gloriæ conscendisti.

h ¶ *Ex ore infantium*, &c.] Licet per seniorem prophetarum doctrinam, multa sint quę domini contineant laudem: tamen hunc versiculum in euangelio completum, ipse dominus esse declarat clamantibus pueris: *O sanna filio Dauid.* (Mat. 21.)

i ¶ *Propter*, &c.] Ad confusionem Iudæorum.

k ¶ *Vt destruas*, &c.] Hereticum, qui cum nequitia sua impugnat ecclesiam, defendere eam tamen assimulat.

l ¶ *Quoniam videbo*, &c.] Cœlos, scripturas intelligimus sanctas: quæ per Dei digitum, hoc est, per Spiritum sanctum sunt prolatæ. Quoniam videbo cœlos, opera digitorū tuorum. Qui se visurum esse promittit: necdum in præsenti videt. Videbo, inquit. Tunc enim etiam rationem operis eius cursumque cognoscam. Aliter videt gubernator nauim, aliter medicus ægrotantem, aliter picturam pictor, quam imperitorum rudes oculi.

m ¶ *Lunam & stellas quas*, &c.] Ecclesiam vel doctores eius.

n ¶ *Quid est homo quod memor*, &c.] Quale meritum stat hominis, vt memor eius factus, pro eius redemptione suscipias carnem. (H)

o ¶ *Aut filius*, &c.] Filius Dei factus est filius hominis, id est, filius virginis Mariæ: qui visitauit corpus humilitatis nostræ, quod assumere est dignatus.

p ¶ *Minorasti*, &c.] In Hebræo pro eo quod est, ab angelis, qui dicunt מלאכים malachim, Deum habet, hoc est אלהים elohim. Hunc locum Apostolus in epistola ad Hebræos super Christo interpretatur.

q ¶ *Gloria*, &c.] Gloria, cum in eius descensu inferi claruerunt. (Heb. 2 b) Honore, cum vicit mortem, Corona, cum circundatus sanctorum choro, triomphans rediit ex inferno.

r ¶ *Et constituisti*, &c.] Vt sint ei subiecta præter eum qui illa sibi subiecit.

s ¶ *Omnia*, &c.] Cum ascenderet ad cœlos.

t ¶ *Oues & boues*, &c.] Animas sanctas, fructum innocentiæ operantes.

u ¶ *Insuper*, &c] Inferioris meriti homines.

x ¶ *Volucres*, &c.] Qui per superbiam, iniquitatem in excelso loquuntur.

y ¶ *Et pisces maris*, &c.] Qui per nimiam curiositatem non contemplantes cœlestia, inter huius sæculi fluctus putant esse vitam æternam.

z ¶ *Domine*, &c.] De beatitudine incipit, vel de laude, & in laudem terminatur. Hoc admiratur ecclesia, quo modo sancti voluntarij pro nomine Christi patiuntur: vel quo modo sumus omnes à creatore mundi redempti.

aa ¶ *In finem pro absconditis filij*, &c.] Licet Aquila pro absconditis filij, adolescentiā filij posuerit: tamen sciendum in Hebræo haberi, pro morte filij. Deniq; & Symmachus in hunc modū transtulit, pro victoria de morte filij. Totus igitur psalmus per Tropologiam ad Christi pertinet sacramentum: Vnde & LXX. interpretes, Christi passionem & resurrectionem, quæ ignota prius mundo fuit, per verbum absconsionis celare voluerunt: ne à gentibus illo tempore facile nosceretur. Hic de isto filio quod superius dixit, non de illo filio secundum historiam Dauid, id est Abessalon dicit:

A cuius opera non occulta, sed manifesta & mala fuerunt cōtra patrē: sed hoc de vnigenito Dei patris intelligitur. Scimus duos aduentus primū & secundum. In primo aduentu, & manifestus & occultus venit. Manifestus carne, occultus diuinitate. Et in secundo aduētu, & occultus & manifestus veniet. Occultus, quia nescimus diem neque horā. Manifestus, quia videbit eum omnis oculus. Et in alio modo occultus: quia nescimus occultum iudiciū Dei, hoc est: quia repudiati sunt Iudæi, electæ sunt gētes. Aliter: Videmus sanctos tribulari, & nescimus an pro probatione, an pro emendatione, vt ad melius crescat eorū gloria. Videmus alios tribulari, quorū pœna hic incipit, & in futuro cum ipsis permanet. Videmus alios nec tribulari, nec iniuriā pati: sed sanos corpore, lætitia temporali omnibus abundare. Isti tales periculosi sunt: quia credimus quod ipsos Deus nō visitat: quia non sunt digni visitari vt postmodum sine fine puniantur. Iste psalmus totus in persona ecclesiæ per prophetam de Antichristo cantatur.

PSALMVS IX.

CONfitebor [a] tibi domine in toto corde meo: [b] narrabo omnia mirabilia tua. [c] Lætabor & exultabo in te: [d] psallam nomini tuo altissime. [e] In conuertendo inimicum meum retrorsum: [f] infirmabuntur, & peribunt à facie tua. [g] Quoniam fecisti iudicium meū, [h] & causā meam: [i] sedisti super thronū, [k] qui iudicas iustitiam. [l] Increpasti gētes, [m] & periit impius: [n] nomen eorū delesti in æternū, & in sæculū sæculi. [o] Inimici defecerūt frameæ in finē: [p] & ciuitates eorum destruxisti. [q] Periit memoria eorū cum sonitu: [r] & dominus in æternū permanet. [f] Parauit in iudicio thronū suum, & ipse iudicabit orbem terræ [t] in æquitate, iudicabit populos in iustitia. [u] Et factus est dominus refugiū pauperi [x] adiutor in opportunitatibus, [y] in tribulatione [z] Et sperent in te [aa] qui nouerunt nomē tuum: [bb] quoniā nō dereliquisti quærētes te domine. [cc] Psallite domino [dd] qui habitat in Sion.

a annun-

i ¶ *Sedisti super*, &c.] Thronus Græcum est, Latine sedes, quia vnusquisque sanctus sedes Dei est, vt ipse ait: *Cælum mihi sedes est*. Et alibi: *Anima iusti, sedes est sapientiæ*. Dicit vnus thronus ex ipsis, id est, Paulus? *An experimentum eius quæritis, qui in me loquitur, Christus?* C Esa. 66.a Sap. 7.d 2.Cor. 13.a

x ¶ *Qui iudicas*, &c.] Hoc est iustitiam, iudicasti iuste tu pater causam meam, vt me resuscitares: quia iniuste me tradiderunt morti.

l ¶ *Increpasti*, &c.] Per prædicatores, qui idola adorabant, ligna & lapides.

m ¶ *Et periit*, &c.] Diabolus qui in ipsis lignis vel lapidibus adorabatur: vel per prædicationem apostolicam increpatæ sunt gentes, & ab impio factus est pius.

n ¶ *Nomen eorum*, &c.] Id est, memoriam eorum. Non memorabitur in his vltra nomen impietatis: quia credentes in te, acceperunt nomen tuum nouum, quod benedicetur in terris.

o ¶ *Inimici defecerunt*, &c.] Quasi dicat: arma diaboli, quæ erant peccatoribus membra sua, per quos diabolus alios persequebatur, defecerunt. Vel aliter: Inimici defecerunt framea, quasi dicat de framea: quod est verbum Dei, in futuro iudicio deficient, quando per ipsum verbum iudicandi erunt.

PSALMVS IX.

CONfitebor, a &c.] Vox ecclesiæ. Trina confessio hic sonat, id est, peccatorum, martyrum, confessorum, gratiarum actio: siue laus, vt in euangelio: *Confiteor tibi pater domine cæli & terræ*: & hic trina dilectio intelligitur, id est,
Mat. 11.d diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota
B anima tua, & ex totis viribus tuis.

b ¶ *Narrabo*, &c.] Quomodo dicit, se omnia mirabilia Dei narrare: quia nullus homo potest nec videre, nec cōpre-
Psal. 18.b hendere Deum? Nam omnia mirabilia Dei si narrare veli-
Ioan. 15.b mus, impossibile est. Cur non possumus? quia alio loco dicit: *Pronuntiabo omnia iudicia*, Nec ipsum potest facere homo. Quo modo non potest? quia dominus dicit: *Omnia quæcunq; audiui à patre meo, nota feci vobis*. Sed quare non narrauit diē iudicij, sed dixit: non est vestrū nosse tēpora vel momēta, q̄ pater posuit in sua potestate. Sed in hoc solutus hæc quæstio, cum subiunxit, omnia iudicia: postea dixit, oris tui: ac si dicat propheta vel vnusquisq; sanctus: Quantū me docuisti, tantū narrabo. quia si tantum narras quātum intelligis, omnia mirabilia Dei narras: quamuis in semetipsa plura sint. Vel *narrabo omnia mirabilia tua*, non illa tantū quod mortui resuscitantur, cæci illuminantur, vel cætera: sed & quod per te animæ perditæ, saluti inspiratæ redduntur.

2.Cor. 10.d c ¶ *Lætabor*, &c.] Lætabor, in spe: & exultabo, in te: iuxta illud apostoli: *Qui gloriatur, in domino glorietur*.

d ¶ *Et psallam*, &c.] Psallam, opere compleam. *Nomini tuo*. Nomen patris filius est, altissimus ipse est Deus. Vel *psallam nomini tuo*: hic laus cum opere.

Marc. 8.d e ¶ *In conuertendo*, &c.] Qualem inimicū? Id est diabolū: quia dn̄s dixit: *Vade retro satana*. Ante aduentū Christi diabolus dux itineris mortis fuit: sed postea retro ecclesiam se-
Gen. 3.c quens, est quasi canis. Vnde alibi dicitū: *Tu conteres caput illius, & illa calcaneum tuum obseruabit*, hoc est finem vitæ vniuscuiusque. Mulier ecclesia, serpens diabolus.

f ¶ *Infirmabuntur*, &c.] Impij vtique ab impietate sua peribunt. Vel sicut superius dixit singulariter, ita & hic pluraliter, id est, omnes satellites suos in simul comprehendit, qui perituri sunt in die iudicij. Quare infirmabuntur? quia prius fortes erant propter peccata nostra: sed modo infirmi-
1.Cor. 1.d tas Dei nos fecit fortes, & illos infirmos, vt dicit Apostolus; *Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus*.

g ¶ *Quoniam*, &c.] Vox ecclesiæ, ac si dicat: Aperte gentes elegisti, & Iudæos reprobasti. Quando dicit iudiciū meum: hic apparet, quod ecclesia ex gentibus venit.

h *Et causā meā*.] Ac si dicat ecclesia: Causasti pro me contra aduersarios, & vindicasti me, & fecisti causam meā bonā.

p ¶ *Et ciuitates, eorum*, &c.] Id est, peccatores. Quot sunt vitia peccatorum, tantæ & ciuitates, hoc est, munitiones, in quibus diabolus regnabat, ac si dicat: Defecerunt per tuos prædicatores. D

q ¶ *Periit memoriam*, &c.] Sonus doctrinæ illorum, vel hæreticorum mala cum ipsis periit. Vel cum sonitu, id est, à prædicatione euangelij.

r ¶ *Et dominus* &c.] Et ipse & sui sancti cum tumulatione sua peribunt in sæcula, domino permanente, vt diximus, & suis sanctis.

f ¶ *Parauit* &c.] Omne enim iudicium dedit filio. Parauit in iudicio sedem suam, id est, ecclesiam: de qua ipse iudicabit orbem terræ, quod sunt omnes gentes.

t ¶ *In æquitate*, &c.] Quod est æquitas, hoc est & iustitia, id est Christus. Vel iterato scilicet aduentu cum iustis præmia, iniustis infernum & pœnam.

u ¶ *Et factus est*, &c.] Inter pauperem & aduersarium, hoc est, diabolum, iudex erit Christus: qui iudicabit inter ecclesiam & aduersarium, hoc est diabolum. Vnde & in A- Apoc. 12.a
pocalypsi dicitur: Qui est accusator fratrū nostrorum. Vel illi pauperes, qui propter eum pauperes facti, diuitias suas in cibos distribuunt pauperum.

x ¶ *Adiutor in* &c.] Adiutor est ecclesiæ suæ.

y ¶ *In tribulatione*.] Quando opportunū est, vt ait aposto- 1.Cor. 10.c
lus: *Fidelis Deus qui non patietur vos tentari supra id quod potestis: sed faciet cū tentatione etiā prouentum vt possitis sustinere*, ne cum peccatoribus in supplicio damnemur æterno.

z ¶ *Sperent in te*.] Id est non in se, sed in te: & non in concupiscentiis sæculi.

aa ¶ *Qui nouerunt*,] Siue potentiam, siue magnificentiam tuam. Vel nomen tuum, id est, filium tuum. Quare? propter hoc quod sequitur:

bb ¶ *Quoniam non dereliquisti*, &c.] Ideo sperant in te, vt illud: Si corpus occidunt, animam autem non possunt
occidere. Tamen permittit illos tentari: sed non vsque- Mat. 10.d
quaque.

cc ¶ *Psallite domino*.] Id est, cantate domino, prædicate, opere implete.

dd ¶ *Qui habitat in Sion*] Siō specula, id est, Hierusalē, hoc est, visio pacis, modo ecclesia hic speculatio: quia speculatur de futuro iudicio Dei. Sed cum venerit ad Hierusalem

E lem cœlestē, non erit tunc speculatio, sed visio. Vnde dicit
1.Cor. 13 d Paulus: *Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.*

a ¶ *Annūtiate inter gentes studia eius.*] Vox prophetæ admonet prædicatores vt prædicent. Annuntiate studia eius, hoc est, prædicate mādata eius. Forsitan illi dicent: Moriemur si ad gentes ambulauerimus: sed adiungit propheta.

Matt. 10.d b ¶ *Quoniam requirens*, &c.] Et dominus: Nolite timere: quia si occidunt corpus, animā non possunt occidere.

c ¶ *Memoratus est dominus, & non est oblitus*, &c.] Ac si dicat propheta: Non est oblitus vin-
Luc 18 b dicare sāguinem vestrum. Vnde ipse dominus dixit: *Deus autē non faciet vindictā electorū suorū clamantium ad se die ac nocte!*

d ¶ *Miserere mei domine*, &c.] Vox ecclesiæ.

e ¶ *Vide humilitatem meam de inimicis meis: qui exaltas*, &c.] Portæ mortis sunt studia parētum, qui colebāt diuersos deos dæmoniorum. Ipsi erant portæ mortis, quorum doctrina ad mortem ducebat. Aliter. Portæ mortis, hæreticorum doctrina, de quibus portis exaltata est ecclesia, & missa est in portas filię Siō, quæ sunt portæ vitæ. Sicut per malam doctrinā quasi portas mortis intelligimus, quę nos ad interitum ducunt: ita & portas vitæ intelligimus bonos prædicatores, qui nos per suam doctrinā ad vitā æternā ducūt.

F f ¶ *Exultabo*, &c.] Exultabo, id est, gaudebo: In salutari tuo, in Christo tuo.

g ¶ *Infixæ sunt gentes*, &c.] Hoc est, in malis operibus quæ fecerunt, ibi infixæ sunt, de quibus iudicandæ sunt.

h ¶ *In laqueo isto quem absconderunt, comprehensus est* &c.] Quia vnusquisque laqueum quem alteri parat ad cadēdum, ipse prius in eo cadet.

i ¶ *Cognoscetur dominus iudicia faciens.*] Cognoscetur, hoc est ad iudicium.

k ¶ *In operibus manuum suarum comprehensus est peccator.*] Quia vnusquisque peccator ipse sibi secum portat & funes & vincula & tormenta, vnde sustineat mala. Nam ab aliis non est necesse præparari vnde torqueatur, cū ipse sibi præparet quæ ad pœnam pertinent.

l ¶ *Conuertantur peccatores in infernum.*] Id est, qui vltra finem sæculi viuere volunt, conuertantur in infernum.

m ¶ *Omnes gentes quæ obliuiscuntur Deū.*] Hoc est, qui dicūt quod Deus obliuiscatur, & non habeat curam de rebus suis, ipsi obliuiscantur à domino: quia non dicunt verum quod Deus obliuiscatur creaturas suas: quia dicit.

n ¶ *Quoniam non in finem obliuio erit pauperis*, &c.] Quia si differt, non aufert suum auxilium à sanctis suis.

o ¶ *Exurge domine non præualeat homo.*] Vox ecclesiæ sonat contra antichristum: Exurge in iudicium: non præualeat homo, id est, homo peccator antichristus.

p ¶ *Iudicentur gentes in conspectu tuo.*] Duobus modis. Primum iam in præsentia dei iudicati sunt. Quare? quia ad ecclesiam non pertinent, sed ad antichristum: quia dictum est,
Ioan. 3.c *Qui autem non credit, iam iudicatus est.*

q ¶ *Constitue domine legislatorem super eos.*] Id est, antichri-
2.Thes 2.c stū, qui lator legis malæ doctrinæ est, vt ait Paulus: Noluerunt recipere veritatem, sed consenserunt iniquitati.

r ¶ *Sciant gentes quoniam homines sunt.*] Cum condemnatæ

[a] annūtiate inter gētes studia eius. [b] Quoniā requirēs sāguinē eorū recordatus est: [c] nō est oblitus clamorē pauperū. [d] Miserere mei dn̄e: [e] vide humilitatē meam de inimicis meis. Qui exaltas me de portis mortis, vt annuntiē omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion. [f] Exultabo in salutari tuo: [g] infixæ sunt gentes in interitu quē fecerunt. [h] In laqueo isto quē absconderūt, cōprehēsus est pes eorū. [i] Cognoscetur dominus iudicia faciens: [k] in operib. manuū suarum comprehensus est peccator. [l] Conuertantur peccatores in infernum: [m] omnes gentes quæ obliuiscuntur Deum. [n] Quoniam non in finem obliuio erit pauperis, patientia pauperum non peribit in finem. [o] Exurge domine, non confortetur homo: [p] iudicentur gentes in conspectu tuo. [q] Constitue domine legislatorem super eos: [r] vt sciant gentes quoniam homines sunt. [s] Vt quid domine recessisti longe, [t] despicis in opportunitatibus in tribulatione: [u] dum superbit impius, incenditur pauper: [x] comprehenduntur in consiliis quibus cogitant. [y] Quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ: & iniquus benedicitur. [z] Exacerbauit dominum peccator: [a] secundum multitudinem iræ suæ [b] nō quæret. [c] Non est Deus in conspectu eius: [d] inquinatæ sunt viæ illius in omni tēpore. [e] Auferentur iudicia tua à facie eius: [f] omnium inimicorum suorū dominabitur. [g] Dixit enim in corde suo: non mouebor à generatione in generationē sine malo. [h] Cuius maledictione os plenū est, & amaritudine, & dolo: [i] sub lingua eius [k] labor & dolor. [l] Sedet in insidiis cū diuitib. in occultis [m] vt interficiat innocentem. [n] Oculi ei' [o] in pauperē respiciūt: [p] insidiatur in

G fuerint, tunc cognoscent quia spem in homine posuerunt, & non in Deum, qui solus saluare potest.

s ¶ *Vt quid domine*, &c.] Quare elongas salutare tuum cum nos inflammati sumus ab expectatione aduentus tui? Vnde dominus dixit in euangelio: *Nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salus omnis caro.* Matt. 24. b

t ¶ *Despicis in opportunitatibus*, &c.] Tunc videtur despicere, quando opportunum tempus est ecclesiæ vt adiuuet, & non statim occurrit illi in tribulatione. Quare? vt illam exerceat secūdum suam voluntatē: quia quanto magis differt, tanto magis ecclesia dilatatur in desiderio suo.

u ¶ *Dum superbit impius*, &c.] Dum superbit impius antichristus: incenditur pauper, ecclesia in tribulatione, à superbia ipsius antichristi.

x ¶ *Comprehenduntur*, &c.] Ab ipsis enim cogitationibus suis alligantur, qui contra Deū sunt.

y ¶ *Quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ*, &c.] Ab adulatoribus, & non à iustis laudatur peccator, tunc quando peccator peccatorem laudat, alius alium: dum se inuicem laudant, occidunt.

z ¶ *Exacerbauit dominum peccator.*] Ipse antichristus.

a ¶ *Secundum*, &c.] Quia flagella correptionis non accepit.

b ¶ *Non quæret.*] Vt se quasi Deum adorent, hoc est, non est dignus vt requiratur, sed vt puniatur. H

c ¶ *Non est Deus*, &c.] Quia nihil ei dignum operatur.

d ¶ *Inquinatæ sunt viæ*, &c.] Nō enim per viam rectam graditur, quæ est Christus.

e ¶ *Auferentur iudicia tua à facie eius.*] Quia non credit in se futurum esse iudicium.

f ¶ *Omnium inimicorum suorum dominabitur.*] Christianorū vnque ad probandum, qui eum sequi contemnunt.

g ¶ *Dixit enim*, &c.] Semper enim seducam homines, vt in malis perseuerantes voluntati Dei resistant. Dixit enim, hoc est, antichristus: quid dixit? Non mouebor à generatione in generationem sine malo, id est, tanta mala faciam in vna gēte, vt antequam veniam ad alteram gentem, antea meam famam audiant & timeant. Aliter: Non mouebor à generatione carnali, in generationem spiritalem, id est, de terra cū corpore in cœlum conscendam, sine malo: ac si dicat, sine vlla iniuria. Cum voluerit ascendere ad montem Oliueti, dominus eum interficiet spiritu oris sui. Voluit vnus de membris suis Simon magus cœlum conscendere, sed interiit.

h ¶ *Cuius os maledictione*, &c.] Ac si dicat: Qui se sua iustitia iactat vt sit Deus, apud Deum maledictus est.

i ¶ *Sub lingua eius.*] Sub corde eius.

k ¶ *Labor & dolor.*] Dolor sibi est, & aliorum temperat laborem & dolorem.

l ¶ *Sedet in insidiis cum diuitibus.*] Id est, diabolus insidiatur per membra sua in quibus præsidet, & aliis nocet.

m ¶ *Vt interficiat innocentem.*] Id est, vt de innocentibus faciat nocentes, & sibi primum noceat.

n ¶ *Oculi eius.*] Id est, oculi antichristi.

o ¶ *In pauperem respiciunt.*] Hoc est, in ecclesiam: quæ est corpus Christi, ad nocēdum respicit, & non ad adiuuandū.

p ¶ *Insidiatur in occulto sicut leo in cubili suo.*] Diabolus, & leo, & draco dicitur. Potest dici draco, quando occulte nocet: & leo, quando aperte persequitur.

A

absconditus quasi leo in spelunca sua. Insidiatur [a] vt rapiat pauperem: [b] rapere pauperem dũ attrahit eum. In laqueo suo humiliabit eum: inclinabit se & cadet, cum dominatus fuerit pauperũ. [c] Dixit enim in corde suo, oblitus est Deus: auertit faciem suam, ne videat in finem. [d] Exurge domine Deus [e] & exaltetur manus tua: [f] ne obliuiscaris pauperum in finẽ: Propter quid [g] irritauit impius Deũ: [h] dixit enim in corde suo, non requiret. [i] Vides quoniam tu laborẽ & dolorẽ consideras: [k] vt tradas eos in manus tuas. [l] Tibi derelictus est pauper. [m] orphano tu eris adiutor. [n] Cõtere brachium peccatoris [o] & maligni: [p] quæretur peccatũ illius, & non inuenietur. [q] Dominus regnabit in æternum & in sæculũ sæculi: [r] peribitis gentes de terra illius. [s] Desiderium pauperũ exaudiuit dominus: [t] præparationẽ cordis eorum audiuit auris tua. [u] Iudicare & pupillo & humili: [x] vt nõ apponat vltra magnificare se homo super terram.

¶ [y] In finem psalmus Dauid.

PSALMVS X.

IN [z] domino cõfido, quomodo dicitis animæ meæ: [a] transmigra in montem sicut passer. [b] Quoniam ecce peccatores intenderunt arcũ: [c] parauerũt sagittas suas [d] in pharetra, [e] vt sagittent in obscuro rectos corde. [f] Quoniam quæ tu perfecisti, destruxerunt: [g] iustus autẽ quid fecit? [h] Dominus in templo sancto suo: [i] dominus in cœlo sedes eius. [k] Oculi eius in pauperẽ respiciunt: [l] palpebræ eius interrogant filios

a ¶ *Vt rapiat pauperem.*] Id est, Christianum.

b ¶ *Rapere pauperem, dum attrahit eum. In laqueo suo humiliabit eum:* &c.] Videtur inclinare se quasi ad humilitatem, vt videatur quasi mitis & sanctus, & cum se inclinauerit, tunc casurus est: quia dum sperat longe se esse à morte, tunc repentinus ei superueniet interitus.

c ¶ *Dixit enim in corde suo, Oblitus est, &c.*] Ac si dicat: Mea sunt omnia, quamdiu sæculum fuerit, & in obliuione tradi sit illa De⁹, & nũquã visus est illis: sed mea sunt, quia ego Deus sũ.

d ¶ *Exurge domine.*] Hoc est, ad iudicium Ecclesia dicit contra antichristum.

e ¶ *Et exaltetur manus tua.*] Id est, potentia tua: dum antichristus se taliter iactat omnia possidere sine fine.

f ¶ *Ne obliuiscaris pauperum in finem.*] Dum ille se dicit regnare vsque in finem. Propter hoc superius dicit.

g ¶ *Irritauit impius Deum.*] Id est, antichristus.

h ¶ *Dixit enim in corde suo, &c.*] Dicit antichristus: non curat Deus de isto præsenti.

i ¶ *Vides quoniam tu laborem, &c.*] Propheta loquitur ad Deũ. Quia antichristus meditatur vt noceat, tu consideras.

B

k ¶ *Vt tradas eos in man⁹ tuas.*] Manus Dei illi dicũtur, qui iustam vindictam Dei exercẽt super peccatores. Propter hoc manus: quia per illos vindicatur Deus. Aliter: *Vt tradas eos in manus tuas*, id est, in operibus suis, vt digni sint tradi qui indigna gesserunt: quia ipsi sibi suis miseriis tradiderunt: & dimisit illos in omnes voluntates suas.

l ¶ *Tibi enim derelictus est pauper.*] Id est, ecclesia. Ac si dicat: tua est ad saluandum.

m ¶ *Pupillo tu eris adiutor.*] Pupillus dicitur, qui non habet patrem: orphanus, qui nec patrem nec matrẽ habet. Pupillus dicitur, qui patrem diabolum non habet, vt in euãgelio: *Nolite vocare vobis patrem super terram.* Et qui non habet matrẽ, id est, gentilitatem, ac si dicat: ad istum eris adiutor. Matt. 23.a

n ¶ *Contere brachium peccatoris.*] Ista ad antichristum pertinent: quia confringet dominus fortitudinem eius.

o ¶ *Et maligni.*] Ipse est malignus.

p ¶ *Quæretur delictum eius, nec inuenietur.*] Hoc est, ad emendationem non est dignus venire. Et aliter: Non inuenietur, vt habeat peccatum: sed sit sicut Deus qui peccatum nõ habet quantum apud ipsum.

q ¶ *Dominus regnabit in æternum sine fine.*] Quia tunc erit regnũ cum tranquillitate, vt Paulus ait: *Cum tradiderit regnũ Deo & patri*, quando erit Deus omnia in omnibus. 1. Cor 15.a

r ¶ *Peribitis gentes, &c.*] Qui antichristum receperunt, peribunt ab ecclesia, hoc est de ecclesia, regnante Christo, gentes criminum à corpore humano depereunt.

s ¶ *Desiderium pauperum exaudiuit dominus.*] Id est, ecclesiam suam exaudiuit dominus vt vindicetur. Exaudiuit, vt eis tribueret regna cælorum.

t ¶ *Præparationem, &c.*] Hoc est, clementia tua. Aures domini audire dicuntur, cum exaudire dignatur, id est, æternã vitam, quam ecclesia desiderat cum eam ei dederit, vt quod quondam concupierat in spe, tandem fruatur in specie.

v ¶ *Iudicare pupillo, &c.*] Hic enim datiuo, non accusatiuo casu loquitur, hoc est, non vt pupillum iudicet, sed vt iudicetur pupillo & humili, vt accipiant vitam æternam.

x ¶ *Vt non apponat vltra magnificare se homo super terrã.*] Vt ex hoc non erigatur antichristus super electos Dei, neque terrentet illos: quia oppressus regno filij Dei amplius non erit. Nos quoque oramus dominum, vt nos ab eius operibus custodire dignetur illæsos, vt ab eo pupilli facti, patrem Christum dominum cognoscentes, ipsum sequamur fide, ipsum retineamus corde, ipsum glorificemus in opere: quia ipsi est cũ æterno patre & Spiritu sancto honor & gloria in sæcula sæculorum, Amen.

C

y ¶ *In finẽ psalmus Dauid.*] Decimus psalmus cõtra hæreticos & male credentes canitur.

PSALMVS X.

IN [z] *domino cõfido.*] Vox ecclesiæ contra hæreticos: siue Christi contra dæmones.

a ¶ *Transmigra in montem sicut passer*] Vult iustum ad deserta migrare, vt ibi eum facilius elidat. Vel quia hæretici dolosi sunt, de quib. ait propheta: *Væ his qui dicunt dulce amarum, & amarum dulce*: ideo volunt ad se seducere iustum dicẽtes: ad nos transmigra. Qui respõdit eis, In domino est spes mea, quomodo, inquit, ad vestros montes, hoc est, ad vestrã superbiã trãsmigrabo? Quod autẽ ait, sicut passer: sæpe passerem loco prudentiæ poni legimus. Ideo isti dicunt: Transi ad nos sicut prudẽs, cũ eorũ prudẽtia sit stulta. Esa. 5.a

b ¶ *Quoniã ecce peccatores, &c.*] Id est, hæretici ora illorum cõtra ecclesiam intẽderunt arcũ, potentiam verbositatis suæ.

c ¶ *Parauerunt sagittas suas.*] Hoc est, verba.

D

d ¶ *In pharetra.*] In semetipsis. Quia ipsi sũt pharetræ: vbi verba inania & sẽtẽtias venenosas, quas de scripturis sanctis conficiunt, occultas retinent.

e ¶ *Vt sagittent in obscuro, &c.*] Nunquam enim in luce pugnant, sed semper in tenebris. Qua propter iustus aiebat: *Lucerna pedibus meis verbum tuum domine.* Vt sagittent in obscuro rectos corde. Vt cũ viderint in ecclesia imperitos quosque, vel simplices, laqueis dolosis, ac occultis, illiceant. Psal. 118.o

f ¶ *Quoniam, &c.*] Quid est quod fecisti? Ecclesiam tuam in vnitate. Vnde dicit: *Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem.* Hæretici destruere volunt, hoc & in se, & in aliis: quia vnitatem scindunt. Aliter: Quem tu perfecisti Christum de Spiritu sancto conceptum, Iudęi occiderunt. Psal. 8.a

g ¶ *Iustus, &c.*] Cũ calumniantur hæretici & discordant inter se, hoc respõdet propheta in persona ecclesiæ. Inter vos discordamini, sed de vobis Christ⁹ nõ tacet, quia dixit: *Pacem meam do vobis, pacẽ meam relinquo vobis.* Et aliter: Quid fecit iustus? Hoc est, redemit mundũ, & seipsum dedit pro mũdo. Ioan. 14.d

h ¶ *Dominus in templo, &c.*] Ac si dicat propheta: Quamuis vos hæretici auersemini ecclesiam, tamen dominus in templo sancto suo sedet, & in templo erit, hoc est, in ecclesia. Dicit Apostolus: *Vos estis templum Dei viui.* Dominus in templo sancto suo: In ecclesia quam sibi exhibuit sanctam. 2. Cor. 6 d

i ¶ *Dominus in cœlo, &c*] In cœlo, hoc est, in sancto prædicatore. Vnde dixit, *Cælum mihi sedes est*: & anima iusti, sedes sapientiæ, in anima iusti, quæ cœlestia meditatur. Esa. 66.a

k ¶ *Oculi eius in pauperem respiciunt.*] Oculi Christi, aspectu diuinitatis ad populum Christianum respiciunt. Ad quid respiciunt? Hoc est, ad adiuuandum.

l ¶ *Palpebræ eius interrogant, &c.*] Subtilitas diuinitatis, id est iudicia Dei occulta, in quibus nos interrogat, quia per hoc cognoscit quid habet vnusquisque, quia iudicia Dei occulta sunt. Sicut scriptura aliquando obscuratur vt nos infirmitatem nostram cognoscamus: Iterum alleuamur, ne desperemus. Et alio modo: Per prospera & aduersa interrogat: quia per hoc probat Deus qualis quisque fuerit. Alio modo:

E do: Videmus vnam gentem flagellari: & scimus pro qua causa flagellatur: hic manifesta iudicia sunt. Et alio modo: Videmus flagellari, & nescimus pro qua causa: & hic occulta iudicia. Per hæc superius comprehensa.

a ¶ *Iustum & impium interrogat dominus.*] Id est, probat.

hominum. [a] Dominus interrogat iustū & impium: [b] qui autem diligit iniquitatē, odit animam suam. [c] Pluet super peccatores laqueos: ignis & sulphur, & spiritus procellarum, [d] pars calicis eorum. [e] Quoniam iustus dominus & iustitias dilexit: æquitatem vidit vultus eius.

¶ [f] In finem psalmus Dauid pro octaua.

PSALMVS XI.

SAluum me fac domine, [h] quoniam defecit sanctus: [i] quoniam diminutæ sunt veritates à filiis hominum. [k] Vana locuti sunt, vnusquisque ad proximū suum: [l] labia dolosa in corde, & corde locuti sunt. [m] Disperdat dominus vniuersa labia dolosa, [n] & linguā magniloquā. [o] Qui dixerūt, linguā nostrā magnificabimus, [p] labia nostra à nobis sunt: [q] quis noster est dominus? [r] Propter miseriam inopum, & gemitū pauperū: [s] nūc exurgam, dicit dominus. [t] Ponā in salutari: [u] fiducialiter agam in eo. [x] Eloquia domini eloquia casta: [y] argētum igne examinatum, [z] probatum terræ, [a] purgatum septuluin. [b] Tu domine seruabis nos, [c] & custodies nos: à generatione hac in æternū. [d] In circuitu impij

b ¶ *Qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam.*] Hoc est, perdit illam.

c ¶ *Pluet super peccatores, &c.*] Hoc secundum historiam factū fuit: quando dominus pluit sulphur & ignem super Sodomam. Vt ait apostolus Iudas, in exēplū ignis æterni factū fuit.
Iudæ b
Pluet super peccatores. Duob. modis & hæretici pluunt malam doctrinā, sicut vna pluuia irrigat terram fœcūdam & aridam, sic & vna prædicatio est à Deo, quæ infundit terram bonam, id est, sanctos: & terram malam, peccatores: quibus pertinent ista quę sequūtur. Ignis, cupiditas: sulphur, putredo peccatorum: spiritus procellarum, spiritus tēpestas. Spiritus procellarū, pœnam æterni iudicij, & verbera indicat peccatorum: quos igne exurit, tēpestas examinat. Et propheta dicit. *In circuitu eius tempestas valida.*

Psal. 49. e d ¶ *Pars calicis eorum.*] Quare dixit partem. Quia vnusquisque pro parte sua, qua de calice,
Psal. 61. c id est, iusta vindicta recipiet prout gessit miseriam suam, vt
Hier. 25. b ait propheta: *Reddet Deus vnicuique secundum opera sua.*

e ¶ *Quoniam iustus dominus, & iustitias dilexit, &c.* Quia vnusquisque quasi in speculo cum venerit in cōspectu eius, videbit iniquitatem suam: & ipse præuidet iniquitatem illorum. Vel præsentia Dei videt sanctos ad tegendum. Diligit
F
enim iustitiam: quia vnumquenique secundum opus proprium iudicat. Æquitatem vidit vultus eius, vt sanctis, præmia: peccatoribus tribuat pœnam. Qui nos vocatione sua dignetur dignos efficere: & non secundum peccata nostra, nobis supplicia inferat, sed secundum magnam misericordiam suam veniam largiatur: quia ipsi est cum æterno patre & spiritu sancto honor & gloria in sæcula sæculorū, Amen.

f ¶ *In finem pro octaua, &c.*] Iste psalmus de passione Christi cantatur, Pro octaua, sicut superius diximus.

PSALMVS XI.

S. *Aluum me fac domine.*] Vox Christi ad patrem pro parte carnis in passione.

h ¶ *Quoniam defecit sanctus.*] Præter te non superest, qui possit saluare.

i ¶ *Quoniam diminutæ, &c.*] Quare dixit veritates, dum vnū
Ioan. 14. a scimus qui est veritas, vt ait: *Ego sum via & veritas?* Sicut multæ ecclesiæ & vna ecclesia, sic multæ veritates: quia multorum iustorum opera, & multi iusti qui faciunt bonum. Sed quare diminutæ? Quia ante aduentum Christi, siue prophetæ, siue patriarchæ: tam bonæ naturæ, quam qui ex parte delictis videbantur seruire, in multis modis diminuti erāt, quia caput, id est, veritas, qui est Christus, nondum venerat. Membra diminuta erant, vsquequo caput eorum quod est Christus, aduenit.

Matt. 26. d k ¶ *Vana locuti sunt, &c.*] Primum Petrus, quando dixit: *Et si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt:* Sed hi omnes vana locuti sunt: dum adimplere quod proposuerunt, non potuerunt. Et hæretici, mali doctores, qui doctrinam peruersam docent, vana locuti sūt vnusquisque ad proximum suum. Christus dominus qui hæc loquitur, est omnium proximus: qui fecit misericordiā, vt morte sua alligaret vulnera nostra. Contra quem Iudæi in vaniloquio exercebantur.

l ¶ *Labia dolosa in corde, &c.*] Symmachus ita transtulit: Labia lubrica, in corde, aliud est, & aliud loquitur. Labia dolosa, bilingues dicuntur: quia duabus linguis loquuntur: quia aliud dicunt, & aliud retinent. Sic labia dolosa, qui
G
de corde in corde loquuti sunt mala: scelus quod conceperunt corde, protulerunt ore, perfecerunt opere.

m ¶ *Disperdat dominus vniuersa, &c.*] Nunquid maledicendo dicit? Non: quia non est mos sanctorum maledicere, sed pronūciādo quod futurum est dixit, nō optando, sed prophetando. Qui sunt labia dolosa? Hæretici & mali prædicatores.

n ¶ *Et linguam magniloquam.*] Id est, qui superba loquuntur.

o ¶ *Qui dixerunt, linguam nostram, &c.*] Hoc est, qui semetipsos in inuicem laudant, & opera sua magnificant.

p ¶ *Labia, &c.*] Ac si dicat: Doctores nostros ex nobis ipsis habemus, non aliunde. Plaudūt enim in vana verbositate, dicētes: *Nos filij Abrahæ sumus: & nemini vnquam seruiuimus.* Ioh. 8.

q ¶ *Quis noster est, &c.*] Ac si dicant: Nullum habemus dominum, quia omnia scimus.

r ¶ *Propter miseriam, &c.*] Vox patris est. Quis erat miser, nisi humanum genus in sæculo, quod in istam miseriam venit, in qua gemebat in peccatis? Et gemitus erat in inferno, in illis qui in pœnis habitabant.

s ¶ *Nunc exurgam, &c.*] Hoc est, mittam filium meum qui eos redimat: & illos qui in miseria sunt in mundo, vel eos qui in inferno commorantur. Quod ita factum est. Misit Deus pater filiū suum ad nos miseros, vt nos liberaret: & illius paupertate diuites essemus.

t ¶ *Ponam, &c.*] Dixit in salutari: & non dixit, quid ponam: subauditur, salutem generis. Et adhuc quid ponam? Contra gemitum, lætitiam: & cōtra paupertatē, diuitias spirituales.

v ¶ *Fiducialiter agam in eo.*] Vox patris de filio. Ac si dicat: Cum fiducia omnia facio per eum, quia diuinitas firmauit
H
humanitatem, vt scriptum est, libere egit.

x ¶ *Eloquia, &c.*] Vtriusque testamenti doctrinam in simul cōprehendit. Tunc casta sunt, si à bonis prædicatorib. incorruptibiliter & sine corruptione prædicētur. Tunc erit studij si quando prædicant non parentū prouocari amore, non potentū timore, non propter dona præsentia, non pro honore vano. Aliter. Qui nec audent addere aliud amplius, nec minuere tā in veteri quā in nouo testam. sed fideliter prædicāt.

y ¶ *Argentum igne, &c.*] Hoc est, Spiritu sancto probatū. Non illi eloquia diuina probant: sed Spiritus sanctus illos illuminat, qui ipsa prędicant: sicut in Esaia ille angelus, quando accepit calculum ab altari, & tetigit labia eius, dicens: *Ecce tetigi hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua: & peccatum tuum mundabitur.* Per argentum, vetus testamentum: per aurum, nouum. Sic est litera & spiritualis intellectus, quasi ex argento producatur aurum.
Esa. 6. b Sec. vul.

z ¶ *Probatum terræ.*] Hoc est, ecclesiæ. Illa eloquia diuina probata sunt per Spiritū sanctum, quem accepit ecclesia. Aliter: Probatum terræ, id est, Christus dominus: qui venit in humanitate illa pro parte carnis, quam ex Maria accepit, quasi terram dominus suscepit.

a ¶ *Purgatum septulum.*] Septem dona quæ in Christo fuerunt: non vt ille purificaretur, sed qui ipsa dona accepturi erant, purificarentur.

b ¶ *Tu domine seruabis nos.*] Hoc est, in fide: ecclesia rogat.

c ¶ *Et custodies nos, &c.*] Omnium malorum turbam simul comprehendit, hæreticorum, dialecticorum, & reliquorū. Ab istorum generatione dominus sperauit ecclesiam suam. Vnde & in euangelio: *Hæc omnia venient vniuersæ generationi illi, à sanguine Abel qui effusus est: vel à sanguine Zachariæ, filij Barachiæ, quem occiderunt inter templum & altare.* Matt. 23. d

d ¶ *In circuitu impij, &c.*] Cum transtulerit nos de præsenti sæculo in futurum, tunc impij foris ambulant: nec poterunt intrare cum sanctis, quos tu secundum magnitudinem

A tuā, tua solicitudine conseruasti. In circuitu impij ambulant: quia in æternam vitam non peruenient. Et aliter: Cum electi recepti fuerint, extra ianuam clamabũt: Domine, domine (Matt.25.a) aperi nobis. Aliter: *In circuitu erũt*, & dicetur eis: *Nescio vos.*
a ¶ *Secundum altitudinem tuam, &c.*] Filios Dei. Secundum multitudinem, iuxta abundantiā misericordiæ tuæ, qua multiplicatur ecclesia, hoc est, de pietate & misericordia ipsius: cũ in retributione futuræ beatitudinis promissa tua percipiētes, cōformes effecti fuerĩt corpori gloriæ tuæ: in quo tibi est cũ æterno patre, & Spiritu sancto, honor & gloria in sæcula sæculorum, Amen.

ambulant: [a] secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.

¶ b In finem psalmus Dauid.

PSALMVS XII.

VSquequo [c] domine obliuisceris me in finē: [d] vsquequo auertis faciem tuam à me? [e] Quamdiu ponam consilia in anima mea? [f] dolorem in corde meo per diem? [g] Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me? [h] respice & exaudi me domine Deus meus. [i] Illumina oculos meos, [k] ne vnquam obdormiam in morte: [l] ne quando dicat inimicus meus, præualui aduersus eum. Qui tribulant me, [m] exultabunt si motus fuero: ego autem in misericordia tua speraui. [n] Exultabit cor meum in salutari tuo: [o] cantabo domino, [p] qui bona tribuit mihi: & [q] psallam nomini domini altissimi.

PSALMVS XIII.

DIxit [r] insipiens in corde suo, non est Deus. [s] Corrupti sunt, & [t] abominabiles facti sunt in [u] studijs suis. [x] non est qui faciat bonum, non est vsq; ad vnum. [y] Dominus de cœlo prospexit [z] super filios hominũ: [a] vt videat si est intelligēs aut requirens Deũ. [b] Omnes declinauerunt, [c] simul inutiles facti sunt: [d] nō est qui faciat bonũ, nō est vsque ad vnũ. [e] Sepulchrũ patēs est guttur

b ¶ *In finem Psalmus Dauid.*] Duodecimus psalmus vocem continet animæ fidelis, requirentis Deum.

PSALMVS XII.

VSquequo domine obliuisceris, &c.] Vox ecclesię. Ac si dicat: Quamdiu? Quare in finem dicit? Quatuor elementis cōstat homo, igne, aere, aqua & terra. Terra inferior est ab his creaturis: quia finis creaturarũ terra est: ideo dicit ecclesia: Et si vilior sũ & vilissima quasi terra, vsquequo obliuisceris me? Nō propterea quia infima sum, & finis aliarũ creaturarũ: nō propter hoc me obliuiscaris in finē.
B d ¶ *Vsquequo auertis, &c.*] Vt non habeam notitiam, neque illuminationem cognitionis tuæ ante terminum vitæ huius.
e ¶ *Quamdiu ponam consilia in anima mea.*] Patior, hęc inquit, quoadusque per spirituale consilium te requiram.
f ¶ *Dolorem in corde meo per diem.*] Per illud scilicet lumen notitiæ tuæ, quod diu perdideram, apponam dolorem super tenebras peccatorum meorum, hoc est, agam pœnitentiam.
g ¶ *Vsquequo exaltabitur inimicus meus, &c.*] Quamdiu ad te conuersus non fuero, erigitur aduersus me diabolus, qui est humani generis inimic⁹. *Vsquequo exaltabitur inimicus me⁹ super me?* Quasi dicat. Quamdiu habet aduersarius dominationem ecclesiæ? Vsque in finem?
h ¶ *Respice & exaudi me domine Deus meus.*] Oratio ecclesiæ est. De tribus personis potest intelligi: Respice in tribulatione, vel in auxilio: & exaudi me in hoc quod deprecor.
i ¶ *Illumina oculos meos.*] Id est, oculos cordis.
k ¶ *Ne vnquam obdormiam in morte.*] Scimus quia non potest homo dormire qui in tormento est, sed dormire pro nece illa ponit. Vnde superius ait: Mors sine morte, & defectus sine defectu. Et dominus dormiuit in naui, cum suscita- (Matt.8.c) tus est à discipulis. Notandum, quod dominus dormiebat, quando fides apostolorum titubabat. Vnicuique dominus pro fide sua vigilat: & per fidem excitatur. Et si non habetur fides, quasi dormire videtur. Vnde dicit: Excita fidem tuam, & tunc suscitas Christum. *Respice & exaudi me domine Deus meus. Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte.*
(Ioan.1.) Tu es enim *lux vera quæ illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum.* Tu enim illuminas oculos cordis nostri, ne nos æternæ mortis obrepat somnus.
l ¶ *Ne quando dicat inimicus meus, præualui aduersus eũ.*] Ne quando, hoc est, in futuro iudicio, dicat inimicus meus, præualui aduersus eum, id est, seduxi eum vt deciperem. Ac si dicat: Si nos potest aduersarius in somno infidelitatis inuenire, tunc præualet super nos.
m ¶ *Exultabunt si motus fuero.*] Ipsi quorũ pedes moti: quia in veritate Dei nō steterunt, si meos pedes, hoc est, sensus, de fide catholica potuerunt elongare: tunc exultabunt, id est, gaudebunt, vt ait propheta: Mei autem pene moti sunt pedes: sed ego in tua misericordia spero, vt stabiliar in fide.
n ¶ *Exultabit cor meum, &c.*] In domino Iesu Christo.

C
o ¶ *Cantabo domino.*] Id est, laudabo, prædicabo.
p ¶ *Quia bona tribuit mihi.*] Hoc est, istius vitæ præsētis subsidia, quibus subsistimus, vt despectis pōpis sæculi, spiritualia mente conspicerem. Aliter: Bona tribuit, virtutes ecclesiæ, id est, fidem, spem, & charitatē: & in futuro vitā æternā.
q ¶ *Psallam nomini dñi, &c.*] Hoc est, quod cāto & prædico, opere impleā. Merito ergo domine Iesu Christe, nomini tuo psallimus: qui diues pietate, & iustis victoriā præstas: & peccatores vt ad te cōuertantur, inuitas: tibi gloria & honor cum æterno patre & Spiritu sancto in sæcula sæculorum. Amen.

Tertiusdecimus psalmus non habet inscriptionem, sed redēptionē nostram ex Siō processuram esse pronuntiat. Et primo quidem contra impios loquitur: qui confidentes in diuitijs sæculi, Deum qui has largitur, ignorant.

PSALMVS XIII.

DIxit insipiens, &c.] Pro eo quod est insipiens, in Hebræo נבל Nabal positũ est. (1.Reg.25.d) Vnde & Abigail de viro suo Nabal ait in monte Carmelo: Vere secundum nomen suum insipiens est. Non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Hunc psalmũ de passione Christi referunt, quando omnes dominum reliquerunt: intantum D vt Petrus quoque, qui apostolorum fuit princeps, negauerit. Qui dixerunt in corde suo, non est Deus. In corde dixerunt, non in ore. Quare? Quia nō ausi sunt: ne forte deorum suorum numina violarent. Dixit insipiens, populus Iudaicus: qui dicunt in corde, nō est Deus, non est Christus filius Dei. Vnus ex eis non solum pro Deo non habuit, sed nec prophetam credidit, dum dixit: *Hic si* (Luc.7.f) *esset propheta, sciret vtique quæ & qualis esset mulier quæ tāgit eum, quia peccatrix est.* Et aliter: *Si Filius Dei est, descen-* (Mat.15.a) *dat nunc de cruce, & credimus ei.*
s ¶ *Corrupti sũt.*] Ab illa integritate bonæ naturæ degeneres.
t ¶ *Abominabiles facti sunt.*] Id est, odibiles.
v ¶ *In volũtatibus suis.*] Id est, in factis suis. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in volũtatibus suis. Si enim Dei notitiam habuissent, corrupti & abominabiles non fuissent.
x ¶ *Non est, &c.*] Nisi quis cognouerit Christũ, qui est vnic⁹ patris, bon⁹ prors⁹ esse nō poterit. Nō est qui faciat bonũ, nō est vsq; ad vnũ. Hic apparet q̄ iste psalm⁹ ad passionē pertinet: quia null⁹ de discipulis, neq; Petr⁹, qui caput ecclesię est, quia & ipse negauit: nullus de hominib⁹, quia tot⁹ mũdus ad inferiorē partē declinauerat, p̄ter vnũ hominē, qui est Christus.
y ¶ *Dominus de cœlo prospexit.*] Salutem generi humano dare. Vel, de cœlo, id est, de sanctis.
z ¶ *Super filios hominum.*] Quos sanctos suos faciat. Vel, de sancto suo. Super filios hominũ id est, super genus humanũ.
a ¶ *Vt videat.*] Hoc est, vt videre sāctos suos faciat, per quos respicit & in quibus habitat. *Dominus de cœlo prospexit super filios hominum: vt videat si est intelligens aut requirens Deũ.* Prospicit per animas sanctas, quas sæpe cœlum diximus, vt videat si sit sapiens qui Deum mente requirat: nam apud diuinam potentiam nihil habetur obtectum.
b ¶ *Omnes declinauerunt simul.*] Declinauerat totum genus humanum ad inferiorem partem.
c ¶ *Simul inutiles facti sunt.*] Et sibi & alijs. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt.
d ¶ *Non est qui faciat bonum, &c.*] Dicit. n. hęc de gentib. Sed quia interponit omnes, adiũgit Iudæos intelligēdos: qui sæpe se in volutabris atque idololatrijs gentium miscuerũt.
e ¶ *Sepulchrum patens est guttur eorũ.*] Ab hoc versu vsq; ad eũ, vbi dicit: Non est timor Dei in conspectu oculorũ eorũ: in He-

E in Hebræis codicibus non habetur. Quæritur ergo quomodo Apostolus hoc vsus sit testimonio in epistola quã ad Ro-
Rom 3 b manos scripsit. Respondemus, Apostolũ de Deuteronom, ac Psalterio & cęteris scripturarũ locis hoc testimoniũ texuisse. *Ibi timuerunt timore*: hoc quod sequitur: *Vbi nõ erat timor*, in Hebræis voluminib. non habetur. *Sepulcrum patens est guttur eorũ*. Per seductiones suas in ora, tãq̃ in sepulcra homines cõgesserũt. Nã & alibi simile huic
Psal. 123. a potitur: *Nisi dñs fuisset in nobis, forsitã viuos deglutissẽt nos.*

a ¶ *Linguis suis dolose agebant*] Corrũpẽtes mores bonos colloquiis malis.

b ¶ *Venenum aspidum sub labiis eorum.*] Quia sicut aspides, ita obturant aures suas, ne præcepta diuinæ legis exaudiant. Venenũ enim, dolus iniquorum colloquiorum intelligitur.

c ¶ *Quorũ os maledictione*, &c.] Benedictio adulationis, maledictionem infert. Amaritudo enim ad id refertur: quia dulcia eloquia Dei male sentiendo, in suam perniciẽ amara fecerunt. *Quorũ os maledictione & amaritudine plenum est*: quia & sibi & aliis nocet eorum doctrina: & in futuro condemnat.

d ¶ *Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.*] Et corporaliter & spiritualiter occidunt, dum Christum (qui vita est animæ) ab ipsa effundere desiderant.

e ¶ *Contritio & infelicitas in viis eorum.*] Contritio corporis, infelicitas animæ. In viis eorum, in operibus eorum. Sẽper peccatores in via sua infeliciter conteruntur.

f ¶ *Quoniam viam pacis non cognouerunt.*] Quæ est Christus dominus: nec per fidem, nec per operationem. Quare non cognouerunt? Propter hoc quod sequitur.

F g ¶ *Quia non est timor Dei ante oculos eorũ.*] Non proposuerũt Deum ante sensus eorum, in memoria & sancto timore. Non est timor Dei ante oculos eorum. Non enim metuunt futurum iudicium, ideo non obseruant mandata eius.

h ¶ *Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem?*] Vẽturam vltionem? Ac si dicat: Si modo non cognoscunt, cognoscent in iudicio quando venturus est.

i ¶ *Qui deuorant plebem meam*, &c.] hæretici populũ Christianum. Sicut panis in omnes cibos currit, & sine ipso satiari non potest, sed cum omnibus cibis sumitur: sic & hæretici nunquam satiantur iniquitatibus suis, nisi de plebe Dei, vel de ecclesia, quos possunt capere inde satiantur. *Qui deuorant plebem meam*, populum ecclesiasticum, *sicut cibũ panis*: quia
Ioan 6 d non est panis viuus, nisi qui de cœlo descendit.

k ¶ *Dominum non inuocauerunt.*] Si enim inuocassent, salui vtique fuissent. Aliter: Deum non inuocauerunt. Quare? Quia multi inuocant, sed non Deum, sed aliam rem quam desiderant habere pro Deo, non ipsum Deum.

l ¶ *Illic trepidauerunt*, &c.] Et gentes, suos timent deos: &
Ioan. 11. f ipsos potentes Iudæi, quando de Christo dixerunt: *Si dimittimus eum viuere, venient Romani, & tollent nostrum regnum & gentem. Illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor*: In idolis vtique & vanis simulachrorum tribus.

m ¶ *Quoniam dominus in generatione iusta est.*] In populo Christiano. Et in Iudæis fuit, quia ex ipsis carnem sumpsit.

n ¶ *Consilium*, &c.] Christum Iudæi credere noluerunt, hoc est, de aduentu mysterium incarnationis eius credere no-
2. Cor. 8 b luerunt. Inops dicitur Christus, vt ait Paulus: *Quia cum diues esset, inops factus est, vt illius inopia nos diuites faceret.* Cõsiliũ inopis confudistis, id est, Christi: non intelligentes eũ à Deo processisse cũ præberet consiliũ, dicens: Pœnitentiam agite.

o ¶ *Quia dominus spes eius est.*] Pater vtiq; propter assumptã
Matt 4 c carnem: quia humanitas confortata est à diuinitate.
Luc. 24. g p ¶ *Quis dabit ex Sion*, &c.] Quis nisi Deus qui est in Sion? ille dedit salutem ipsum Christum in ecclesia sancta. Aliter: *Quis dabit ex Sion salutare Israel?* Christus dominus, quem

guttur eorum: [a] linguis suis dolose agebãt, [b] venenum aspidum sub labiis eorum. [c] Quorum os maledictione & amaritudine plenum est: [d] veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. [e] Contritio & infelicitas in viis eorũ: [f] quoniam viã pacis non cognouerũt: [g] non est timor Dei ante oculos eorum. [h] Nonne cognoscẽt omnes qui operantur iniquitatem: [i] qui deuorant plebem meam sicut escam panis: [k] dominum non inuocauerunt. [l] Illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor. [m] Quoniã dominus in generatione iusta est: [n] cõsiliũ inopis cõfudistis: [o] quoniam dominus spes eius est? Quis dabit ex Sion salutare Israel, [q] cũ auerterit domin⁹ captiuitatẽ plebs suæ: [r] exultabit Iacob, & lætabitur Israel.

¶ [s] Psalmus Dauid.

PSALMVS XIV.

DOmine [t] quis habitabit in tabernaculo tuo: [u] aut quis requiescet in monte sancto tuo? [a] Qui ingreditur sine macula: [a] &

G habitatores illius terrenæ Sion non crediderunt.

q ¶ *Dum auerterit dominus captiuitatem*, &c.] Iam redempti sumus de illa captiuitate transgressionis, sed adhuc in captiuitate vitæ istius sumus. Et aliter: De parte Iudæorum, quod ipsa auertatur de captiuitate tempore Eliæ & Enoch, vt Pau-
Rom. 11. e lus dixit: *Cum plenitudo gentiũ subintrauerit, tunc omnis Israel saluus fiet.* Aliter: *Dum aduertet dominus captiuitatem plebis suæ* per propriam passionem.

r ¶ *Lætetur Iacob, & exultet Israel.*] Ipse est Iacob qui & Israël: sed hic Iacob, & illic Israel. Hic supplantator vitiorum, & illic videns Deum facie ad faciem, quando erit Deus omnia in omnibus, qui relictis sæcularibus, mente dominum cõtuetur. Qui nobis tribuere dignetur, vt nos actu Iacob effecti, supplantatis vitiis, & verè Israelitæ, ipsum mente videre, ipsum corde tenere mereamur, cui est cum æterno patre & Spiritu sancto honor & gloria in sæcula sæculorum, Amen.

s ¶ *Psalmus Dauid.*] Opportune quartusdecimus psalmus lectus est: & secundum ordinem ita euenit, vt propemodum de industria lectus esse videatur. Secũdum ordinem lectus est psalmus. Ex dispensatione Dei puto factum esse, vt quod vobis prodeat, in ordine exponẽdi hodie recitaretur. Quartusdecimus psalmus lectus est, qui præscribitur, psalmus Dauid. Dauid autem noster, Christus est, vt sæpe diximus. Deinde legimus in Exodo: quia quarta Exod. 12. a
decima die agnus immolatur. Quartadecima die immolatur, quando luna plena est, quando nihil deest de lumine. Videte ergo quod Christus nõ immolatur, nisi in perfecto & pleno lumine. Quoniam ergo quartadecima die immolãdus est vo- H
bis agnus, nunc propheta miratur & interrogat.

PSALMVS XIV.

DOmine quis habitabit, &c.] Vos qui vultis habitare in tabernaculo domini, audite quæ dicit dominus: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Tabernaculum hic pro æternitate accipimus, quamuis in aliis locis ecclesia intelligatur: quia hic in tabernaculo præsenti quod est ecclesia, multi habitant corpore & non fide: quia hic dum inferiores sumus, quasi in tabernaculo consistimus: vsquequo post victoriam in domum perueniatur. Aliter: *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo?* Quis, inquit, terrenus poterit templum Dei effici, & habitare in ciuitate viuentis Dei? De qua Apostolus multa loquitur.

v ¶ *Aut quis requiescet in monte sancto tuo?*] Quis, ait, dignus erit conformis fieri imagini filij Dei, qui sæpe mons dicitur? Heb 12 f
Hic est lapis excisus de monte sine manibus: hic factus est Rom 9 f
mons magnus: hic impleuit latitudinem orbis terræ: in hoc Dan. 2 g
sanctorum animæ requiescũt. In hoc ergo nullus accipit requiem, nisi qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiã: qui immunis est ab omni labe peccati, & præcepta Dei inuiolabiliter custodierit. Aliter: *Aut quis requiescet in monte sancto tuo?* Non prius in monte, & postea in tabernaculo: sed prius in tabernaculo, & ita in monte. Tabernaculum non est firma domus: tabernaculum non habet fundamentum, sed huc illucque mutatur, & cum transmigrante migrat: quia tabernaculum non habet fundamẽtũ, sed est domus incerta: dom⁹ autẽ firma habet fũdamẽta, Mõs, pro vita ęterna ponitur.

x ¶ *Qui ingreditur sine macula.*] Hoc est, sine mortalib. peccatis: quia sine minutis esse non possumus. Vnde dicitur: *Si dicimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.* Vel aliter: Qui ingreditur sine macula. 1. Ioan. 1. a
Videte quid præcipitur, Non dixit: qui peruenit ad finẽ sine macula, sed qui adhuc in itinere est & maculam non habet. Dicere aliquis potest: Non habeo maculam, non feci malũ. Non sufficit nobis malum non facere, nisi fecerimus & bonum. Denique sequitur.

^a & operatur iustitiam. ^b Qui loquitur veritatẽ in corde suo: ^c qui nõ egit dolum in lingua sua. ^d Nec fecit proximo suo malum: ^e & opprobriũ nõ accepit aduersus proximos suos. ^f Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus: ^g timentes autem dominũ, glorificat. ^h Qui iurat proximo suo, & nõ decipit: ^i qui pecuniam suam non dedit ad vsuram: ^k & munera super innocentem non accepit. ^l Qui facit hæc, non commouebitur in æternum.

¶ m Tituli inscriptio ipsi Dauid.

PSALMVS XV.

CONserua ^n me domine, quoniam speraui in te: ^o dixi domino, Deus meus es tu: ^p quoniam bonorum meorum nõ eges.

A a ¶ *Et operatur iustitiam*] Non dixit, operatur castitatem, operatur sapientiã, operatur fortitudinem. Et hæ quidem virtutes optimę sũt. Sapiẽtia nobis prodest, fortitudo nobis prodest, vt persecutionib. resistamus. Deinde temperãtia & castitas nobis necessariæ sũt, ne perdam^9 animas nostras. Iustitia sola magna virt^9 est, & mater omnium. Dicat aliquis: Quomodo iustitia maior est cæteris virtutib^9? Cæteræ virtutes habentẽ delectãt: iustitia nõ delectat habentem, sed alios. Si sapiens sũ, sapiẽtia me delectat: si fortis sũ, fortitudo mea me delectat: si fuero cast^9, castitas mea, lætitia mea est. Cæterũ iustitia nõ prodest habentibus, sed cæteris miseris non habẽtibus. Vel aliter: [Matt.19.a] *Et operatur iustitiã*, hoc est, custodit mandata, vt illud: *Si vis ad vitam venire, serua mandata.*

b ¶ *Qui loquitur veritatẽ, &c.*] Multi loquuntur veritatem in labiis, sed non in corde: qui videntur vera dicere, sed cor cum labiis nõ cõsonat. Aliter. *Qui loquitur veritatẽ in corde suo*, vt vera de veritate cogitet, qui est Christus: nec se assertionibus hæreticis misceat, quæ falsæ semper inueniuntur ac vacuæ. [Rom.10.b] Vnde Paulus dixit: *Corde creditur ad iustitiam: ore autem cõfessio fit ad salutem.*

c ¶ *Qui non egit dolum in lingua sua.*] Non protulit dolose doctrinam catholicam ad decipiendum: sed quæ loquutus est ore, compleuit opere. Ille dolose agit, qui aliud cogitat & [Psal.33.c] aliud dicit: sicut propheta ait: *Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum.*

d ¶ *Nec fecit proximo suo malum.*] Qui facit misericordiam, ipse est proximus. Christus dominus fecit misericordiam, vt nos sua passione redimeret: cuius doctrinam nullus in malũ vertat, sicut hæretici faciunt. Proximus noster omnis homo B Christianus est. *Quod tibi non vis fieri, alij ne facias.* Et alibi [Tob.4.c] dicit: *Diliges proximum tuum, sicut teipsum.* Et iterũ dicit: *De-* [Matt.22.d] *clina à malo, & fac bonum.* Quidam putant proximũ esse fra- [Psal.36.c] trem, aut vicinum, aut cognatum, aut consanguineum. Sed dominus noster docet in euangelio in ea parabola, vbi quidã [Luc.10.e] descendit de Hierusalem in Hiericho: sacerdos transiuit, leuita transiuit, & non est misertus: Samaritanus transiuit, & misertus est. Et interrogat postea dominus & dicit: Quis horum proximus fuit? Statim dicit: qui benefecit. Et infert dominus: *Ite, & vos similiter facite.* Omnes ergo homines nobis proximi sunt: & nulli debemus malum facere.

e ¶ *Et opprobrium non accepit aduersus, &c.*] Nunquam à suis vicinis quasi noxius accusatur. Timentes autem dominum, glorificat. Non diuites glorificat, non potentes, sed eos tantũ qui dominum timent. Et opprobrium non accepit aduersus proximos suos. Opprobrium detractionis de fratre tunc non accepit, si prius non credit illa antequã probet. Ac si dicat: Qui ista custodit quæ superius dixit, ille est sine macula, & operatur iustitiam. Et iste habitat in tabernaculo, & requiescet in monte sancto tuo, hoc est, in vita æterna.

f ¶ *Ad nihilum deductus est in conspectu eius, &c.*] In illius iusti conspectu diabolus. Nã in ecclesia quicunque malus est in conspectu sancti pro nihilo computatur. Ad nihilũ deductus est: quia apud talem sanctum pro nihilo habetur: dum angelus fuit, & refuga factus est: & sicut fuit factus ex nihilo, postea quam bona perdidit, redactus est ad nihilum. Et dum nihil est, fortissimi sancti non eum timent.

g ¶ *Timentes autem, &c.*] Vox ecclesiæ. Qui timent dominũ timore sancto, dominus eos magnificat. Aliter ad sẽsum moralem: *Timentes autem dominum magnificat.* Scit enim in his habitare Deum, sicut ait dominus: *Qui vos diligit, me diligit.* [Ioan.14.]

h ¶ *Qui iurat proximo suo & non decipit.*] Iste iam minor est à perfectione, & si bona facit: quia & si pro iuramẽto nõ decipit, tamen vituperatur pro illo præcepto quo dicitur, Non iurare omnino, neque per cœlum, neque per terrã: *Sit autem* [Matt.5.e] *sermo vester, est, est: non, non.* Quia ista sententia perfectorũ est, non iurare. Quia anima quando promittit Dei præcepta custodire, si proximus corpus est, tunc illum decipit, si hoc C quod promittit, non obseruat.

i ¶ *Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram.*] Et si non peccet quis eo quod quantum dat, tantum recipit: tamen perfectio non est: quia dictum est: *Frange esurienti panẽ tuũ.* Et *beatius* [Esa.58.b] *est magis dare, quã accipere.* Vsquequo ad ista peruenit, minor est à perfectione. Aliter: Pecu- [Act.10.g] nia, domini est prædicatio: multi nolunt illam donare, si exinde pretium non recipiunt. Tamẽ licet victum & vestitum de ipsa pdicatione accipere, sicut sãctus Paulus dicit: amplius exinde nihil habere, sicut dicit: [1.Cor.9.c] *Qui euãgeliũ prædicant, de euangelio viuere.* Et dñs ait: *Dignus est operari^9 cibo suo.* Sed qui pl^9 [Matt.10.b] requirere voluerit, in vsurã reputatur. Vnde Paulus dicit: *Si* [1.Cor.9.b] *vobis spiritualia seminauimus, magnũ est si vestra carnalia metam^9?* Ac si dicat: Nõ est magnũ aduersus illa spiritualia q̃ vobis annuntiamus. *Habẽtes autẽ vi-* [1.Tim.6.b] *ctũ & vestitũ, his contenti sim^9.* Sancte Sicut enim visibilis pecunia prohibetur ad vsuram dari, ne is qui commodat, magis spoliet: ita & verbum Dei, quod est magna pecunia, non tantũ diuitibus qui pascunt & remunerant, verũ etiam indigentibus & pauperibus gratis debet insinuari, domino sic dicente: *Gratis accepistis, gratis date.* [Matt.10.a]

k ¶ *Et munera super innocentem, &c.*] Vt non conturbent iudicium veritatis, munera offerentes. Et aliter: Ne similis Iudæ efficiatur, qui accepto argenti pondere, vendidit innocentem. Sicut propheta dicit: *Qui excutit manus suas ab om-* [Esa.33.c] *ni munere iste in excelsis habitabit.*

l ¶ *Qui facit hæc, non commouebitur in æternum.*] Hæc omnia sicut allegorice retineri, ita & secũdum literam exposita custodiri debent in moribus. Quæ si quis irreprehensibiliter custodierit: non solum à commotione æterni iudicii securus D erit, verum etiam ipsum montem tabernaculumque cæleste possidere merebitur in Christo Iesu domino nostro: cui est honor & gloria cum æterno patre & Spiritu sancto in sæcula sæculorum. Amen.

m ¶ *Tituli inscriptio ipsi Dauid.*] Tituli inscriptio in tumulis & in sepulcris est, quæ mortuorum corpora tenent. Pro quo Aquila & Symmachus, humilem & simplicem immaculatumque posuerunt: significantes psalmum ad Christũ proprie pertinere, dicentem: *Discite à me, quia mitis sum & hu-* [Matt.11.d] *milis corde, & mansuetus.* Psalmus, vt diximus, regis nostri vocem, quam in assumpto homine profert, sine diminutione retinet deitatis missã à patre, Dauid, id est, ipse Christus. Iste psalmus ad passionem pertinet. Tres sunt tituli, qui scribuntur: Vnus super tumulos mortuorum: alius in liminibus ciuitatis vel domorum: tertius in victoria regis. Hic ergo de titulo victoriæ regis dicit, sicut iste rex fuit, hoc est, Christus: & fuit scriptum super caput eius in pascha post victoriam, id est, post victum diabolum, redempto humano genere, tribus linguis, id est, Græce, Hebraice & Latine. Vnde [Matt.27.d] & Pilatus dixit: *Quod scripsi, scripsi.* Et posuit super caput ipsius causam Christi: *Hic est rex Iudæorum.*

PSALMVS XV.

COnserua ^n me domine, &c.*] Vox Christi ad patrẽ in passione in persona hominis assumpti. Ac si dicat: à patre, à quo exiui, in passione custodiat: quia in es spes mea.

o ¶ *Dixi domino, Deus meus es tu.*] Ostendit se hominẽ in humilitate carnis, cum æqualis sit in omnipotẽtia maiestatis: quia si dixisset: dominus meus es tu, filium minorem demonstrasset, patrem maiorem. Propterea dixit: Dixi domino, Deus meus es tu, quia in diuinitate æqualis est patri.

p ¶ *Quia bonorum meorum non indiges.*] Eandem lineã & in Iob scriptam legimus. Quid prodest, si tu simplicẽ facias viã tuam? Vniuersa igitur bona quæ dominus secundum formam serui in carne monstrauit: non patri prosunt, sed generi humano *Quoniam bonorum meorum non eges.* Vox Christi. Quæ sunt bona Christi? Hoc est, incarnatio, passio, resurrectio & redemptio nostra. Vel aliter: Bona, sunt cœli &

quæ

E quæ in eis sunt: & terra bona, & quæ in ea sunt, quæ Deus creauit. Hic pater nec postquam facta sunt, indiguit, nec antea. Ista patri non sunt opus, nec necessaria. Sed eius

a ¶ *Sanctis qui in terra sunt eius.*] Istis hæc omnia sunt necessaria. In terra sunt eius, id est, in ecclesia.

increpuerunt me renes mei. Delectationes carnales tūc me increpant, quando mihi suggerunt vt peccem quando delectanit caro. Sed nisi tu fuisses à dextris, forsitan infirmarer. G

m ¶ *Prouidebam dominum in cōspectu meo semper.*] Filius patrem, ecclesia Christum.

b ¶ *Mirificauit omnes voluntates suas,&c.*] Christus per sanctos suos mysteria sua mirificauit, hoc est, magnificauit.

c ¶ *Multiplicatæ sunt infirmitates eorum:&c.*] Gentes de quibus nunc ecclesiam congrego, antequam idola eorum multiplicarentur, Deum naturaliter nouerant. Sed postquam multiplicata sunt idola, quod LXX. infirmitates interpretati sunt: relinquentes ea, ad me celerrime sunt reuersi.

d ¶ *Non congregabo conuenticula eorum, &c.*] Quia spiritualis est religio noui testamenti.

e ¶ *Nec memor ero nominum eorū per labia mea.*] Mutamur quippe in lauacro: & ex filiis hominum vocamur filij Dei. Nec memor ero nominum eorum per labia mea. Vox Christi. Nec memor ero istorum apostolorum nominum, quæ prius ante fidem habuerunt, quando infidelitatem habuerunt. Illa non recordabor: quia crescentibus meritis, nomina addita sunt noua, sicut Abraham, sicut & Sara, sicut Petro, & reliquis: qui antea serui peccari, sed postea amici: sicut dominus dixit: *Iam non dicam vos seruos, sed amicos.* Et sanctus Paulus fuerat, quando dicebat: *Fuimus aliquando & nos stulti & increduli, sicut & cæteri: sed misericordiam Dei consequuti sumus.* Et iterum: *Sed abluti estis, sed sanctificati estis.*

[a] Sanctis qui sunt in terra eius,[b] mirificauit omnes volūtates suas in ēis.[c] Multiplicatæ sunt infirmitates eorum: postea accelerauerunt.[d] Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus:[e] nec memor ero nominū eorum per labia mea:[f] Domin⁹ pars hæreditatis meæ,[g] & calicis mei:[h] tu es qui restitues hæreditatē meam mihi.[i] Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hæreditas mea præclara est mihi.[k] Benedicam dominum qui tribuit mihi intellectum:[l] insuper & vsque ad noctem increpuerunt me renes mei.[m] Prouidebam dominū in conspectu meo semper:[n] quoniam a dextris est mihi ne cōmouear.[o] Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea:[p] insuper & caro mea requiescet in spe.[q] Quoniam nō derelinques animam meā in inferno:[r] nec dabis sanctum tuū videre corruptionem.[s] Notas mihi fecisti vias vitæ:[t] adimplebis me lætitia cum vultu tuo:[u] delectationes in dextera tua vsque in finem.

¶ [x] Oratio Dauid.

PSALMVS XVI.

EXaudi [y] domine iustitiā meam:[z] intende deprecationem meam. [a] Auri-

n ¶ *Quoniam à dextris est mihi, &c.*] Ac si dicat: Si tu nō fuisses à dextris, forsitan commotus essem de fide ad infidelitatem, de bono ad malum.

o ¶ *Propter hoc lætatum, &c.*] Propter resurrectionem lætatus sum: quia per eam liberatus est mūdus. Aliter, Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea. Propter istud, quod me adiuuas, cor meū lætatur, lingua mea prædicat.

p ¶ *Insuper & caro mea, &c.*] Vox Christi. Pro persona corporis requiescit in spe. Ac si dicat: Ecclesia quæ est caro mea modo requiescit in spe, id est, in spe resurrectionis: vt vbi caput præcessit, membra sequantur.

q ¶ *Quoniam non derelinques animam,&c.*] Non derelinques: quia propterea illuc descendit, vt electos suos exinde eiiceret, & diabolum ligaret. Diabolus antea se taliter iactabat, vt omnia regna mundi haberet: sed modo non solum illum tenere non potuit, sed potius à Christo ligatus perhibetur.

F

Ierem. 29.b Titum 3.a 1.Cor. 6.c

f ¶ *Dominus pars hæreditatis meæ.*] Vox Christi ad patrem. Hæreditas Christi, ecclesia est, & dominus est pars corporis sui. Pro parte hominis assumpti dicit: quia ille accepit de nostro humanitatem, & nos de suo immortalitatem.

g ¶ *Et calicis mei.*] Quare dixit calicem? Quia per calicem accipit vnusquisque iuxta mensuram: sed Christus plusquam membra sua, vt ait Paulus: *Qui est primogenitus in multis fratribus.*

Rom. 8.f Ioan. 6.a

h ¶ *Tu es qui restitues hæreditatem meam mihi.*] Hoc est quod in euāgelio dicitur: *Nemo venit ad me, nisi pater meus traxerit eum ad se.* Secundum historiam, Christi hæreditas Iudæi fuerunt, ad quos Christus venit. Sed tunc dissipata est, quādo eum crucifixerunt: sed restituetur in futuro, cum plenitudo gētium subintrauerit. Aliter. Restituet Deus pater hæreditatem Christi, quando electos suos, corpus sanctæ ecclesiæ ad illam integritatem attraxerit, vt post resurrectionem acceptis corporibus suis, incorrupti & immortales viuant: quia illam immortalitatem in Adam perdiderunt.

i ¶ *Funes ceciderunt mihi in præclaris.*] In optimis. Pro vno Israel, vniuersi orbis hæreditatem sum consequutus. Funes in hæreditatem dantur: quia quod dixit, ceciderūt mihi in præclaris, tantundem est, ac si dicat, in patriarchis & prophetis atque apostolis: vel quoscunque aduocauerit pater, Christus secum recipit. Propterea dixit in præclaris, sanctis vel apostolis.

k ¶ *Benedicam dominum qui tribuit, &c.*] Vox capitis cum membris. Tribuit intellectum discernendi inter bonum & malum, inter sensum & literam, inter Deum & proximum, inter lucem & tenebras. *Benedicam dominum, qui mihi tribuit intellectum.* Qui sapientia Dei est, non indiget ipsa sapientia: sed secundū illud accipiendū, quod in euangelio dicitur: *Iesus proficiebat ætate, sapientia & gratia corā Deo & hominib.*

Luc. 2.g

l ¶ *Insuper & vsque ad noctem increpuerunt me, &c.*] Noctem, tempus significat passionis: in quo interiori erudita est diuinitate humana fragilitas. Insuper & vsque ad noctem

r ¶ *Nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.*] Quomodo dicit, non dabis videre corruptionem: dum alibi dicit: Quæ vtilitas in sanguine meo, dum descendero in corruptionem? Non de corruptione corporis Christi in sepulchro dicit, sed de cæterorum sanctorum. H

s ¶ *Notas mihi fecisti vias vitæ*] Vox capitis pro corpore. Viæ vitæ, mandata Christi sunt, vt scriptum est: *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Luc. 19.a

t ¶ *Adimplebis,&c*] Tunc erit plena lætitia, cum adunatum fuerit corpus ecclesiæ in regnum Dei, hoc est, cum tradiderit regnum Deo patri suo: tunc erit Deus omnia in omnib⁹.

v ¶ *Delectationes in dextera tua vsque in finem*] Dextera patris, filius est. Delectatio vitæ æternæ in dextera, id est, in prosperitate quæ filio datur: vsque in finem, ac si dicat, sine fine: quia finis legis Christus est ad iustitiam omni credenti: quia plenitudo legis charitas: & finis præcepti charitas. Aliter: Delectationes in dextera tua vsque in finem. In illa delectabili potentia tua, qua tecum sancti sunt regnaturi, quæ nullo fine concluditur. Vnde eos deprecamur, vt ab his nequaquam deiuncti, si non meremur vestri gloria, non excludamur à venia. Tibi est enim cum æterno patre & spiritu sancto honor & gloria in sæcula sæculorum, Amen.

¶ Sextusdecimus psalmus orationem continet personæ dominicæ coniuncto sibi corpore quod est ecclesia.

x ¶ *Oratio Dauid.*] Ad tres personas intelligitur. Hæc oratio in quatuor psalmis habetur. Iste psalmus cantatur ex persona Christi contra Iudæos, & ex persona ecclesiæ contra hæreticos. Exponunt Hebræi, quod quando psalmum Dauid cantauit, quia dixit: Exaudi domine iustitiam meam: pro ipsa præsumptione, qua se exaudiri pro sua iustitia iactabat cecidisset in crimen.

PSALMVS XVI.

E*Xaudi y domine,&c.*] Iuxta LXX De⁹ iustitiæ, vel Deus iustus natura. Nam exaudi Deus iustitiam meā: hic persona Christi datur intelligi. Exaudi Deus iustitiam meam: Vox Christi in passione, & vox ecclesiæ in [illegible]lanone. Vel iustitiam dicit ecclesia suam & non suam. Quid suam, si implet mādata Dei in opere. Nō suā: quia à deo datur, non à se. *Exaudi Deus iustitiā meam*: quia tibi vsque ad mortē obediēs fui.

z ¶ *Intende deprecationē meam.*] Differentia est inter orationem & deprecationem. Oratio sāctorum est pro deuotis, vt

A

perseuerent in bono. Deprecatio, pro peccatis suis, vel aliorum. Totus est deprecatio.

a ¶ *Auribus percipe orationem meam.*] Hoc est, in hoc quod rogo, auribus percipe orationem meam. Orat enim non diminutio Deitatis, sed infirmitas carnis.

b ¶ *Non in labiis dolosis.*] Sed per puritatē q̃ tibi est placita.

c ¶ *De vultu tuo iudicium meū prodeat.*] Non in labiis dolosis. Ac si dicat, Exaudi orationem meam, quia ex toto corde oro: non sicut illi qui in labiis dolosis: quia aliud loquuntur, & aliud habent in corde, siue hęretici, siue Iudæi. De vultu tuo iudicium meum prodeat, non in labiis dolosis. Vox Christi ad patrem. Quia qui labia habēt dolosa, me iudicāt: sed illos tu iudica in futuro. Propheta nō optando, sed pronunciando dicit. Hoc ostēdit quod facturus est dominus in iudicio.

d ¶ *Oculi mei videant æquitatē.*] Oculi Christi, sancti prędicatores: videant, id est, intelligant: æquitatem, id est, æqualitatem, vt iustitiam quam prædicant, opere impleant.

e ¶ *Probasti cor meum Deus, & visitasti nocte.*] Etiam in angustiis me probasti: quia tristis & velut in quadam pressura sum noctis tenebrosæ. Probasti cor meum Deus. Vox Christi ad patrem. Probasti Christum in passione, & ecclesiam in tribulatione.

f ¶ *Igne me examinasti.*] Id est, per ipsam tribulationē peccata mea confudisti.

B

g ¶ *Et non est inuenta in me iniquitas. Vt non loquatur os meū opera hominum.*] Qualia sunt opera hominum? Vanitates quas ipsi amant: vel diuersa negotia, ista sunt hominum opera: sicut in euangelio dominus dicit: Quod si de verbo otioso redditur ratio: quanto magis de operibus hominum, quæ ex ipso sensu studiose loquuntur. *Matt. 12.a*

h ¶ *Propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras.*] Propter prædicationem, & propterea ea quæ promittuntur in cœlis custodiui vias duras. Quomodo dicit hic duras, dū in euangelio dicatur: *Iugum meū suaue est, & onus meū leue?* Suaue est volentibus, durum est nolentibus. Quamuis durū videatur esse ad sanctos, propter corporalem tribulationem, tamen suaue est; quia habent spem vitæ æternæ. Vel aliter. Propter verba labiorum tuorū ego custodiui vias duras. Ac si dicat: timens futura supplicia, quæ legis transgressoribus comminatus es duris me laboribus exercui, & subieci corpus animæ potestati. *Matt. 11.b*

i ¶ *Perfice gressus meos in semitis tuis.*] Sensus meos in mandatis tuis perfice. Vox ecclesiæ. Quia à Deo est incipere, & à Deo est finire. Gressus, sensus.

k ¶ *Vt non moueantur vestigia mea.*] Ab his quorum moti sunt pedes, id est, quicunque male fecerunt.

l ¶ *Ego clamaui quoniam exaudisti me Deus.*] Quare dixit, clamaui? Quia credidit per fidem, propterea dixit ego clamaui.

m ¶ *Inclina aurem tuam mihi, & exaudi verba mea.*] Christus aurem inclinat, quando exaudire dignatur. Per similitudinē, infirmus rogat, qui in lecto est, vt veniat medicus, & sanet infirmitates suas. Sic & genus humanum infirmum erat, quādo iacebat in lecto, id est, in peccato. Rogabat vt veniret verus medicus, qui est Christus in carne, & sanaret languores suos.

n ¶ *Mirifica miser[illegible]as tuas domine: qui saluos facis sperantes in te.*] Nunquid antea nō fuerant mirificatæ? Sed tūc mirificauit misericordias suas: quando per sanctos apostolos & sanctos suos infirmitates curabat.

o ¶ *A resistentibus dextera tua.*] Saluos facis à resistentibus dexteræ tuæ tripliciter: Dæmones Deum, Iudæi Christum,

[a] Auribus percipe orationem meam. [b] Non in labiis dolosis. [c] De vultu tuo iudicium meum prodeat: [d] oculi mei videant æquitatem. [e] Probasti cor meū, & visitasti nocte: [f] igne me examinasti. [g] & non est inuenta in me iniquitas. Vt non loquatur os meū opera hominū: [h] propter verba labiorum tuorū ego custodiui vias duras. [i] Perfice gressus meos in semitis tuis, [k] vt non moueantur vestigia mea. [l] Ego clamaui quoniā exaudisti me Deus: [m] Inclina aurē tuam mihi, & exaudi verba mea. [n] Mirifica misericordias tuas: qui saluos facis sperantes in te. [o] A resistētib. dexteræ tuæ. [p] custodi me domine vt pupillā oculi. [q] Sub vmbra alarum tuarum protege me à [r] facie impiorum qui me afflixerunt. [s] Inimici mei animam meam circunderunt: [t] adipē suum concluserunt, [u] os eorum locutū est superbiā. [x] Proiicientes me nunc circunderunt me: oculos suos statuerunt declinare in terrā. [y] Susceperūt me sicut leo paratus ad prædā, & sicut catul⁹ leonis habitās in abditis. [z] Exurge domine, præueni eos, & supplāta eos: [a] Erue animā meam

C

hæretici ecclesiam.

p ¶ *Custodi me domine vt pupilam oculi.*] Vox ecclesię. Oculus intelligitur corpus ecclesiæ, & pupilla humilitas Christi, per cuius exemplum viuimus & videmus. Hoc supplicat ecclesia, vt possit illam humilitatem obseruare quam Christus docuit. Quia si per pupillam non custoditur, oculus nequaquam videt: Quia oculi prædicatores intelligūtur, per pupillam sensus spiritualis. Hoc rogat corpus Christi, quod est ecclesia, vt custodiatur sēsus prædicatorū, qui est oculus: ne rapiatur in infidelitate hæreticorum.

q ¶ *Sub vmbra, &c.*] Vmbra duabus rebus cōstat: lumine, & corpore. Per lumen, diuinitas: per corp⁹, humanitas intelligitur. Vnde & Mariæ dicitur: *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi.* Sub ista vmbra protege me, vt me non rapiat miluus. Et sub duabus testamentorum alis, id est, ipsorum doctrinis, quibus viuitur & custoditur ac tegitur sicut gallina: quia per gallinam intelligitur sapientia Dei patris. Quia sicut gallina sub alis pullos suos abscondit propter miluos: sic & sapientia diuina, & duæ alę, quæ sunt duo testamēta, protegunt ecclesiam à miluo, hoc est, à diabolo. *Luc. 1.d*

r ¶ *A facie impiorum qui me afflixerunt.*] Iudæi Christum in passione, & hæretici ecclesiam.

s ¶ *Inimici mei animam meam, &c.*] Iudæi Christum in passione. Animam dixit, non corpus, quia diabolus in anima intrinsecus nescit quid cogitat homo, nisi per exteriores motus intelligat, & in quo vnumquenque delectari videt, diuersas suggestiones infert. Istud ad ecclesiam pertinet.

D

t ¶ *Adipem suum concluserunt.*] Quid per adipem, nisi malitia Iudæorum designatur? Quæ in veteri testamento adipem manducare prohibetur: quia cor eorū incrassatum erat. Vnde dixit in cantico Deuteron. *Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit.* Quare? Quia incrassatus erat de malitia, & recalcitrauit: quia nolebat mandata Dei obseruare. Dilectus à Deo fuit populus Iudaicus: quia manna diuinum pluit illis: quod ad nos pertinet, quia manducamus Christū. Sed Iudæi contempserunt semetipsos, hoc est, obligauerunt se in malitia. *Deut. 32.b* *Exod. 16.c*

u ¶ *Os eorum locutum est superbiam.*] Os impiorum: quia cōtra Christum & contra ecclesiam faciunt.

x ¶ *Proiicientes me nunc circundederunt me: oculos suos statuerunt declinare, &c.*] Quando Christus passus est, omnis terra tremuit, & sydera obscurata sunt, & petræ scissæ sunt. Sed Iudæi oculos in terram statuerunt, quia hominem solū existimauerunt, & diuinitatem non intellexerunt. Vel oculos suos in terram statuerunt: quia de terrenis actibus cogitabant, sed de cœlestibus non meditabantur. *Ephes. 6.a*

y ¶ *Susceperunt me sicut leo paratus ad prædam, & sicut catulus leonis habitans in abditis.*] *Sicut leo paratus est ad prædam,* sic susceperunt Iudæi Christum in passione. *Et sicut catulus leonis.* Leo, diabolus: Catulus, filius eius antichristus. Vel aliud Leo, diabolus: & filij eius, Iudæi. In absconditis, in eorū cordibus quasi in obscuro. Diabolus vel membra illius, in quibus diabolus habitat, appellantur loca abscondita.

z ¶ *Exurge domine, &c.*] Vox Christi loquitur ad diuinitatē, vt præueniat animæ suæ: ne rapiatur à principe diabolo, quod ita & fecit. Præuenit eum & alligauit, & ad infernū deduxit. Veniet at diabolus aliquid de suo requirere in Christo, sed in eo nihil inuenit, vt dixit in euangelio: *Venit princeps huius mundi, & in me non inuenit quicquam.* Et sancta ecclesia rogat antequam supplantetur à diabolo, & in eius insidiis, qui sunt hæretici: vt veniat catholicus noster, qui est Christus, & subuertat astutias inimici, id est supplantet. *Ioan. 14.d*

a ¶ *Erue animam meam ab impio, gladium tuum ab inimicis*

manus

E *manus tuæ.*]Oro, gladiū manus tuæ erue ab inimicis tuis. Inimicus enim accepit potestatem, vt propter peccata nos puniat. *Quos tradidi satanæ, vt discant non blasphemare*, ait Apo-
1.Tim.1.d stolus: *Erue animam meam ab impio.* Vox Christi ad Deū patrem loquitur: Hoc est erue animā meam à diabolo. Et vox ecclesiæ ad Christū hoc rogat, vt liberetur à diabolo, vel ab hæreticis, & ab vnoquoq; homine malo.

a ¶ *Frameam tuam ab inimicis,* &c.] Framea de Christo, & de ecclesia intelligitur. Framea Dei patris, anima Christi est, de qua facit iustam vindictam. Diabolus framea eius est, de qua framea vindictam facit in mūdo.

b ¶ *Domine à paucis,* &c.] Vox ecclesiæ. A paucis, à terra. Vult ecclesia separari a carnalibus & à zizania, & à paleis ante diem iudicij, sed sine causa: quia à
Matt.13.d Deo accepit responsū, sicut dominus dixit in euangelio: *Sinite vtraque crescere vsque ad messē,* hoc est, vsque in diem iudicij. Quia hic ecclesia commista est cum peccatorib⁹, rogat pro illis qui prędestinati sunt, vt veniāt, & separentur ab illis qui non sunt prædestinati, vt dicitur:
Matt.22.b *Multi vocati: pauci vero electi.* Supplanta eos qui in impietate sunt, vt hic emendari debeant, aut in futuro supplantētur in vindicta.

c ¶ *De absconditis tuis adimpletus est venter eorum*] Tripliciter hic intelligitur venter. Venter, castitas, intellectus, vt dicit Eucherius. Et angelorum venter repletus fuit mysteriis Dei antequam cecidissent, & Iudæorum venter de mysteriis legis, & hæreticorum venter de mysteriis ecclesiæ.

F d ¶ *Saturati,* &c.] Iudæi saturati sunt: quia multiplicati sunt in procreatione filiorum, & in rebus seculi. Quādo dicit, saturati sunt porcina: hoc Iudæorum immunditiam designat.

e ¶ *Dimiserunt reliquias,* &c.] Hoc est illam iustam vindictā quæ illis debetur. Reliquerunt reliquias suas paruulis suis:
Matt.27.e hoc est, quando dixerunt: *Sanguis eius super nos, & super filios nostros* Et hæreticorum filij similiter condemnationem habebunt. Qui sunt reliquiæ eorum: Ipsorum discipuli, qui de illa mala doctrina eorum regenerati sunt. Saturati sunt filij, & reliquerunt residua paruulis suis. Propter ambiguitatē verbi, quidam pro filiis, porcinam, scriptum arbitrantur: quod Symmachus Hebræā exprimens veritatem, transtulit: saturabuntur filij, & relinquent residua paruulis suis. Saturati sunt filij, & dimiserunt reliquias suas, immunditiam & iniquitatem, conculcantes margaritas sermonum tuorum. *Et dimiserunt reliquias suas paruulis suis*, clamantes: *Sanguis eius super nos & super filios nostros.*

f ¶ *Ego autem cum iustitia apparebo,* &c.] Vox ecclesiæ. Cū iustitia, hoc est mandata tua adimplendo. Apparebo in conspectu tuo, hoc est, in præsentia tua in futuro.

g ¶ *Satiabor.*] Cœlesti refectione.

h ¶ *Cum apparuerit gloria tua.*] Filius tuus, qui est salus & vita, & sanctorum omnium gloria: quia Christus & salus & gloria dicitur. *Ego autem in iustitia apparebo*, deuicta morte. In conspectu tuo satiabor, cælos ascendens. Cum apparuerit gloria tua, sanctis & electis tuis, qui per me crediderunt: quia meum est quod illis est præstitū. Nā ego in illis sum, & ipsi in me tecū. Nos vero à te redempti domine Iesu, tantam potentiam pietatemque cernentes, supplices exoramus, vt examinati diuino igne, non simus humanorum operum detractores: sed in te stabiles fixique, tuam gloriam iugiter extollamus in opere, proferamus in fide, laudemus in voce, Amen.

1 ¶ *In finem pro puero domini Dauid: qui locutus est domino verba cantici huius, in die qua eripuit eum dominus de manu omnium inimicorum eius, & de manu Saul.*] Totus hic psalmus sub persona Dauid ad Christum pertinet. Dauid Christi typum tenet, qui est manu fortis, de cuius semine est noster Dauid, qui est Christus. *Puero domini*, hoc est, Dei patris, sicut ait propheta: *Magnum est tibi vocari filium meum.* Etenim ecce ego & pueri mei quos dedit mihi Deus. Et pro- Esa 49.b
pheta Esaias: *Puer datus est no-* Ser.70.
bis, filius natus est nobis. Quæ Ib.8.9.b
locutus est domino verba cantici huius. Et Dauid secundum historiam cantauit istud canticum cum persequeretur ab inimicis, & Christus qui est caput nostrum, ad patrem cantauit in passione: ecclesia in persecutione. Eripuit eum dominus, hoc est, & Dauid à persecutione Saul, & Christum in passione Deus pater eripuit de manu inimicorum, hoc est, de manu Iudæorum, & de manu Saul. Saul appetitio interpretatur, quia contra voluntatem Dei expe-
tierunt eum regem. Iste Saul 1.Reg.8.
typum diaboli gessit. Isti inimici membra diaboli sunt, id est, Iudæi, qui persecuti sunt Christum, & dæmones vel membra eorum qui persequuntur ecclesiam.

meam ab impio: [a] frameā tuam ab inimicis manus tuæ. [b] Domine à paucis de terra diuide eos in vita eorum. [c] de absconditis tuis adimpletus est venter eorum. [d] Saturati sunt filij: [e] & dimiserunt reliquias suas paruulis suis. [f] Ego autem in iustitia apparebo in conspectu tuo: [g] satiabor cum [h] apparuerit gloria tua

¶ 1 In finem pro puero domini Dauid, qui locutus est domino verba cantici huius, in die qua eripuit eū dominus de manu omnium inimicorum eius. & de manu Saul, & dixit.

PSALMVS XVII.

Diligam [k] te domine fortitudo mea: [l] dominus firmamentum meum [m] & refugium meum, [n] & liberator meus. [o] Deus meus, [p] adiutor meus: [q] & sperabo in eum. [r] Protector meus, [s] & cornu salutis meæ: [t] & susceptor meus. [u] Laudās inuocabo dominum, [x] & ab inimicis meis saluus ero. [y] Circundederunt me dolores mortis: [z] & torrentes iniquitatis cōturbaue-

PSALMVS. XVII.

Diligam [k] te domine virtus mea.] Alij dicunt fortitudo mea: sed vnum est virtus, & fortitudo. Totus hic psalmus sub persona Dauid ad Christum pertinet, qui est vera fortitudo. Diligam te virtus mea, Vox Christus. Virtus mea, hoc est, diuinitas: virtus hominis assumpti. Et ecclesiæ virtus Christus est, qui dicit: diligam te domine. Si vox Christi est, cum sint vnum & vna substantia diuinitatis, quia dictum est: Vna potestas, vna voluntas, vna maiestas patris & H
filij & Spiritus sancti: quomodo dicit diligā te domine? Pater dicitur, eo quod habet filium, & filius dicitur eo quod habeat patrem. Spiritus sanctus nec pater est nec filius, sed dilectio quam habet pater in filio, & filius in patre. Vnde Paulus Apostolus dixit: *Quia charitas Dei diffusa est in cordi-*
bus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Rom 5.a
l ¶ *Dominus firmamentum meum.*]Vox Christi & vox ecclesiæ. Firmamentum, sicut ait propheta: *turris fortitudinis à facie inimici.*

m ¶ *Et refugium meum.*] Vox Christi, & vox ecclesiæ. Re- Psal 60 a
fugium Christi in patre, & refugium ecclesiæ in Christo.

n ¶ *Et liberator meus.*] In tribulatione.

o ¶ *Deus meus.*]Qui me creasti.

p ¶ *Adiutor meus.*] De necessitatibus.

q ¶ *Sperabo in eum.*] In ipsum totam spem ponam.

r ¶ *Protector meus*] Qui me protegit vel defendis.

s ¶ *Et cornu salutis meæ.*] Cornu salutis, quia infirmitatem nostram confortauit. Quia ante aduentum Christi ecclesia infirmata erat per peccatum, sed postea confortata per Christum, sicut ait propheta: *Erexit cornu nobis salutis nostræ.* Ac si dicat: Dedit nobis regnum forte, vt illud: *Et fecit nos regnū Deo patri suo.* Non ergo in cornu illud superbiæ, sed in cornu salutis tuæ, adiutorium habere confido. Leui.

t ¶ *Susceptor meus.*] Susceptus est Christus à patre in huma- 1.Thes.1.a
nitate, & ecclesia suscipitur in fide.

u ¶ *Laudans inuocabo dominum.*] Iusti laudant: quia de omnibus malis liberauit eos. Pro eo quod sequitur:

x ¶ *Et ab inimicis meis saluus ero.*] Inuocauit dominum. Christus inuocauit Deum patrem: ecclesia, Christum. Et ab inimicis meis saluus ero. Christus à Iudæis, & ecclesia ab hæreticis.

y ¶ *Circundederunt me gemitus mortis.*] Vox Christi & vox ecclesiæ. Circundederunt Christum illi qui in inferno gemebant, qui in inferno erant, & ecclesia similiter.

z ¶ *Et torrentes iniquitatis conturbauerunt me.*] Torrentes aquas dicit, quæ pertranseunt. Torrens dicitur qui non de fonte, neque de viua aqua, sed à pluuiis vel de montibus in

A

bauerunt me. [a] Dolores inferni circundederūt
me: [b] præoccupauerunt me laquei mortis. [c] In
tribulatione mea inuocaui dominum: [d] & ad
Deum meum clamaui. Et exaudiuit de templo
sancto suo vocem meam: [e] & clamor meus in
conspectu eius introiuit in aures eius. [f] Cōmota
est & contremuit terra: [g] fundamenta montiū
conturbata sunt, & commota sūt. [h] quoniā ira-
tus est eis Deus. [i] Ascendit fumus in ira eius, &
ignis à facie eius exardescet: [k] carbones succēsi
sunt ab eo. [l] Inclinauit cœlos & descendit, [m] &
caligo sub pedibus eius. [n] Et ascēdit super che-
rubim, [o] & volauit: volauit super pennas vēto-
rum. [p] Et posuit tenebras latibulum suū, in cir-
cuitu eius tabernaculum eius: [q] tenebrosa aqua
in nubibus aeris. [r] Præ fulgure in conspectu eius
nubes transierunt, [s] grando & carbones ignis.
[t] Et intonuit de cœlo dominus, [u] & altissimus
dedit vocē suam: grando & carbones ignis. [x] Et
misit sagittas suas, & dissipauit eos: [y] & fulgura
multiplicauit, & conturbauit eos. [z] Et apparue-
runt

valles descendit, & in mare vadit. Quid per torrentes, nisi vniuersas gentes significat, quæ per montem carnis in mare istud descendūt? Vnde scriptum est. *Generatio vadit, & generatio venit.* Et aliter: *Et torrentes iniquitatis cōturbauerūt me.* Turbæ iniquorum, quæ sicut torrentes in hyeme intumescunt, protinus defluentes.

Eccl. 1. a

a ¶ *Dolores inferni circundederunt me.*] Inuidiæ detrahētiū, quæ mortem infernalem operantur.

b ¶ *Præuenerunt me laquei mortis.*] Præuenerunt Christū inimici in passione ante vindictā crucis. Laquei mortis, quos mihi aduersarij intendebant.

c ¶ *Et in tribulatione mea inuocaui dominum.*] Humanitas inuocauit diuinitatem, & ecclesia Christum: non oris voce, sed cordis.

d ¶ *Et ad Deum meum clamaui, & exaudiuit de templo, &c.*] Templum corpus dominicum, vbi exaudita est humanitas à diuinitate, & ecclesia similiter à Christo. In templo, in sancta ecclesia. Et aliud: In corde meo quod sanctificauit, in quo templo sancto inhabitat.

Matt. 11. b

e ¶ *Et clamor meus in conspectu eius introiuit in aures eius.*] Aures eius, hoc est, vim auditionis. Vis fortitudo est, qua sancti fortiter deprecantur, quia dictum est: *Regnum cælorum vim patitur, & violenti diripiunt illud.*

B

Exod. 19. A
Matt. 27. f
& 28. a

f ¶ *Commota est, &c.*] Secundum historiam factum fuit, quando Moyses accepit legem in mōte Sina. Terra tremuit, quod præfigurauit passionem Christi: quia in passione Christi omnis terra tremuit: quando noua lex data est populo Christiano. Aliter: Commota est terra, quando de infidelitate ad fidem venerunt: & credentibus terrenis, factum est cœlum.

Ephe. 2. d

g ¶ *Fundamenta montium conturbata sunt & commota sunt.*] Hic montes superbi intelliguntur. Fundamenta eorum, dæmones sunt: sicut & fundamenta sanctorum, prophetæ & apostoli sunt. Vnde dicit sanctus Paulus: Ædificati super fundamenta prophetarum & apostolorum. *Fundamenta montium conturbata sunt: & commota sunt*, eorum superbia qui in hoc mundo confidunt.

h ¶ *Quoniam iratus est eis Deus.*] Hoc est, eis montibus vel persecutoribus, dissipans spem mundialium voluptatum.

i ¶ *Ascendit fumus in ira eius, & ignis à facie eius exardescet.*] Fūmus ex duabus rebus fit, ex igne & aqua. Per fumum lacrymæ excitantur, & per ignem compunctio cordis intelligitur, & per lacrymas, aqua.

k ¶ *Carbones succensi sunt ab eo.*] Quid per carbones, nisi bonæ naturæ genus humanum extinctum per Adam, in aduentu Christi illuminatum per baptismum, siue per pœnitētiam designatur? Extinguuntur carbones ab aqua quę est cupiditas: & illuminantur per gratiam, quæ est Spiritus sanctus.

Psal. 71. a

l ¶ *Inclinauit cœlos & descendit.*] Hoc est quod in alio psalmo ait: *Descendit sicut pluuia in vellus*: quia humilem se nobis & in forma seruus occultum præbuit & latentem. Vel aliud: Cœli, angeli inclinati sunt, quando Gabriel ad Mariam venit, & descendit Christus, & venit in carnem. Vel aliter. Cœli, sancti apostoli vel imitatores eorum. Inclinauerunt ab altitudine, hoc est, de contemplatione, vt doceant brutos & infirmos in ecclesia propter compassionem proximorum. Vel ad coniugatos, vt sanctus Paulus ait: *Vir reddat debitum vxori, & vxor similiter viro.*

1. Cor. 7. a

m ¶ *Et caligo sub pedibus eius.*] Inuisibilem substantiam Dei, & iudiciorū occulta significat. Vel aliud. Et caligo sub pedibus eius. Caligo, hoc est, profunditas scripturarum, quam dedit Deus pedibus suis: qui sunt sancti sui, id est, ecclesiæ suæ: quia in sensu sanctorum, ibi est profunditas scripturarum, & Christus super illos præsidet.

C

n ¶ *Et ascendit super Cherubim.*] Hoc est, super plenitudinē scientiæ: Christus ascendit cum corpore suo super omnes angelos & archāgelos. Cherubim, interpretatur plenitudo scientiæ, quæ est charitas: quia plenitudo legis est dilectio, hoc est, charitas Christus super hoc ascendit, sicut in euangelio ipse dominus dicit: *Maiorē charitatem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis.* Quod ita Christus fecit, qui animam suam pro amicis dedit.

Rom. 13. c

Ioan. 15. b

o ¶ *Et volauit: volauit, &c.*] Secundum historiam, quod prius est, volauit super pennas ventorum: quia velocior est vētus omnib. creaturis, & dominus velocior est vento: quia penetrat vsque ad fines terræ, & omnia suauiter disponit: Quia vltra ventum ipse est, ideo velocior. Et ad moralem sensum, animam significare voluit vento. Sicut ventus iste inuisibilis est, ita & anima. Ventus mouet corpus, & anima mouet corpus similiter. Sed cur ventum appellauit animam? Hoc est, quia Deus insufflauit in Adam. Non quod corporalis sit Deus pater: sed tunc insufflauit, quādo animam dedit, vt ait propheta: *Tu domine creas omnem flatum.* Per hæc intelligimus omnes animas à Deo esse creatas. *Et volauit: volauit super pēnas ventorum*, hoc est, virtutes sanctarum animarum: quia Christus velocior est vento, & leuior quam anima, & præcelsior angelis, & sanctis.

Esa. 57. d

H

p ¶ *Et posuit tenebras latibulum suum, in circuitu eius, &c.*] Latibulum seipsum dixit in scripturis. In circuitu eius tabernaculum eius. Christus in Maria quasi sponsus in thalamo, & corpus Mariæ quasi tabernaculum. Tenebras dicit, eo quod nobis obscura est incarnatio vel natiuitas eius.

q ¶ *Tenebrosa aqua in nubibus aeris.*] Nubes prophetæ sunt: & aqua, doctrina eorum, quia obscuræ sunt scripturæ prophetarum. Quia sicut nubes pluuiam portant & terram aridam irrigant, sic & prophetæ per eorum doctrinam irrigant corda arida.

r ¶ *Præ fulgore in conspectu eius nubes transierunt.*] Fulgura, illuminatio Spiritus sancti. Ipsæ nubes scilicet prophetæ, transierunt de Iudæis ad gentes, Spiritu sancto gubernante. Per fulgura ignis, compunctio cordis intelligitur.

s ¶ *Grando & carbones ignis.*] In grandine, verbera: in igne, charitatis accensio ostenditur: quibus fidelium corda mouētur ad cognoscendum Deum.

Psal. 76. d

t *Et intonuit de cælo dominus.*] Per sāctos suos intonuit: quasi de cælo per iustorum corda euangelizauit.

u ¶ *Et altissimus dedit vocem suam.*] Per euangelistas malitiam humanam disperdidit. Altissimus vocem suam dedit, hoc est, prædicationem, vt ait propheta: *Vox tonitrui tui in rota*, id est, prædicatio eorum in toto mundo.

x ¶ *Misit sagittas suas, & dissipauit eos.*] Misit verba sua sācta quasi sagittas, quæ pleniter & malis & bonis prædicant. Bonos remunerat Deus si faciunt: & malos cōterit, si audiūt & nō faciunt. Vnde sanctus Apostolus ait: *Alijs quidem sumus odor vitæ in vitam, & aliis odor mortis in mortem.* Odor vitæ sunt his, qui audiunt & faciunt: & odor mortis sunt his, qui audiunt & non faciunt. Quia prædicatores nesciunt qui sunt prædestinati: tamen fiducialiter prædicant.

2. Cor. 2. d

y ¶ *Et fulgura multiplicauit, & conturbauit eos.*] Fulgura, miracula, atque claritas virtutis suæ. Conturbauit illos. Per illa miracula apostolorum compuncti sunt & illi qui dixerunt ad Petrum: *Quid faciemus viri fratres?* Et ille: *Pœnitentiam, inquit, agite: & baptizetur vnusquisque vestrum.*

Act. 2. f

z ¶ *Et apparuerunt fontes aquarum.*] Fontes apostoli, quasi aquis

E aquis de vno fõte potati sunt. De vno fõte qui est Christus, satiati fuerunt apostoli, sicut in euangelio dominus dixit:
Ioan 4 b *Qui biberit aquam quam ego dabo ei, non sitiet in æternum.* Et aliter: Fontes aquarum illi, qui per baptismi sacramentum facti sunt peccatoribus fons aquæ viuæ salientis in vitam æternam.

p ¶ *Et iustitias eius non repuli à me.*] Sed amplexus sum eas. G
q ¶ *Et ero immaculatus cum eo, & obseruabo me ab iniquitate mea.*] Perseuerabo in illa nocentia, in qua vocatus sum. Et obseruabo me ab iniquitate mea: id est, non conuertar ad illam iniquitatem vbi prius fui in infidelitate.

...runt fontes aquarum: [a] & reuelata sunt fundamenta orbis terrarũ. [b] Ab increpatione tua domine ab inspiratione spiritus iræ tuæ, [c] Misit de summo, & accepit me: [d] & assumpsit me de aquis multis. [e] Eripuit me de inimicis meis fortissimis. [f] & ab his qui oderunt me, quoniã confortati sunt super me. [g] Præuenerunt me in die afflictionis meæ: [h] & factus est dominus protector meus. [i] Et eduxit me in latitudinẽ: [k] saluũ me fecit, quoniam voluit me. [l] Et retribuet mihi dominus secundum iustitiã meam: & secundum puritatem manuũ mearum retribuet mihi. [m] Quia custodiui vias domini: [n] nec impie gessi à Deo meo. [o] Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo: [p] & iustitias eius non repuli à me. [q] Et ero immaculatus cum eo: & obseruabo me ab iniquitate mea. [r] Et retribuet mihi dominus secundũ iustitiã meã: & secundũ puritatem manuum mearũ, in conspectu oculorum eius. [s] Cum sancto sanctus eris: [t] & cũ viro innocente, innocẽs eris. [u] Et cum electo electus eris, [x] & cum peruerso peruerteris. [y] Quoniam tu populum humilem saluum facies: [z] & oculos superborum humiliabis. [a] Quoniam tu illuminas lucernam meam: [b] domine Deus meus illumina tenebras meas. [c] Quoniam in te eripiar à tẽtatione: [d] & in Deo meo transgrediar murũ. [e] Deus meus impolluta via eius: [f] eloquia domini igne

a ¶ *Et reuelata sunt fundamẽta, &c.*] Prophetæ atque apostoli, super quos omnium ecclesiarũ
Matt 27 f fundamenta locantur. *Reuelata sunt fundamenta orbis terræ,* secundum historiam: quando in passione velum templi scissum est desursum vsque deorsum, & illa quæ in templo erant, apparuerunt. Et ad sensum de litera sẽsus spiritualis: quia quod ibidem latebat in figura, omnibus patuit per mysteria.
b ¶ *Ab increpatione tua domine: ab inspiratione, &c.*] Ab increpatione tua domine, cum dicentes: Nisi vos filius liberauerit,
Ioan 8.d moriemini in peccatis vestris. *Ab inspiratione spiritus iræ tuæ:* promittens in his appropinquare regnum Dei.
c ¶ *Misit de summo, & accepit me.*] Vocando me.
d ¶ *Et assumpsit me de multitudine, &c.*] Aduersantium populorum. Vel aliter: Misit de summo & accepit me, & assumpsit me de multitudine aquarum, Deus pater misit filiũ suum, si-
Ioan.1.b cut dictum est: *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.* Misit sponsus ad sponsam: verũ sponsũ iunxit sponsæ, hoc est,
F carnem in vtero virginis Mariæ. Assumpsit me de multitudine aquarum, id est, de multitudine populi, ecclesia collecta est. *Aquæ multæ, populi multi.*
e ¶ *Eripuit me de inimicis meis fortissimis.*] Deus pater eripuit Christum à Iudæis & ecclesiam ab hæreticis.
f ¶ *Et ab his qui oderunt me, quia confortati sunt super me.*] Oderunt Iudæi dominum, & hæretici ecclesiam. Quia confortati sunt super me, quasi vincere potuissent.
g ¶ *Præuenerunt me.*] Vt superius diximus, ante vindictã crucis.
h ¶ *Et factus est dominus protector meus.*] Deus pater filium suum protexit, & filius ecclesiam suam.
i ¶ *Eduxit me in latitudine.*] Eduxit ecclesiam de tribulatione, quasi de angustia: In latitudine, quæ est spes futuri, vel remuneratio vitæ æternæ.
k ¶ *Saluum me fecit, quoniam voluit me.*] Vox ecclesiæ. Qui me voluit, vt exhiberet sibi ecclesiam. Quoniam voluit me. Voluntate propria, & non ex meo merito me vocauit, di-
Eph.2.a cente Apostolo: Gratia estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis.
l ¶ *Et retribuet mihi dominus secundum iustitiam meam, & secundum innocentiam manuum mearum, &c.*] Quæ autem sit iustitia & innocẽtia manuũ eius, audi quid sequitur: Quia, inquit, custodiui, vt viæ Dei custodiantur, & nihil impie de eo cum hæreticis sentiatur.
m ¶ *Quia custodiui vias domini:*] id est, sua mandata.
n ¶ *Nec impie gessi à Deo meo.*] Vt ad idolum conuerterem laudem.
o ¶ *Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo sunt sẽper.*] Quatuor sunt iudicia Dei: duo de præsenti, & duo de futuro. In præsenti, prosperitas malorum, & tribulatio sanctorũ. In futuro, remuneratio sanctorum, & cõdemnatio peccatorum. Ecclesia adhæret Christo, quia Christus non fecit peccatum: nec inuentus est in ore eius dolus. Et ecclesia Christo adhæret: quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo sunt semper.

r ¶ *Et retribuet mihi dominus secundum iustitiam meam, & secundum puritatem manum mearum in conspectu, &c.*] Per oculos, aspectus diuinitatis intelligitur: quia ipse aspicit quicquid operatur homo in mandatis Dei. In retributione beatorum, quia eam per altitudinem spei considerabo.
s ¶ *Cum sancto, &c.*] Cum eo qui a te sanctificatur.
t ¶ *Et cum viro innocente, &c.*] Cum eo qui non corruperit vitiis vitam suam.
v ¶ *Et cum electo, &c.*] Cum illo quem præscitum scis.
x ¶ *Et cum, &c.*] Cum hæretico, qui male intelligendo peruertit diuina eloquia, sicut alibi Iudæis ipse dominus loqui-
tur: *Si incesseritis peruerse coram* Leuit.26.d
me, incedã & ego peruersus vobis. Cum sancto sanctus eris. Tu Sec.70.
Christe sanctus natura es, quẽ tu sãctificaueris, ab illo cognosceris, quoniam tu sanctus es. Vox prophetæ ad Christum. Quem tu innocentem feceris: ab illo cognosceris, quod tu innocens es: quia nullus noces, ideo innocens. Quem tu elegeris vt sit electus, ab illo cogno- H
sceris quod electus es, vt Paulus dixit: *Comprehendam autem à quo comprehensus sum.* Peruer-
si dicuntur, qui de rectitudine declinant ad peruersitatem, Phil 3.c
vt diabolus, & Iudas, & hæretici, & omnes superbi. Quoties Deus facit iustam vindictam, reprehendunt illum: cum eligit pauperes & reprobat potentes, cum eligit piscatores, sicut Petrum, & relinquit nobiles. Hoc peruersum videtur esse apud peruersos, vt propheta ait: *Via domini recta, sed via vestra peruersa.*
y ¶ *Quoniam tu populum humilem saluum facies.*] Quod su- Osee.14 d
perius diximus.
z ¶ *Et oculos superborum humiliabis.*] Quoniam tu popolum humilem saluum facies, pœnitentiam agentem, & oculos superborum humiliabis: quia elati superbia, pœnitentiam agere dedignantur.
a ¶ *Quoniam tu illuminas lucernam meam.*] Quid est lucerna nisi intellectus animæ? Sicut oculi corporis, si de lucerna exteriori non habent lumen, in tenebris non vidẽt: ita & intellectus animæ nisi illuminetur ab altero, hoc est à Christo, Ioan.1.a
non videt, sicut in euangelio dicit: *Erat lumen verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.*
b ¶ *Domine Deus meus illumina tenebras meas.*] Hoc est ignorantiam cordis. Vnde scriptum est: Si *lumen quod in te, est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt?* Et Apostolus ait: Matt.6 c
Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Eph 5 b
c ¶ *Quoniam in te eripiar à tentatione.*] Vox ecclesiæ. Nisi à Deo eripiar, per me nequaquam possum.
d ¶ *Et in Deo meo transgrediar murum.*] Murum dicit ecclesia peccata nostra: quem ædificamus, peccatis peccata augendo. Nisi à Deo destruantur illa peccata, non possumus per nos transire ad Deum.
e ¶ *Deus meus impolluta via eius.*] Impolluta via, hoc est, incarnatio eius: quia non est ex virili semine, sed de Spiritu sancto conceptus. Et aliter: Fides perfecta ecclesiæ, impolluta via eius dicitur, per quam Deus venit ad nos.
f ¶ *Eloquia domini igne examinata.*] Eloquia domini sua mãdata, in hoc Deo sunt placita: non quod ipsa sint exami-

A nata ab igne, aut quod fuissent inquinata: sed qui illa acceperit, faciant eum vt aurum mundum, purificatum per ignem.

a ¶ *Protector est omnium sperantium in se.*] Qui in eum credunt. Deus illos protegit qui sancto timore illum timent.

ni igne examinata: [a] protector est omnium sperantium in se. [b] Quoniam quis Deus præter dominum: aut quis Deus præter Deum nostrum? [c] Deus qui præcinxit me virtute: [d] & posuit immaculatam viam meam. [e] Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum: [f] & super excelsa statuit me. [g] Qui docet manus meas ad prælium: [h] & posuisti vt arcum æreum brachia mea. [i] Et dedisti mihi protectionem salutis tuæ: [k] & dextera tua suscepit me. [l] Et disciplina tua correxit me in finé: [m] & disciplina tua ipsa me docebit. [n] Dilatasti gressus meos subtus me: [o] & non sunt infirmata vestigia mea. [p] Persequar inimicos meos, & comprehendã illos: [q] & non conuertar donec deficiant. Confringam illos [r] nec poterunt stare: [s] cadent subtus pedes meos. [t] Et præcinxisti me virtute ad bellum: [u] & supplantasti insurgẽtes in me subtus me. [x] Et inimicos meos dedisti mihi dorsũ: [y] & odiẽtes me disperdidisti. [z] Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret: ad dominũ, nec exaudiuit eos. [a] Et comminuam illos vt puluerẽ ante faciẽ venti: [b] vt lutũ platearũ delebo eos. [c] Eripe me de cõtradictionibus populi: constitues me in caput gentium. [d] Populus quem non cognoui, seruiuit mihi: [e] in auditu auris obediuit mihi. [f] Filij alieni [a] men-

b ¶ *Quoniam quis Deus præter dominum: aut quis Deus præter Deũ nostrum?*] Hic trinitas intelligitur. Præter dominũ quod dixit, Deus pater intelligitur, Præter Deum nostrum, filius: & tertia persona, id est, Spiritus sanctus: quia Deus pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus, vnus est Deus.

c ¶ *Deus qui præcinxit*, &c.] Per similitudinem, sicut homo præcingit vestimenta sua, vt nõ noceant pedibus, qui sunt sensus: & manibus, quæ sunt opera. Præcinxit, hoc est, vt restringat sinus cupiditatis, vt supra dixi, ne impediatur per cupiditatem. Vel aliter: Deus qui præcinxit me virtute: Spiritus sanctus qui nos armat aduersus potestates iniquas secũdum Apostolũ: Induite vos arma Dei, & gladiũ Spiritus sancti, vt possitis resistere diabolo. Conticescant nunc hæretici aspicientes hic trinitatem expressam, & cognoscant filium quem minorẽ patre dicunt, primum à propheta præ-
Eph 6.c
B nuntiatum, non quasi priorem, sed nihil inferiorem.

d ¶ *Et posuit immaculatam viam meam.*] Hoc est, fidem meã: immaculatam viam meam ne ab ea violarer.

e ¶ *Qui perfecit pedes meos*, &c.] Sicut cerui calcant pedibus spinas, & transiliunt syluas: ita sancti calcãt spinas, id est, peccata: transiliunt syluas, id est, infidelitatem: & subeunt vsque ad Deum, hoc est, vsque ad altitudinem charitatis. Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum, ad transilienda sæculi huius impedimenta.

f ¶ *Et super excelsa statuit me.*] Excelsa, sancta ecclesia est: & Christus super excelsa, & excelsa super excelsa, id est, super sublime ecclesiæ. Super excelsa statuit me, spem meam in cœlestibus collocauit.

g ¶ *Qui docet manus meas ad prælium.*] Opera mea aduersus diabolum destructorem. Qui docet manus meas ad prælium, ad debellanda facinora.

h ¶ *Et posuit vt arcum æreum brachia mea.*] Arcum æreum, id est, intentio: brachia, fortitudo, hoc est, vt non deficiant bene agere.

i ¶ *Dedisti mihi protectionem salutis tuæ.*] Vox ecclesiæ ad Christum. Salutis, quia ipse est salus nostra, vt dicit: Domini est salus. Dedisti mihi protectionem salutis tuæ ne opprimar à malis.

k ¶ *Et dextera tua suscepit me.*] Dextera patris Christus est. Suscepit me ecclesiam per incarnationem.

l ¶ *Disciplina tua correxit me in finem.*] Quem enim diligit dominus, corripit. Erigimur ergo qui prius corrueramus, cum cæli à domino fuerimus.

m ¶ *Et doctrina tua ipsa me docebit.*] Necesse est dum sumus hic, sub doctrina esse. Vnde Paulus ait: *Omnis*, inquit, *doctrina in præsenti non videtur esse gaudij sed mœroris, sed postea in futurum reddit fructum plurimum.*
Heb 12.c

n ¶ *Dilatasti gressus meos subtus me.*] Sensus ecclesiæ sub me, sub potestate ecclesiæ. Dilatasti gressus meos subtus me, in amplitudine charitatis tuæ.

o ¶ *Et non sunt infirmata vestigia mea.*] Vestigia, exemplo ecclesiæ, non sunt infirmata à successoribus, quia impressi sequentibus me. Hæc vox Christi post resurrectionem.

p ¶ *Persequar inimicos meos, & comprehendam illos.*] Iudæos vtique qui ei iniustè inimici sunt facti. Vel aliter: Persequar inimicos meos, affectus carnales. Et comprehendam illos antequam ego comprehendar ab illis. C

q ¶ *Et non conuertar*, &c.] Non conuertar pugnare contra illos, vel non conuertar ab hac intentione donec deficiant, siue à malitia, siue à cogitationibus prauis. Affligam illos in multis malis, sicut iam factum tempore legimus Titi.

r ¶ *Nec poterunt stare.*] Quia iniqui & superbi erecti fuerant.

s ¶ *Cadent subtus pedes meos.*] Siue vt adorent, siue vt conculcentur.

t ¶ *Præcinxisti me*, &c.] Contra mortem, siue ministros eius. Præcinxisti me virtute, id est, fortitudine contra diabolum, vel contra ista supradicta vitia.

v ¶ *Supplantasti insurgentes in me subtus me.*] Illos qui super caput meum erigebantur.

x ¶ *Et inimicos meos dedisti mihi dorsum.*] Noluerunt enim conuertere faciem suam ad me. Et inimicorum meorum dedisti mihi dorsũ. Inimici mei dorsum dant, quando confugiunt, & quando post me vadunt.

y ¶ *Et odientes me disperdidisti.*] Omnes inimicos ecclesiæ: vel ipsa vitia & peccata disperdidit Deus. Et odientes me disperdidisti. Vnusquisque enim in malitia sua dispersus est.

z ¶ *Clamauerũt*, &c.] Quia indigni erant exauditione eius. D Clamabunt. Qui clamabunt? Impij dæmones, & Iudæi, & hæretici clamabunt in futuro iudicio: nec erit qui saluos faciat eos: quia quando clamauit Deus ad illos per prophetas, vel per reliquas scripturas, audire noluerunt: propterea illi clamabunt, & non erit qui exaudiat eos, vt Salomon ait: *Vocaui, & renuistis: extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret. Despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis: Propterea & ego in interitu vestro ridebo: cum vobis quod timebatis superuenerit. Subsannabo, cum irruerit super vos repentina calamitas. Tunc inuocabitis me, & non exaudiam.* Prou 1.b Sec. vulg.

a ¶ *Et comminuam illos vt puluerem*, &c.] Comminuã illos, id est, illos supradictos affectus carnales pro nihilo deducã. Et comminuam illos vt puluerẽ ante faciem venti: quia aridi & sine imbre misericordiæ fuerunt proiecti, & comminuti sunt in superbia sua, & quasi puluis campi dispersi.

b ¶ *Vt lutum platearum delebo eos.*] In modum turbidi luti.

c ¶ *Eripe me de contradictionibus populi, constitues me in caput gentium.*] Vox Christi ad patrem. *Eripies me de contradictionibus populi*, Iudaici vtique: quia cum aliqui dicerent, verax est: illi contrario dicebant: non, sed seducit turbam. Erue me de illis populis infidelibus, qui mihi contradicunt. Tu erue à Iudæis infidelibus & eorum caput, id est, gentium constitue. Ioan.7.b

d ¶ *Populus quem non cognoui seruiuit mihi.*] Id est gentes quæ me non cognouerunt neque per fidem, neque per legem, seruient mihi. *Populus quem non cognoui seruiet mihi.* Ignorabam enim eum cum idolis seruiret: nunc credens, cognitus ac seruiens factus est mihi.

e ¶ *In auditu auris obaudiuit mihi.*] Obaudierunt mihi auribus, quia non viderunt mirabilia, neque meam præsentiam corporalem. Postea audierunt & crediderunt. Imbuentibus prædicatoribus accepit ecclesia aurem spiritualẽ: qua intelligens custodiat præcepta diuina.

f ¶ *Filij alieni.*] Hoc idem & Esaias loquitur: *Væ genti peccatrici, filijs alienis, populo pleno peccatis.* Antiquo vocabulo, Iudæi filij Dei appellati sunt: sed alienati, quia filij diaboli effecti sunt. Et idem Iudæi, quorum pater diabolus est. Esa.1.a

a ¶ *Men-*

E C

[a] mentiti sunt mihi: [b] filij alieni inueterati sunt, [c] & claudicauerunt à semitis suis. [d] Viuit dominus [e] & benedictus Deus meus: [f] & exaltetur Deus salutis meæ. [g] Deus qui das vindictas mihi, [h] & subdidisti populos sub me: [i] liberator meus de inimicis meis iracundis, [k] Et ab insurgentib. in me exaltabis me: [l] à viro iniquo eripies me. [m] Propterea cōfitebor in nationib. domine: & nomini tuo [n] psalmū dicam. [o] Magnificās salutes regis ei[us], [p] & faciēs misericordiā Christo suo Dauid, [q] & semini eius vsque in sæculū.

[r] ¶ In finem psalmus Dauid.

PSALMVS XVIII.

COeli enarrant gloriam Dei: & opera manuum eius annunciant firmamentū. [t] Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam. [u] Non sunt loquelæ, neque sermones: quorum non audiantur voces eorum. [x] In omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorū. [y] In sole posuit tabernaculum suum: [z] & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. [a] Exultauit vt gigas ad currendam viā: [b] à summo cœlo egressio eius,

a ¶ *Mentiti sunt mihi.*] Quia in veritate non steterunt sicut & pater eorum.

b ¶ *Filij alieni inueterauerunt.*] Hoc est, quia noui hominis non receperunt aduentum, in veteri homine permanserūt.

c ¶ *Et claudicauerunt, &c.*] Claudicant: quia patrem credūt, & filium non credunt. Vnū pedem habent, & alium nō habent: inde claudicant in legis litera. Vox ecclesiæ.

d ¶ *Viuit dominus.*] Quem in sepulcro sub signaculorum positione clauserant.

e ¶ *Et benedictus, &c.*] A Deo patre. Viuit domin[us], & benedictus dominus Deus meus. Nūquid antea nō viuebat? Sed hoc pro incarnatione dicit: sicut sanctus Paulus dicit: Qui mortuus est ad tempus ex infirmitate carnis, *sed viuit ex virtute Dei.* Iā enim non moritur: mors illi vltra non dominabitur. Rom 6 b

f ¶ *Et exaltetur Deus, &c.*] Vox ecclesię ad Christum: Quia Christus exaltatus est in ascensione. Vel aliter: Exaltetur Deus salutis meæ. In me semper excelsus sit, cuius vocatio salus mea est: ne quicquam de eo vile sentiam.

g ¶ *Deus qui das, &c.*] Subuertendo Iudæos: vel ipsum traditurem Iudam. Vel aliter. Deus qui das vindictam mihi. Vox ecclesiæ ad Christum. Dedit Deus potestatem ecclesiæ ligandi & soluendi, & disciplinam faciendi, vt habuit potestatem Petrus & Paulus per spiritum domini, sicut dixit: *Ecce dedi vobis potestatem calcare super serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici.* Luc 10.c

F

h ¶ *Subdidisti populos sub me.*] Sub potestate ecclesiæ ad regendum gentes incredulas.

i ¶ *Liberator meus dominus de gentibus, &c.*] Christus in passione à Iudæis clamantibus: *Crucifige, crucifige eum*, & ecclesia ab hæreticis, & anima ab vniuersis vitiis: quæ appellauit gentes. Ioan 19.a

k ¶ *Et ab insurgentibus in me exaltabis me.*] Id est, à persecutoribus.

Matt.13.d l ¶ *A viro iniquo eripies me.*] Id est, à diabolo, vt dictum est, *inimicus homo hoc fecit.*

m ¶ *Propterea confitebor tibi in populis domine.*] Ecclesia dicit: Laudabo te in credentibus. Psalmum dicam tibi inter gētes, id est, laudabo & operabor. *Propterea confitebor tibi in populis domine.*

n ¶ *Psalmum dicam nomini tuo.*] Quia ego in his sum: ego confitebor tibi pater, & psallam. Vox prophetæ.

o ¶ *Magnificans salutem regis ipsius.*] Christi domini, quod resurrexit. Vel aliter. Propheta ad Deum patrem loquitur: Quia sanitatem facit, & salutem per singulos: quia animas attrahit per prædicationem, vt sit salus credentium qui credunt in salutem regis ipsius.

p ¶ *Et faciens misericordiam Christo suo Dauid.*] Hoc est, vnigenito suo. Dauid manu fortis interpretatur, quod est Christus.

q ¶ *Et semini eius vsque in finem.*] Semen eius: hoc sunt sancti eius. Facit misericordiam dominus semper cum sanctis suis sine fine. Et faciens misericordiam Christo suo Dauid, & semini eius vsque in sæculum: Ipsi mediatori Iesu domino, & populo ecclesiastico, qui per verbum eius credidit. Ipse fortissimus liberator nos ab hoc mundo dignetur eruere, & in fide stabilire per euangelium: quia ipsi gloria & imperium cum æterno Patre & Spiritu sancto in cuncta sæcula sæculorum, Amen.

r ¶ *In finem psalmus Dauid.*] Psalmus vocem continet prophetæ de Christo loquentis. Iste psalmus in persona Christi cantatur per prophetam, & in persona ecclesiæ.

PSALMVS XVIII.

COeli enarrant, &c.] Ex creaturis consequenter creator agnoscitur. Aliter: *Cœli enarrant gloriam Dei*: Terra nō potest enarrare. Secundum historiam cœlum & terra cū cæteris creaturis suis gloriam Dei narrant, vt ait Paulus: *Per ea quæ facta sunt intellecta conspiciūtur*, id est, ab intelligentibus intellecta conspiciuntur. Cælum, hoc est firmamentum. Vnde dixit. *Et posuit Deus firmamentū inter medium aquarū*, id est, cœlum. Aliter secundum sensum: Cœli apostoli, & quod est gloria, hoc est, opus: & quod est narrant, hoc est annuntiant: quia prædicant gloriam Dei. Et vt sciamus quia hoc est firmamentum quod & cælū, dicit in Genesi: Et appellauit Deus firmamentū cælum. Annunciant. Vnde & dominus ad discipulos: *Omnia quæcunque audiui à patre meo, annuntiaui vobis.* Rom 1 c Gen.1. Ioan.15 b

t ¶ *Dies diei eructat verbum, &c.*] Paria paribus retulit, quia ex ordine temporum, ad Dei magis notitiam perueniamus. Dies diei eructat verbū: & nox nocti indicat scientiam. Dies hesternus, diem hodiernum annunciauit: & hodiernus dies, crastinum diem. Secundum sensum: dies, Christus. Et aliter. Dies, apostoli. Quo modo Christus dies est, sicut dicit: *Ego sum lux mundi*: sic & apostoli dies sunt, sicut ait: *Vos estis lux mundi.* Et vnus dies, duodecim horas habet. Vnde ipse dominus in euangelio dixit: *Nōne duodecim horæ sunt diei?* ipsæ intelliguntur duodecim apostoli. *Nox nocti.* Nox, Iudas: nocti, Iudæis: indicat scientiā, id est, quando dixit: *Quem osculatus fuero, ipse est, tenete eū.* Aliter. Nox profunditas scripturarum in prophetis, nuntiat profunditatem veteris testamenti. Ioan 8.b Matt 5.b Ioan 11.b H Matt.26.

v ¶ *Non sunt loquelæ neque sermones, quorum non audiantur verba eorum.* Non sunt loquelæ, ac si dicat, linguæ, neque sermones, quia linguæ multi sermones sunt. Siue diuersitates verborum intelliguntur per sermones, ac si dicat: Non fuerunt vllæ locutiones, quas apostoli in varietate linguarū non acceperint: & ideo non fuerunt vllæ linguæ quæ sermones apostolorum non audissent, dum dicit: In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorū: Hoc est, in omnes insulas vel fines mundi.

x ¶ *In omnem terram exiuit sonus eorum, &c.*] Apostolorum scilicet atque euangeliorum.

y ¶ *In sole posuit tabernaculum suum.*] In Hebræo ita habet: Soli posuit tabernaculum in eis, id est, in cœlis. Deus in sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. In sole, in vtero sanctæ Mariæ virginis. Maria interpretatur stella maris. Lumen solis magis lucet quam stellarum. Sol iustitiæ, dominus, vt ait propheta: *Orietur vobis sol iustitiæ*: quod est Christus. Illuminauit sol iste stellam, id est, Mariam, vt esset sicut sol. Ideo posuit tabernaculum suum in sole, quando corpus assumpsit de vtero suo. בהם Malac.4.

z ¶ *Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo.*] Sponsus, verbum patris: sponsa, caro humana: cum qua de thalamo processit, id est, de vtero virginis.

a ¶ *Exultauit vt gigas ad currendam viam.*] Per solem mystice Christus intelligitur. *Exultauit vt gigas ad currendam vitam.* Hic gigas pro fortitudine Christi ponitur, eo quod ipse alligauit fortem diabolum, & vasa eius (quæ nos fuimus) diripuit. Ad currendam viam præsentis vitę, quia non habuit hic moras. Quomodo? Natus venit in passionem, resurrexit & ascendit. Matt.12.

b ¶ *A summo cælo egressio eius, & occursus eius vsque ad summum eius.*] A summo cælo, id est, à patre, quod est prin-

A cipale nomen: non ideo quod maior sit filio secundum diuinitatẽ, sed pro nomine patris. A summo, id est, ab æternitate egressus eius *Et occursus eius vsq; ad summũ eius.* Occursus eius, in coæqualitate æternitatis, Quia ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram patris: vbi antea & semper fuit cum ipso.

& occursus eius vsque ad summũ eius, & [a] non est qui se abscondat à calore eius. [b] Lex domini immaculata [c] conuertens animas, [d] testimoniũ domini fidele, [e] sapientiam præstans paruulis. [f] Iustitiæ domini rectæ lætificãtes corda: [g] præceptum domini lucidum [h] illuminans oculos. [i] Timor domini sanctus permanet in sæculum sæculi: [k] iudicia domini vera iustificata in semetipsa. [l] Desiderabilia super aurum & lapidẽ pretiosum multum, [m] & dulciora super mel & fauũ. [n] Etenim seruus tuus custodit ea: in custodiendis illis retributio multa. [o] Delicta quis intelligit? [p] ab occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo. [q] Si mei non fuerint dominati tunc immaculatus ero, [r] & emundabor à delicto maximo. [s] Et erunt vt complaceant eloquia oris mei, [t] & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. [u] Domine adiutor meus, & redemptor meus.

¶ [x] In finem psalmus Dauid.

PSALMVS. XIX.

EXaudiat te dominus in die tribulationis: protegat te nomẽ Dei Iacob. [z] Mittat tibi auxilium de sancto: [a] & de Sion suscipiat te. [b] Memor sit omnis sacrificij tui, & [c] holocaustum tuum pingue fiat. [d] Tribuat tibi dominus secundum cor tuum, [e] & omne consilium tuum confirmet. [f] Lætabimur in salutari tuo, [g] & in nomine domini Dei nostri magnificabimur.

a ¶ *Et non est qui se abscondat, &c.*]Nullus quippe est, qui nõ habeat semina intellectus Dei. Nec est qui se abscondat a calore eius. Nullus est qui de calore suo non habeat aliquid quod ei non dedisset ex multis diuisionibus gratiarum actionum: sicut dixit Paulus: *Alij datur*
1.Cor 12.a *sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ.* Lex domini irreprehensibi-
Matt. 5.b lis. Lex ipse est Christus, qui *non venit legem soluere, sed adimplere.* Irreprehensibilis: quia non habuit peccatum.

b ¶ *Lex domini, &c.*] Qui per creaturas Deum ante laudauerat, nunc eum per donationem legis incipit prædicare.

c ¶ *Conuertens animas.*]De captiuitate in libertatem.

Matt.11.d d ¶ *Testimonium domini fidele.*] Quale testimonium: Nisi quia dixit: *Discite à me, quia mitis sũ & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris* Fidele: quia non mentitur.

e ¶ *Sapientiam præstans paruulis.*]Paruulis non sensu, sed hu-
Matt. 10 d militate. Vnde scriptum est: *Quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.*

f ¶ *Iustitiæ domini rectæ, &c.*]
B Iustitiæ, id est, iudicia: Rectæ: quia rectè iudicat Deus, & à rectis recta habentur. *Lætificantes corda,* animas sanctorum.

g ¶ *Præceptum domini lucidum.*] Nouum testamentum.

h ¶ *Illuminans oculos.*] Hoc est, oculos cordis.

1.Ioan.4.d i ¶ *Timor domini sanctus permanet in sæculum sæculi.*] Timor cum charitate: Vnde dixit: *Perfecta charitas foras mittit timorem.* Timeat non timore gehennæ, aut timore pœnæ, sed timore sancto: sic timeat, vt quem amat non perdat per negligentiam.

k ¶ *Iudicia domini vera iustificata in semetipsa.*]Non ab alio, sed à semetipsis. Neminem enim fallit Deus.

l ¶ *Desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum*] Super omnes thesauros mundiales dilecta.

m ¶ *Et dulciora super mel & fauum.*] Quia nullum metallũ pretiosum, iudicijs aut sapientiæ Dei comparari potest: neque aurum aut lapis pretiosus, neque quod adornamentum & vestitum pertinet, neque mel vnde pascitur. His duabus
1.Tim 6.b rebus homo vestitur & pascitur, vt Paulus: *Habentes victum & vestimentum, his contenti sumus.* Si fueris lapis pretiosus, & probatus sicut aurum, mereberis intelligere iudicia & sapientiam Dei.

n ¶ *Etenim seruus tuus custodit ea, in custodiendis illis retributio multa.*] Propter quid custodit ea, nisi in custodiendis illis
Ioan. 15 b retributio multa? *Si custodieritis,* inquit dominus, *præcepta mea, manebitis in dilectione mea.* Quæ maior retributio quã vt quis diligatur à Deo?

o ¶ *Delicta quis intelligit?*] Qui in delictis est, id est, in peccatis, iudicia Dei non intelligit: neque sua peccata, quamdiu est in delictis. Delicta quis intelligit? Tertia laudis diuisio, qua docet impossibile legis, quo per præuaricationem legis peccatum magis apparuerat in mundo, euangelij gratia fuisse completum: neque posse quemquam à cogitationũ sordibus liberari, nisi per aduentum Spiritus sancti. *Delicta quis intelligit,* nisi scrutator cordium Deus, qui & potest ea dimittere?

p ¶ *Ab occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo.*] Ab occultis, id est, præteritis peccatis: & ab alienis, hoc est, quæ futura sunt, & adhuc ad me non venerunt. Vel aliter. Ab occultis, id est, omnib. quæ in me sunt, & ab alienis, peccatis: quia diabolus habuit in occulto superbiam, & proiectus est: postea alienus erat ab Adam antequam ipse Adam peccasset. Sed postquam consensit ei, superbia & voluntate coniũcti sunt, & de vno peccato fecit sibi duo iudicia diabolus vt dupliciter iudicaretur: quia & se & alium occidit. C

q ¶ *Si mei non fuerint dominati, &c.*] Si ista peccata non fuerint mihi dominata, tunc ero immaculatus.

r ¶ *Et emundabor à delicto maximo.*] Id est, à superbia: quia superbia initiũ est omnis peccati.

s ¶ *Et erunt vt complaceant eloquia oris mei.*] Tunc tibi placebunt eloquia mea.

t ¶ *Et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.*] Id est, de recordatione humilitatis.

u ¶ *Domine adiutor meus, &c.*] Adiutor in tribulatione, & in necessitatibus. Et redemptor meus: quia tu me redemisti sanguine tuo pretioso. Tu es adiutor humani generis, cum nos ad te accedere facis. Tu es redẽptor quia nos tua passione ac resurrectione ab interitu redemisti, qui nos iugiter in lege tua gradientes custodire digneris: quia tibi est cum æterno patre & Spiritu sancto honor & gloria in sæcula sæculorum, Amen. D

x ¶ *In finem psalmus Dauid.*] Istum psalmum propheta in persona ecclesiæ canit de Christo. Præuidebat propheta Christum ad redemptionem nostram venire in carne, & pro inimicis orare. Inde dixit: Exaudiat.

PSALMVS XIX.

EXaudiat te dominus in die tribulationis.] In die tribulationis pro parte carnis dixit. Quidam hunc psalmum dictum putant ex voce populi ad Christum loquentis vt ad regem pariter & sacerdotem.

z ¶ *Mittat tibi auxilium de sancto.*] Qui formam serui acceperat, rectè ei quasi homini imprecatur auxilium. Mittat tibi auxilium de sancto, hoc est, de semetipso: quia illa diuinitas in ipso corpore erat.

a ¶ *Et de Sion suscipiat te.*] Hoc est de ecclesia ipsa Sion, quæ & ecclesia, & ipse est in ecclesia.

b ¶ *Memor sit dominus omnis sacrificij tui.*] Hoc est, vt redimat per passionem suam. Quia Christus ipse est rex & sacerdos, & hostia: qui semetipsum obtulit in passione, quia pro nobis sanguinem suum dedit.

c ¶ *Holocaustum tuum pingue fiat.*] Id est, acceptabile sit Deo. Holocaustum est totum combustum: quia Christus cũ corpore & anima ascendit in crucem. Omnes victimæ tuæ: sacrificium Christi est: siue quod ei omnes offerimus deprecando: siue quod pro omnibus suum ipse sanguinem fudit. Et est sensus: Ne patiaris quemquam perire: cum pro omnibus mortuus sis, & omnem voluntatem tuam impleat pater. Vnde ait: *Volo vt quomodo ego & tu vnum sumus: sic & isti in nobis vnum sint.* Ioan.17 A

d ¶ *Tribuat tibi dominus secundum cor tuum.*] Id est, siue pro humanitate carnis Christi: siue pro corpore suo, hoc est, ecclesia, vt exaudiatur optat.

e ¶ *Et omne consilium tuum, &c.*] Id est, consilium trinitatis.

f ¶ *Lætabimur in salutari tuo.*] Vox ecclesiæ. In salutem quã dedisti patiendo.

g ¶ *Et in nomine domini Dei nostri magnificabimur.*] Non in no-

E in nobis, sed in illo: quia in ecclesia in tuo sumus nomine cõgregati.

Ioan.17.a a ¶ *Impleat dominus omnes, &c.*] Vsque huc de passione dixit: modo de resurrectione & ascensione & remuneratione. Duæ sunt petitiones Christi cum dicit: Exaudiat te dominus & impleat omnes petitiones tuas. Quando dixit Christus ad patrem: *Clarifica me pater apud temetipsum claritate quam habui priusquam mundus fieret.* Et

Ibidem. d alibi: *Pater sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, vt quomodo nos vnum sumus, sic & illi vnum sint.*

mur. [a]Impleat dominus omnes petitiones tuas: [b]nunc cognoui quoniam saluum fecit dominus Christum suum. [c]Et exaudiet illum de cœlo sancto suo: [d]in potẽtatib. salus dexteræ eius. [e]Hi in curribus, & hi in equis: [f]nos autẽ in nomine domini Dei nostri inuocabimus. [g]Ipsi obligati sunt & ceciderunt: [h]nos autẽ resurreximus & erecti sumus. [i]Domine saluũ fac regẽ, & exaudi nos in die qua inuocauerimus te.

¶ In finem psalmus Dauid.

PSALMVS XX.

Domine [k]in virtute tua lætabitur rex: [l]& super salutare tuum exultabit vehementer. [m]Desiderium cordis eius tribuisti ei, & voluntate labiorum eius non fraudasti eũ. [n]Quoniam præuenisti eum in benedictionib. dulcedinis, [o]posuisti in capite eius coronã de lapide pretioso. [p]Vitam petiit a te, & tribuisti ei: [q]lõgitudinem dierum in sæculum, & in sæculũ sæculi, [r]Magna est gloria eius in salutari tuo, [s]gloriam & magnũ decorem impones super eum. [t]Quoniam dabis ei benedictionẽ in sæculum sæculi, [u]lætificabis eũ in gaudio cum vultu tuo. [x]Quoniam rex sperat in domino, [y]& in misericordia altissimi non commouebitur. [z]Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: [a]dextera tua inueniat omnes qui te oderunt. [b]Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui: [c]dominus in ira sua conturbabit eos, [d]& deuorabit eos ignis. [e]Fructum eorum de terra perdes,

b ¶ *Nunc cognoui, quoniam saluũ fecit dominus Christum suum.*] Nunc dicit propheta ad tempus quando accepit Spiritum sanctum. Tunc cognouit, quod saluaret Deus pater filium suũ.

c ¶ *Et exaudiet illum de cælo sancto suo.*] Id est, de semetipso & de sancta ecclesia.

d ¶ *In potentatibus salus dexteræ eius.*] Potentatibus, sanctæ ecclesiæ: quibus salus facta est per Christum, qui est dextera eius, id est, Dei patris: quia habet ecclesia ligandi & soluendi potestatem & disciplinam faciendi. Et dominus: *Ecce dedi*

Luc. 10.c *vobis potestatem calcare super*

1.Cor 4.d *serpentes, & virtutes omnes inimici.* Vnde Paulus dicit: *Quid vultis? In virga veniam ad vos, an in charitate?* In potentatibus salus dexteræ eius. In illa potẽtia qua victor ab inferis resurrexit.

e ¶ *Hi in currib⁹ & hi in equis.*]

F Currus & equus semper in Ægyptiis arguuntur. Alij credãe idolis atque dæmonis: nos cõfidamus in Christo. Vel aliter: Hi in curribus, & hi in equis. Per currus voluptas mundi, siue inundatiorum omnium cupiditas designatur: quia quasi rotæ quæ instabiles sunt, sic ipsi in mente huc illucque discurrunt. Per equos, superbi, & ipsi sunt cupidi.

f ¶ *Nos autem in nomine domini Dei nostri inuocabimus.*] Nõ in his supradictis, sed in nomine domini.

g ¶ *Ipsi obligati sunt, &c.*] Qui vitiorum suorum funibus ligati sunt, & in superiora non valent ascendere, sed cadent,

Ioan.18.b vt illud: Et abierunt retrorsum, & ceciderunt.

h ¶ *Nos autẽ resurreximus & erecti sumus.*] Resurreximus ab infidelitate: erecti sumus per fidem: quia tortuosi fuimus in peccatis.

i ¶ *Domine saluum fac regem, &c.*] Saluum fac regem, hoc est, Christum, pro parte carnis. Et exaudi nos. Rogat ecclesia vt exaudiatur tempore opportuno. Domine saluum fac regem, & exaudi nos in die qua inuocauerimus te. In Hebræo ita scriptum est: Domine saluum fac regem, qui exaudiat nos in quacunque die inuocauerimus eum.

PSALMVS XX.

Domine k *in fortitudine tua, &c.*] Iste est rex, cui & in superiori psalmo secundum formam serui oratur salus. Christus rex regum, & dominus dominantium.

l ¶ *Et super salutari tuo exultabit, &c.*] Id est, in eo quod saluasti homines, filius tuus, qui saluator est, exultabit.

n ¶ *Desiderium cordis eius dedisti ei, &c.*] Iam quippe non sumus serui, sed amici. Quod petiuit, expletum est. Quomodo ipse & pater vnum sunt: sic & nos in ipso vnum sumus.

Luc.22.b Vel aliter. *Desiderium animæ eius tribuisti ei.* Desiderauit filius Dei vt veniret genus humanum redimere. Vnde dixit: *Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum, antequã moriar:* voluntate labiorum eius non fraudasti eum. Et hoc

S.Hieron.Tom.7.

est, quando dominus dixit: *Pacem meam do vobis: pacem meam relinquo vobis.* G Ioan.14.d

n ¶ *Quoniam præuenisti eum in benedictionibus, &c.*] Hoc est à longe, quando Melchisedec benedixit Abraham. Et dein- Gen.14.e de quotquot benedictiones in Patriarchis vsque ad aduentum Christi fuerunt, Christus in ipsis benedictus est. Quoniam præuenisti eũ, hoc est, ante præuenit eum in benedictionibus dulcedinis, quã a Iudæis fel porrectum gustasset: quia antea eum istæ benedictiones præuenerũt. Gustauit, *& noluit* Matt.27.d *bibere.* Gustauit: quia de morte nostra suscepit. *Noluit bibere:* quia die tertia resurrexit. *Noluit bibere,* hoc est, non permãsit in morte.

o ¶ *Posuisti super caput eius coronam, &c.*] Corona Dei: ecclesia ex variis gentibus congregatio est. De qua Paulus sub persona credentium ait: *Gau-* Phil.4.a *dium & corona mea.*

p ¶ *Vitam petiit à te, & dedisti ei.*] Vt homo mortuus est, vt Deus resurrexit. Deus quippe vitam postulare non potuit.

q ¶ *Longitudinem dierum, &c.*] Impia synagoga conticeat. Quis hominum viuit in sæculum & in sæculum sæculi? Dauid & Salomon, non amplius quam quadragenis annis regnauerunt

r ¶ *Magna est gloria eius, &c.*] Impletum est quod ipse in euangelio postulauit: *Pater, glori-* Ioan.12.e & 17.a *fica me apud temetipsum.* Magna gloria eius in salutari tuo, H ac si dicat: Magna est gloria eius: magnum est hominem assumptum esse ad dexteram Dei patris.

s ¶ *Gloriam & magnum decorem impones &c.*] Gloriam, re- Matt.17.a surrectionis. Decorem, quando in monte resplenduit facies eius sicut sol, & vestimenta eius facta sunt alba sicut nix.

t ¶ *Quoniam dabis ei benedictionem in sæculum sæculi.*] Quia omnis creatura benedicit eum.

v ¶ *Lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.*] Hoc est, erit tecum semper in cœlis. Lætificabis eum in gaudio, cum vultu tuo. Tunc lætificabis filium in gaudio, cum adunata fuerit illa multitudo sanctorum, & numerus restitutus ei. Gaudebit Christus pro acquisitis, pro quibus passus est.

x ¶ *Quoniam rex sperat in domino.*] Secundum corporis dispensationem: vel homo assumptus in diuinitate.

y ¶ *Et misericordia altissimi non commouebitur.*] Nec humanitas filij, nec ecclesia primitiua, in finem commouebitur. Vsque huc propheta locutus est in persona ecclesiæ ad Deũ patrem de humanitate Christi, modo loquitur ad diuinitatem. Vnde dixit.

z ¶ *Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis.*] Inueniant inimici tui potestatem tuam, vt reuertantur in bonum. Inueniat potestas Dei illos qui in humilitate noluerunt Christum credere: inueniat illos in vindicta.

a ¶ *Dextera tua inueniat omnes qui te oderunt.*] Odientes se, tuimet clementia Dei vult conuerti, cum etiam inimicos suos inuenire desiderat.

b ¶ *Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui.*] In bonam partem, vt comburantur illorum peccata. Sicut clibanus intrinsecus ardet, sic illorum conscientia intrinsecus ardebit: eo quod bona non fecerunt.

c ¶ *Domine in ira tua conturbabis eos.*] Et hic clementia Dei non punit, sed turbat, vt ad pœnitentiam conuertantur.

d ¶ *Deuorabit, &c.*] A Spiritu sancto illorum peccata. Deuorabit ignis, in tẽpore vultus Dei cũ venerit iudicare mundũ.

e ¶ *Fructum eorum de terra perdes.*] Id est ipsos perdes, vel

A C

Luc. 12 f opera ipsorum de sancta ecclesia. *Et comedet eos ignis.* Iste ignis est de quo dominus in euangelio ait: *Ignem veni mittere in terrã, & quid volo nisi vt ardeat?* De hoc igne & duo quibus in itinere scripturas Saluator aperuit dicebant: *Nonne cor nostrum ardens erat in via, cum aperiret nobis scripturas?* Ibid. 24 e

[a] & semen eorum à filiis hominum. [b] Quoniam declinauerunt in te mala, [c] cogitauerunt consilia quæ non potuerunt stabilire. [d] Quoniam pones eos dorsum, [e] in reliquiis tuis præparabis vultũ eorum. [f] Exaltare domine in virtute tua: [g] cantabimus, & psallemus virtutes tuas.

h ¶ In finem psalmus Dauid pro assumptione matutina.

PSALMVS XXI.

DEus [i] Deus meus respice in me, quare me dereliquisti: [k] lõge à salute mea verba delictorum meorũ. Deus meus [l] clamabo per diẽ & non exaudies: & nocte, & non ad insipientiã mihi. [m] Tu. a. in sancto habitas: laus Israel. [n] In te sperauerunt patres nostri: sperauerunt, & liberasti eos. Ad te clamauerunt, & salui facti sunt: in te sperauerũt, & nõ sunt cõfusi. [o] Ego. a. sũ vermis, & nõ homo. [p] opprobriũ hominũ & abiectio plebis. [q] Omnes vidẽtes me deriserũt me [a] locu-

a ¶ *Et semẽ eorum à filiis hominũ.*] Semen, id est, filios qui generati sunt in mala doctrina: A filiis hominum, id est à consortio bonorum, perdes illos.

b ¶ *Quoniam declinauerunt in te mala.*] Iudæi quod super se per iustam vindictam, recipere debuerant, in Christum declinauerunt, quando dixerunt, quod dignus erat morte, *& expedit vt vnus moriatur quam vt tota gens pereat.* Ioan 11 f

c ¶ *Cogitauerũt consilium quod non potuerunt,* &c.] Quando dixerunt ad Pilatum. Domine, recordati sumus, quod seductor ille dixit adhuc viuens: post diẽ tertiũ resurgam. *Iube ergo custodiri sepulchrum vsque ad diem tertium.* At ille: *Habetis custodiam: ite, custodite sicut scitis.* Et postea posuerunt sigilla, sed mortui tenere viuentem non potuerunt. Resurrexit: quod illi nec voluerunt, nec crediderunt. Tunc non potuerunt stabilire consilium quod cogitauerunt. Matt. 27 g

d ¶ *Quoniam pones eos dorsum.*] Duobus modis. Dorsum, quia semper terrena desiderant. Aliter: Dorsum, vt retro cadant, aut quando respiciunt retro.

e ¶ *In reliquiis tuis præparabis,* &c.] Pro reliquiis in Hebręo, in bonis habet. Sensus itaque iste contexitur: Ad similitudinem sanctorum, quos tibi de omni orbe seruasti: etiam eos qui tormentis purgati sunt, esse facias, vt iuxta vultum sanctorum, vultus quoque esse incipiant peccatorum: Hoc est vt tales sint qui peccatores fuerunt, quales & hi qui sancti sunt. Vel aliter. *In reliquiis tuis præparabis vultum eorum*, id est, prophetas, quos patres eorum occiderunt. Reliquiæ eorum, filij Iudæorum, qui occiderunt caput prophetarum. Vt illa vindicta quæ cœpit à prophetis, veniat super illos qui dominum occiderũt. Aliter. *In reliquiis tuis præparabis vultum illorum*, hoc est, per Eliam & Enoch credituri sunt in finem. *Præparabis vultum illorum*, ad te credentium, vt illud: *Vt conuertat corda patrum in filios.* B

Zac. 1. b f ¶ *Exaltare domine in virtute tua.*] Vox ecclesiæ. Exaltare in virtute tua, id est, demonstra tuam potestatem, & maiestatem: quia prius venisti in humilitate, sed modo venis in maiestate.

g ¶ *Cantabimus, & psallemus,* &c.] Cantabimus in corde psallemus in opere, virtutes tuas annuntiabimus.

h ¶ *In finem pro assumptione matutina psalmus Dauid.*] Matutina assumptio, resurrectionis dominicæ, & ascensionis ad patrem significat sacramẽtum. Hanc inscriptionem Hebræi aliter habent: Pro ceruo matutino, & interpretatione peruersa putant de Hester totum vigesimum primum psalmum esse compositum: quod videlicet ipsius periculo & intercessione apud regem, sit de periculo Israeliticus populus liberatus. Sed nos ceruum qui interficiat serpentes, & venena consumat, nullum alium nisi Christum intelligimus, sicut totius psalmi contextus ostendit.

PSALMVS XXI.

DEus i Deus meus respice, &c.] Hoc versiculo dominus in cruce pendens vsus est. Ex quo animaduertimus, totum psalmum à domino in cruce posito decantari. Quod autem habet in medio, intende mihi: in Hebræis codicibus non habetur, & appositum vox domini declarat, quæ etiam illud in euangelio prætermisit: Ac si dicat: Quare me dereliquisti? Hic humanitas loquitur, quomodo derelicta fuit in Adã, quando præceptum transgressus est. Vel in passione derelictus Christus pro parte carnis.

k ¶ *Longe à salute mea verba delictorum meorum.*] Longe: Hic diuinitas loquitur. Verba delictorum meorum: quia nostra peccata sua reputat. Nam in salute sua nullũ est peccatum: sed à peccatore longe est salus. Vel aliter. Lõge à salute mea verba delictorum meorum. Aquila hũc locum sic interpretatus est: *Longe à salute mea verba gemitus mei*: Symmachus, *verba gemituum meorum.* Quinta & sexta editio: *verba clamoris mei*: Et est sensus iuxta cæteros interpretes: Gemitus mei atque conatus, quibus semper populum Israel saluare quæsiui, longe facti sunt à salute mea, quam populo tribuere cupiebam: quia ipsi noluerunt recipere sanitatẽ. Iuxta LXX vero interpretes iste sensus est: Hoc quod salutem deprecor, quod me cõqueror derelictum: non ex propria persona loquor, sed ex populi, cuius peccata in meo corpore ipse suscepi. Vnde dico: *Longe sunt à salute mea, verba* ista quæ fũdo. Non enim tam mihi salutẽ postulo, qui Deus sum, quam populo qui salute indiget.

l ¶ *Clamabo,* &c.] In die pendens non exauditur à patre: nocte resurgit ab inferis victor. Aliter. Qui in gaudio non exauditur, exauditur in lacrymis. Vnde ait: *Non in stultitiam mihi* id est, non frustra clamaui. Et Aquila transtulit ex Hebræo, dicens: *Et nocte, & non tacebis*: Id est audies me, respondebis mihi, facies quod oraui. Deus meus clamabo per diem, nec exaudies, & nocte. Clamauit Christus in cruce, & orauit pro suis: exauditus, & non exauditus. Exauditus pro prædestinatis: sicut in octo millibus, vel pro illis centum viginti, & quingentis fratribus. Et non exauditus, hoc est, pro illis qui non erant prædestinati. Vnde dixit euangelista: *Sanguis eius super nos, & super filios nostros.* Ergo dies hic pro bonis, & nox pro malis intelligitur Vel dies & nox, prosperitas & aduersitas in ecclesia. Ecclesia non exauditur in prosperitate, vt non se extollat, & nõ exauditur in aduersitate vt amplius mundetur. *Et non ad insipientiam mihi*, id est, filius coæternus patri, scit omnia, cur non sit exauditus in die passionis, id est, pro filiis mortis, & prosperitate & tribulatione ecclesiæ suæ. Act. 2. & 4 Ibidem 2. D Matt. 27. e

m ¶ *Tu autem in sancto habitas*: &c.] Vox prophetæ in sancto habitas, hoc est, in suo corpore, vel in cœlo, siue in ecclesia.

n ¶ *In te sperauerunt patres nostri domine,* &c.] Sperauerunt Patriarchæ & Prophetæ, vel reliqui, & liberasti eos, id est, de Ægypto vel de Babylonia. Nõ sunt cõfusi, quia quod promisisti, adimplesti: hoc est, terram repromissionis & vitam longam. Aliter. In te sperauerunt patres nostri, doctores ecclesiæ. Non sunt confusi: quia spes ipsorum semper es.

o ¶ *Ego autem sum vermis, & non homo.*] Hoc propter humilitatem assumpti corporis loquitur, Esaia quoque eadem concinente: *Ne timeas vermis Iacob.*

p ¶ *Opprobrium,* &c.] Quod maius opprobrium quàm crucis? *Et despectio plebis*, id est, Iudaici populi derisus. Cur vermis & non homo: dum dicit in euangelio: *Venit filius hominis redimere quod perierat*: Christ⁹ & vermis dicitur, & homo. Vermis, vt ait propheta: *Noli timere vermis Iacob.* Et homo, quia ex Maria natus, assimilatur sua natiuitas vermi, quia vermis qui in ligno nascitur, non habet patrem nisi matrem. Et Christus ex Maria est natus absq; coitu viri. Duo habitacula fecit Deus, cælũ & terram. Cælum habitatio angelorũ & terra habitatio vermiũ. Fecit Deus vermẽ ascendere in cælũ, & angelũ in terrã descendere Christ⁹ per humilitatẽ super omnes angelos ascendit, & diabolus per superbiã proiectus est in terrã, *Opprobriũ hominum & abiectio plebis.* Opprobrium, quãdo dixerũt Iudæi: *Tu discipulus illius sis.* Abiectio, quando eiecerunt eum extra ciuitatem, & crucifixerunt eum. Esa. 41. d Luc. 15 b Ioan. 9 f

q ¶ *Omnes videntes me deriserunt me.*] Pro parte malorum dicitur, sicut & ipsi Iudæi dixerunt: *Si filius Dei es, descende de cruce*: vel, Aue rex Iudæorum. Matt. 27. e

a ¶ *Lo-*

E

a ¶ *Locuti sunt*, &c.] Locuti sunt labiis, quia quod habebant in corde, hoc loquebatur in verbis. Mouerunt caput, id est, reliquerunt vnum caput quod est Christus, & fecerunt multa sibi capita dæmoniorum.

b ¶ *Sperauit*, &c.] Vox prophetæ de humanitate loquitur. Sperauit in domino, hoc est humanitas in diuinitate. Eripiat eū, id est, de Iudæis. Quoniam vult eum, id est, Deus pater voluit talem filium habere sine peccato, per quem peccata mundi tolleret, vt ait propheta: *Ipse infirmitates nostras accipit, & ægritudines nostras portauit.* Esa.53.b

c ¶ *Quoniam*, &c.] Vox humanitatis: *Eduxisti me de ventre*, id est, de vtero sanctæ Mariæ, vel de synagoga, quia per vaticinium prophetarum conceptus est, & ad sensum spiritualem, quasi de ventre eductus est.

d ¶ *Spes*, &c.] Id est, vbera matris non dedignatus est sugere Christus, id est ab vberibus Mariæ. Vel vbera matris, lex synagogæ. Duo vbera habere dicūtur, quia literā & sensum habent: Sed ipsi, id est, Iudæi, vna vbera susceperunt, hoc est, quia literam legis tantummodo obseruant.

e ¶ *Deus meus es tu*, &c.] In die passionis.

Ioan.14.d f ¶ *Quoniam*, &c.] Vt ipse dixit: *Surgite eamus: ecce appropinquabit qui me traditur⁹ est.*

F

g ¶ *Non est*, &c] Neque angelus, neque homo, nisi tu pater.

[e] locuti sunt labiis & mouerunt caput. [b] Sperauit in domino, eripiat eum: saluum faciat eum, quoniam vult eum. [c] Quoniā tu es qui extraxisti me de ventre: [d] spes mea ab vberibus matris meæ, in te proiectus sum de vtero. De ventre matris meæ [e] Deus meus es tu: ne discesseris à me. [f] Quoniā tribulatio proxima est: [g] & nō est qui adiuuet. [h] Circundederunt me vituli multi: [i] tauri pingues circundederūt me. [k] Aperuerūt super me os suum: [l] sicut leo rapiēs & rugiens: [m] Sicut aqua effusus sum: & dispersa sunt omnia ossa mea. [n] Factum est cor meum [o] tanquā cera liquescēs, [p] in medio vētris mei. [q] Exaruit tanquā testa virt⁹ mea: [r] & lingua mea adhæsit faucib. meis: [s] & in puluerem mortis deduxisti me. [t] Quoniā circundederunt me canes multi: [u] cōcilium malignantium obsedit me. [x] Foderunt manus meas & pedes meos: [y] dinumerauerunt omnia ossa mea. [z] Ipsi vero cōsiderauerunt, & inspexerūt me: [a] diuiserunt sibi vestimēta mea, [b] & super vestem meam miserunt sortem. [c] Tu autem domine ne elongaueris auxilium tuum à me: [d] ad defensionem meam conspice. [e] Erue à framea animam meam: [f] & de manu canis vnicam meam. [g] Salua me ex ore leonis, [h] & à cornib. vnicornium humilitatē meam. [i] Narrabo nomē tuū fratrib. meis, [k] in medio ecclesiæ laudabo te. [l] Qui timetis dominum, laudate eum: [e] vni-

h ¶ *Circundederunt*, &c.] Vituli lasciuientes, id est, Iudæi qui lasciuientes & incontinentes erant.

i ¶ *Tauri*, &c.] Pro pinguibus Symmachus altiles interpretatus est. In Hebræo verbum ponitur פָּרִים, quod & ignominia transferri potest: quia circundederunt me. Tauri dicuntur propter superbiam illorum, id est principes illorum Anna & Caiphas, vel reliqui. Pingues, propter crassitudinem malitiæ.

k ¶ *Aperuerunt*, &c.] Quando dixerunt, crucifigatur.

l ¶ *Sicut leo*, &c.] Id est, quando de illo cogitabant quomodo eum interficerent. Rapiens, quando cum gladiis & fustibus eum comprehenderunt.

m ¶ *Sicut*, &c.] Sic voluerunt Iudæi Christum extinguere quasi aquā, quæ hauritur & dispergitur, & non reuertitur. Dispersa sunt omnia ossa mea. Ossa Christi, apostoli dicuntur: quia sicut caro ab ossib⁹ roboratur: ita & corpus Christi, quod est ecclesia, ab apostolis vel doctoribus firmatur.

Rom.5.a n ¶ *Factum est cor meum.*] Cor Christi, ecclesia intelligitur, antequam Christus ascenderet in crucem, quæ dura videbatur esse: quia pauci pro nomine illius patiebantur, Vnde dicitur: *Pro iusto quis moritur?*

o ¶ *Tanquā*, &c.] Quia postquā Christus ascendit in crucē: postea omnes sancti cœperunt tribulationem pro ipso sustinere propter spem retributionis futuri muneris.

p ¶ *In medio*, &c.] Hoc est, in medio ecclesiæ. Factum est cor meum tanquam cera liquescens in medio ventris mei. Sapientia mea quæ prius non intelligebatur, accensa igni passionis incaluit: & suscepta est ab ecclesia.

q ¶ *Exaruit*, &c.] Testa antequā in igne ponatur, infirma est: postquā in igne ponitur, roboratur. Et Christus posteaquam in patibulum crucis ascendet, suam ecclesiam roborauit. Ergo non aruit sicut fœnum vt caderet: sed quasi testa vt firmaretur.

r ¶ *Lingua mea adhæsit*, &c.] Id est, linguæ apostolorum obmutuerunt tempore passionis; licet vnus locutus

G

est, tamen negando nō confitendo, id est, Petrus. Nam discipuli seruantes præcepta mea, de inde in posterum loquūtur.

s ¶ *Et in limum*, &c.] Hoc est, in incarnationem vel in infernum, quando animas sanctorum exinde deduxit secum. Et in limum mortis deduxerunt me. Sicut impios quos ventus proiecit: ita me existimauerunt in mortem decidere: tanquam si resurgere non valerem.

t ¶ *Quoniam*, &c.] Canum proprium est, vt domino suo congaudeāt, & latronem allatrent. Canes hic Iudæi intelliguntur, qui allatrauerunt Christum, & latroni cōgauisi sunt, hoc est Barrabæ: quādo illū petierunt, & Christū occiderunt. Quoniam *circundederunt me canes multi*: non loquentes recta, sed latrantes iniqua. Ioan.18.g

v ¶ *Concilium*, &c.] Congregatio Iudæorum. Canes multi. Pro canibus in Hebræo habet chelabim כְּלָבִים, quod Aquila & Theodotio venatores interpretati sunt. Concilium malignantium obsedit me. Iudæi obsederunt, id est, circundederunt Christum.

x ¶ *Foderunt*, &c.] Præteritum pro futuro ponitur. Foderunt, clauos fixerunt: & fructum magnum inuenerunt, id est, salutem gentium.

y ¶ *Et dinumerauerūt*, &c.] In cruce distenta conspexerunt membra sua.

z ¶ *Ipsi vero, &c.*] Dicente: *Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere.* Mat.28.a

H

a ¶ *Diuiserunt*, &c.] Facientes vnicuique militi partē suam.

b ¶ *Et super*, &c.] Tractantes de tunica Non scindamus eā: sed sortiamur de ea cuius sit. Vel aliter: *Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortē.* Quod quatuor milites fecerunt quatuor partes, & tunicam non diuiserunt: significabāt vnitatem ecclesiæ, quod nō scinderetur. Volunt hæretici eam scindere, sed non possunt.

c ¶ *Tu autem domine non elongaueris*, &c.] Humanitas ad diuinitatem loquitur, vt auxilietur ei in tempore passionis, *Tu autem domine ne elongaueris auxilium tuum à me*, sed protinus me resuscita.

d ¶ *Ad defentionem meam* &c.] Ne quid mihi pars inferni illa voracis præualeat.

e ¶ *Erue*, &c.] Erue à gladio vel malitia Iudæorum. Vel erue animam meam de illa potestate, quæ seducendo iugulat.

f ¶ *Et de manu canis*, &c.] Canes, Iudæi. Vnica, id est, anima Christi. Vnica dicitur, quia non habet peccatū illa anima: & aliæ animæ ab ipsa mundantur. Vel vnica, ecclesia: & de manu canis, de ore inferni: qui more canino auide deuorat.

g ¶ *Saluum me*, &c.] Os leonis, populus Iudaicus, propter fortitudinem malitiæ suæ.

h ¶ *Et à cornibus*, &c.] Vnicornis, ipse populus Iudaicus intelligitur: quia vnum cornu habet, id est, vnam legem: vnde ventilabat omnes gentes, ante præuaricationem illorum. Et à cornibus vnicornium humilitatem meam. A satellitibus satanæ, per quos homines singulariter in superbia exaltantur. Vsque huc de passione dixit: iam de resurrectione loquitur, cum dicit: Mat. 20.e

i ¶ *Narrabo*, &c.] Vox Christi. Fratres, apostoli, postquā resurrexit, vt ipse ait: *Ite nunciate fratribus meis, vt eant in Galilæam, ibi me videbunt.*

k ¶ *In medio ecclesiæ* &c.] Hoc est, in vnitate ecclesiæ: in medio credentium populorum. Laudabo te, prædicabo te.

l ¶ *Qui timetis*, &c.] Omnes sancti qui timore sancto illum timent, laudant eum,

[a] Impinguasti in oleo caput meum: [b] & calix meus inebrians quam præclarus est. [c] Et misericordia tua subsequetur me, [d] dominus diebus vitæ meæ. [e] Et vt inhabitem in domo domini: [f] in longitudinem dierum.

g ¶ Psalmus Dauid in prima sabbati.

PSALMVS XXIII.

Domini [h] est terra & plenitudo eius: [i] orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo. [k] Quia ipse super maria fundauit eum: [l] & super flumina præparauit eum. [m] Quis ascendet in montem domini: [n] aut quis stabit in loco sancto eius? [o] Innocens manib. & mundo corde, [p] qui non accepit in vano animam suã: [q] nec iurauit in dolo proximo suo. [r] Hic accipiet benedictionẽ à domino: & misericordiã à deo salutari suo. [s] Hæc est generatio quærẽtiũ dominũ: [t] quærentiũ faciẽ Dei Iacob. [u] Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales. [x] & introibit rex gloriæ: [y] Quis est iste rex gloriæ? [z] dominus fortis & potens, dominus potẽs [a] in prælio. [b] Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales: & introibit rex

E a ¶ *Impinguasti, &c.*] Per caput, id est, principale mentis, ecclesia intelligitur. Mens etenim caput vocatur: quia sicut a capite reguntur membra: ita cogitationes mente disponũtur. Per oleum intelligitur consolatio: quia sicut per oleum consolatur corpus: ita & per consolationem scripturarum, mens ecclesiæ. *Impinguasti in oleo caput meum*: Lætificasti spirituali lætitia mentẽ meam, quæ caput est totius corporis.

b ¶ *Et calix meus, &c.*] Calix intelligitur verbum Dei. Inebrians, quia per prædicationem compungitur homo in mente, quando separat hominem, id est, patrem à filio: filiũ à patre suo: matrẽ à filia, & filiã à matre sua: & nurum aduersus socrum suam. Tunc nos inebriat, quando ista facit. Per calicem, mensura intelligitur: quia vnicuiq; iuxta quod meretur vel potest capere, sic illi diuidit Deus, id est, dat. Vel mystico me calice inebriasti, vt obliuioni traderem delectiones prioris vitæ.

c ¶ *Et misericordia, &c.*] Vox ecclesiæ ad Christum. Misericordia Dei, & præuenit & subsequitur. Præuenit, per fidem: subsequitur, in custodiendo mandata Dei.

d ¶ *Omnibus, &c.*] Quamdiu in hoc corpore dego.

e ¶ *Et vt inhabitem, &c.*] Ecclesia hic quasi in tabernaculo consistit. Quia sicut tabernaculum mutatur de loco in locum: sic & ecclesia de isto tabernaculo transfertur in domum, hoc est, in vitam æternam siue perpetuam: vbi sine fi-

F ne habitabunt sancti.

f ¶ *In longitudinem dierum.*] Diebus sine fine. Vt inhabitem in domo domini in longitudinem dierum, id est, cœlestem Hierusalem communiter cum omnibus sanctis congregatis in me per fidem inhabitem.

g ¶ *Psalmus Dauid, &c.*] Psalmus iste continet interdum vocem prophetæ de ecclesia loquentis.

PSALMVS XXIII.

Domini h *est terra, &c.*] Cum conuersi fuerint qui terrena sapiunt. Domini est terra, hoc est, totus mundus: & plenitudo eius, hoc est, habitatores mundi istius. Vel domini est terra, hoc est ecclesia: & plenitudo eius, id est, omnes sancti.

i ¶ *Orbis terrarum, &c.*] Clarificato Iesu, omnium gentium fides fit vna ecclesia.

k ¶ *Ipse super, &c.*] Per maria intellige fluctuationes istius mundi: quia calcant & superant ecclesiam ab initio fluctuationes sæculi. Sed fundauit, hoc est, corroborauit ecclesiam suam in fide. Super fluctus huius sæculi stabiliuit eam, ne ab his dilabatur.

l ¶ *Et super flumina, &c.*] Per flumina intelliguntur potentes sæculi, vel cupidi, vt ait Salomon: Omnia flumina in-

Eccl.1.b trant in mare. Sic & ipsi potentes licet magnum habeant censum, numquam satiantur. Super ista flumina est ecclesia, vt illis prædicet, & connectantur qui potestatem habent. Si audire noluerint, super flumina præparauit illam. Super cupiditates huius sæculi constituit eam, vt ipsa superior esset, munda sine macula & ruga.

m ¶ *Quis, &c.*] Vox prophetæ interrogantis, id est, in cœlestem Hierusalem? Quis, pro raritate ponitur. Vel mons hic

Luc.18.d pro alta iustitia, vt illud: Vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus: & habebis thesaurum in cœlis.

n ¶ *Aut quis stabit in loco sancto eius.*] Super altissimam iustitiam eius, ac si dicat: qui perseuerabit: Quia multi ascendunt, & non perseuerant.

o ¶ *Innocẽs manibus, &c.*] Purus in opere: quia per manus opera intelliguntur: & mundo corde, id est, mundis sermonibus. Vel mundo corde, sanctus in cogitatione. G

p ¶ *Qui non, &c.*] Qui nullis eam fecibus peccaminum post baptismum maculauit. Ille in vanum non accepit animã suam, qui opera bona agit.

q ¶ *Nec, &c.*] Ille in dolo nõ iurat proximo suo, qui quæ cogitat, hæc prædicat: & in opere implet. Multi sunt enim qui dolose iurant, vt decipiant proximum: quod abominatur pater luminum Deus, dicẽte Pe-

tro: *Non es hominibus mentitus, sed Deo.* Ergo qui se ab his custodierit maculis: Act.5.d

r ¶ *Hic accipiet benedictionem, &c.*] A Christo æquali patre, cuius morte saluatus est. Vel aliter: *Hic accipiet benedictionem à domino*. De isto supradicto dicit: Qui non iurat in dolo proximo suo, accipiet benedictionem à domino, quando dicturus erit: *Venite benedicti patris*

mei, percipite paratum vobis regnum à constitutione mundi. Et misericordiam à Deo salutari suo. Misericordiam à Deo consequitur, qui se putat esse miserum. Mat.25.d

s ¶ *Hæc est, &c.*] Superius singulariter dixit, hic accipiet benedictionem: modo pluraliter, quia ecclesia ex pluribus personis congregatur: & tamen vna dicitur, propter vnitatem fidei. Generatio hæc, id est, populus Christianorum: quæ in tenebris iacens, verum dominum Saluatoremque quæsiuit.

t ¶ *Requirentium faciem, &c.*] Id est populus Christianus H

requirit faciem Dei Iacob. Vnde dictum est: *Maior seruiet minori*: quia posterius nato primatum dedit. Intercedit diapsalma, vt immutet personam. Ipse enim dominus nunc cælestia regna repetens, nuntiatur. Ascendente ergo cum angelis, hi qui præcedebant siue comitabantur, aliis eorũ principibus acclamabant. Gen.25.e

v ¶ *Tollite portas principes, &c.*] Hoc est, reserate cælestes aditus, pateat æternalis ingressus. Vel tollite portas principes vestras. Vox angelorum bonorum, ad angelos malos, quorum princeps diabolus est.

Portas principes vestras, id est, cupiditatem & timorem. Bene coniunxit cupiditatem & timorem: quia quicunque per cupiditatem congregat, per timorem & malitiam custodit, vt non perdat. Et qui timorem & cupiditatem & malitiam habet, spiritum malignum de se non deiicit. Et *eleuamini portæ æternales*, id est, fides & charitas. Æternales dicuntur: qui ab Adam vsque Christum in imo iacuerunt: & ideo eleuari dicuntur.

x ¶ *Et introibit, &c.*] Hoc est, Christus, quia per fidem & charitatem introiuit Christus ecclesiam. Et introibit rex gloriæ: Christus dominus immensæ claritatis retinens regnum. Hi quoque attoniti, & mentis stupore perculsi dicunt.

y ¶ *Quis est iste rex gloriæ?*] Vox maiorum dæmonum. Ac si dicerent: Nos nostrum regem habemus diabolum: iste rex gloriæ quis est? Quis, inquit, est iste rex gloriæ? Respondet qui loquitur:

z ¶ *Dominus, &c.*] Vox angelorum bonorum. Fortis est, qui alligauit fortem principem vestrum. Fortis, cum suscepit mortem: potens, cum vicit infernum.

a ¶ *In prælio.*] Cum spoliato Tartaro, reduxit secum multitudinem captiuorum. Clamat iterato, & dicit: Marc.3.e

b ¶ *Tollite portas, &c.*] Eleuentur æthereæ ianuæ: aperiantur æternarum ædium valuæ.

c ¶ *Et introibit, &c.*] Quia non solum post resurrectionem, immensam possedit claritatem: verum etiam &

A

illam quam æqualem cum patre habuit priusquam fieret mundus. Adorantes igitur hi tantæ gloriæ vnicam singularemque potentiam, aiunt:

a ¶ *Quis est iste rex gloriæ?*] Respondetur his:

b ¶ *Dominus*, &c.] Pluraliter hic virtutum, Christus intelligitur: quia super nouẽ virtutes cælorũ sedet. Vel virtutum dicit: quia super omnes virtutes diaboli, dominus est. Vel virtutũ dicitur: quia diabolus nouẽ ordines angelorum sub sua habuit dominatione, siue bonos, siue malos. *Tollite portas*. Vox angelorum bonorũ. Vel vox dominica ad angelos bonos. *Tollite portas*, hoc est, quia quando Adam peccauit, portæ paradisi clausæ fuerunt: Gen.3.d & data est romphæa ignea angelo Seraphim, vt eum custodire deberet. Sed postquam Christus venit in mundũ, & luctauit cum diabolo, aperuit infernum: & animas sanctorum secum eduxit: & cum angelis bonis ad cælestia remeauit. Tunc portæ paradisi quæ ante clausæ fuerant, apertæ sunt. Vel portæ æternales, angeli dicuntur: per quorum custodiam ad cælestia conscendimus. Eleuatæ dicuntur: quia antea omnes animæ sanctorũ ad infernum descendebant. Sed postquam Christus ascendit vna cum corpore suo super omnes virtutes cælorũ, postea angeli lætati sunt: quia animas sanctorum apud se illuc deduxit. Quis est iste rex gloriæ? Vox angelorum, qui apud patrem semper fuerant. Ac si dicerent: Nos patrem & filium semper B in simul esse vidémus: iste rex gloriæ quis est? Pro parte carnis dicebant, *Tollite portas*. Vox prophetæ de Iudæis, *Tollite portas*, id est, superbiam, & cupiditatem, & auaritiam: quia per has tres portas omnis homo ad infernum descendebat. Vel *eleuate portas principes vestras*: pro quo in Hebræo positum est: *Leuate portæ capita vestra*: recto ferantur itinere. Ad perfectum munditiæ dicit hominem venire non posse: & quenquam ad perfectum munditiæ venire nõ valere. Portæ æternales quas dicit eleuari, fides, charitas, & castitas est: quia per has tres Christus ecclesiã ingreditur. *Quis est iste rex gloriæ?* Humana fragilitas respondit. *Quis est iste?* Ac si dicãt: Iste est quem nos crucifiximus & improperauimus, ac pro nihilo habuimus. Respondent: *Dominus virtutum*, id est, qui mortuus est ad tẽpus ex infirmitate carnis: sed nunc viuit ex virtute Dei. Ioan.20.g Vel virtus fuit, quando dixit Thomæ: *Infer digitũ tuum in locum clauorum: & mitte manum tuam in latus meũ,* Rom.8.g *& noli esse incredulus, sed fidelis*. Dominus virtutum dicitur, sicut Paul' ait: *Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio*, & reliqua. Item: *Tollite portas principes vestras*. Vox angelorum, qui cum Christo ad infernum descenderunt, ad subiectos diaboli dicunt. Ostendunt se principem illorum ligatum ducere. Tollite portas: quia fractæ sunt portæ, id est, potestas illorum tunc abstracta est. *Et eleuamini portæ æternales*. Et tunc eleuatæ sunt portæ æternales, id est, animæ sanctorum de inferno. Æternales dicuntur: quia semper sine fine apud Deum regnaturi sunt. Dominus virtutum, ipse est rex gloriæ. Pro domino virtutum, in Hebræo legitur, dominus sabaoth: quod in alio loco Septuaginta interpretes, omnipotentem transtulerunt. Merito virtutum dominus, qui pro nobis homo factus est: morti traditus, infernalibus est tenebris addictus: quod clementer suscepit patienter tolerauit, fortiter vicit, mirabiliter cõsummauit. Qui cum virtute propria calcans inferos, cum triumpho rediens ad superos, cum gloria ascendit ad cœlos: sedet nunc ad dexteram Dei patris omnipotentis, interpellans nostris iugiter pro delictis, Amen.

c ¶ Vigesimusquartus psalmus mediatoris nostri missam ad patrem continet vocem: interdum habet ecclesiæ supplicantis clamorem.

bit rex gloriæ. [a] Quis est iste rex gloriæ? [b] dominus virtutum ipse est rex gloriæ.

c ¶ Psalmus Dauid.

PSALMVS XXIV.

AD [d] te domine leuaui animã meã: [e] Deus meus in te confido [f] non erubescã. [g] Neque irrideant me inimici mei: [h] etenim vniuersi qui sustinent te, [i] non confundentur. [k] Confundantur iniqua agentes superuacue. [l] Vias tuas domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me. [m] Dirige me in veritate tua, & doce me: [n] quia tu es Deus saluator meus, [o] & te sustinui tota die. [p] Reminiscere miserationũ tuarum domine: & misericordiarũ tuarum quæ à sæculo sunt. [q] Delicta iuuẽtutis meæ: & ignorãtias meas ne memineris. [r] Secundum misericordiam tuã memento mei tu: [s] propter bonitatẽ tuam domine. [t] Dulcis & rectus dominus: [a] propter

PSALMVS XXIV. G

AD [d] *te domine*, &c.] Hic vox ecclesiæ intelligitur ad Christũ. Leuaui dicit, id est, eleuaui: quia prius in valle lacrymarum, vel in imo iacebat ecclesia, antequam Christus veniret in mundum. In quid eleuaui? Hoc est, in spe, fide, & charitate per sanctificationem: quia triticum si in imo iaceat, computrescit: si sursum eleuatur, custoditur. Sic & anima si in peccatorũ putredine, hoc est, si in imo iaceat, & cõputrescit & perit. Nam si sursũ eleuatur in his supradictis, spe, fide, & charitate, custoditur à Deo. Vel ad te domine leuaui animam meam, per crucem.

e ¶ *Deus meus*, &c.] Ecclesiæ confessio est. In te confido, non in me, sed in te.

f ¶ *Non erubescam*.] Quia in homine non confido: de quib. dictũ est: *Maledictus homo qui spem suam ponit in homine*. Et Hier.17.a *Benedictus vir qui confidit in domino*. Psal.33.b Non sit dilatio resurrectionis, quæ opprobrium generet inter credentes.

g ¶ *Neque*, &c.] Qui me irriserant prius cum dicerẽ: *Possum destruere templũ, & hoc in triduo reædificare*. Matt.26.f Neque irrideant me inimici mei, id est, illi qui in homine tantummodo confidunt: quia posteaquam ille defectus fuerit, inimici ipsorum irrident ei: & inimici ecclesiæ, sunt dæmones, hæretici, vitia & peccata.

h ¶ *Etenim*, &c.] Qui te sustinent.

i ¶ *Non confundentur*.] Neque hic, neque in futuro: apostoli, vel hi qui credituri sunt per verbum eorum in te.

k ¶ *Confundantur*, &c.] Propheta non optando, sed prophetando dicit: Confundantur in die iudicij illi, qui vsque in finem in malitia ipsorum perseuerant: Mat.27.g illi qui super perpetratum in me scelus illud addiderunt, vt sigillis tumulum cõmunirent. Vsque huc dominus de passione sua: hinc vox succedit ecclesiæ, quæ post resurrectionem dominicam se supplicat edoceri.

l ¶ *Vias tuas domine demonstra*, &c.] Illas per quas venitur in regnum tuum. Vel vias tuas, hoc est, mandata tua: notas fac, hoc est, demonstra mihi. *Semitas tuas edoce me*. Semita minor est quam via, per semitam intelligitur arta & Mat.7.b angusta via, quæ ducit ad vitam.

m ¶ *Dirige*, &c.] Vox ecclesiæ. Dirige me, quia ego tortuosus sum pro peccato. In veritate tua, hoc est, in Christo tuo: edoce me, vt nihil peruerse agam.

n ¶ *Quia tu es*, &c.] Tua enim resurrectione, meum salutare mihi collatum est.

o ¶ *Et te*, &c.] Hoc est, tuto tempore. Videbant me pro te sustinere omne vitæ huius tempus. Audieram enim per voces prophetarum te venturum esse in mundum. Sustinui autem per lumen fidei, donec me vocares.

p ¶ *Reminiscere*, &c.] In quibus vt nos redimeres, homo factus es. Vel populus Christianus loquitur, vt rectos eos faciat de sua miseratione, vt illud: Misericordiæ tuæ multæ sũt Psal.118.a domine. Et: *Misericordia tua à sæculo sunt*. Et: Misericordias Psal.24.b tuas ab initio sæculi promisisti nobis.

q ¶ *Delicta iuuentutis meæ*, &c.] Illa quæ in adolescentia gessi, priusquam de domo patris iniqui procederem. Aut delicta iuuentutis, ante baptismum: & ignorantiæ meæ, hoc est, post baptismum.

r ¶ *Secundum*, &c.] Id est, non secundum merita, sed secũdum tuam misericordiam. Rom.4. Immensa est enim misericordia tua: *qui vocas ea quæ non sunt tanquam quæ sunt*.

s ¶ *Propter bonitatem tuam*, &c.] Qua vocas peccatores ad pœnitentiam.

t ¶ *Quia dulcis*, &c.] Dulcis, quia est panis vitæ. Dulcis, quia promittit præmia futura. Rectus, quia reddit vnicuique secundum opera sua.

a ¶ *Pro-*

[a]propter hoc legem dabit delinquentib. in via. [b]Diriget mansuetos in iudicio: [c]docebit mites vias suas. [d]Vniuersæ viæ dñi misericordia & veritas [e]requirentib. testamentum eius, [f]& testimonia eius. [g]Propter nomen tuũ domine propitiaberis peccato meo: [h]multum est eo im. [i]Quis est homo qui timet dominũ: legẽ statuit ei in via quam elegit. [k]Anima eius in bonis demorabitur: [l]& semen eius hæredi(t)abit terram. [m]Firmamentũ est dñs timentib. eum: [n]& testamentũ ipsius vt manifestetur illis. [o]Oculi mei semper ad dñm: [p]quoniã ipse euellet de laqueo pedes meos. [q]Respice in me, & miserere mei: [r]quia vnicus & pauper sũ ego. [s]Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt: [t]de necessitatib. meis erue me. [u]Vide humilitatẽ meam, [x]& laborẽ meum: [y]& dimitte vniuersa delicta mea. [z]Rspice inimicos meos, [a]quoniã multiplicati sunt: [b]& odio iniquo oderunt me. [c]Custodi animam meam, & erue me: [d]non erubescã: quoniam speraui in te. [f]Innocenres & recti adhæserunt mihi: [f]quia sustinui te domine. [g]Libera Deus Israel ex omnibus tribulationibus suis.

h ¶ Psalmus Dauid.

PSALMVS XXV.

IVdica me domine, quoniam ego in innocẽtia mea ingressus sum: [k]& in domino sperâs non

a ¶ *Propter hoc legem, &c.*] Legem charitatis: per quam dimittentes offensas, recoociliamur deo. Delinquentibus in via, peccatoribus in ista vita.

b ¶ *Diriget, &c.*] Mites & humiles corde diriget in iudicio, hoc est, discretionem facit hic in præsenti inter corpus & animã, vt se inuicẽ corrigant in viis mandatorũ Dei. Vel illud quod superius scriptũ est: Peccata adolescẽtiæ meæ & ignorãtiæ meæ ne memineris. Istũ & ætas excusat, & ignorantia.
Luc.12.f Vnde intelligimus, eũ qui peccat in adolescentia, & nõ ignorat, veniã non habere. *Seruus* quippe *qui nouit voluntatem domini sui, & non facit, vapulabit multum. Omnes viæ domini, misericordia & veritas*: quia & ipsa misericordia, æquis est librata ponderibus.

c ¶ *Docebit, &c.*] Misericordiã & veritatẽ, & vt se ex toto corde diligant, quæ est vera via. Sic enim sequitur:

d ¶ *Vniuersæ viæ, &c.*] Misericordia, quia nos redemit: & veritas, quia impios iudicabit. Dulcis & rectus dominus: quia qui se miserum confitetur, miseretur illi Deus.

e ¶ *Requirentibus, &c.*] Illis facit misericordiam, qui requirunt nouum testamẽtum, quo nos sanguine suo reconciliauit Deo patri.

F f ¶ *Testimonii eius.*] Prophetas & apostolos quorum testimoniis est ecclesia congregata.

g ¶ *Propter nomen tuum, &c.*] Non propter mea merita, sed propter tuam misericordiam.

h ¶ *Multum est enim.*] Grande est peccatum meum. Grande est, inquit, generale peccatum: quod nisi Deus per baptismum delere dignetur, aliter non aufertur.

Deut.30.c i ¶ *Quis est homo qui timet dominum: legem statuit ei, &c.*] Vt ad ea quæ elegit, deflectatur: simile huic per Moysen ad populum dominus protestatur, dicens: *Ecce hodie statui ante oculos tuos ignem & aquam, bonum & malum, vitam & mortem: elige vitam, & viues.*

k ¶ *Anima, &c.*] Si elegerit vitam.

l ¶ *Et semen, &c.*] Per opera iustitiæ, hæreditatem capiet in regione viuorum. Vel anima eius in bonis demorabitur, id est, sperabit in præmiis futuris: & semen eius hæreditate possidebit terram. Semen eius, opera eius: possidebunt terram, id est, vitam perpetuam.

m ¶ *Firmamentum est dominus timentibus eum.*] Nos infirmi & imbecilles sumus: sed ab illo hortamur, ne ab huius sæculi fluctibus quatiamur.

n ¶ *Et testamentum ipsius vt manifestetur illis.*] Hoc est nouum testamentum. Lex quæ eum annuntiauit per literam velata, in Christo manifestatur.

o ¶ *Oculi mei,*] Oculi cordis intenta mente ad Deum: de quibus dicitur: *Oculi sapientis in capite eius.*

Eccl.2.b p ¶ *Quia ipse, &c.*] Hoc est, de laqueo diaboli sensus meos, à quo prius per voluptates sæculi capiebar.

q ¶ *Respice in me, & miserere mei.*] Respice, in adiutorium: & miserere, quia miser sum.

r ¶ *Quia vnicus, &c.*] Ad Christũ pertinet, quia Christus
Esa.53.c vnicus sine peccato, vt ait propheta: *Qui peccatum non fecit.*
2.Cor.8.b Pauper pro nobis, vt Paulus dicit: Qui cum diues esset, pauper factus est, vt illius inopia, nos diuites essemus. Vel vnicus, populus Christianus. Sed bene se vnicum dicit, quia vnigenitus est patris. Qui pauper natus in carne, fa-
4.Reg.18.d ctus est vnicum pretium mundi. Quia *vnicus & pauper sum*
Hier.1.5.d *ego.* Sic & Elias solus remansit: & Hieremias solus sedit & fleuit, à malis hominibus separatus. Vnde & Dauid alibi dicit: *Habitare facit vnius moris in domo.* ¶G Psal.67.a

s ¶ *Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt.*] Per passionem.

t ¶ *De necessitatibus, &c.*] Necessitates meæ sunt, vt homo pro hominibus moriar: & ideo à te eripiar, vt resurgam.

v ¶ *Vide, &c.*] Per quã carnem suscepi.

x ¶ *Et laborẽ meũ.*] Quo morti subdor. Vel aliter: Vide humilitatem meam & laborem meũ. Ecclesia loquitur ad Christum Humilitatem: quia humiliant eam peccatores. Laborem, in tribulatione.

y ¶ *Et dimitte omnia, &c.*] Populi delicta, quæ in me suscepi.

z ¶ *Respice, &c.*] Iudæos vtique vt confundantur.

a ¶ *Respice inimicos meos, &c.*] Vox ecclesiæ de persecutoribus.

b ¶ *Odio iniquo, &c.*] Iniquũ odium, ad distinctionem iusti dicitur. Si enim non odissent me, non vtique condemnassent morte.

c ¶ *Custodi animam meam, &c.*] Ecclesia supplicat vt custodiatur, & eripiatur ab omni malo.

d ¶ *Non confundar, quia, &c.*] Psal.30.b
In manus tuas commendo spiritum meum Non confundar, neque hic, neque in futuro, H
quia inuocaui te.

e ¶ *Innocentes, &c.*] Innocentes, qui puritatem vitæ ab exordio natiuitatis custodierunt. Sicut collo adhæret caput, & membra in eodem corpore continentur: sic & ecclesia per iustitiam adhæsit Christo, & membra eius in eodem corpore continentur. Innocentes, id est, successores apostolorum, vel cæteri sancti & recti, quorum cor non fuit peruersum post Deos alienos. Adhæserunt mihi, reuertentur ex inferis.

f ¶ *Quoniam, &c.*] Impleui pater voluntatem tuam.

g ¶ *Libera me, &c.*] Vt mihi mors vltra non dominetur: Rom.6.d
sicut Apostolus ait: Scitote, quia Christus resurgẽs ex mortuis, iã non moritur: mors illi vltra non dominabitur. Sciendum tamen quod humilitas orationis non ad diuinitatem, sed ad humilitatem assumptæ carnis est referenda. Nos vero deprecemur dominum, vt viuentes immaculati, ab infernalibus angustiis liberari mereamur. Quia sustinuit te domine. Libera me Deus Israel. Israel, id est, animarum videntium Deum. Ex omnibus angustiis, ex omnibus tribulationibus meis.

h ¶ *In finem, &c.*] Psalmus iste de homine & Christo testatur: & omnis ecclesiæ in Christo perfectæ continet vocem.

PSALMVS XXV.

IVdica, &c.] Vt sit mihi per iudicium tuum misericordia: quoniam per innocentiæ gradior viam Superius dictum est: Iudica me domine. Vox ecclesiæ ad Christum. Iudica me, non quod iudicium futurum rogat à Deo, sed discretionem: de qua in alio psalmo legimus: *Iudica me Deus, & discerne causam meam*: hoc est, vt non me iudices in futuro, sicut cæteri peccatores iudicandi sunt. Quoniam ego in innocentia mea ingressus sum. Pro parte sua dicit ecclesia. Ac si Psal.42.
dicat: Parata sum innocenter viuere: quia nulli nocuit, nec nocere desiderat ecclesia. Ingressus sum, id est, inter peccatores: vbi vsque in finem habitabit.

k ¶ *Et in domino, &c.*] Sed firmor in fide. Non infirmor, id est, inter hos peccatores: propterea quia in te spero, non in me.

non infirmabor. [a] Proba me domine, & tenta me: [b] vre renes meos & cor meum. [c] Quoniam misericordia tua ante oculos meos est: [d] & cōplacui in veritate tua, [e] Non sedi cum concilio vanitatis: [f] & cum iniqua gerentib. nō introibo. [g] Odiui ecclesiam malignantium: [h] & cum impiis non sedebo. [i] Lauabo inter innocentes manus meas: [l] & circundabo altare tuū domine. [l] Vt audiam vocem laudis tuæ: & enarrem vniuersa mirabilia tua. [m] Domine dilexi decorem domus tuæ: & locum habitationis gloriæ tuæ: [n] Ne perdas cum impiis animam meam: [o] & cum viris sanguinum vitā meam. [p] In quorum manibus iniquitates sunt: [q] dextera eorum repleta est muneribus. [r] Ego autem in innocētia mea ingressus sum: [s] redime me. [t] & miserere mei. [u] Pes enim meus stetit in directo: [x] & in ecclesiis benedicam te domine.

[y] ¶ In finem Psalmus Dauid antequam vngeretur.

PSALMVS XXVI.

DOminus [z] illuminatio mea: & salus mea, quem timebo. [a] Dominus protector vitæ meæ: à quo trepidabo. [b] Dū appropiant super me nocentes, vt edant carnes meas. [c] Qui tribulant me inimici Dei ipsi infirmati sunt & ceciderunt. [d] Si consistant aduersum me castra, non

A a ¶ *Proba me*, &c.] Probari se rogat ecclesia, vt se noscat, & ab aliis cognoscatur probata. Sicut Iob probatus est, vt se cognosceret, & alij eum cognoscerent: sicut illi reges fecerūt qui eum visitauerunt. Proba me domine, in tentationibus: & tenta me, ne aliquid in me delicti remaneat.

b ¶ *Vre renes*, &c.] Quid renes sonent, in corde significat: quia misericordia tua in conspectu oculorū meorū est. Sic petit iudicium, vt misericordiæ recordetur, Vre renes meos & cor meū. Spiritū sanctum adhibe delectationib. & cogitationib. meis, qui vtraq; exurens, me dignum efficiat. Vre, hoc est, igne Spiritus sancti: de quo igne dicit: *Ignem veni mittere in terram.* Luc. 12.f

c ¶ *Quoniam misericordia*, &c.] Vt ab hoc igne arguar, & non exurar.

d ¶ *Et complacui*, &c.] In Christo tuo, vt non in meo mendacio, sed in tua veritate placerem.

e ¶ *Non sedi*, &c.] Nō sum coniunctus his qui contra te Christum meum vanum agebant conciliū. Non sedi in cōcilio vanitatis, id est, qui de terrenis cogitant semper, non sedit ecclesia in eorum concilio.

B f ¶ *Et cum*, &c.] Non posui cum his absconditam conscientiam meam.

g ¶ *Odiui*, &c.] Iudæorum siue hæreticorum.

h ¶ *Et cum impiis*, &c.] Pactum cum his non inibo. Et cum impiis non sedebo, id est, non solum cogitauerunt in verbo, sed perfecerunt in opere.

i ¶ *Lauabo inter innocentes*, &c.] In bonis operibus lauabo manus meas, quæ peccatis ante sordebant. Manus lauabo, id est, opera. Lauat per lacrymas, per baptismum, & pœnitentiam.

x ¶ *Et circundabo altare*, &c.] Amplectar sublimia tua, vt discam laudare te. Altare, id est, fides. Circundabo, id est, operibus bonis. Vnusquisque sanctus altare domini in se habet: quod est fides.

l ¶ *Vt audiam vocem laudis tuæ*, &c.] Vt cum didicero, exponam cæteris miraculum illud: qualiter pro nobis vel passus es, vel resurrexisti. Et enarrem vniuersa mirabilia tua, laudis tuæ: id est, quicquid boni agimus, à Deo reputatur esse: & quicquid mali facimus, à nobis est. Laus Dei perfecta est: & laus hominum imperfecta.

m ¶ *Domine dilexi decorem domus*, &c.] Pulchram effeci mentem meam, vt esset tibi commoratio digna, in qua habitans glorifices me gloria tua. Domus domini, est ecclesia. Sacerdotes & habitatio gloriæ tuæ, ipsi sunt in quibus habitat Deus.

n ¶ *Ne perdas*, &c.] Cum his qui per impietatem, mitem tradiderunt.

o ¶ *Et cum viris*, &c.] Qui dolose insidiantes, effuderunt sanguinem tuum.

p ¶ *In quorum manibus iniquitates sunt.*] Hoc est, in operibus eorum.

q ¶ *Dextera eorum*, &c.] Abstinendum à muneribus docet, culpans eos qui accipiunt munera: qui iniquitatem agentes, quæstum huius impietatis lucrum aliquod arbitrati sunt: sicut ipse proditor Iudas fecit. Dextera eorum repleta est muneribus. De sinistra fecerunt sibi dexteram: quia vita futura, dextera dicitur: & sinistra, vita præsens. Illi pro dextera habuerunt sinistram, vt est illud: Est munus à lingua: & est munus à manu: & est munus ab obsequio. A lingua, laus: hoc est, fauor humanus. A manu, à terrenis. Ab obsequio, seruitium indebite impensum. Sed melius est, quod ait propheta: *Qui excutit manus suas ab omni munere, iste in excelsis habitat.* C Esa 33.c

r ¶ *Ego autem in innocentia mea ingressus sum.*] Ecclesia loquitur pro parte bonorum: Per studium sanctæ vitæ à prioribus delictis. Ingressus, inter peccatores.

s ¶ *Libera me.*] De tribulatione.

t ¶ *Et miserere mei.*] Quia miser sum.

u ¶ *Pes enim*, &c.] Sensus meus in Christo: quia ipse est via. Pes enim meus (ne mihi præualeant) stetit in via recta: ille scilicet, in quo ad te accedere cœpit per iustitiæ viam.

x ¶ *In ecclesiis*, &c.] De vnitate congregationis dicit. In ecclesia, nō in latebris, sed in cōuēticulis populorū te benedicés. Prædicabo dilectionē illā, qua tuo me sanguine redemisti: baptismo abluisti: ac pane cœlesti & sacris dapib. adimpletum innocentiæ me melioris vitæ restituisti.

y ¶ *In finē*, &c.] Ter vnctus est Dauid: Semel sub patre suo Iesse in Bethlehem: secūdo, in Hebron: tertio, quādo regnauit super omnē Israel in Hierusalē. Quære ergo cui potissimū hic psalmus conueniat vnctioni. Sciendū autē quod anteq̄ vngeretur, in Hebræis voluminibus nō habetur. Sed de istis tribus vnctionibus, media ad istum pertinet psalmum. Dauid figuram Christi tenet: quia & ipse vnctus est in baptismo, quando in specie columbæ Spiritus sanctus super eum venit. Dauid à prima vnctione non accepit regnum: sic nec Christus secundum carnem tempore passionis accepit regnum, nisi posteaquam ascendit. 1.Reg.16.c 2.Reg.2.a Ibid.5.a D Matt.3.d

PSALMVS XXVI.

DOminus [z] *illuminatio mea: & salus mea*, &c.] Nullis tenebris obtegi formidat, quē dominus illuminat semper & saluat. Dominus illuminatio mea: & salus mea quem timebo. Vox ecclesiæ ad Christum. In omnibus psalmis verba Spiritus sancti sunt. Sicut oculi corporis illuminantur ab alia luce: sic & oculi cordis nostri à virtute fidei, hoc est, à Christo illuminantur. Vnde dictum est: *Qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Ioan.1.

a ¶ *Dominus defensor vitæ meæ, à quo trepidabo.*] Ipse est enim fidelis animæ protectio: idcirco non metuit inimicum. Defensor est ipse qui & salus: sed tamen defensor, adiutor dicitur. A quo trepidabo? Dicit ecclesia: A nullo, nec à diabolo, neque ab hæretico, neque à persecutore, dum ipsum habeo defensorem.

b ¶ *Dum appropiant super*, &c.] Accedunt, vt excitatis in me prioribus delictis, corpus meum rabido dente dilacerent. Vel dum appropinquant super me nocentes, vt edant carnes meas, id est, dæmones vel persecutores. Carnes vero, id est, affectus carnis: quia hoc est cibus ipsorum. Et tamen dantur illis carnes edere, id est, corpora sanctorum ad persequendum. Sed habent sancti consolationem à domino, vt ait in euangelio: *Nolite timere eos qui occidunt corpus: animam autem non possunt occidere.* Matt.10.d

c ¶ *Qui tribulant*, &c.] Quia dominus illuminatio mea est: qui tribulant me inimici mei, dæmones, vel persecutores: ipsi infirmati sunt & ceciderunt. Tunc infirmati sunt, quando Christus nostram suscepit humanitatem.

d ¶ *Si cōsistant*, &c.] Dominus enim bellator fortis, ipse pugnabit pro me. *Si consistant aduersū me castra*, id est, fortitudo dæmoniorum, vel persecutorum. Castra dicit, secundum illud: *Castrametati sunt. Non timebit cor meum.* Ecclesia dicit Num.33.

propter

E propter illud quod dominus dixit: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem sæculi.* Mat. [illegible]

a ¶ *Si exurgat in me, &c.*] Etsi moueantur aduersus me pugnæ, confidens sum in his: eo quod possit Deus (qui est spes mea) iniqua tela in inimicorum ora detorquere. *Si insurgat in me prælium.* Ista supra dicta prælia, pugna dæmoniorum. Ego (dicit ecclesia) in auxilium tuum & defensionem tuam sperabo.

b ¶ *Vnam petii, &c.*] Quidam putant vnam charitatem siue gratiam, aut certe vnam petitionem dici: cum אחת, a hat verbum Hebræum, absolute vnum neutrali genere sonet & legatur: Vnum petij à domino, id est, ipsum dominum. Hunc requiram, id est, ipsum dominum.

c ¶ *Vt inhabitem, &c.*] In domo dñi, in vita perpetua: quia quãuis ecclesia hic dicatur domus, tamen non proprie, sed nuncupatiue. Vnde dicit: *Beati qui habitãt in domo tua domine.* Psal. 83.a

d ¶ *Vt videam, &c.*] Id est, dilectionem Dei, vt illud: Videbimus eum sicuti est: sed hic per speculum. 1.Ioan.3.a Vnam petij à domino, hanc requirã. Videamus quæ est vna petitio: *Vt inhabitem,* inquit, *in domo domini omnibus diebus vitæ meæ,* vt in hac vita mortali, templum sanctum efficiar: in quo Deus inhabitare dignetur.

e ¶ *Et visitem, &c.*] Eis qui in terra positi, cælestem vitam agunt, particeps fiam. Et protegar in templo sancto eius, id est, protectionem ab ipso supra dicto habeam.

F f ¶ *Quoniam abscondit, &c.*] In quo per fidem inhabitet mecum: ne mihi tentationum obuient procellæ. Tabernaculum diuinitatis, humanitas Christi est. Abscondit ecclesiam in tabernaculo suo: quia caput nostrum Christus est, & nos membra illius. Abscondit ergo ecclesiam apud se, vt dictum est: Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Col. 3.a

g ¶ *In die malorum.*] Nunquid dies mali sunt? Non, sed in nostris operibus mali dicuntur, vt Paulus dicit: Quoniam dies mali sunt. Eph. [illegible] De istis præsentibus diebus dicit. Quia quamuis caput sursum sit, membra tamen adhuc deorsum sunt vsque in finem. Mat. 8.c Quia & hoc puto significari, quando ipse solus in monte, nauicula in mari iactabatur fluctibus: & ideo ab ipso protectione indigent. In die malorum, in insidiantium felicitate.

h ¶ *Protexit me in abscondito tabernaculi sui.*] In corde credenti ad iustitiam.

1.Cor.10. i ¶ *In petra exaltauit me.*] In Christo exaltauit per fidem. Petra, Christus, vt Paulus ait: *Petra autem erat Christus.* In petra exaltauit me: In se, qui est stabilis petra, ac vetustissimum fundamentum.

k *Et nunc exaltauit caput meum super, &c.*] Nunc, in præsenti: super inimicos, id est, super istos supra dictos, exaltatũ est caput nostrum, quod est Christus: super omnes inimicos ecclesiæ. Et nunc exaltauit caput meum, super inimicos meos super motus carnales, qui me sæpe humiliabant, ne cælestia contemplarer.

l ¶ *Circuibo & immolabo in tabernaculo eius, &c.*] Circuibo, id est, exercitabor in creaturis Dei: considerans orbem in Christo credentem. Quia considerat creaturas Dei: cum aliquis cœlum & terram, vel mare cum suis ornamentis conspexerit, inuenit quid immolet Deo, hoc est, laudem. Circuibo, hoc est, per quatuor partes mũdi exempla sanctorum inquiro, & ibi inuenitur laus Dei. Et immolabo in tabernaculo eius hostiam vociferationis. Quod pro nobis ad tempus humilitatem sustinuit, gaudens prædicabo, quia

non timebit cor meum. [a] Si exurgat aduersum prælium, in hoc ego sperabo. [b] Vnã petij à domino, hanc requiram: [c] vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ [d] Vt videam voluptatem domini, [e] & visitem templum eius. [f] Quoniam abscondit me in tabernaculo suo, [g] in die malorum: [h] protexit me in abscondito tabernaculi sui. [i] In petra exaltauit me: [k] & nunc exaltauit caput meum super inimicos meos. [l] Circuiui & immolaui in tabernaculo eius hostiam vociferationis: [m] cantabo, & psalmũ dicam domino. [n] Exaudi domine vocem meam qua clamaui ad te: miserere mei & exaudi me. [o] Tibi dixit cor meũ, exquisiuit te facies mea: faciem tuam domine requiram. [p] Ne auertas faciẽ tuam à me: [q] ne declines in ira à seruo tuo. [r] Adiutor meus esto, ne derelinquas me: neque despicias me, Deus salutaris meus. [s] Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me: dominus autem assumpsit me, [t] Legem pone mihi domine [u] in via tua, [x] & dirige me in semita

G talibus hostiis delectatur. Hostiam iubilationis, hoc est, prædicationis. Iubilus dicitur, qui nec per literas, nec per syllabas, nec verbis potest comprehendere magnitudinem laudationis Dei. Hostia dicitur, quę per partes diuiditur, & sanguis circa altare effunditur: & ipsa hostia foris comburitur. Sacrificium dicitur vinum & oleum, & medium animal. Et holocaustum, totum combustum: & victima, antequam occidatur. Vnde Paulus: *Hostiam viuam.* Rom 12.a

m ¶ *Cantabo, &c.*] Cantabo, prædicabo: psalmum dicam, opere compleam: vel laudes spirituales mente concinam dilatata.

n ¶ *Exaudi, &c.*] Per interioru enim hominis clamorẽ deprecor vt exaudias me.

o ¶ *Tibi dixit cor meum, exquisiuit, &c.*] Merito cor tuisti, vultum viuentis Dei requirit: quia cum videre posse confidit. *Beati enim mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Mat 5. Quæsiuit facies mea faciem tuam, hoc est, ecclesia mea faciem suam requisiuit, hoc est, præsentiam tuam. Psal. 50

p ¶ *Ne auertas, &c.*] Alibi dicit: *Auerte faciem tuã à peccatis meis.* Et hoc orãdum est. Sed hic dicit: *Ne auertas faciem tuam,* id est, ne dimittas me in propria voluntate, sicut dictum est: *Tradidit illos deus in reprobum sensum* hoc est permisit.

q ¶ *Ne declines in ira à seruo tuo.*] Seruus si dominum terrenum ostendit, cum pauore & metu est: quanto magis homo, si Deum cælestem ostendat? Ergo hoc rogat ecclesia, vt illam hic corripiat: & illam videat. Vt non ab illa cum ira discedat, sed vt illa gerat ea à quibus non declinet: sed facie propitiata respiciat. Rom 1.d H

r ¶ *Adiutor meus esto domine, &c.*] Adiutor in præsenti. Esto tam de præsenti, quam de futuro pertinet. *Ne derelinquas me*: neque hic, neque in futuro. Neque despicias me Deus salutaris meus. Salutaris noster Christus est: & hoc rogat ecclesia, vt non despiciatur ab illo, id est, non commutat illud peccatum per quod à Deo despiciatur. Ne derelinquas me: cum crucifigo carnes meas cum vitiis & concupiscentiis. *Neque despicias me Deus salutaris meus*: quia etsi mortalis sum, tamen cælestia quæro.

s ¶ *Quoniam pater meus, &c.*] Pater, diabolus: mater, Babylonia vel gentilitas, antequam Christus veniret in mundum, parentes nobis fuerunt. Modo pater noster, Deus est: & mater nostra, Hierusalẽ cœlestis, vt ait Paulus: Hierusalem quæ est mater nostra. Gal.4.d Quoniam *pater meus & mater mea dereliquerunt me: dominus autem assumpsit me.* Regnum mundi & ciuitates huius sæculi, quæ me genuerunt, & caduca promittebant, reliqui: & à te assumptus, ab his sum derelictus. Quia pater meus & mater mea dereliquerunt me. Potest & de Dauid simpliciter accipi, quod minimus inter fratres à parentibus contemptus, a Deo electus est per Samuelem. In commune vero, parentum in filiis amor morte finitur: Dei amor crescit in tempore.

t ¶ *Legem mihi constitue domine.*] Legem, temetipsum quia ipse est lex.

v ¶ *In via tua.*] Id est mandatis tuis. Quæ sunt illa mandata? Vt non declines ad dexteram, neque ad sinistram, & non respicies retro, vt illud: *Nemo ponens manum suam in aratro & aspiciens retro, aptus est regno cælorum.* Luc 9.g Et item, *Memores estote vxoris Lot* Luc.17.g Et ea quæ sursum sunt quærite, non quæ super terram. *Legem pone mihi domine in via tua.*

x ¶ *Et dirige me in semita recta.*] Vt non declinem à dextris & sinistris, sed tua sequens mandata, viamque regiam gradiens, terram repromissionis ingrediar.

A a ¶ *Propter*,&c.] Carnales motus, dæmones, hæreticos persecutores.

b ¶ *Ne tradideris*,&c.] Vt non satietur anima eorum de aduersitatibus, quæ accidunt mihi.

c ¶ *Quoniam insurrexerunt in me testes* ,&c.] Insurrexerunt in me, dicẽtes mendaciũ; sed cum in te confiderem, destructi sunt in mendacio suo. Quoniam insurrexerũt in me testes iniqui Contra Christũ (Mat.26.f) testes iniqui surrexerunt, quãdo dixerũt Iudæi: *Hic dixit: destruite tẽplum hoc: & in triduo reædificabo illud*. Vel contra ecclesiam dicunt aduersarij Mẽtita est iniquitas sibi: id est, sibimetipsis mentiti sunt, & nõ mihi: quia vniuscuiusque vitiũ in suum recurrit auctorem. Et mentita est iniquitas sibi. Testes flagitiosi, in eo quod contra alios mentiuntur, sibi mentiuntur, dum in se supplicia præparant: putantes Deum non vendicare mendacia.

d ¶ *Credo videre*,&c.] Vox ecclesiæ *In terra viuentiũ*, quia pignus nostrum illuc sursum habemus, quod est Christus, Ille accepit de nostra terra mortale corpus, & nos ab ipso accepimus spem & fidẽ, & per spem & fidem credentes, peruenimus in terram viuentiũ: in qua sancti capient hæreditatem regni cœlorum.

B e ¶ *Expecta*, &c.] Id est, vsque in finem seculi quicquid tibi accesserit, pro Christo patienter sustine.

semita recta.[a] propter inimicos meos.[b] Ne tradideris me in animas tribulantiũ me:[c] quoniã insurrexerunt in me testes iniqui, & mẽtita est iniquitas sibi.[d] Credo videre bona dñi in terra viuentiũ.[e] Expecta dñm,[f] viriliter age:[g] & cõfortetur cor tuum,[h] & expecta dominum.

[i] ¶ Psalmus ipsi Dauid.

PSALMVS XXVII.

AD[k] te domine clamabo Deus meus,[l] ne sileas à me: ne quãdo taceas à me,[m] & assimilabor descendentibus in lacum.[n] Exaudi domine vocem orationis meæ dum oro ad te:[o] dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum.[p] Ne simul tradas me cum peccatoribus:[q] & cum operantibus iniquitatem ne perdas me.[r] Cum his qui loquuntur pacẽ cum proximo suo: mala autem in cordibus eorum. Da[s] illis secundum opera eorũ,[t] & secundum nequitiã adinuentionum ipsorum. Secundum opera manuum eorũ tribue illis:[u] redde retributionem eorum ipsis.[x] Quoniam non intellexerunt opera domini, & in opera manuũ eius destrues illos, & non ædificabis eos.[y] Benedictus dominus:[z] quoniã exaudiuit vocẽ deprecationis meæ.[a] Dominus adiutor meus[b] & protector meus:[c] & in ipso sperauit cor meũ,[d] & adiutus sum.[e] Et refloruit caro mea:[f] & ex voluntate mea cõfitebor ei.[g] Dñs fortitudo plebi suæ,[h] & protector saluationum Christi sui est.

a Saluum

Extollo manus meas, id est, extendi eas in cruce. Ad tẽplũ sanctum, id est, ad hoc extendi, vt tẽplum tibi præpararem, hoc est, corpus ecclesiæ. *Et assimilabor descendentibus in lacũ*. Lacus significat infernum: locũ videlicet eorum qui sub custodia retinentur. Et alibi scribitur: Vsq; ad captiuitatẽ quæ (Exod.12.d) erat in lacu. *Exaudi vocem deprecationis meæ, dum oro ad te, dum extollo manus meas ad tẽplum sanctum tuum*: in cruce scilicet pro credentibus qui templum tuum futuri sunt.

p ¶ *Ne simul*,&c.] Peccatores, latrones, inter quos pendebat, vt ait propheta: *Et inter iniquos deputatus est*. (Luc.22.d)

q ¶ *Cum*, &c.] Id est, in die iudicij cum eis latronibus, aut cæteris malis. Hoc tam ad Christum quam ad ecclesiam pertinet, vt non sic peream, mortem suscipiens, sicut operarij iniquitatis.

r ¶ *Cum his qui loquuntur pacem cum*, &c] Loquebantur Iudæi pacem cum Christo dicentes: *Magister scimus quia verax es, & quia à Deo venisti magister: & viam Dei in veritate doces*. (Mat.22.b) Mala autem sunt in cordibus eorum, quando interrogabant eum: Licet tributum dari cæsari, an non? (Mat.22.b)

s ¶ *Da illis*,&c.] Qui te non intelligunt per beneficia, intelligant per cruciatus: vt male agentes, bona tua inuenire nõ possint. Propheta non optãdo, sed pronuntiando, dicit. Ac si dixisset: Daturus es illis vindictam in die iudicij. D

f ¶ *Viriliter age*.] Id est, fortiter age, vt dixit angelus ad Iesum *Confortare & esto robustus*. (Iosue.1.b)

g ¶ *Et confortetur*,&c.] Hoc est, anima tua.

h ¶ *Expecta dominum*.] Hoc est, sustine dominum. Propheta hic hortatur fidelem illum, qui vsque nũc locutus est, dicens: Expecta primum, vt contra certamina mundi à Deo conforteris Expecta deinceps, vt victor ab eodem domino coroneris: quia non coronabitur, nisi qui legitime certauerit Nos vero deprecemur dominum, vt ipso confortante, sustinendo viriliter mundialium fluctuum procellas expectemus per fidem, quoadusque veniat reddere, quæ dignatus est polliceri.

i ¶ *Psalmus ipsi Dauid*.] Psalmus vocem habet ipsius mediatoris, passionis in conflictu loquentis ad patrem. Quæ autem inimicis optantur, non malitiæ est, sed ratio prophetiæ prædicentis, quæ eis pro malis suis immineant. Vel vox (Marc.15.e) hominis assumpti in diuinitate: Clamauit Iesus in cruce, & dixit: *Eli. Eli*.

PSALMVS XXVII.

(Ioan.18.c) A D k *te domine clamaui*, &c.] Vt me clarifices illa claritate quam habui apud te prius quam mundus fieret, quia nunc hominem assumpsi.

l ¶ *Ne sileas à me*.] Sed loquaris: quia æqualem tecum habeo æternitatem. Ne sileas à me, hoc est, non me derelinquas

m ¶ *Et ero similis*, &c.] Id est, in miseriam istius vitæ, quia si diuinitas ab eo recessisset, similis nobis in miseria fuisset. Si silueris, ero similis pereuntibus: tamen si taceas, non cognosceris.

n ¶ *Exaudi vocem*,&c.] Orauit Christus in cruce pro toto mundo, & pro Iudæis & pro apostolis.

o ¶ *Dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum*.]

t ¶ *Et secundum nequitiam*, &c.] Studia eorum sunt, vt mihi noceant, & laqueos tentationum intendant: ideo iustum est, vt in his ipsi deficiant.

v ¶ *Redde retributionem*,&c.] Ipsi enim reddiderunt mala pro donis, te non intelligentes.

x ¶ *Quoniam non intellexerunt opera domini*, &c.] Machinæ eorum quæ contra ecclesiam meam eriguntur, nihil præualeant.

y ¶ *Benedictus dominus*.] Pater.

z ¶ *Quoniam*, &c.] Respondens ante passionem: *Et clarificaui, & iterum clarificabo*. (Ioan.12.e)

a ¶ *Dominus adiutor meus*.] In passione.

b ¶ *Et protector meus*.] In morte.

c ¶ *Et in ipso*,&c.] Humanitas in diuinitate.

d ¶ *Et adiutus sum*.] In tribulatione, vt resurgerem.

e ¶ *Et refloruit*, &c.] Caro Christi in resurrectione refloruit. Vel floruit caro mea, refloruerunt apostoli: quia post negationem ad fidem venerunt: *Refloruit caro mea*, Procedẽs è tumulo incorrupta. *Et refloruit caro mea*. Pro carne, Theodotio, cor interpretatus est. Aliter: quippe resurreximus cum Christo. Et de resurrectione dicitur: *Ossa vestra vt herba orientur*. (Esa.66.e)

f ¶ *Et ex voluntate*, &c.] Ipsi patri, vt illud: *Confiteor tibi pater, domine cœli & terræ: quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis*. (Mat.11.d) Et ecclesia Christo: vt illud, *Prouidentes gregem, non coacte, sed voluntarie*. (1 Pet.5.a) Et iterũ: *Voluntarie sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo*. (Psal.53.b) Et ex voluntate mea confitebor ei, non ex necessitate. Confitebor tibi per baptismum.

g ¶ *Dominus*,&c] Populo Christiano.

h ¶ *Et protector saluationum*, &c.] Quicumque in Christo baptizatus est, & ipse Christus vocatur. Sciendum autem, quod & iste psalmus, excepta vna litera, in Hebræis volumi-

voluminibus scriptus sit secundum ordinem literarũ. Protector, hoc est, defensor. Salutariũ Christi sui est. Pluraliter dicit: quia omnes virtutes Christi diuinitas custodit.

a ¶ *Saluum fac, &c.*] Hoc est populum Christianum. Vel saluum fac plebem tuam domine, quam morte mea redemi.

b ¶ *Et benedic, &c.*] Quam per corporis & sanguinis mei mysterium in ecclesia congregasti. Hæreditas Christi, sua ecclesia, de qua dixit: *Dabo tibi gentes in hæreditatem tuam.* Psal. 2. b

c ¶ *Et rege, &c.*] Rege illos, ac si dicat. Tu rege, nó diabolus, nec peccatũ. *Et extolle eos vsq; in sæculum*, hoc est, defẽde eos vsque in sæculũ, in vita æterna. Tu domine rege & eleua nos: quia populus tuus sumus, vt in hac vita quę tibi sunt placita facientibus ab hac mortalitate in immortalitatem te cõmutante extollamur: id est, in cœlestibus eleuemur, regnaturi cum sanctis tuis.

d ¶ *In finem psalmus Dauid, &c.*] Quando arca de captiuitate Philistinorum reducta est, pro qua multa mala habuerũt, dimissa est in Silo, & Dauid ædificauit ei tabernaculum: in quo hortatur populum, vt offerant sacrificia Deo. Dauid apertissime figuram Christi tenet, & arca figuram ecclesiæ. Sicut Dauid reduxit arcam de captiuitate, sic & Christus reduxit arcam, hoc est, sanctam ecclesiam de captiuitate, id est, de potestate diaboli. Psalmus ergo vocem continet prophetæ, loquentis de perfectione ecclesiæ in hoc sæculo congregatæ. 1. Reg. 4. 5. & seq.

[a] Saluum fac populum tuum domine,[b] & benedic hæreditati tuæ: [c] & rege eos, & extolle illos vsque in æternum.

[d] ¶ Psalmus Dauid in consummatione tabernaculi.

PSALMVS XXVIII.

AFferte [e] domino filij Dei, [f] afferte domino filios arietũ. [g] Afferte domino gloriã & honorem: [h] afferte domino gloriam nomini eius: [i] adorate dominum in atrio sancto eius. [k] Vox domini [l] super aquas: [m] Deus maiestatis [n] intonuit, dominus super aquas multas. [o] Vox domini in virtute, [p] vox domini in magnificẽtia. [q] Vox domini cõfringentis cedros, [r] & cõfringet dominus cedros Libani. [s] Et cõminuet eos tanquam vitulum Libani, [t] & dilectus quẽadmodũ filius vnicorniũ. [u] Vox domini intercidentis flammã ignis: [x] vox domini concutiẽtis desertum, [y] & cõmouebit dominus desertũ Cades. [z] Vox domini præparãtis ceruos, [a] & reuela-

PSALMVS XXVIII.

F AFferte, e &c.] Qui per gratiam in adoptionem filiorũ vocati estis. Vox Christi prędicatores admonet: Afferte prædicationem & exemplum vel fidem & opera.

f ¶ *Afferte domino, &c.*] Quos per euãgelium duces gregum apostoli genuerunt. Arietes, apostoli dicuntur. Arietes in capite duo cornua habent. Et sancti apostoli duo cornua habuerunt, id est, duo testamenta prædicauerunt. Filij arietum, successores apostolorum sunt, quos generauerunt per verbum prædicationis. Consummatio tabernaculi, secundum sensum, perfectio ecclesiæ est, coniuncta de Iudæis & gentibus hic in præsenti.

g ¶ *Afferte domino, &c.*] Vt per opera vestra glorificetur æternus Deus per verbum & exemplum. Vnde dicit: honorificabant & glorificabant. Filios generãt (vt diximus)
1. Cor. 4. d per prædicationem, vt Paulus dixit: Per euangelium ego vos genui. Hoc est gloria & honor Dei.

h ¶ *Afferte domino gloriam, &c.*] Gloriosum per vos nomen eius in cũctis innotescat. Nomen patris, filius est: gloria Christi, ecclesia est.

i ¶ *Adorate dominum, &c.*] Dilatate cor vestrum in sanctificatione perfecta, in qua Deus habitet, id est, in ecclesia, vel in conscientia, vbi vnusquisque ipsum adorare debet.

Apoc 17. d k ¶ *Vox domini.*] Prædicatio domini.

l ¶ *Super aquas.*] Super populos, Vt illud: *Aquæ multæ, populi multi.* Vel vox domini super aquas, id est, in baptismo
Matt. 3. d super Christũ, vt dicit: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi*
Mat. vlt. *complacui.* Super aquas: quia populus, qui ibidẽ aderat, vocem audiuit. Vel super aquas, vt apostolus ait: *Ite, baptizate omnes gentes in nomine patris & filij & Spiritus sancti.*

m ¶ *Deus maiestatis.*] Deus potestatis.

n ¶ *Intonuit, &c.*] De tabernaculo corporis assumpti, terribiliter populis conuersionem prædicauit, dicens: *Pœniten-*
Matt. 3. a *tiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum.* Sicut tonitruum à nube procedit, ita & Christus intonuit à nube, hoc est, de corpore suo, quando dixit: Pœnitentiam agite.

o ¶ *Vox domini in virtute.*] In credentibus potens facta, quando dixit: *Lazare veni foras*, Vel in virtute, qua in vnoquoque sancto loquitur. G
Ioan 11. e

p ¶ *Vox domini, &c.*] Quando magnificatur per opera sanctorum. Magnificentia, ecclesiis dilatata.

q ¶ *Vox domini, &c.*] Cedri dicuntur oẽs sublimes, & excelsi, vel superbi. Confringet illos, aut per pœnitentiam, aut in die iudicij in vindicta. Cedros, superbos quosq; *Ecce securis ad radices arborum posita est.* Confringentis cedros, humilians superbos. Sciendum, quod Cedrus duas habeat intelligentias, sicut & vnicornis: hoc est, si ad bonam partem, iustos: si ad malam, peccatores ac superbos ostendit. Luc. 3. b

1. Cor. 1. d r ¶ *Et confringet, &c.*] Conteret per pœnitentiam elationes eius: ac collidet dum ignobilia elegit, vt fortia conterat & confundat.

s ¶ *Et comminuet, &c.*] Ramus earum & virgulta calcibus verberans. Pro hoc in Hebræo habet, & vitulus Libani. Excisa superbia ac petulantia, adducit eos ad imitationem humanitatis suæ: quia tanquam vitulus immolatus est. Iste vitulus est saginatus, qui occisus est, hoc est, Christus pro salute mundi. Sicut confringit vitulus de cornibus virgulta tenera: ita Christus confregit Iudæos. Vnde dixit: *Iam securis ad radices arborum posita est.* Mat. 3. b

t ¶ *Et dilectus, &c.*] Factus es dilectus filius Dei per assumptionem corporis, filius Iudæorum, & contriuit eos qui per superbiam singularem, suam erigere iustitiam conabantur. Christus est filius Iudæorum: quia ex stirpe eorum secundũ carnem fuit. Iudæi vnicornes dicuntur, pro vna lege quam habuerunt, per quam in superbiam se extulerunt.

u ¶ *Vox domini, &c.*] Pœnitentiam Ioannes in deserto prædicans, omnem gehennæ restinguebat ardorem. Intercidentis, id est, diuidentis persecutorum furentem iracundiam: cum alij dicerent, hic est Christus: alij autem dicebant, non: sed seducit turbam. Ille vero præcidens hunc furorem, credentes asciuit charitati suæ: incredulos autem reliquit. Post flammam sonus venit: ita & post prædicationem persecutio. Vox domini intercidentis, id est, auxilium illius inter persecutores: quia suis sanctis subuenit. Intercidentis flammam: illam flammam idoli, vbi tres pueri fuerunt. Vel quotidie in vnoquoque nostrum, flammam libidinis per confessionem & gratiam Sancti spiritus intercidit, id est, per orationem sacerdotis facit cessare: sicut legimus per Aaron, Deum fecisse in deserto. H
Ioan 7. b
Nu 16. g

x ¶ *Vox, &c.*] Anima quæ deserta fuerat occupantibus ante se vitiis, ad verba pænitentiæ commouebitur: vt excũtibus vitijs ab illa, habitabilis Deo fiat. Vox domini concutiẽtis desertum. Ad fidem commouens gentes desertas, in quibus nullus sulcus prædicationis impositus erat ad suscipiendum verbum Dei. Vel gentes quæ desertæ erant, conuersæ sunt de infidelitate ad fidẽ per verbum prædicationis.

y ¶ *Et commouebit dominus, &c.*] Tunc celebrabuntur hac mundi solitudine verba sancta legis, quæ prius à Iudæis non intelligebantur: quia Cades, interpretatur sancta. Vel aliter: Commotio tineæ. Benè illos tineæ comparauit: quia sicut tinea pannos comedit: sic conscientia eorum eos comedebat: Commotio tineæ dicitur: eo quod commouit illos de illorum conscientia praua, ad fidem ecclesiæ.

z ¶ *Vox, &c.*] Ceruos volunt quidam quasi superatores venenosarum linguarum in ecclesia. Cerui, prædicatores. Præparauit illos, quando misit ipsos prædicare. Cerui transeunt & calcant spinas vel serpentes: sic & prædicatores venena diaboli, & spinas peccatorum transeunt, & ad alnota fugiunt, id est, ad theoricam vitam.

a ¶ *Et reuelabit condensa.*] Obscura diuinarum scripturarum siue mysteriorum cælestium, per Spiritum sanctũ patefecit,

A

Luc.24.a Vnde in euangelio illi duo quibus ipse apparuit, dicebant: *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis cum loqueretur in vis, & aperiret nobis scripturas?*

a ¶ *Et in templo eius.*] Hoc est, in ecclesia.

b ¶ *Omnes dicent gloriam.*] Collaudant claritatem Dei. Vel gloria Patri, & filio & Spiritui sancto.

c ¶ *Dominus*, &c.] Andam terram Deus non possidet. Simul attende viam verbi, quod non dixerit aquas, sed diluuiū, vt abundantiam gratiæ spiritualis ostenderet: tanquam in arca Noe sanctos à fluctibus sæculi huius protegens Et modo inhabitat diluuium in conscientia per abundantiam Spiritus sancti, per quem delentur peccata.

d ¶ *Et sedebit*, &c.] In ecclesiis, vel in sanctis, qui sedes eius effecti sunt: vel humanitas Christi ad dexteram Dei patris. Reges, sancti dicuntur, qui se regunt.

e ¶ *Dominus*, &c.] Id est virtutem fidei. Populo suo, populo Christiano, dimicanti cōtra huius mundi turbines ac procellas.

uelabit condensa: [a] & in tēplo eius [b] omnes dicent gloriam. [c] Dominus diluuium inhabitare facit, [d] & sedebit dñs rex in æternū. [e] Dominus virtutem populo suo dabit: [f] dominus benedicet populo suo in pace.

g ¶ Psalmus cantici in dedicatione domus Dauid.

Psalmvs XXIX.

Exaltabo [h] te domine quoniam suscepisti me: [i] nec delectasti inimicos meos super me. [k] Domine Deus meus clamaui ad te, & sanasti me. [l] Domine eduxisti ab inferno animam meam: [m] saluasti me à descendentibus in lacum. [n] Psallite domino sancti eius, & confitemini memoriæ sanctitatis eius. [o] Quoniam ira in indignatione eius: & vita in volūtate ei⁹. [p] Ad vesperum demorabitur fletus. [q] & ad matutinū lætitia. [r] Ego autem dixi in abundantia mea, nō mouebor in æternū. [s] Domine in voluntate tua præstitisti decori meo virtutē. [t] Auertisti faciē tuam à me: & factus sum conturbatus.

Mat.25.c Eph.2.c f ¶ *Et benedicet*, &c.] Populo Christiano benedicet & hîc & in futuro, quando dicturus erit: *Venite benedicti patris mei, percipite regnum, &c.* In pace, in semetipso: quia *ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum.* In seipso nos benedicit pax vera Christus dominus: qui sumus ecclesiastica plebs.

g ¶ *Psalmus*, &c.] Psalmus cantici, laus cum opere: dedicatio dom⁹ Dauid, resurrectio Saluatoris intelligitur: in qua omnia vitæ corpora dedicantur. Dauid figuram Christi tenet. Domus Dauid, domus Christi, id est, humanitas, domus

B

est diuinitatis. Tunc ædificauit domum, quādo humanitatem carnis assumpsit. Et tunc dedicauit, quando à mortuis eum resurgere fecit. Et modò ædificatur domus Dauid, id est, Christi: hoc est, ecclesia vsque in finem ædificatur: sed in resurrectione dedicatur, quando immortalitatem acceptura est. Vocem redemptoris nostri continet: qui per resurrectionem corporis sui ecclesiam (quæ omnium mater est) acquisitam, suo nomini dedicauit.

Psalmvs XXIX.

Exaltabo, h &c.] Excelsè te glorificabo pater: quoniam suscepisti me de morte. Exaltabo te domine. Vox Christi ad patrem & vox ecclesiæ ad Christum. Exaltabo te, laudabo te. Quoniam suscepisti me, id est Christum ad dexteram patris. Et Christus suscepit ecclesiam, quando humanitatem carnis assumpsit.

i ¶ *Nec*, &c.] Vt meo iucūdarentur interitu. Quo modo dicit, nec delectasti inimicos, dum & Iudæi Christum crucifixerunt, & consputerunt, & flagellauerunt, & persecutores delectantur super ecclesiam, quando persequuntur? Sed nec Iudæi delectati super Christum fuerunt: quia non potuerūt eum extinguere sicut voluerunt. Sed hic non intelligendum de hominibus, sed de dæmonibus: quia delectari cœperunt, quando æstimauerunt eum cum latronib. ad infernum ducendum: sicut in montē se permisit ab eodem duci. Sed non

Luc.4.a fuerunt delectati dæmones: quia tunc & principem & suos subiectos ligauit: ita nec super ecclesiam erunt delectati in die iudicij, quando dicturi erunt sancti: *Vbi est mors aculeus tuus: vbi est mors victoria tua? Absorpta est mors in victoria*, id est, in victoria sanctorum disrupta est.

1.Cor.15.g k ¶ *Domine*, &c] Domine Deus meus. Oratio Christi siue ecclesiæ Sanasti me, resurgere me fecisti, vt corpus mortalitati obnoxium non corrumperetur à morte.

l ¶ *Reuocasti ab inferis*, &c.] Id est, animam Christi cum aliis animabus sanctorum Deus de inferno reuoca-

C

uit. Ipse se resuscitatum à patre pronunciat, sicut ait Apostolus: *Qui credideris quod Deus illum suscitauit à mortuis, saluus erit.* Rom.4.d

m ¶ *Saluasti me*, &c.] Id est, de miseria istius vitæ præsentis. Vel de lacu inferni, vbi animæ peccatorum sunt: ne sicut illi, præceps caderem in mortem. Hinc tam immensum miraculum propheta cernens, exultat & dicit.

n ¶ *Psallite domino*, &c.] Quod memoratus vestri sanctificauit vos, vocando ad agnitionem nominis sui. Psallite domino sancti eius. Propheta hortatur sanctos, vt laudent illum à quo saluati sunt. Et confitemini memoriæ sanctitatis eius. Memoria, id est, vt memores sitis beneficiorum eius, qualiter vos de peccato redimere venit.

o ¶ *Quoniam ira in indignatione*, &c.] Non quod ira aut indignatio in Deo sit, sed iusta vindicta. Indignatio Dei fuit, quando Adam peccauit. Ira, iusta vindicta intelligitur: quādo eum à paradiso deiecit. Et vita in voluntate ipsius, id est, sicut per Deum iusta vindicta super ipsum Adam venit, ita per ipsum, id est, Deum, vita restituta est, quando humanitatem carnis assumpsit. Quoniam ira in indignatione eius, cum se de impiis vindicat. Et vita in voluntate ipsius, vt qui fecerit voluntatem eius, maneat in æternum.

p ¶ *Ad vesperum*, &c.] Cum in passione eius in tenebris obtecta omnia essent, apostoli in fletu & gemitu morabantur.

q ¶ *Et ad*, &c.] Futuram domini gloriā, quæ matutina eius resurrectione præflorui, figurauit. Ad vesperum demorabi-

D

Gen.3.b tur fletus, & ad matutinum lætitia. Vesper post meridiem dicitur. Post meridiem Adam in paradiso vocem domini audiuit deambulantis, & sub arboris foliis se contexit: tremefactus, eo quod pactum transgressus esset. Vespera, tota ista vita præsens intelligitur: quia per peccatum Adæ, omnes vsque in finem sæculi gemunt. Fletus, quia fletum habet homo, quando recordatur bona paradisi quæ perdidit in Adā. Et ad matutinum lætitia, id est, in resurrectione quando simul iam ad libertatem restitues. Vel vesperum, quando flebat Maria & apostoli in passione domini. Et mane lætitia, quando resurrexit, vt dictum est mulierib. Ite nunciate fratribus meis vt eant in Galilæam, ibi me videbunt. Et dixerūt mulieres ad apostolos: *Vidimus dominum, & hæc dixit nobis.* Mat.16. & 28.c *Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinū lætitia.* Potest hoc & de tempore passionis (sicut superius) & de resurrectione, & consummatione sæculi accipi. Ioan.20.f

r ¶ *Ego autem dixi in abundantia*, &c.] Hæc redemptus populus dicit: Iam nullam à te satiatus patior egestatem: neque in te defixus, commoueor. *Ego autem dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum.* Vox Adam in paradiso: quia sine fine ibidem se putabat esse. Et dum sic cogitasset, & tāta bona ei dedisset, cœpit cogitare quid esset causæ cur præcepisset ei Deus ne contingeret de pomo vetito. Hoc vero, inquit, probare volo. Et contigit, & probauit: quia proiectus est.

s ¶ *Domine in voluntate tua præstitisti decori meo*, &c.] Et ipsa est vox Adæ postquam proiectus est de paradiso pro sua culpa. Tunc cognouit quod sapientia lucis ab eo recessisset: & quòd à Deo in paradiso collocatus fuerat abundantiæ, non a semetipso.

t ¶ *Auertisti faciem tuam à me, & factus*, &c.] Tunc auertit faciem suam Deus ab Adam, quando peccauit. Et tunc conturbatus est, quando sub maledictione de paradiso proiectus est. Et vnusquisque homo quando de suis conturbatur peccatis. Vel aliter Domine in volūtate tua, & non ex

nonex mea præstitisti decori meo, corpori assumpto virtutem, vt te cognoscerem. Auertisti faciem tuam à me, cum peccarem, & factus sum conturbatus. Ignorabam enim adhuc lumen veritatis tuæ.

batus. [a] Ad te domine clamabo : & ad Deum meum deprecabor. [b] Quæ vtilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? [c] Nunquid confitebitur tibi puluis : [d] aut annunciabit veritatem tuam? [e] Audiuit dominus & misert' est mei : [f] dñs factus est adiutor meus. [g] Cõuertisti planctum meum [h] in gaudium mihi : [i] conscidisti saccũ meũ, & circundedisti [k] me lætitia, [l] Vt cantet tibi gloria mea, [m] & non cõpungar : [n] domine Deus meus in æternũ cõfitebor tibi.

o ¶ In finem Psalmus Dauid pro ecstasi.

PSALMVS XXX.

IN[p] te domine speraui, nõ cõfundar in æternum : [q] in iustitia tua libera me, & eripe me. [r] Inclina ad me aurem tuam : [s] accelera vt eruas me. [t] Esto mihi in Deum protectorem, [u] & in domum refugij, vt saluum me facias. [x] quoniam fortitudo mea, & refugium meum es tu : & [y] propter nomen tuum deduces me, [z] & enutries me. [a] Educes me de laqueo hoc quem abscõderũt mihi : [b] quoniã tu es protector meus, In ma-

a ¶ *Ad te domine clamabo, & ad Deum*, &c.] Christus dominus hoc dicit, qui pro redempto populo interpellat ad patrem. Christus clamauit in cruce, & ecclesia in persecutione.

b ¶ *Quæ vtilitas in sanguine meo*, &c.] Si non resurrexero: nam quia effusus est sanguis meus, surgam & fit vtilitas, vt acquiram omnes gentes resurrectione mea. Humanitas Christi ad patrem loquitur: ac si dixisset: Nulla est vtilitas quod sanguinem effudi, nisi resurrexero à mortuis. Vel *quæ vtilitas in sanguinem meo*, id est, in gente mea? Iudæorum nulla est vtilitas: quia non credunt, nisi hominem purum tantum. Non solum crediderunt, sed etiam latus eius aperuerunt.

c ¶ *Nunquid*, &c.] Non poterit turba impiorum, quæ adhuc velut puluis omni vento doctrinæ mouetur, iustificari, si ego non resurgam. Si ego non resurrexero, non confitebitur tibi puluis. Puluis, id est impij vel infructuosi.

d ¶ *Aut annunciabit*, &c.] Id est, Christum tuum, ac si dicat: Si non resurrexero, non annunciant.

F e ¶ *Audiuit dominus & misertus est mei.*] Audiuit dominus Deus pater, & misertus est mei. Vox Christi, quia resurgere me fecit à mortuis.

f ¶ *Dominus factus*, &c.] Defensor meus, qui me fecit primogenitum mortuorum.

Mat. 6.d g ¶ *Conuertisti*, &c.] Cum dicerem: Tristis est anima mea

Mar. 14.d vsque ad mortem.

h ¶ *In gaudium mihi.*] Cum resurgens dixi: Ite, nunciate fratribus meis, vt eant in Galilæam, ibi me videbunt. Sed hæc sicut à Christo, ita etiam ab ecclesia dicuntur: cuius planctus resurgente domino, in gaudium est conuersus, & quæ deinceps cum ipso domino, & ad ipsum dominum iam mundata agni sanguine dicit.

Psal. 34.b i ¶ *Conscidisti*, &c.] Velamentum peccatorum meorũ: quia saccus & cilicium ad peccatores pertinet. Dum ergo dicit: conscidisti saccum meũ, & alibi dicit: *Induebam me cilicio, & humiliabam in ieiunio animam meam*, & quidem Christus nõ est vsus isto indumento. Quid est saccus Christi, nisi mortalitas quam de nobis assumpsit? Tunc conscissus est iste saccus quando resurrexit & immortalis effectus est. Et licet habuit saccum, sed non habuit opus sacci, id est, peccatum: de quo

Esa. 53.c scriptum est: *Qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius.* Nobis ergo necesse est saccum & cilicium induere: quia opus sacci habuimus, id est, peccatum.

k ¶ *Præcinxisti*, &c.] Id est, lætitia resurrectionis, siue Christum, siue ecclesiam in futuro, induens me stola prima immortalitatis per resurrectionem tuam.

l ¶ *Vt cantet tibi gloria mea.*] In his qui crediderunt gloriæ resurrectionis.

m ¶ *Et non*, &c.] A stimulis peccatorum. Neque Christus quia nullum habuit peccatum.

n ¶ *Domine De' meus in æternũ*, &c.] Id est, sine fine laudabo te: In his (vt iam dixi) tibi concinam atque confitear: qui in me congregati sunt per resurrectionem meã. Omnia enim quæ in hoc psalmo humiliter de Christo dicuntur, ad assumptionem corporis magis referenda sunt, quam ad potentiam deitatis. Nos quoque supplices deprecemur, vt cõuertat dominus in gaudium planctum nostrum remissa mole facinorum: ac mysterio resurrectionis suæ lætificatos, attollere dignetur in cœlum: pro quibus descendere dignatus est in infernum.

o ¶ *In finem psalmus*, &c.] Psalmus ipsius mediatoris initio continet vocem: deinde redempti sanguine eius populi, gratias agentis, ex ipsius interponitur persona prophetæ. Ait ergo redemptor ad patrem.

PSALMVS XXX.

IN[p] *te domine speraui*, &c.] In te pater spes est corroborationis meæ, dum mihi tanquam cæteris hominibus insultant aduersarij vel illudunt. Vel vox prophetæ ex persona ecclesiæ dicit, non cõfundar: quia rectè confiteor fidem trinitatis. In te domine speraui: In te, non in me. Non confundar in æternum: quia qui illum integrè confitentur, non confundentur neque hic, neque in futuro.

q ¶ *Et in iustitia*, &c.] De fouea quam statuerunt animæ meæ. Quia nisi à Deo iustificemur, per nos non possumus iustificari. Vnde scriptum est. *Qui se iustificat, ipse se condemnat.* Vnde & Paulus de quibusdam dicit: *Suam quærentes statuere iustitiam, iustitiæ Dei non sunt subiecti.* Iob 9.c Rom. 10.a

r ¶ *Inclina ad*, &c.] Vox ecclesiæ ad Christum. Per aurem benignitas Dei intelligitur. Ioan. 8.a
Inclinat Christus aurem, quando exaudire dignatur. Vel tunc inclinauit Deus aurem suam, quando misit verbum suum, & nos exaudiuit in mundo: & intantum inclinauit, vt nostra peccata digito in terra scriberet. H

s ¶ *Accelera*, &c.] Accelera, id est, festina, vt eripias me. Phil. 1.c
Vult sancta ecclesia liberari de corpore, vt ait Paulus: *Cupio dissolui, & esse cum Christo.*

t ¶ *Esto*, &c.] Vox ecclesiæ. In Deum, protectorem, in Deum defensorem: quia multi sunt dij nociui qui non prosunt. Vnde Paulus dicit: *Sunt quidem dij multi, & domini multi: nobis tamen vnus Deus, vna fides, vnum baptisma. Esto mihi in Deum protectorem* tanquam proximus. 1. Cor. 8.a

u ¶ *Et in domum refugij*, &c.] Quia ecclesia tempestate persecutionis, ad Deum habet refugium. Vt saluum me facias à peccatoribus. Domus autem refugij ipse est in quo pater inhabitat. Multi volunt fugere à præsentia Dei: sed non possunt euadere, vt ait propheta: *Et à facie tua quo fugiam?* Sed nos (dicit ecclesia) in simul in domo habemus refugium, hoc est, in ipso qui est Deus. Psal. 138.b

x ¶ *Quoniam*, &c.] Ad sustinendos eos qui in me sæuiunt. Vel firmamentum fidei, & refugium meum es tu: refugium meum dicit: quia ecclesia in Christo habet refugium, vt ait propheta: *Domine refugium factus es nobis.*

y ¶ *Propter*, &c.] Vt hoc notum faciam gentibus credituris. Propter nomen tuum dux mihi eris. Quando ego facio aliquid boni, nomen domini ex hoc glorificatur. Psal. 89.a

z ¶ *Et enutries me.*] Aggregatis paulatim sanctis educas ecclesiam tuam, quæ in me fundatur. *Et enutries me.* Tunc enutriuit ecclesiam, quando nostram carnem suscepit. Vnde & Paulus: *Nemo enim carnem suam odio habet, sed nutrit & fouet.* Et enutriuit nos, vt fortes simus.

a ¶ *Et educes me de laqueo*, &c.] Laqueus dicitur captio: quia quam diu in via es, hoc est, in Christo, non times in laqueum cadere: quia laquei secus viam ponuntur. Via Christus es, sicut ipse ait: *Ego sum via.* Et tu si es in via, hoc est, in Christo, non times cadere in laqueum diaboli: quia omnis laqueus ab ipso est. Eph. 5.f Ioan. 14.a

b ¶ *Quoniam*, &c.] Vox Christi ad patrem in passione, quãdo commendauit animã suam, & dixit: *Pater in manus tuas commendo spiritum meum.* Quod commendatur, saluum recipitur. Et ipse dixit: *Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Tu es protector meus. Vox ecclesiæ:* Luc. 23.f Ioan. 10.d

A

Act. 7.a *In manus tuas commendo spiritum meum*: hoc est, in potestatem tuam commendo animam meam. Hoc exemplum accepit ecclesia à Christo. Hoc & sanctus Stephanus fecit: hoc & sancti orant, quando exeunt de corpore, vt illud: Fideli creatori commendant animas suas in benefactis. Hoc in cruce positus dominus dixit, quod in patris manus spiritum commendauerit: cito eũ ipso resuscitante sumpturus. Dicat nunc populus redemptus sanguine agni.

a ¶ *Redemisti*, &c.] Quia est veritas & vita, quia quod promisit Deus, non mentitur. Sicut promisit per seruos suos prophetas: ita & venit, & redemit nos sanguine suo. Vnde & Paulus dicit: *Empti enim estis pretio magno.* 1Cor. 6.d

b ¶ *Odisti omnes*, &c.] Superuacue dicit: non quod Deus odiat quenquam. Absit hoc sentire. Sed qui istam tantummodo vitam præsentem amant, & cœlestia contemnunt, sperantes inaniter in beatitudinem sæculi seducentis, odit illos Deus. Non quod odium (sicut dixi) in Deum cadat; sed odire Deus, quasi faciunt, dicitur, id est, repudiare: quia repudiat illos Deus.

In manus tuas cõmendo spiritũ meum: [a] redemisti me domine Deus veritatis. [b] Odisti obseruantes vanitates superuacue. [c] Ego autẽ in domino speraui, [d] exultabo & lætabor in misericordia tua. [e] Quoniam respexisti humilitatem meã: [f] saluasti de necessitatibus animã meam. [g] Nec conclusisti me in manib. inimici. [h] statuisti in loco spatioso pedes meos. [i] Miserere mei domine quoniã tribulor. [k] cõturbatus est in ira ocul[l] meus, [l] anima mea [m] & vẽter meus. [n] Quoniã defecit in dolore [o] vita mea, & anni mei in gemitibus. [p] Infirmata est in paupertate virtus mea, [q] & ossa mea conturbata sunt. [r] Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium vicinis [s] meis valde, [t] & timor notis meis. [u] Qui videbant me, foras fugerunt à me: & obliuioni datus sum [x] tanquam mortuus à corde. [y] Factus sum tanquam vas perditum: [z] quoniam audiui vituperationem multorum [a] commorantium in circuitu. [b] In eo dum conuenirent simul ad uersum me, accipere animam meam consiliati sunt. [c] Ego autẽ in te speraui domine: dixi Deus meus

C

non potest emendare malos, nec segregare malos à sanctis vsque in finem. Vnde dominus dixit: *Sinite vtraque crescere vsque ad messem, & in tempore messis dicam messoribus: Colligite primum zizania, & colligate fasciculos ad comburendum.* Mat. 13.e

o ¶ *Vita mea*, &c.] Quamdiu est hic in præsenti vita, habet gemitum & fletum vnusquisque homo. *Quoniam defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus*: Donec persecutionem patior propter nomen tuum. Præsens vita deficit, quia mihi tempora sunt, perpetuitatem confiteri.

p ¶ *Infirmata*, &c.] Vox ecclesiæ. Infirmata est ecclesia inter homines malos, inter quos habitat hic in præsenti vita: quia plures sunt peccatores, & pauci sunt sancti. Vel aliter: Infirmata est in paupertate virtus mea. Sanitas hui[us] corporis, inter cruciatus passionum.

q ¶ *Et ossa*, &c.] Fortitudo vtique mea. Ossa, fortes sancti: vel ossa virtutes ecclesiæ, vel sanctorũ. Conturbata sunt, ab illo. Vnde superius dicit secundum Apostolum: *Scimus quia omnis creatura congemiscit: non solum illa, sed & nos intra nos gemimus:* Rom. 8.e

c ¶ *Ego autem*, &c.] Vox ecclesiæ. Non in me sed in te speraui & spero, expectans resurrectionem tuam.

B d ¶ *Exultabo*, &c.] Pro quo exultabo, & pro quo lætabor? Pro hoc quod sequitur.

e ¶ *Quia*, &c.] Exultabo corpore, lætabor mente. Tunc respexit, quando carnem suscepit: quia cõtemptibilis, & captiua, & despecta erat ecclesia. Exultabo & lætabor in misericordia tua, pro tantæ pietatis commodo, vt me tua morte redimeres, quia respexisti humilitatem meam, in spe illa positam, per quam ea quæ non videntur desiderantur.

f ¶ *Saluasti*, &c.] Necessitates corporis multæ sunt, id est, manducare, bibere, dormire: vel aliud quod necessario est faciendum: sed necessarium animæ, omnino vnum est, id est, vita æterna. Saluauit Deus animam de sua necessitate: quia dedit ei vitam æternam, quod est sua necessitas. Proinde saluasti de necessitatibus mortis perpetuæ animam meam, quæ tibi erat charitate deuincta.

g ¶ *Nec*, &c.] Illi concluduntur in manus inimici, qui perseuerant in peccatis suis. Sed ego (dicit ecclesia) non concludar: quia non volo perseuerare in malis.

h ¶ *Statuisti*, &c.] Dilatasti vnitatẽ ecclesiæ in toto mundo. Quo modo dicit, in loco? Nũquid localis est Deus? Et localis, & nõ localis. Localis est ad se venientibus, & nõ localis, quia vbique est, sed inuenitur in loco purè quærentibus. Vt illud: *Et motus est locus in quo erant sedentes.* In loco spatioso pedes meos. Pedes, sancti prædicatores, qui portant verbum prædicationis in toto mundo: vel in ecclesiam, quam tua resurrectione dilatasti in amplitudinem libertatis. Act. 4.f

i ¶ *Miserere mei*, &c.] Miserere mei, ac si dicat: Fac in me misericordiam, quoniam tribulor. Illorum vox qui tribulantur à qualibet tribulatione. *Miserere mei domine, quoniam tribulor.* Non iam mortem timens, sed infectationem metuens vitiorum.

k ¶ *Conturbatus*, &c.] Ecclesia conturbatur de vitiis & peccatis, tam de suis, quàm & de aliorum. Sed oratum est, vt ira non vertatur in odium, neque de festuca fiat trabs. Vel conturbatur oculus de futuro iudicio. Conturbatus est in ira oculus meus, quo te mente cernebam.

l ¶ *Anima mea*.] Qua te diligebam.

m ¶ *Et venter meus*.] Quo tui recordabar. Hæc omnia conturbata sunt, propter priora delicta.

n ¶ *Quoniam defecit in dolore*.] Ideo in dolore: quia ecclesia

r ¶ *Super omnes inimicos meos factus sum*, &c.] Qui me propter tuum nomen persequuntur. Factus sum opprobrium vicinis meis. Vox Christi, & vox ecclesiæ. Domino Iudæi multa opprobria dixerunt: & hæretici, & persecutores, dicunt ecclesiæ.

s ¶ *Et vicinis*, &c.] Qui ad credendum appropinquabant.

t ¶ *Et timor notis meis*.] Quia amici mei propter metum inimicorum, à me longe recesserunt. Totus psalmus, & super Dauid iuxta historiam, & super dominum iuxta prophetiã intelligi potest. Et timor notis meis, id est, apostolis, qui timuerunt in passione. Vel nunc, mali Christiani: qui dicunt se credere in Deum, & operibus negant, & despiciunt vitam sanctorum. Vicini dicuntur per fidem, & noti propter Christianitatem.

D

u ¶ *Qui*, &c.] Id est, apostoli: qui viderunt Christum comprehendi in passione, & relicto eo, fugerunt. Vel Iudæi fugiunt sacramenta mysterij ecclesiæ: id est, corpus & sanguinem Christi. *Omnes qui videbant me, foras fugerunt à me*: non intelligentes interiorem spem meam, pro qua patior, ad exteriora visibilia fugiebant. Mat. 26.f

x ¶ *Excidi*, &c.] Obliti sunt me corde, tanquam si fuerim iã defunctus. *Excidi tanquã mortuus à corde*: Id est sic habuerunt Iudæi Christum, quasi hominem mortuum pro nihilo.

y ¶ *Et factus*, &c.] Sic habuerunt Iudæi Christũ, quasi vas perditum, id est, hominem mortuum in suo peccato. Sic sunt sancti apud hæreticos, velut homo perditus.

z ¶ *Quoniam audiui vituperationem multorum*.] Id est, Christi à Iudæis, & ecclesiæ ab hæreticis.

a ¶ *In circuitu*, &c.] Id est, in circuitu Christi, & in circuitu ecclesiæ, quos ipsi supradicti circundederunt. Quoniam audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu. Erant vituperantes me, posito in peregrinatione huius terræ: sequentes circuitum temporum, & ad patriam æternam redire nolentes.

b ¶ *Dum conuenirent simul*, &c.] Congregati sunt persecutores, & fecerunt consilium, vt acciperent animam meã, ad consentiendum sibi in sceleribus mortis. Vt acciperent animam meam, id est, Iudæi Christum: & hæretici ecclesiam. Consiliati sunt mala consilia, & non bona. Consiliati sunt, vt quærerent: & vt tollerent animam Christi, Iudæi: & hæretici, animam ecclesiæ.

c ¶ *Ego autem in te speraui domine: dixi Deus meus*, &c.] Qui solus fortis es ad liberandũ. Vel vox ecclesiæ. In te speraui:

E raui: in te, non in me. Et peccatores dicunt: In te ſperaui. Sed ſancti & fidem, & opera habent. Peccatores ſperant in Deum, & non timent illum.

a ¶ *In manibus*, &c.] Id eſt gratia Spiritus ſancti Non per memetipſum, ſed à te actio vitæ huius, quæ in hoc ſæculo geritur.

meus es tu, [a] in manib. tuis ſortes meæ. [b] Eripe me de manu inimicorum meorum: & à perſequentibus me, [c] Illuſtra faciem tuā ſuper ſeruū tuum, ſaluum [d] me fac in miſericordia tua: domine non cōfundar quoniā inuocaui te. [e] Erubeſcant impij & deducantur in infernū, [f] Muta fiant labia doloſa, quæ loquuntur aduerſus iuſtū, iniquitatē, in ſuperbia & in abuſione. [g] Quā magna multitudo dulcedinis tuæ domine: quā abſcondiſti timentib⁹ te. [h] Perfeciſti eis qui ſperant in te: [i] in conſpectu filiorum hominum. [k] Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ à cōturbatione hominū. [l] Proteges eos in tabernaculo tuo à contradictione linguarum. [m] Benedictus dominus: [n] quoniam mirificauit miſericordiā ſuā in ciuitate munita. [o] Ego autem dixi in exceſſu mentis meæ: [p] proiectus ſum à facie oculorum tuorum. [q] Ideo exaudiſti vocē orationis meæ, dum clamarem ad te. [r] Diligite dominū omnes ſancti eius: quoniam veritatem requiret dominus, & retribuet abundanter facientibus ſuperbiā. [s] Viriliter agite, [t] & confortetur cor veſtrū omnes qui ſperatis in domino.

¶ [v] Intellectus Dauid.

PSALMVS XXXI.

BEati [x] quorum remiſſæ ſunt iniquitates: & quorum tecta ſunt peccata. [y] Beatus vir cui non imputabit dominus peccatum: [a] nec

b ¶ *Eripe me de manu inimicorum meorum*, &c.] Ne mihi præualeant.

c ¶ *Illuſtra faciem*, &c.] Illuſtra, hoc eſt, cerne & diſcerne quicunque ſit melior de ſanctis tuis.

d ¶ *Et ſaluum me fac in miſericordia tua: domine*, &c] Illuminano reſpectus tui ſuper me refulgeat, vt non confundar, ſed ſaluer ab his perſecutoribus.

e ¶ *Erubeſcant impij*, &c.] Erubeſcant impij dæmones, hæretici, vel qui non credunt reſurrectionem. Erubeſcant tunc, quādo illos ſanctos quos in deſpectionem habuerunt videbunt coronatos, & ſe cōdemnatos Vel qui relinquentes verum Deum, ligna adorāt ac lapides venerantur.

f ¶ *Muta fiant labia doloſa, quæ loquuntur aduerſus iuſtum iniquitatem: in ſuperbia*, &c.] Crucifixum irridētes, & ignorantes reſurgentem. Iſta cernens peophera, exclamat exultans & dicit.

F g ¶ *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine*, &c.] Quia multifarie copioſa dulcedo tua eſt, quam reſeruaſti timentibus nomen tuum. Nec eam in his tentationibus oſtendiſti: ne accepta ſecuritate, excederemus à via iuſtitiæ. Vel quā magna multitudo dulcedinis tuæ domine: id eſt, quantam gloriam, quanta præmia præparaſti eccleſiæ tuæ, vt eſſet ſemper cum angelis ſine fine in æternum manſura. Quam abſcondiſti timentibus te, id eſt, bona ſanctorum in temetipſo abſcondiſti.

h ¶ *Et perfeciſti eis qui ſperant in te.*] Perfeciſti, ac ſi dicat: perfecturus eris.

i ¶ *In conſpectu*, &c] Qui non erubuerūt cōfiteri quod crediderunt, ante reges & poteſtates, vt ait ꝓpheta: *Et loquebar in teſtimoniis tuis in conſpectu regū, & non cōfundebar. Quā abſcondi timentibus te*: Quia hic per tribulationem pleniter nō accipiunt præmium, ſed in futuro expectant. Et perfeciſti eis qui ſperant in te. Conſummata ſpe retribuiſti expectata in ſpecie. In conſpectu filiorum hominum: qui humana & non cœleſtia quæſierunt. Vel cum ibunt in ſupplicium æternum: iuſti autem in vitam æternam. Psal 118 f

k ¶ *Abſcōdes eos in abſcondito faciei*, &c] Illuminatio enim vultus tui teget eos, ne ab humana malitia conturbentur. *In abſcondito vultus tui*, ſcilicet iuſtitiæ tuæ abditis, hoc eſt in ſecreto tuo, ſicut Iob: & ipſe & omnia quæ habuit, abſconſa fuerunt in Deum. *A conturbatione hominum*, à perſecutione peccatorum.

l ¶ *Proteges*, &c.] In tabernaculo fidei: à ſtrepitu malarum linguarum velantur, qui dicunt: Quis nouit hæc: aut quis rediuit ex inferis?

m ¶ *Benedictus dominus.*] Cui benedicit omnis creatura. Quo modo dicit: *Benedictus dominus*? Nunquid illi opus eſt noſtra benedictio? Non, ſed vt nos ab ipſo benedictionem accipere mereamur.

n ¶ *Quoniam mirificauit miſericordiam*, &c.] In ciuitate Hieruſalem, in medio mundo. In ciuitate munita dicitur, eo quod firmata vel robuſta ſit, & in gyro omnes gentes illam circundant. Ibi mirificauit miſericordiam ſuam dominus: quia ibi natus, ibi paſſus, ibi reſurrexit, & inde aſcendit ad cœlos, vt ait propheta: *Operatus eſt ſalutem in medio terræ*. Vel aliter: Munita, id eſt ſancta eccleſia, ciuitas, vt diximus, firmata vndique per fidem contra omnem impugnationem aduerſariorum, vnde dixit. Fundata enim erat ſupra firmam petram Vel aliter: Hieruſalem cœleſtis munita de congregatione angelorum & hominum. G Psal 71 b

o ¶ *Ego autem dixi in*, &c.] Eccleſia quando recordatur de paradiſo quo modo immortalis poterat eſſe, & cogitat qualiter ibidem poterat eſſe: & meminit qualis eſt, & qualiter Deus per angelum Adæ loquebatur, & quo modo oculis interioribus Deum videbat: quādo iſta cogitat, tunc in exceſſu mentis eſt eccleſia. Gen. 3 c

p ¶ *Ego autem dixi in exceſſu mentis meæ: proiectus*, &c.] Populus hæc dicit ille conuerſus ad Chriſtum: Exiſtimaui me, inquit proiectum eſſe à contemplatione luminum tuorum, & expaui, cum me tanta propter nomen tuum pati permitteres. Vel proiectus ſum à vultu oculorum tuorum. Adā, quando tranſgreſſus fuit mandatum Dei, tunc proiectus eſt à facie Dei: & ipſe, & nos, & omnis poſteritas ſua poſt eum. Ibid.

H q ¶ *Ideo*, &c.] Ideo, dicit eccleſia, exaudiſti vocem orationis meæ: quia cognoui, vbi poterā eſſe, & cognoſco, vbi modo ſum Exaudiſti vocē interioris hominis, te in mentis ſplendore precantis, & amouiſti horribiles tribulationes.

r ¶ *Diligite dominum omnes ſancti eius*, &c.] Humiliatis his, ſtatuet ſanctos ſuos in magna conſtantia: *Diligite dominum omnes ſancti eius*. Diligite, id eſt, amate illum. Quoniam veritatem requiret dominus, qui perſeuerant vſque in finem in bonitate, vt dictum eſt: qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Matt 24 c

s ¶ *Viriliter agite.*] Hoc eſt, immobiliter.

t ¶ *Et confortetur cor veſtrum*, &c.] Cor veſtrum, hoc eſt anima veſtra: in domino ſemper. *Viriliter agite, & confortetur cor veſtrum omnes qui ſperatis in domino*. Fortiter atque conſtanter cuſtodite propoſitum. Vt fructū metatis in Chriſto. Quē ſupplices deprecamur, vt inſinuet mētibus noſtris curā ſe diligēdi, pro nobis paſſum iugiter confiteri, vt mereamur cōtra iniquā ſuperbiā, humilitatis armis viriliter repugnare.

v ¶ *Intellectus Dauid.*] Intellectus Chriſti. Duplex intellect⁹ eſt in iſto titulo, maxime de illo publicano & phariſæo qui in templo orabant: quia vnus ſe iuſtificabat, & alius ſe cōdemnabat, id eſt, accuſabat. Pſalmus vocem continet prophetæ, oſtendentis hominem non propriis meritis, ſed Dei gratia poſſe ſaluari, ſi confiteatur admiſſa. Luc 18 b

PSALMVS XXXI.

BEati [x] *quorum remiſſa ſunt*, &c. Beatus immortalis, laudabilis ſiue glorioſus. Sed tamen nullus poteſt apud ſe eſſe beatus, niſi ab illo accipiat qui iuſtificat impium, hoc eſt, Deo. Vnde & Paulus dicit: *Credenti autem in eo qui iuſtificat impium, deputatur fides eius ad iuſtitiam. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates*: quorū peccata per confeſſionem à domino diluuntur: Quibus modis remittuntur peccata? Trib⁹. Remittuntur per baptiſmum: teguntur per charitatem: nō imputantur per martyrium. *Et quorum tecta ſunt peccata*, per charitatem, ſecundum illud: Charitas operit multitudinem peccatorum. Vel *quorum tecta ſunt peccata*: hoc eſt, vt hic velentur per pœnitentiam, ne in iudicio reuelentur. Rom 4 d Iacob. 5 d

y ¶ *Beatus vir cui non imputabit dominus peccatum.*] Qui

A se in hoc sæculo diligenter potuerit expurgare, vel per martyrium. Quod tegitur, non videtur: quod non videtur, non imputatur: quod non imputatur, nec punietur.

a ¶ *Nec est,&c.*]Hoc est in illius ore qui se confitetur esse peccatorem, sicut Nathanael. Vnde dominus dixit: *Ecce vere Israelita, in quo dolus non est.* Et de illo publicano, de quo (Ioan. 1. g) superius diximus: qui se confitebatur esse peccatorē dicens: *Deus propitius esto mihi peccatori.* (Luc. 18. b) Nec est in ore eius dolus, sed in veritate credens Deum. Hoc corde retinuit, quod ore confitebatur.

b ¶ *Quoniam, &c.*] Non protuli confessionem ad salutem: ideo omnis fortitudo mea in carnis infirmitate consenuit. Quoniam tacui inueterauerūt in me omnia ossa mea dum clamarem tota die. Tacui, vox malorum est. Tacui, id est, tacent illorum peccata, & in cōfessione nolunt dicere. Inueterauerunt ossa, id est, virtutes quas debuerant habere, inueterauerunt per peccatū. Dum clamarem, id est, clamant. Si aliquid boni habent, per vanitatem demonstrāt, vt ille pharisæus impius faciebat qui dicebat: Deus gratias tibi ago, quia non sum sicut cæteri homines: raptores, adulteri. Dum clamarem tota die: in istius vitæ momento.

c ¶ *Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua.*] Potentia tua. Cum essem impius & blasphemus, grauata est
B super me manus tua, id est, potestas tua: quia qui hic non emendant, grauatur super illos manus Dei, id est, potestas vindictæ in die iudicij.

d ¶ *Conuersus sum in ærumna.*]In assidua tribulatione flagellorum tuorum.

e ¶ *Dum configitur,&c.*]Stimulus conscientiæ peccatricis. Conuersus sum in ærumna dum configitur mihi spina ærumna, id est, miseria. Dum configitur mihi spina, id est dum pungit me conscientia peccati.

f ¶ *Delictum meum, &c.*] Sed confessus sum, & patefeci omnia. Scio enim te cito remittere delicta, cum tibi fuerint integre reserata, & ideo dixi:

g ¶ *Confitebor aduersus me iniustitias,&c.*]Non enim aduersus dominum, sed aduersus me has pronunciaui vt iustificarer. Dixi pronunciam aduersus me iniustitias meas domino, & tu remisisti iniquitatem peccati mei. In persona illorum dicit propheta qui conuertuntur, sicut ille filius qui peregre profectus est, & dixit: Ibo ad patrem meum. Dixit in corde, vbi Deus videtur.

h ¶ *Et tu remisisti impietatem peccati mei.*] Quæ prius gesseram, misericorditer indulsisti.

i ¶ *Pro hac impietate orabit ad te omnis,&c.*] Tempus opportunum ad exorandum pro peccatis hæc vita est: in qua ideo sancti orant, quia nemo est à peccatis immunis. Pro hac iniquitate, vel pro hac remissione: quod superius dixit: Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Omnis sanctus, hoc est, per baptismum, & qui post baptismum peccat, postea dimittitur illi per pœnitentiam, aut per martyrium.

k ¶ *Veruntamen in diluuio aquarum multarū,&c.*]Multi fluctus diluuiorum in iudicio impios vallabunt, qui sanctis nocituri non erunt. Veruntamen in diluuio aquarum multarum ad eum non approximabunt. Sine angustiis, ait: quæ quasi aquis inundantibus comparantur, ad Deum sancti appropinquare non poterunt: quia qui sustinuerit vsque in finem, hic saluus erit. Vel in diluuio aquarum, id est, varietate doctrinarum hæreticorum: per hoc ipsi ad Deum non approximabunt.

[a] nec est in corde eius dolus. [b] Quoniam tacui inueterauerūt ossa mea: dum clamarē tota die. [c] Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua: [d] conuersus sum in ærumna [e] dum configitur mihi spina. [f] Delictū meum cognitum tibi feci: & iniustitiam meam non abscondi. [g] Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meā domino: [h] & tu remisisti impietatem peccati mei. [i] Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. [k] Veruntamen in diluuio aquarum multarum: ad eum non approximabunt. [l] Tu es refugiū meum à tribulatione quæ circūdedit me: [m] exultatio mea [n] erue me à circundantibus me. [o] Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac qua gradieris: [p] firmabo super te oculos meos: [q] Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. [r] In camo & freno maxillas eorum constringe: [s] qui non approximant ad te. [t] Multa flagella peccatoris: [u] sperantes autem in domino misericordia circundabit. [x] Lætamini in domino & exultate iusti: [y] & gloriamini omnes recti corde.

[a] In fi-

l ¶ *Tu es mihi refugium à tribulatione quæ circumdedit me.*] Vox ecclesiæ ad Christum. De huius sæculi pressuris hæc dicit. C

m ¶ *Exultatio mea.*] Quia in te gaudeo.

n ¶ *Erue me,&c.*] Vel ab inimicis publicis, vel à peccatis. Dum dicit exultatio mea redime me à circūdantib. me: quomodo dicit, redime: cū ille qui redimitur in captiuitate est, & illi qui exultant, redemptione non indigent? Hoc ad sensum pertinet. Vox illorum est, qui cum Deo sunt & rogant pro illis qui in ista captiuitate tribulantur.

o ¶ *Intellectum tibi, &c.*] Qualem intellectum dat Deus ecclesiæ suæ. Vt intelligat pro qua causa anxiatur sanctus, & facit prosperare peccatores. Intellectum dabo tibi, & instruā te in via hac qua gradieris. In via sc. confessionis istius doceā te sapientiam, vt non recedas ab ea. Intelligere te faciam, & docebo te in via hac qua gradieris. Vox domini loquentis inducitur, & docens, quo modo homo suum meteatur auxiliū, si Dei videlicet præcepta custodiens, recto feratur itinere. Itaque ad perfectum munditiæ dicit hominem venire nō posse. Et quamquam ad perfectum munditiæ venire non valeat: tamen in animalium modum pronus non feratur in vitia.

p ¶ *Firmabo super te oculos meos.*] Vox Christi ad ecclesiam *Firmabo super te oculos meos,* id est aspectum diuinitatis. *Firmabo super te oculos meos,* vt in dilectione luminis mei permaneas. D

q ¶ *Nolite fieri sicut equus & mulus, in quibus, &c.*] Qui non Dei voluntate, sed proprio motu se regere volunt, & effrenes in luxuriam decidunt, hos propheta coercet verbis terribilibus dicens:

r ¶ *In camo,&c*] Freno & camo moderationis suæ, Deus coartat impiorum superuacuas blasphemias. Equus indomitus: mulus, piger. Hoc rogat ecclesia Deum patrem, vt per frenum, id est, prædicationem, populum gentilem, quos equos nominauit, de lata via & spatiosa sæculi huius, faciat ad se appropinquare: & populum Iudaicum, quos mulos nominauit, qui piger est ad Deum credendum, per camum, id est, contritionem cordis, faciat ad se venire.

s ¶ *Qui non proximant te.*] Sed per superbiam elongantur.

t ¶ *Multa flagella,&c.*]Quia aliqui peccatores sunt, quorum in ista vita initiantur flagella, quæ postea in futuro habebunt sine fine. Multa flagella peccatorum: quia pœnitentiam agere noluerunt.

u ¶ *Sperantes autem in domino, &c*] Illa misericordia, vt vitam mereantur æternam. Qui rectam spem, & fidem in Deo habent, ipsos misericordia Dei circundat, vt illud: *Misit angelum dominus in circuitu timentium eum.* Et alibi: *Custodit dominus omnes diligentes se.* Psal. 33. b Ibid. 144. d

x ¶ *Lætamini, &c*]. Propheta hortatur ecclesiam lætari de spē vitæ æternæ & regenerationis: Tamen lætatur & hîc ecclesia in tribulatione.

y ¶ *Et gloriamini, &c.*] Vt Paulus: *Qui gloriatur, in domino glorietur.* Recti corde dicūtur, quib. omnia iudicia Dei placent, & seipsos accusant de suis peccatis: & Deum siue in prosperis siue in aduersis semper laudant. Lætamini in dño & exultate iusti, & gloriamini oēs recti corde. Vt gloria vestra ad eum referatur, sicut ait Apostolus: Qui gloriatur in dño glorietur. Quē supplices deprecemur, vt obtectis per indulgentiam peccatis, nec reputatis vltra delictis, mereamur sanctorum exultationis perpetuæ esse participes. 1. Cor. 1. d

a ¶ In

a ¶ *In finem psalmus David.*] Psalmus iste vocem continet prophetæ ad Deum hortantis populos, atque monentis iustos in quem debeant exultare.

PSALMVS XXXII.

EXultate b *iusti*, &c.] Propheta hortatur sanctos vt laudent Deũ. Exultate iusti. Alibi dicit: Gaudete: sed vnum est. Alij exultant in rebus huius sæculi, alij in circo, alij in theatro: Sed tu (dicit propheta vnicuique sancto) in domino exulta, & non in prosperitatibus mundi.

a ¶ In finem psalmus David.

PSALMVS XXXII.

EXultate b iusti in dño: c rectos decet collaudatio. d Confitemini domino in cithara: e in psalterio decem chordarum psallite illi. f Cantate ei canticum nouũ: g bene psallite ei h in vociferatione. i Quia rectum est verbum domini: k & omnia opera eius in fide. l Diligit misericordiam & iudicium dominus: m misericordia domini plena est terra. n Verbo domini cœli firmati sunt: o & spiritu oris eius omnis virtus eorum. p Cõgregans sicut in vtre aquas maris: q ponens in thesauris abyssos. r Timeat dominum omnis terra: s ab eo autem commoueãtur omnes inhabitantes orbem. t Quoniam ipse dixit & facta sunt: ipse mandauit & creata sunt. u Dominus dissipat consilia gentium: x reprobat autem cogitationes populorum, a & re-

c ¶ *Rectos decet collaudatio.*] Rectos dicit, qui in regulam veritatis corda illorum dirigunt, non iniquos, dicente propheta: *Væ his qui dicunt dulce amarum, & amarum dulce.*

Esa. 5.c

d ¶ *Confitemini*, &c.] Cithara deorsum habet cauamẽ, & sex chordas habet. Opera sanctorum intelliguntur per citharam, quæ sunt sex opera misericordiæ. Et de illis chordis aliæ bene cantãt, aliæ murmurant. Sic & sancti, alij sic: alij vero sic. *Confitemini dño in cithara.* In carne, vitiis & concupiscentiis mortificata per crucem dominicam.

e ¶ *In psalterio*, &c.] In decalogo mandatorum. Psalteriũ desursum habet cauamen: prædicatio cœlestis, vel mandata intelliguntur in sanctis, quæ desupernis venẽt. Vnde dixit: *Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est*
Iacob 1.c *descendens à patre luminum, apud quem non est transmutatio,*
F *vel vicissitudinis obumbratio.* Decem chordarum, id est, de-
Deut 6.a cem verba legis. Tria mandata in vna tabula, quæ ad fidem trinitatis pertinent, hæc sunt. Primum: *Audi Israel, dominus Deus tuus, Deus vnus est.* Secundum: *Non habebis nomen Dei tui in vanum.* Tertium: *Obserua diem sabbati.* Septem in altera tabula, ad dilectionem proximi pertinent.

f ¶ *Cantate*, &c.] Id est, psallite ei nouum canticum, id est, nouam vitam: quia nouus homo venit in mundum: nouam legem instituit nobis, & nouam ecclesiam per baptismum. *Cantate ei canticum nouum*: quia resurrexit, quia sedet ad dexteram patris.

g ¶ *Bene psallite ei.*] Ille bene psallit, qui implet in opere quod cantat, id est, prædicat.

h ¶ *In iubilatione.*] Iubilus dicitur: quod nec verbis, nec syllabis, nec literis, nec voce potest erumpere aut comprehendere quantum homo Deum debeat laudare. Bene psallite ei in vociferatione. Per iubilationem quondam sacerdotum, Hiericho mundi figuram retinens corruit: nunc per nostram
Iosue 6. orationem, c[...] con[c]upiscentiæ eliduntur.

i ¶ *Quoniam*, &c.] Nec in aliquo curuatur, sed prosperabitur in his ad quæ dirigit illum.

Mat.17.d x ¶ *Et omnia*, &c. Sicut ait in euangelio: Si habueritis fidem integram, & dixeritis huic monti: transfer te & mitte te in mare, fiet. Et omnia quæcunque fideliter petieritis, credite, quia accipietis, & venient vobis. Quia rectus est sermo domini, & omnia opera eius in fide. Rectus est in rectis. Opera eius in fide, in fide sanctorum: quia quod promittit Deus sanctis suis, non mentitur.

l ¶ *Diligit*, &c.] Quo modo dicit, diligit misericordiam,
Exod 23.a cum in alio loco dicat: Ne miserearis pauperi in iudicio, id est, non propter pauperem, nec propter diuitem, non propter proximum & longinquum, non propter cognitum & incognitum declines à recto iudicio: sed prius iudica rectum iudicium, & postea subueniat misericordia. Diligit misericordiam, qui nos assumpta carne redemit: & iudicium, qui inter impios iustosque discernit.

m ¶ *Misericordia domini plena*, &c.] Totus mundus. Vel terra, sancta ecclesia de misericordia Dei plena est: quia sicut ille vbique est, & sua misericordia cum illo & ab illo inseparabilis est: quia non tantum vt iustos custodiat descendit, sed vt peccatores redimeret, vel saluos faceret.

n ¶ *Verbo*, &c.] Verbum patris, filius est. Cœli firmati sunt: sancti apostoli per ipsum in fide. *Verbo domini cæli firmati sunt.* In ipso verbo, quod erat in principio apud Deum: siue visibiles cœli, siue apostoli sũt creati: *Verbo domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum.* Trinitatis maiestas manifestissime declaratur: dominus, verbum, spiritus domini.

o ¶ *Et spiritu oris*, &c.] Paracleto scilicet cooperante, horum virtutes cœlorum creatæ sunt. Nam in domino pater, in verbo filius, in spiritu oris, Spiritus sanctus declaratur. Et quia dicit, oris eius: non procedens quasi minor credatur. Nam sicut filius à patre, & æqualis patri: ita & Spiritus sanctus æqualis patri habetur ac filio. Vel spiritu oris eius omnis virtus eorum: Id est, per Spiritum sanctum virtutes illorum. Quia per Spiritum sanctum habuerunt diuersas gratias, id est, virtutes. Nam per nos nihil boni habuimus nisi per ipsum.

p ¶ *Congregans*, &c.] Clausum litoribus mare ostendit. *Congregans sicut in vtre aquas maris.* Per aquas, sæculi tribulationes significat, & persecutiones sanctorũ: quia sicut homo in vtre aquas stringit, & quando vult spargit: sic dominus tribulationes ecclesiæ, vt ait Paulus: *Fidelis Deus qui non* 1.Cor.10.c
patietur vos tentari super id quod potestis ferre, sed faciet etiam prouentum vt possitis sustinere. Congregans sicut in vtre, in nouo ecclesiæ homine: aquas maris, sæculi populos, vt sint vinũ nouũ, sicut dominus ait, in vtres nouos, id est, euange- H
licum præceptum, reconditum in cordibus credentium. Mat.9.b

q ¶ *Ponens*, &c.] O magna creatoris potentiã, recondens in thesauris abyssos: producens de thesauris ventos. Tamen hic abyssos, mysteriorum cœlestium altitudinem intelligimus, iuxta illud apostoli: *O altitudo diuitiarum sapiẽtiæ & scientiæ* Rom.11.d
Dei. Vel in thesauris, id est, in absconditis Dei. Thesaurus, id est largitas, hoc est profundum scripturarum. Vnde in alio loco dicit: *Qui producit ventum de thesauris suis.* Nam quan- Psal.134.d
tum voluit per seruos suos nobis demonstrare, tantum per nos intelligere potuimus: ipsam profunditatem scripturarum nequaquam possumus.

r ¶ *Timeat dominum*, &c.] Qui terrena sapiunt, ipsum potius & non creaturam adorent.

s ¶ *Ab eo*, &c.] Hæc quidam de futuro arbitrantur iudicio, sed ad sequentem expositionem magis respiciunt. Ab ipso autem commoueantur vniuersi, omnes qui inhabitant orbem. Ab ipso Deo commoueantur vniuersi, id est, de infidelitate ad fidem. Vel vniuersi: omnes creaturæ ab ipso veniunt, & non sicut peccatores dicunt, quod tempus illas adducit & non Deus: quia & tempora, & dies, & annos, vel etiam momenta Deus constituit.

t ¶ *Quia ipse dixit & facta*, &c.] Ideo ipsum cuncta timeant: quia ab ipso vel facta sunt, vel creata. Ipse dixit, hoc est, per filium, qui verbum est, dixit: Mandauit per imperium, hoc est, inenarrabiliter.

u ¶ *Dominus dissipat*, &c.] Secũdum illud: *Non est consiliũ,* Prou.21.d
non est prudentia, non est sapientia, non est fortitudo contra Deũ. Dominus dissipat consilia gentium. Iudæorum scilicet, qui tanquam increduli contra Deum Christum susurrant. Vel dissipat consilia, vt eorum, qui turrim ædificare voluerunt: de- Gen 11.b
struxit, secundum illud: *Venite descendamus, & confundamus ibidem linguas eorum.*

x ¶ *Reprobat*, &c.] Hoc est Iudæorum consilia, quia non potuerunt illa facere, nisi quantum à Deo præfinitum fuit. Reprobat autem cogitationes populorum. Pharisæorum & Sadducæorum, vel reliquarum potestatum genera.

A

[a] & reprobat consilia principum. [b] Consilium autem domini in æternum manet: [c] & cogitationes cordis eius in generatione & generationẽ. [d] Beata gens cuius est dominus Deus eius: [e] populus quẽ elegit in hæreditatem sibi. [f] De cœlo respexit dominus: vidit omnes filios hominũ. [g] De præparato habitaculo suo respexit super omnes qui habitant terrã. Qui finxit singillatim corda eorum. [h] qui intelligit omnia opera eorum. [i] Non saluatur rex per multã virtutem: & gigas non saluabitur in multitudine virtutis suæ. [k] Fallax equus ad salutem: in abũdantia autẽ virtutis suæ non saluabitur. [l] Ecce oculi domini super metuentes eum: [m] & in eis qui sperant super misericordia eius. [n] Vt eruat à morte animas eorũ, & alat eus in fame. [o] Anima autem nostra sustinet dominum: [p] quoniam adiutor & protector noster est. [q] Quia in eo lætabitur cor nostrum: [r] & in nomine sancto eius sperauimus. [s] Fiat misericordia tua domine super nos, quemadmodum sperauimus in te.

[t] ¶ Psalmus Dauid cum immutauit vultum suum coram Abimelech: & dimisit eum, & abiit.

PSAL-

a ¶ *Et reprobat consilia principum.*] Hoc est Annæ & Caiphæ, quia ipsi principes erant ipsorum sacerdotum, qui primatum tenebant huius sceleris. Hos omnes cum suis consiliis, dominus resurgendo destruxit.

b ¶ *Consilium vero domini, &c.*] Consilium domini fuit, vt resurgeret à mortuis, sicut & fecit. Istud cõsilium, Iudæi, vel principes illorum destruere non potuerunt.

c ¶ *Cogitationes cordis eius in generatione & generationem.*] Nihil ex eis diminuetur, iuxta illud: *Cælum & terra transibunt: verba autem mea non præteribunt.* Psal. 24. a

d ¶ *Beata gẽs, &c.*] Hoc est, qui credunt quod dominus creauit illas creaturas, vnde superius mentionem fecit, non quod tempus illas adducat. Vel beata gens Christianorum, cuius dominus Deus eius. Dominũ enim elegit habere Deum, idolis derelictis.

e ¶ *Populus quem, &c.*] Ipsũ populum Christianum in hæreditatem sibi, vt dixit in alio psalmo: *Dabo tibi gentes in hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.* Et alibi: Dominus pars hæreditatis meæ: Et item: *Portio mea dominus.* In hæreditatẽ sibi. Repulsis Iudæis nos sumus in hæreditatem asciti. Psal. 2. b / Ibid. 15. b / Ibid. 118. b

f ¶ *De cælo, &c.*] Vt omnibus misereatur: quia nunquam respectus eius sine misericordia fuit. Vel dominus de cœlo prospexit, hoc est, misertus est nobis. Super filios hominum: Filij hominum: filij Adam. Vel filij hominum, successores apostolorum.

B

g ¶ *De præparato habitaculo suo respexit super omnes qui inhabitant, &c.*] Vt alij detur sermo scientiæ: alij interpretatio sermonum, alij genera linguarum, & reliqua, quæ operatur vnus atque idem spiritus. Vel qui finxit per singulos corda eorum. Quidam hunc locum mendaciter ad illud referunt, quod animam ex anima existiment esse generatam, & in Adam omnium animas contineri: quia id quod Græce dicitur κατὰ μόνας, non vnum, sed per multos quemque significet. *Qui finxit singillatim corda eorũ. Qui finxit*, id est, fecit. *Singillatim* Per singulos omnes intelligit, & in simul omnes recognoscit. Corda illorum: opera illorum.

h ¶ *Qui intelligit, &c.*] Ipse est enim speculator prospiciens de die in diem actus humanos. Qui intelligit omnia opera eorum, hoc est, qualiter donum Dei vnaquæque anima habeat, ipse dispensat.

i ¶ *Non saluatur rex per multam virtutem, & gigas non, &c.*] Sed per iustitiam & auxilium Dei. Nam & Goliæ fortitudinem confudit Deus per manum Dauid pueri sui. Non fuit saluus rex per multitudinem virtutis suæ. Quare? quia alibi dicit: *Domini est salus.* Nec gigas saluus erit in multitudine fortitudinis suæ. Gigas pro sua fortitudine dicitur. Nec ipse saluus esse potest per fortitudinem suam, sicut superius de Golia & Dauid. 1. Reg. 17. / Psal. 3. b

x ¶ *Fallax equus ad salutem, in abundantia autem, &c.*] Nisi Deus fuerit ascensor eius. Fallax equos ad salotem. Equus, corpus humanum, impedimentum est animæ, ideo fallax. In abundantia autem virtutis suæ non erit salus, id est, nec gigas nec rex.

l ¶ *Ecce oculi domini super timentes eum.*] Oculi Dei, aspectus diuinitatis. Super timentes eum, qui eum timent timore sancto. Deus enim sperantes in se inspectione cœlesti protegit ac defendit.

m ¶ *Et in eis qui sperãt in misericordia eius.*] Vt eruat à morte animas eorum. Id est, in hoc sperant in misericordia eius, id est Dei, vt à morte perpetua eruat animas eorum. Vel à morte, hoc est à diabolo.

C

n ¶ *Vt eruat, &c.*] Et alat eos in fame. Cum alij verbi Dei penuriam patiuntur, isti ab eo viuificantur.

o ¶ *Anima, &c.*] Id est, patiens est in domino. Quicquid accesserit ei siue bonum siue malum, sustinet propter Deũ, vt ait Paulus: *Omnia mihi placent.* Vel alat eos in fame, id est, pascat eos. Vnde dixit: *Et aluit eos quadraginta annis in deserto.* Quia quoniescunque homines habent famem, Deus pascit seruos suos: licet de cibo terreno, sed tamen plus est, vnde pascit eos de cibo spirituali, id est, de sua doctrina & suo verbo. *Anima autem nostra sustinet dominum: quoniam adiutor & protector noster est. Et in ipso lætabitur cor nostrum, & in nomine sancto eius sperauimus.* Scimus enim quod nullus sperauit in eum, & confusus abcessit. 1. Cor. / Exod. 16. / Psal. 36. d

p ¶ *Quoniam, &c.*] Hoc est, quia ipse est & adiutor & defensor ecclesiæ.

q ¶ *Et in ipso lætabitur cor, &c.*] Id est, anima nostra lætabitur de spe futuræ remunerationis: & lætabitur ecclesia in tribulatione.

r ¶ *Et in nomine, &c.*] Nomen patris filius est.

s ¶ *Fiat misericordia tua domine super nos, &c.*] Oratio ecclesiæ est: tamen istum versiculum cogitare debet vnusquisque antequam legatur, vt fideliter dicat: sicut sperauimus in te, ne alibi vacet mens sua. Fiat domine misericordia tua super nos, sicut sperauimus in te. Vt qui nos per baptismum abluisti, Spiritus sancti infusione confirmes, sicut in Actibus apostolorum cernimus esse factum. Qui nunc in nobis venire dignetur, vt per eius lumen effici mereamur hæredes gloriæ sempiternæ, Amen. Act. 2. a

D

t ¶ *Psalmus Dauid cum, &c.*] Mutatio faciei, in verborũ mutatione monstratur: quando à Saul se missum esse simulauit. Aut si veram mutationem vultus volumus intelligere, Abimelech sciamus dictum esse pro Achis. Nec in nomine error est, cum ex patre generatus, etiam Abimelech potuerit appellari. Abimelech quippe interpretatur pater meus rex. Quomodo dicit, commutauit vultum suum coram Abimelech? Quia in Regum sic legimus: quod in Geth ciuitatẽ ad regem Achis fugit in Philistum. Vel quomodo ausus fuit ibidem ambulare, quia inimicus illorum erat, & ipse interfecit antea Goliam principem illorum? Propterea illuc ambulauit pro hoc quod mulieres dixerunt: Percussit Saul mille, & Dauid decem millia: & postea intrauit diabolus in Saul per inuidiam, & dixit: Quid superest ei, nisi tantum vt regnũ habeat? Et peruenit Dauid ad regem Achis. Sed postea Achis misit missos suos vt Dauid ad se ducerent, vt eum interficeret. Et cum inuenisset eum ad portã ciuitatis, cognouit Dauid quod ipsum interficere volebant, necessitate compulsus ad arcẽ declinauit. Misericordia Dei prouidente cecidit Spiritus sanctus super ipsum, & cœpit labi, & saliuam mittebat super suam barbam. Et cum adduxissent eum ad regem, dixit illis rex. Pro qua causa adduxistis istum hominem arreptiuũ & furibundum super me? Dauid pulcher homo erat, & qũ eũ apprehenderunt, tympanizabat ad portam ciuitatis, & in manib. suis ferebatur. Et cum eum dimisissent, & fugisset, istum psalmum cantauit: qui totus circa pietatẽ, totus circa inspectionem diuinam, totus circa cõpescendas sanctorum tribulationes cõmemoratur. Dauid figurã Christi tenet: Saul figuram diaboli. Abimelech interpretatur regnũ patris mei. Achis interpretatur, quomodo est, vel ignorantia, vel niger. Dauid venit in Geth ad regẽ Achis, & dominus venit in regnum patris sui, hoc est, ad regnum Iudæorũ. Mutauit vultum suum coram Abimelech, hoc est, corã regno patris sui. 1. Reg. 21. b / 1. Reg. 18. b

Vnde

E Vnde sanctus Paulus dixit: *Qui cum in forma Dei esset, non*
...2.a *rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed formam serui accepit: in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo, humiliauit semetipsum factus obediens patri vsq; ad*
Gen.14.c *mortem.* Vel aliter: Mutauit vultum suum, id est, in sacerdotium. Tunc commutauit, quando Melchisedech obtulit panē & vinum. Immutauit vultum: quia quantum aduentus Christi appropinquabat, tantum illæ figuræ apertæ erant: quia antea hostias offerebant, sed postea spiritualiter impletum fuit in nouo testamento secundum ordinem Melchisedech: non dixit, secundum ordinem Aaron, sed secūdum ordinem Melchisedech. Tympanizabat ad portam ciuitatis. Tympanum de corio extenditur. Et dominus extendit manus suas in cruce. Porta ciuitatis, initiū fidei nostræ intelligitur, quando credimus incarnationē Christi. Per saliuam, infirmitatem carnis quā dignatus est suscipere. Illa barba, fortitudo diuinitatis. Dimisit eū & abijt. Dimisit Christus Iudæos, & venit in gētibus.
Act.13.g Vnde dictum est: *Quia indignos vos iudicastis vitæ æternæ, nos ex hoc ibimus ad gentes.*

PSALMVS XXXIII.

BEnedicam [a] dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. [b] In domino laudabitur anima mea: [c] audiant mansueti [d] & lætentur. [e] Magnificate dominum mecū: [f] & exaltemus nomen eius in idipsum. [g] Exquisiui dominum, [h] & exaudiuit me: & ex omnib. tribulationibus meis eripuit me. [i] Accedite ad eum, [k] & illuminamini. [l] & facies vestræ nō confundētur. [m] Iste pauper clamauit, [n] & dominus exaudiuit eum: & ex omnib. tribulationibus eius saluabit eum. [o] Immittet angelus domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos. [p] Gustate & videte, quoniam suauis est dominus: [q] beatus vir qui sperat in eo. [r] Timete dominum omnes sancti eius: [s] quoniam non est inopia timentibus eum. [t] Diuites eguerunt & esurierunt: inquirentes autem dominū non minuentur omni bono. [u] Venite filij audite me, timorem domini docebo vos. [x] Quis est homo qui vult vitam: diligit dies videre bonos. [y] Prohibe linguam tuam à malo: & labia tua ne loquātur dolum. [z] Diuerte à malo, & fac bonum: inquire pacem, & persequere eam. [a] Oculi

PSALMVS XXXIII.

F BEnedicam [a] dominum, &c.] Cum ait, omni tempore & semper, docet nos nec in aduersis succumbere debere, nec in secundis extolli, sed tam prospera quam contraria æquanimiter ferre: ac beatum ante oculos proponētes, in omnibus quæ acciderint, Dei benedicere nomen. Benedicam dominum in omni tempore. Benedicam, id est, laudabo dominum. In omni tempore, in prosperis & aduersis. Fecit hoc Dauid, & modo ecclesia. Semper laus eius in ore meo. In ore & corde, intenta mente Deum semper laudare.

b ¶ *In domino laudabitur anima mea.*] Hoc est, vita mea. Cum huic studio anima dedita, aspera mundi æquo animo sustinuerit, ab his qui sunt domini, collaudatur.

c ¶ *Audiant mansueti.*] Id est, sancti.

d ¶ *Et lætentur.*] Non de terrenis, sed de cœlestibus, qui non habent pugnam vitiorum in se, illi qui glebam corporis sui
...5.a tali tentamento coercent. *Beati enim mansueti, quoniam ipsi possidebunt terram.*

e ¶ *Magnificate, &c.*] Patrem dominum laudate.

f ¶ *Et exaltemus nomen eius in idipsum.*] Ac si dicat propheta quo modo ego amo, & vos sic facite. Vel, exaltemus nomen eius in idipsum, Filium cui pater dedit nomen, quod est super omne nomen.

g ¶ *Exquisiui dominum.* Spiritum sanctum.

h ¶ *Et exaudiuit me. &c.*] Consumens corruptelam carnis, quæ mihi tribulationes peccaminum ingerebat, ut eum attentius deprecarer.

i ¶ *Accedite ad dominum.*] Credite in eum. Accedite ad dominum, non loco, sed fide & opere.

E..6.b k ¶ *Et illuminamini.*] Id est, in mente intelligite: quia nisi credideritis, non intelligetis.

l ¶ *Et facies vestræ non, &c.*] In iudicio quo impij confundentur in condemnationem, in die iudicij.

m ¶ *Iste pauper clamauit.*] Christus dominus, qui pro nobis
..Rg.15.g pauper factus est, ad patrem in passione clamauit. Vel, iste pauper, id est, Dauid clamauit quando dixit: *Domine Deus, vanum fac consilium Achitophel.* Et ecclesia clamat modo.

n ¶ *Et dominus exaudiuit eum: & ex omnibus tribulationibus, &c.*] Resuscitans illum à mortuis.

o ¶ *Emittet angelum dominus in circuitu timentium eum, &c.*] Hoc est, angelum magni consilij dedit illis. Haud dubium est, timentes dominum ab angelis custodiri: sicut ipse do-
..18.b minus per euangelium docet: *Amen amen dico vobis: quia angeli eorum quotidie vident faciem patris mei qui est in cælis.* G
Vallantur ergo præsidio angelico, qui de cordis puritate timuerint Deum.

p ¶ *Gustate & videte, &c.*] Gustus per fauces discutitur, visus per oculos: quia per oculos videtur. Propheta dicit, gustaui. Et quo modo gustaui, sic inueni per fidem, per spem, & per opera bona.

q ¶ *Beatus vir qui, &c.*] Quare beatus? Quia illū habet qui omnia habet, hoc est, Deum. Ergo hic dicitur gustus, vt cum quis cognouerit Deum, timeat illū: quia tanquam de gustu ita alibi dixit: *Initium sapientiæ timor do-* Psal.119.b
mini. Cum autem timere cœperit, tunc præcepta custodit, & tunc sciet quia suauis est dominus: quia ipse est panis viu⁹ qui vitam dat huic mundo. Beatus vir qui sperat in eum, & non in incerto diuitiarum.

r ¶ *Timete dominum omnes sancti eius.*] Qui firmi statis in promissis eius timete, ne accepta securitate decipiamini.

s ¶ *Quoniam nihil deest, &c.*] Quorum Deus est Christus, nihil deest eis, id est, nihil boni deest eis. *Quærite regnum Dei & iustitiam eius, & cætera ap-* Matt.6.d
ponentur vobis. Iustitia enim Dei omnia præstat. H

t ¶ *Diuites eguerunt, &c.*] Multi sunt mundi locupletes, & egent gloria Dei: de quibus fuit & diues ille, ante cuius ianuā Luc.16.e
Lazarus decumbebat: qui sitiens in tormentis, quia non fecerat misericordiam, non meruit accipere guttam. Inquirēs autem Lazarus non purpuras, sed cœlestia regna, meruit in sinu Abrahæ bonis omnibus adimpleri.

v ¶ *Venite filij audite me: &c.*] Mos est propheticus, vt discipulos filios nuncupet, sicut Paulus: *Filioli, quos iterum par-* Gal.4.c
turio, donec formetur Christus in vobis. Hos docet, vt primo omnium sapientia, id est, timore domini imbuantur. *Venite filij audite me.* Vocat Christus ecclesiam ad se. Venite, id est, per fidem, Sancti filij Dei dicuntur: iuxta quod dictum est in euangelio: Quotquot autem receperunt eum, dedit eis pote- 1.Ioan.1.
statem filios Dei fieri. Et Ioannes dicit in epistola sua: *Nunc filij Dei sumus.* Timorem domini docebo vos. Vt illud: *Initiū* 1.Ioan.3.a
sapientiæ timor domini. Et alibi dicit: *De timore nascitur compunctio salutaris.* Ad hoc debet vnusquisque venire, vt timorem domini debeat habere. Eccl.1.b

x ¶ *Quis est homo, &c.*] In quibus eum sanctis iocundetur in regno Dei. Vel vox prophetæ interrogando: & alius dicit, ego volo, & ille dicit: Si vis, fac ergo quod sequitur, & videbis vitam, hoc est, habebis vitam æternam: & dies bonos, hoc est, dies æternos.

y ¶ *Prohibe, &c.*] Prohibe linguam tuam, id est, à detractione vel ab amaritudine: quia dictum est: *Mors & vita in ma-* Pro.18.d
nibus linguæ. Quia qui custodit linguam suam, custodit ani- Esa.32.d
mam suam. Et alibi dicit: *Custos iustitiæ, silentium & pax.* Si Iac.1.d
quis putat se esse religiosum non refrenans linguam suam, huius erit vana religio. Et labia tua ne loquantur dolum: ne aliud ore assimules aliud corde teneas.

z ¶ *Diuerte, &c.*] Hoc est, destrue vitia, & ædifica virtutes. Nihil prodest, si destruis, & non ædificas, hoc est, si destruis vitia, & non ædificas virtutes. Ac si dicat: Quis est homo qui sine his velit vitam? Nullus. Quia in eo nullum bonum est, qui nullum malum destruit. Diuerte à malo, & fac bonum. Mala omnia à diaboli instinctu procedunt, sicut bona à Dei. Relinque ergo quæ instigat diabolus, & operare quæ præcipit Christus.

a ¶ *Inquire pacem & persequere eam.*] Secundum apostolum pacem sequimini & sanctificationē, sine qua nemo videt regnum Dei. Vel Iudæi quæsierunt pacem, id est, Christum ad Heb.12.d
occidendū, non ad imitandum: quia sequi, imitari dicitur.

A Inquire pacem, & sequere eam, id est, Christum: quia ipse est pax nostra. Vel sequere, imitare. Vnde in euangelio dictum est: *Qui vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me. Inquire pacem & sequere eam.* Non sufficit malum fugere, nisi bonum quoque feceris. Luc. 9. a

[a] Oculi domini super iustos: [b] & aures eius in preces eorum. [c] Vultus autem domini super facientes mala: [d] vt perdat de terra memoriã eorum. [e] Clamauerunt iusti, & dominus exaudiuit eos: & ex omnib. tribulationibus eorum liberauit eos: [f] Iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde: [g] & humiles spiritu saluabit. [h] Multæ tribulationes iustorum: & de omnibus his liberabit eos dominus. [i] Custodit dominus omnia ossa eorum: [k] vnũ ex his non conteretur. [l] Mors peccatorum pessima: [m] & qui oderunt iustum delinquent. [n] Redemit dominus animas seruorum suorũ: [o] & non derelinquent omnes qui sperant in eum.

¶ [p] In finem Psalmus ipsi Dauid.

PSALMVS XXXIV.

IVdica [q] domine nocentes me: expugna impugnantes me. [r] Apprehende arma & scutũ: & exurge in adiutorium mihi. [s] Effunde frameã, & conclude aduersus eos qui persequuntur me, [t] dic animæ meæ, salus tua ego sum. [u] Confundantur & reuereãtur quærentes animã meã. [x] Auertantur retrorsum, & confundãtur

a ¶ *Oculi domini*, &c.] Pietatis enim inspectione eos iugiter contemplatur.

b ¶ *Et aures*, &c.] Qui quæ iusta sunt postulant. Oculi domini, id est, aspectus diuinitatis super iustos. Et aures eius ad preces eorum. Quicquid rogãt sancti de bono, exaudit illos: quia De⁹ & audit, & videt nos, propterea nos faciamus voluntatem illius.

c ¶ *Vultus autem domini super*, &c.] Iste psalmus in persona bonorum, & in persona malorum currit. Propter quid vultus Dei super eos qui mala faciunt?

d ¶ *Vt disperdat*, &c.] Hoc est, de terra viuentium, vt ait propheta: *Deleant de libro viuentiũ.* Psal 68 c
Vultum hic furorem intelligimus, qui minando iram, memoriam peccati à terra disperdit, vt radices benignitatis suæ (vnde eam exciderat) plantet. Quæ de auribus, oculis, ac de vultu dicuntur, non ad corporationem deitatis, sed ad maiestatis potentiam referenda sunt.

e ¶ *Clamauerunt*, &c.] Quia de puritate cordis integra clamauerunt. Vel tres pueri inter flammas clamauerunt: & dominus exaudiuit eos. Filij Machabæorum, vel modo vnusquisque sanctus: & illos, & modo vnumquemque ex omnibus tribulationibus liberat. Dan 3.

B

f ¶ *Iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde.*] Nunquam elongatur ab eis qui propter illum sustinent. Cum ipsis est in tribulatione: non loco, sed auxilio: quia Deus non est localis.

g ¶ *Et humiles*, &c.] Vt eis regna cœlestia largiatur. Humiles spiritu, id est, mites, vt illud: *Discite à me: quia mitis sum & humilis corde.* Vel illud: *Beati enim pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Matt 11 d / Ibid 5. a

h ¶ *Multæ*, &c.] Ergo qui tribulationem non patitur, iustus non est. Mors peccatorum pessima est, Iustorum tribulatio morte finitur: peccatorum vero supplicia post mortem incipiunt. Vel multæ tribulationes iustorum: & de omnibus his liberauit eos dominus. Tentantur enim, vt probati manifesti fiant. Sed in tempore erit respectus ipsorum, cum iudicauerint nationes, & dominati fuerint populis.

i ¶ *Dominus custodit*, &c.] Id est, virtutes eorum.

k ¶ *Vnum*, &c.] De sanctis suis in futuro iudicio, quomodo dicit: vnum ex his non conteretur: quia multi habent ossa fracta, sicut legimus de sanctis martyribus. Sed hic ossa, firmamentum vel virtutes animæ intelliguntur. Dominus custodit omnia ossa eorum: vnum ex his non conteretur. Æternitatem perpetuæ vitæ dicit, quam per spem fidei gerunt, siue fortitudinem quam in ipso habent Deo custodire: ne in his tribulationibus tepescant, aut conterantur in aliquo.

l ¶ *Mors peccatorum*, &c.] Quia & hic initiantur, & in futuro sine fine torquentur.

m ¶ *Et qui oderunt iustum*, &c.] Christum vel testamentum eius Iudæi oderunt. Oderunt iustum, id est, Christum & sine causa. Delinquent, hoc est, peccabũt. Vel qui quomodo iustum, hoc est, vnumquemque sanctum, peccat.

n ¶ *Redemit dominus animas*, &c.] Redemit nos Christus sanguine suo pretioso: & modo per singulos dies redimit. Vel redemit dominus animas seruorum suorum, de potestate secundæ mortis.

o ¶ *Et non derelinquet omnes qui sperãt*, &c.] Qui in Deo sperant, non derelinquet eos neque hic, neque in futuro: sed cum ipsis est, secundum promissionem suam vsque ad consummationem sæculi. Qui nobis præstare dignetur, vt sit iugiter laus eius in ore nostro, eiusq; doctrina mediocriter vteres, nec extollere prospera, nec incõmoda valeãt inclinare. G

p ¶ *In finem*, &c.] In finem, id est, in Christũ, vt illud: *Finis legis ad iustitiam omni credẽti.* Vel finis, perfectio Christi. Vnde & apostoli dixerunt: *Domine, ostende nobis patrem, & sufficit nobis.* Et dominus: *Qui me videt, videt & patrem meum: quia ego in patre, & pater in me est.* In hoc est perfectio Christi. Dauid, fortis manu interpretatur, siue desiderabilis. Et domin⁹ manu fortis: quia tetigit loculum, & surrexit iuuenis filius viduæ. Vel fortis, per quẽ facta sũt omnia, desiderabilis, quia tantum desiderant sancti videre Christum, vt etia corpora sua pro ipso tradãt in martyrium. Vel passionis dominicæ psalmus continet sacramentum. In quo notandum est, quod ea quæ in humilitate, fletu, ac lamentatione dicitur: nõ diuinitati, sed assumptæ carni conueniunt. Orat ergo dominum patrem, dicens. Rom 10 a / Ioan 14 a / Luc 7. b

PSALMVS. XXXIV.

IVdica q *domine nocentes me*, &c.] Iudæos & principes sacerdotum, qui in carne positũ dominum sæpe impugnantes, nocere voluerunt. Iudica domine nocentes me. Vox Christi in passione, & vox ecclesiæ in tribulatione. Iudica, hoc est, iudicio discretionis. Vel iudica, id est, discerne inter me & Iudæos: inter ecclesiã & persecutores. *Expugna impugnantes me.* Ac si dicat: Tu fac vindictam pro me: sicut dicitur per sãctum Paulum: Mihi vindictam, & ego retribuam. Et item: *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* Rom 12 d / Ibid. 8. f

r ¶ *Apprehende arma*, &c.] In armis, cœlestia adiutoria: in scuto, diuinam protectionem designat, quam secundum infirmitatem carnis sibi postulat ministrari. Sed & nos spiritualibus defendit armis ac munit, secundum Apostolum: *Induite vos arma Dei:* Arma domini, protectio diuinitatis. Quid fortius, quid pulchrius quam Christum armatum stare pro suis sanctis: sicut sanctus Stephanus vidit quando dixit: *Ecce video cælos apertos, & filium hominis stãtem à dextris Dei patris.* Stare, pugnantis, vel adiuuantis est. Tu non potes mutare tua arma: Dominus accedens de armis facit scutum. Et nos debemus arma accipere, vt possimus resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. D / Ephes 6 b / Act 7 g / Ephes 6.

s ¶ *Effunde frameam & conclude aduersus eos*, &c.] Vt effusus iræ tuæ gladius super eos decidat, eosque concludat: ne ad nocendum valeant euagari. Per frameam intelligitur anima dominica, per quam facit Deus pater iustam vindictam. Vel framea intelligitur anima vniuscuiusq; sancti: quia Deus per animas sanctas facit vindictam: sicut per Petrum fecit de Anania & Sapphira, & per Eliam de quinquagenariis viris. Act 5 a / 4 Reg. 1

t ¶ *Domine dic animæ meæ*, &c. Vox ecclesiæ. Dic animæ meæ, vt te intelligat, quod tu es Deus meus: tu es salus animæ meæ. Dic animæ meæ, salus tua ego sum. A me erit, inquit, post mortem viuificanda.

v ¶ *Confundantur & reuereantur quærentes animam meam vt auferant eam.*] Cum me resuscitaueris, tunc hi confundintur.

x ¶ *Auertantur retrorsum & erubescant qui volunt*, &c.] Nõ vt proficiant in ante, sed retrorsum conuertantur, vt pereãt, id est, dæmones Iudæi, vel persecutores ecclesiæ, auertantur in futuro iudicio. Confundantur & reuereantur gentiles de idolis: confundantur de infidelitate ad fidem Christi. Vnde Paulus dicit: *Qualem ergo fructum habuistis tunc in his, in quibus nunc erubescitis.* Vel, reuertantur retrorsum, id est, qui malum cursum habuerũt: sicut dominus ait ad Petrum: *Vade post me satana.* Rom 6 d / Mat 16 d

a ¶ Fiant

E G

cogitantes mihi mala. [a] Fiant tanquam puluis ante faciē venti, & angelus domini persequēs eos. [b] Fiāt viæ illorum tenebræ & lubricum: & angelus domini persequens eos. [c] Quoniā gratis absconderūt mihi interitum laquei sui: [d] superuacuè exprobrauerunt animā meam. [e] Veniat illis laqueus quem ignorāt: [f] & captio quā abscondit apprehendat eos: & in laqueum cadant inidipsum. [g] Anima autem mea exultabit in domino: [h] & delectabitur super salutari suo. [i] Omnia ossa mea dicent: Domine quis similis tibi. [k] Eripiens inopem de manu fortiorum eius: [l] egenum & pauperem à diripientibus eum. [m] Exurgentes testes iniqui, quæ ignorabant interrogabant me. [n] Retribuebant mihi mala pro bonis: sterilitatem animæ meæ. [o] Ego autē cum mihi molesti essent, [p] induebar cilicio. Et humiliabam in ieiunio animam meam: [q] & oratio mea in sinu meo conuertetur, [r] Quasi proximum, quasi fratrem nostrum, [s] sic complacebā: [t] quasi lugens & cōtristatus, sic humiliabar. [u] Et aduersum me lætati sunt, [x] & conuenerūt: [y] cōgregata sūt super me flagella, [z] & ignoraui. [a] Dissipati sunt, [b] nec cōpuncti [c] tētauerunt me:

a sub-

a ¶ *Fiant tanquam puluis ante faciem venti*: &c.] Id est, angelo persequente disperdantur, vt nihil prorsus ex his vel exiguum relinquatur. Puluis, leues & infructuosi homines dicti sunt: quia sicut puluis ante ventum, sic peccatores ante sententiam diuinam in die iudicij. Et angelus domini persequens eos. Angelus domini, id est, spiritus malus. Si malus, cur domini? Si domini, cur malus? Domini: quia dominus illum creauit: & dominus illum habet in potestate. Malignus non natura, sed sua adinuentione. Diabolus habet volūtatem nocendi, sed non habet potestatem faciendi, vt ait propheta: *Immissiones per angelos malos*, id est, tantam habet potestatem, quantum dominus ei

Psal 77 e permittit.

b ¶ *Fiant via eorum tenebræ & lubricum*.] Tenebræ ignorantiæ. Lubricum, id est, luxuria. Quia qui istis mēte est deditus, diabolus illū persequitur. Vel aliter: Non cognoscant veritatis lumē, nec firma statione cōsistant: sed lubrici fiant gressus eorum, qui in hac passione grassantur, atq; ab angelo claritatis dominicæ affligantur.

c ¶ *Quoniam gratis absconderūt mihi interitum*, &c.] Bene sui: quia quem putabāt domini in-

F teritum, eorum effectus est laqueus. Quoniam gratis absconderunt mihi interitum. Gratis, id est, sine causa: tam Iudæi Christum, quam persecutores ecclesiam. Ipsi semetipsos laqueauerunt in vindictam.

d ¶ *Superuacuè exprobrauerunt animam meam*.] Nihil enim vtile habuit exprobatio eorum.

e ¶ *Veniat illis*, &c] Excidium illud minatur, quod temporibus Vespasiani super eos aduenit. Vel vnusquisque peccator funiculis vitiorum suorum coustringetur in die iudicij.

Psal 54 b f ¶ *Et captio quam*, &c.] In mortem vtique repentinam: quā

Prou. 26 d occulte ipsi domino nostro moliebantur, vt illud: *Foderunt ante faciem meam foueam, & ipsi inciderunt in eam*. Et item dicit: *Foueam quam fratri tuo paraueras, in eam cades*.

g ¶ *Anima autem mea exultabit in domino*.] Et Christus, in patre, & ecclesia in Christo.

h *Delectabitur super*, &c.] Cum ab eo resuscitatus fuerit. Vel delectabitur, hoc est lætabimr super salutari eius. Salutaris noster Christus est: quia in ipso delectatur ecclesia, vt ait Sa-

Cant. 3 e lomō: *Quæ est ista quæ ascēdis dealbata & innixa super fratruelem suum*.

i ¶ *Omnia ossa mea dicent*: &c.] In ossibus, æternitas siue fortitudo intelligitur, quod ad apostolos refertur, vt quibus visa fuerint primum verba resurrectionis quasi deliramenta, nunc collaudent & dicāt: Quis similis tibi? hoc est, quis vt tu potuit de morte reuocare? Vel ossa, fortiores sancti, vel virtutes sanctorum. *Quis similis tibi?* Ac si dicat, nemo. Alio

Psal 70 d loco dicit: *Deus quis similis tibi*, id est, nullus.

k ¶ *Eripiens inopem de manu*, &c.] Inops Christus pro no-

2. Cor. 8. b bis, vt illius inopia nos diuites faceret. *De manu fortiorum*, id est, de manu Iudæorū liberauit eum Deus pater. Inops Christus, ex persona membrorum suorum loquitur.

l ¶ *Egenum*, &c.] A potestatibus tenebrarum. Quorum maxima virtus est vt possint diripere pauperes tuos.

m ¶ *Exurgentes*, &c.] Euangelium falsos testes dicit: propheta iniquos. Et falsi quos euāgeliū vocat, interrogātur: de quibus verò propheta loquitur, interrogant. Vnde intelligēdum est quod principes sacerdotum sunt iniqui testes: qui interrogauerunt quæ nesciebant, dicentes: *Adiuramus te per Deum, vt dicas nobis si tu es filius Dei*. Dicente autē illo, ego

Matt. 27. f sum, sciderunt vestimenta sua, & quasi in testimoniū clamauerūt: *Ipsi audistis blasphemiā, quid adhuc quærimus testes?* Falsū enim erat testimonium, vt dicerent eū blasphemasse, qui dixerat veritatem.

n ¶ *Et retribuebant*, &c.] Exhibente me vitam, condemnauerunt me morti: & fœcunditatem bonorum cœlestiū promittenti, vitæ penuriā intulerunt. Sic fecerunt Iudæi, Christo pro nobis mala reddiderunt. Sterilitatem animæ meæ, id est, quomodo illorum animæ steriles erant de bono, & plenæ de peccato: sic voluerunt vt anima Christi fuisset.

o ¶ *Ego autem cum mihi molesti essent, induebar*, &c.] Hæc sunt arma sanctorum. Totus autem psalmus ex persona Christi est: & per Christum ad omnes sanctos referri potest. Matt. 4 d

p ¶ *Induebar cilicio*, &c.] Legimus illius ieiuniū, non legimus cilicium. Sed cilicium conuenit peccatoribus, quia vestitus pœnitētiæ est. Induebar cilicio. Ac si dicat: Induit se diuinitas carne & de peccato damnauit peccatū: *Ego autem cū mihi molesti essent, induebar cilicio: & humiliabam in ieiunio animam meam, & oratio mea in sinu meo cōuertetur*. Induit enim dominus asperitatem passionis, & luctum de duritia populi non credētis: celebrauit ieiunium vsque ad vesperam, cum in vespera mūdi oblatus est pro mundi salute: Conuersa est oratio eius in sinū patris, cum in nihilo est frustratus à patre: & pater non quasi minori præstitit, sed vt assum- Matt. 21 b

ptum hominē declararet. Christus non carnaliter, sed spiri- Marc. 11 b

tualiter ieiunauit. Esuriens venit ad arborem fici: sitiens ve- Ioan. 4 a

nit ad fontē. Esuriebat salutem humani generis: sitiebat fidē Marc. 14 f

ecclesiæ. Esuriebat in passione, quando omnes, maxime apo- Luc. 23 e

H

stoli negauerunt: nisi tantum latro in cruce confessus est.

q ¶ *Et oratio*, &c.] Hoc est, in secreto Dei patris agebat. Et sancti orant in secreto, id est, in corde, vbi Deus videtur, vt in euangelio: *Cum oras, intra in cubiculum tuum, & ora pa-* Matt 6. a

trem tuum in abscondito. Et Anna orabat in templo. 1. Reg. 1. d

r ¶ *Quasi proximum*, &c.] Si ex persona Dauid psalmum accipimus, proximum accipimus Saulem. Si ex Christi, Iudam proditorem proximum vocat. Vel proximus & frater Christus Iudæis: quia de ipsis humanitatem attraxit.

s ¶ *Ita complacebam*.] Id est, Deo patri: frater ac proximus erat propter generationem corpoream.

t ¶ *Quasi*, &c.] Lugebat enim, cum coofortante angelo: guttæ sudoris eius tanquam sanguis defluebant ad terrā. Et cōtristatus est cū diceret: *Tristis est anima mea vsq; ad mortem*:

Tanquam lugens & contristatus. Lugebat Christus pro parte nostra, vt illud: *Vidēs*, inquit, *ciuitatem fleuit super eā*. Ita Matt 26 d

humiliabar: quia Christus humiliatus est in passione. Vel sic Luc. 19. f

complacebam: quia complacebat patri per fidem & spem.

v ¶ *Et aduersum me lætati sunt*.] Lætati sunt Iudæi, quando Christum apprehenderunt, vt eum crucifigerent.

x ¶ *Et conuenerunt*, &c.] Ad hoc conuenerunt, vt Christū Matt 26 a

crucifigerent, non vt crederent. Vel aduersus me cōgregati Luc. 23 a

sūt & conuenerūt cū traditionis meæ promissionē haberēt.

y ¶ *Congregata*, &c.] Flagellauerunt Christum, sicut dixit: cum gladijs & fustib. ad me venistis. Et Pilatus dixit: Dimittam eum emendatum, id est, flagellatum dimittam.

z ¶ *Et non*, &c.] Quid non cognouerit, quæritur: Quidam putant dolorem vulnerum quæ patiebatur in cruce. Sed melius ad peccata refertur, quod non habuerit conscientiā peccatorum, quare crucifixus sit. Et ignoraui, non quod ignoret Christus aliquid, sed ignoraui, quia propter quod istud mihi accidit, non commisi. Vel ignorauerunt, quod Deus sub carnis velamento lateret.

a ¶ *Dissipati sunt*.] A vinculo charitatis.

b ¶ *Nec compuncti*.] Vt agerent pœnitentiam.

c ¶ *Tētauerūt me*.] Multis modis tentauerūt Iudæi Christum,

[a] subsannauerunt me subsannatione:[b] frenduerũt super me dentib. suis.[c] Domine quando respicies:[d] restitue animam meam à malignitate eorum: à leonib. vnicam meam.[e] Coofitebor tibi in ecclesia magna,[f] in populo graui laudabo te.[g] Non supergaudeãt mihi cui aduersantur mihi iniquè.[h] qui oderunt me gratis, & annuunt oculis.[i] Quooiaoi mihi quidẽ pacifice loquebantur:[k] & io iracundia dolos cogitabãt.[l] Et dilatauerunt super me os suum:[m] dixerunt, euge euge,[n] viderunt oculi nostri.[o] Vidisti domine,[p] ne sileas: domine[q] ne discedas à me.[r] Exurge domine,[s] & intẽde iudicio meo[t] Deus meus, & dominus meus in causa mea.[u] Iudica me secundum iustitiam tuam, domine Deus meus,[x] & non supergaudeant mihi. Non dicãt in cordibus suis, euge euge animæ nostræ: nec dicant, deuorabimus eum.[y] Erubescant & reuereantur simul, qui gratulantur malis meis.[z] Induantur confusione & reuerentia, qui maligna loquuntur super me.[a] Exultent & lętentur qui volunt iustitiam meam:[b] & dicant semper magnificetur dominus, qui volunt pacem serui eius.[c] Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam:[d] die laudem tuam.

¶[c] In finem seruo domini psalmus Dauid.

PSALMVS XXXV.

Dixit[f] iniustus, vt delinquat sibi:[g] non est timor Dei aote oculos eius. [a]Quo

A sicut dixit vnus ex ipsis: Magister, quod est primũ mãdatum.

Matt. 22. d a ¶ *Subsannauerunt me subsannati me.*] Deludentes atque dicentes: Aue rex Iudæorum.

b ¶ *Frenduerunt super me dentibus suis.*] Clamãtes, crucifige eum. Per motus corporis ostenditur motus animæ. Per dentes intelligitur malitia: quia per malitiam ipsum crucifixerunt, & in hunc dentibus striderunt.

c ¶ *Domine quando*, &c.] Propheta ex persona ecclesiæ dicit. Ac si dicat: Respice malorũ iniquitatem, & meam iustitiam ab ipsis discerne.

d ¶ *Et restitues animam meam à malignitate eorum, à leonibus*, &c.] Leones ipsos persecutores dicit, qui animam eius deglutare ore nitebantur: sed eius resurrectione confusi sunt. Ecce cõuersa est oratio eius in sinum eius, cum vnica, id est, ipsa anima integra corpori restituta est. Et quis, inquit, eã restituit? Ipse cum paterna volũtate, qui

Ioan 10. d dixit: *Potestatem habeo tollendi animam meam, & potestatẽ habeo iterũ sumendi eam.* Et à leonibus vnicam meam. Leo ipse populus Iudaicus, propter fortitudinem malitiæ suæ intelligitur. Vnicam meam: quia vnica fuit anima Christi sine peccato, secundum prophetam:

Esa 53 c *Qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius.*

e ¶ *Confitebor tibi domine in ecclesia magna.*] Id est, in toto mundo diffusa.

B f ¶ *In populo graui*, &c.] Id est, in populo Christiano, ibi te laudabo. Grauis dicitur: quia non est leuis ad peccandum. Non leui, quem ventus vt pul-

Psal. 1. b uerem a facie terræ proiiciet: sed in graui & supra petram fundato firmiterque præcepta custodiente. Hinc iterum recordatur passionis suæ, quo potius eis iudicium mortis annuntiet, dicens.

g ¶ *Non supergaudeant mihi qui aduersantur*, &c.] Iudæi Christo, & persecutores ecclesiæ.

h ¶ *Qui oderunt me gratis*, &c.] hæc dicit vt non sit iterata passio: quia nec redemptio veniet iterata. Et annuerunt oculis: quia nihil boni in opere ostenderunt.

i ¶ *Quoniam mihi quidem pacifice loquebantur.*] Vt illud: Magister licet tributum dari Cæsari an non? Vel quando dixe-

Matt. 22. b Ibidem. runt: *Magister, scimus quia verax es, & in veritate viam Dei doces.* Sed hæc pacifica, plena erant dolo & ira.

k ¶ *Et in iracundia dolos*, &c.] Sic loquebantur, sed cogitabant vt apprehenderent eum, & ligarent eum: sicut postea

Iac. 1. c fecerunt. In ira hoc fecerunt, sicut Iacobus ait: Ira viri iostitiã

Psal. 4. a Dei non operatur. Et sicut alibi dicit: *Irascimini, & nolite pec-*

Ephe. 4 f *care. Sol non occidat super iracundiam vestram.*

l ¶ *Dilatauerunt super me os*, &c.] Dilatauerunt, quando accusauerunt in blasphemiis. *Et dilatauerunt super me os suum:*

Matt 27 e quia non solum peccauerunt in me, sed etiam insultauerunt, dicentes: *Si filius Dei est, descendat de cruce, & credimus ei.*

m ¶ *Dixerunt euge euge*] Sicut dicit in euangelio: *Euge serue*

Lu. 19. e *bone & fidelis* Vel vox Iudæorum est: ac si dicãt: Benè, benè: videmus quod expectauimus, illæ virtutes quas faciebas, q. nihil erant. Vel dixerunt benè benè: sed dolose.

n ¶ *Viderunt oculi nostri.*] Quia non accipis personam hominis: nec est tibi cura de aliquo.

o ¶ *Vidisti domine.*] Pater, illusiooes eorum. Ac si dicat: Vidisti illos ad iudicandum.

p *Ne sileas domine.*] Ne taceas. Tacet modo, & non tacet, id est, non tacet mandatum, tacet iudicium. Te in testimonium aduoco, cum iudicauero mundum.

q ¶ *Ne discedas à me.*] Quia pater à filio non discessit in passione. Sed tuæ adhæream dexteræ, donec digna vltione puniantur. C

r ¶ *Exurge domine, exurge.*] Hoc est, in adiutorium.

s ¶ *Intende iudicium meum.*] Id est, discerne inter me & Iudæos. Intende iudiciũ meum: quia par est pœna, & dispar est culpa. Id est, quando cum illis latronibus pendebat: qoia ipse innocens pendebat. Exurge & intẽde iudicium meum, qoaliter iudicantes condemnauerũt me morti.

t ¶ *Deus meus & domin9*, &c.] Vox humanitatis ad diuinitatẽ: pro parte carnis loquitur. Iudica me secundum magnam misericordiã tuã. Vnde dixit, intẽde iudicium meum, id est, fac discretionem inter me & illos.

v ¶ *Iudica me secundum iustitiã tuam*, &c] Iudicaui ego adulteram, vt non condemnaretur, iudicauerunt & isti me innocentem, dignom morte: ideo vnusquisque secundum opus proprium iodicium mereatur.

x ¶ *Non supergaudeant mihi inimici mei: ne dicant in cordibus suis, euge euge animæ nostræ: nec dicant*, &c.] Non patefiat vltra os eorum ad me deuorandum: ne dicant, deuorauimus eum. Deuorat homo quod in os mittit. Sed in hoc dicit deuorare: quia peccatores volunt illos sãctos deuorare, id est, vt vnum corpus efficiantur. D

y ¶ *Erubescant & reuereantur*, &c.] Id est, dæmones, Iudæi, hæretici, & persecutores, qoi gratulantur malis meis, hoc est, non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.

z ¶ *Induantur confusione & reuerentia qui maligna loquuntur aduersum me.*] Isti supradicti confusione æterna. Vnde dicit: *Discedite à me maledicti in ignem æternum.* Vt qui me quasi hominem iudicaoerunt, vt Deum videant iudicantem. Hinc propheta ad patrem loquitur. Matt. 25. a

a ¶ *Exultent & lætentur, qui volunt iustitiam meam.*] Christum expectantes, qui est iustitia patris. Vel exultent & lætentur qui volunt iustitiam meam, id est, sancti qoi volunt iustitiam Dei implere, ipsi exultent & lætentur de remuneratione vitæ æternæ.

b ¶ *Et dicant, semper magnificetur dominus*, &c.] Ipse dominus est pax nostra, iuxta Apostolum. Serui eius, id est, Christi: qui est seruus Dei patris. Vnde dicit: *Magnum est tibi vocari seruum meum:* pro parte carnis. Ephes. 2. a Esa. 49. b Se. 70.

c ¶ *Sed & lingua mea*, &c.] Lingua mea sancti sunt, qui meditantur mandata Christi.

d ¶ *Tota die laudem tuam.*] Tota die, toto tempore laudare Deum. Sed & lingua mea meditabitur iostitiam tuam: quia pro vita populi mortuus, non es in tartaro derelictus. Tota die laudem tuam: quia deuicta triumphans morte in cœlis es susceptus à patre: cum quo tibi & Spiritu sancto est hooor & gloria, Amen.

e ¶ *In finem*, &c.] Iste psalmus personam peccatoris designat, superbiam notat, fontem æterni luminis monstrat.

PSALMVS. XXXV.

Dixit f iniustus, &c.] Id est, sibimetipsi. Iniustus, hoc est diabolus cum suis satellitibus, id est, populis Iudæorũ, vel reliquis suis membris, sibi deliquit. Nec alius quisquam per iniustitiam sic loquitur vt peccet: sicut ille qui dixit: *Ponam solium meum super sidera, & ero similis altissimo.* Semper enim iniquitas proprio se confodit iaculo, iuxta illud: Filij, si malus euaserit, solus hauries mala. Vel aliter: *Dixit iniquus vt delinqueret sibi*, id est, decreuit se peccare debere. Esa. 14. c

g ¶ *Non est timor Dei*, &c.] Si enim timorem Dei ante oculos

ᵃ Quoniam dolose egit in cōſpectu eius: ᵇ vt in-
ueniatur iniquitas eius ad odiū. ᶜ Verba oris e-
ius iniquitas & dolus: ᵈ noluit intelligere vt be-
ne ageret. ᵉ Iniquitatem meditatus eſt in cubili
ſuo: ᶠ aſtitit omni viæ non bonæ: ᵍ malitiam aūt
nō odiuit. ʰ Domine in cælo miſericordia tua: ⁱ
& veritas tua vſq; ad nubes. ᵏ Iuſtitia tua ſicut
mōtes Dei. ˡ iudicia tua abyſſus multa. ᵐ Homi-
nes & iumenta ſaluabis domine: ⁿ quemadmo-
dum multiplicaſti miſericordiam tuam Deus
ᵒ Filij autem hominum in tegmine alarū tuarū
ſperabunt ᵖ Inebriabuntur ᑫ ab vbertate domus
tuæ: ʳ & torrente voluptatis tuæ potabit eos.
ˢ Quoniam apud te eſt fons vitæ: ᵗ & in lumine
tuo videbimus lumen. ᵘ Prætende miſericor-
diam tuam ſcientibus te: ˣ & iuſtitiam tuam his
qui recto ſunt corde. ʸ Non veniat mihi pes ſu-
perbiæ: ᶻ & manus peccatoris non moueat me.
ᵃ Ibi ceciderunt omnes qui operantur iniquita-
tem: ᵇ expulſi ſunt, ᶜ nec potuerunt ſtare.

¶ ᵈ Pſalmus Dauid.

PSALMVS XXXVI.

NOli ᵉ æmulari in malignantibus ᶠ ne-
que zelaueris facientes iniquitatem.

E ... haberet, nunquam execrabilia & abominanda committeret. Non eſt timor Dei ante oculos eius, id eſt, ante populum Iudaicum: quia ſi timorem domini habuiſſent ante oculos cordis, nunquam tanta mala feciſſent.

a ¶ *Quoniam doloſe egit, &c.*] Diabolus & Iudæi ante conſpectum Dei. Vel, doloſe egit in conſpectu eius, iniquæ concupiſcentiæ flamma ſtimulatus.

b ¶ *Vt inueniatur iniquitas eius ad odium.*] Dum concupiſceret contra iuſtitiam iniquitatem, dum auferre non poteſt, odium poſſedit. Sed & ad Iudam proditorem hæc pertinere ſequentia docent.

Matt. 26 e c ¶ *Verba oris, &c.*] Dixit autem: Aue rabbi: & oſculo magiſtrum tradidit inimicis. Ecce verba oris plena dolo atque iniquitate. *Verba oris eius iniquitas & dolus*, & in diabolo & in populo Iudæorum.

d ¶ *Noluit, &c.*] Id eſt, diabolus & ſui ſatellites: quia aliud eſt non poſſe, aliud eſt nolle. Et Iudas videbat quotidie cum apoſtolis Chriſtum multa mirabilia operantem, ſed non intelligebat.

Sap. 1 a *In maliuolam enim animam non ingredietur ſapientia.*

e ¶ *Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo.*] In cordis ſecreto, in

F quo compungi debuit, iniquitatem meditatus eſt, vnde iam ſuperius mentionem fecimus. In cubili, id eſt, in corde eorū.

f ¶ *Aſtitit omni viæ non bonæ.*] Quia ibi aſtitit, ideo ad nullum iuſtitiæ fructum potuit peruenire.

g ¶ *Malitiam autem non odiuit.*] Sed dilexit: quia non ſolum non oderunt, ſed amplexati ſunt.

h ¶ *Domine, &c.*] Id eſt, in ſanctis angelis, qui ibidem firmati fuerunt, & non ceciderunt. Vel in cœlo miſericordia tua, id eſt, in ſancta eccleſia. Domine in cœlo miſericordia tua. Chriſtus dominus qui humanos miſeratus labores de-

Ioan. 14 a / Eſa. 5 b ſcendit de cœlo, vt alligaret vulnera noſtra.

i ¶ *Et veritas, &c.*] Veritas, Chriſtus eſt, vt illud: *Ego ſum via & veritas.* Nubes, ſancti prædicatores. Vnde dicitur: *Mandabo nubibus meis vt non pluant imbrem ſuper eā.* Quia ſicut nubes pluuiam portant, & irrigant terram: ſic ſancti prædicatores pluuiam, id eſt, doctrinam euangelij portant, & irrigant corda arentia: *Et veritas tua vſque ad nubes.* Qui ſpiritualiter ſcripturas nolunt intelligere: quærendum eſt ab eis, quomodo veritas Dei ſit vſque ad nubes.

k ¶ *Iuſtitia, &c.*] Mons Dei ſapientia, mons Dei iudicium, mons Dei ſanctificatio eſt. Sunt & huiuſcemodi montes plu-

Rom. 11 d rimi, in quib. recōduntur arcana Dei: quæ difficile humanitas poteſt inueſtigare, iuxta Apoſtolū: *Quā inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius.* Vel aliter. *Iuſtitia tua*, mandata tua. Mōtes Dei, ſācti maioris meriti: ſicut ſanctus Ioānes, vel cęteri apoſtoli. Mōtes prius à ſole illuminātur, &

Malac. 4 a poſtea valles. Sed mōtes, id eſt, ſācti, nō à ſemetipſis niſi à ſole, id eſt, à Chriſto. Vnde dixit: *Orietur vobis ſol iuſtitiæ.*

Mal. 1 a l ¶ *Et iudicia, &c.*] Abyſſus multa, iudicia Dei occulta: quia vnū reprobat, & alium aſſumit: ſicut dixit: *Iacob dilexi, Eſau odio habui.* Vel iudicia ſunt, quibus vel iuſtis beatitudo, impiis pœna infertur. Quæ ideo abyſſo cōparantur: quia in no-

Rom. 1 c ui veteriſque teſtamenti profunditatibus contemplantur.

m ¶ *Homines & iumenta ſaluos facies domine.*] Rationabiles irrationabileſque perſonas: iuxta illud Apoſtoli: Sapientibus & inſipientibus debitor ſum.

n ¶ *Quemadmodum multiplicaſti miſericordiam, &c.*] Ab initio quidem prolixa fuit miſericordia tua: ſed tunc multiplicata eſt, cum nos cruore proprio redemiſti.

o ¶ *Filij autem hominum, &c.*] Non progenies viperarum: ſed illi qui ad imaginem Dei mente perfecti ſunt, ſperant ſub crucis tuæ defenſione muniri. Vel filij hominum, id eſt, filij

G Chriſti quia ipſe hominis filius eſt, & ſancti filij hominum. In protectione alarum tuarum, vel in tegmine. Duæ alæ, duo teſtamenta: quia inde teguntur ſancti à Chriſto.

p ¶ *Et, &c.*] Id eſt, ipſi filij: inebriabuntur quidem ab vbertate domus tuæ, à pinguedine gratiæ Spiritus ſancti. Domus tuæ, ſanctæ eccleſiæ. Vel inebriabuntur, vt oblitis flagitiis, virtutibus copulentur.

q ¶ *Ab vbertate domus tuæ.*] Ab intellectu dogmatum eccleſiaſticorum.

r ¶ *Et torrente voluptatis tuæ potabit eos.*] Torrens voluptatis Dei, Spiritus ſanctus eſt: qui irrigat omnem animam ſpiritualibus fluentis, vt fructum exhibeat ſanctitatis.

s ¶ *Quoniam apud te domine, &c.*] Et tu es, & apud te eſt origo omnium bonorum: & tu præſtas baptiſmum, per quod ablutis facinoribus, vitam largiaris æternam. Vel fons vitæ: quia doctrina Dei, animæ vita eſt.

t ¶ *Et, &c.*] Lumen patris Chriſtus eſt. In Chriſto patris lumine, lumē Spiritum ſanctum videbimus. Lumen tuum pater eſt: cuius voluntatem faciens, veniſti illuminare occulta tenebrarum, vt in te, qui es lux mūdi, mereremur illud lumen cernere in gratia mentis puræ. Sic enim ait ad Philippum: Qui Ioan. 14 b
videt me, videt & patrem meum. In lumine eius, id eſt, in Chriſto: videbimus lumen, id eſt, Spiritum ſanctum, qui
ſuper apoſtolos in ſpecie ignis illuminantis apparuit. *Et in* Act. 2 a
lumine tuo videbimus lumen, id eſt, a Chriſto illuminabimur,
vt ait in euangelio: *Erat lumen verum quod illuminat omnem* Ioan. 1 a
hominem venientem in hunc mundum. H

v ¶ *Prætende, &c.*] Qui te venturū in mundum nouerunt, illis prætēde, & oſtende. De quibus poſtmodū in euangelio
dicit: *Multi iuſti & prophetæ cupierunt videre quæ videtis, &* Matt. 13 b
nō viderunt. Nō ſuperbis & ſubdolis, ſed mundis corde. Vel, oſtende miſericordiam tuā ſcientibus te, id eſt, qui te ſciunt & te intelligunt, ipſis oſtende miſericordiam tuam domine.

x ¶ *Et iuſtitiam, &c.*] Iuſtitiam tuam, mandata tua. Qui recto ſunt corde, id eſt, qui non habent duplicitatem cordis.

y ¶ *Non veniat, &c.*] Ne elatus vanitate incidam in laqueū diaboli, & euadere non poſſim.

z ¶ *Et manus, &c.*] Id eſt, opera malorum me non moueāt de bono in malum. Non me moueat, vt à te diuellar.

a *Ibi ceciderunt, &c.*] In hac ſuperbia atque vanitate, contra quam ſtare debuerant, ceciderunt.

b ¶ *Expulſi ſunt.*] A regno Dei.

c ¶ *Nec, &c.*] Expulſi ſunt dæmones de cœlo: nec potuerūt ſtare. Cœlum eos non potuit tenere: quia in pedes ſuperbiæ iam corruerant. Nos vero oremus dominum, vt nobis omnis ſui timorem inſinuet, miſericordiam de cœlo ſolitā largiatur: ſuperbiam à nobis bonis ſuis inimicam auferat, atq; omnem dolum auertat: noſque ſacro ſancti luminis ſui cognitione illuminatos, regno ſuo dignos efficiat, Amen.

d ¶ *Pſalmus Dauid.*] Trigeſimuſſextus pſalmus perſonam iuſti glorificat, iniuſti notat: mores inſtituit, bonitatem Dei docet: prauitatem euellit.

PSALMVS XXXVI.

NOli æmulari, &c.] Multas habet æmulatio interpretationes, quæ loco ſuo debent vel intelligi vel exponi. Nam hic dicit: noli particeps eſſe maligni: neque ad zelum, neque ad inuidiam, quia zelus ira eſt, ſecundum illud
quod per prophetam dominus ait: *In indignatione magna, ze-* Zach. 8 a
latus ſum Sion. Inuidia autem liuor eſt: iuxta illud: *Occidi adoleſcentulum in liuore meo.*

f ¶ *Neque zelaueris facientes iniquitatem.*] Non imiteris eos

A

qui per iniquas fraudes diuitias congregant, honoremq; requirunt: sed Deū attendens, bonitatem apostolicam quære.

a ¶ *Quoniam tanquam fœnum velociter arescent: & quemadmodum holera*, &c.] Rectè hæc carnalis gloria & mundana Esa 40.b Sec 70 b potentia, fœno, iuxta Esaiam, comparatur. *Omnis*, inquit, *caro fœnum, & omnis gloria eius sicut flos fœni, Aruit enim fœnum, & flos eius decidit*. Huic Iaco 1.b Rom.14 a sententiæ addidit Iacobus apostolus: *Ita & diues in itineribus suis marcescet*. Simili ratione & de holeribus sentiendum est: quia non omnia holera infirmis sunt opportuna.

b ¶ *Spera in domino*, &c] Tanquam ægro tibi loquitur sermo diuinus, vt inter reliquas gratias, quæ sunt fructus spiritus, exhibeas bonitatē. Spera in domino: spem habeas semper in domino. Et fac bonitatem, hoc est, adimple mandata.

c ¶ *Inhabita*, &c.] Sanctam ecclesiam, vel corpus tuum. Tu dominare carni, non caro tibi.

d ¶ *Et pasceris*, &c.] In sacris voluminibus. Si hæc terra fructū exhibeat sanctitatis, tunc & tu iocūdaberis in diuitiis Dei.

e ¶ *Delectare in domino*, &c.] Cor semper sapientiam petit. Ergo si admissis his iocunditatibus in domino delecteris, dabit tibi thesauros sapientiæ suæ, vel quicquid petieris per fidem.
B Vnde dixit. *Quia si duo ex vobis consenserint super terram de omni re quam petierint à patre meo, fiet eis.*

a Quoniā tanquam fœnum velociter arescent: & quemadmodum holera herbarum cito decident. b Spera in domino, & fac bonitatem, c & inhabita terrā: d & pasceris in diuitiis eius. e Delectare in domino: & dabit tibi petitiones cordis tui. f Reuela domino viam tuā, g & spera in eo. h & ipse faciet. i Et educet quasi lumen iustitiam tuam, k & iudicium tuum l tanquā meridiem: subditus esto domino, n & ora eū. o Noli æmulari in eo p qui prosperatur in via sua: q in homine faciente iniustitiam. r Desine ab ira, s & derelinq; furorem. t noli æmulari vt maligneris. u Quoniam qui malignātur, exterminabuntur: x sustinentes autem dominum ipsi hæreditabunt terram. y Et adhuc pusillum & non erit peccator: z & quæres locū eius, & nō inuenies. a Mansueti autem hæreditabūt terram, b & delectabuntur in multitudine pacis. c Obseruabit peccator iustum, d & stridebit super eum dentibus suis. e Dominus autem irridebit eum, quoniam prospicit quod veniet dies eius. f Gladiū euaginauerunt peccatores, intenderunt arcum suum. g Vt decipiant pauperem & inopem, h vt trucident rectos corde. i Gladius eorum intret in corda ipsorum: & arcus eorū confringatur. k Melius est modicum iusto, super diuitias peccatorum multas. l Quoniam brachia peccatorum conterentur, m cōfirmat autem iustos dominus. n Nouit dominus vias immaculatorū,

y ¶ *Adhuc*, &c.] Modice expecta, & non erit peccator, qui tolletur hinc: quia diuina opprimetur vltione.

z ¶ *Et quæres locum*, &c.] In futurum non erit: neque locum quietis accipiet. Et quæres locum eius & non inuenies. Si locus diaboli peccatum est, erit tempus quando peccatum non erit. Hoc autem tunc erit, cum exultaueris in multitudine pacis.

a ¶ *Mansueti autem*, &c.] Quos nullus turbo furoris exagitat: neque concupiscentiæ ignis inflammat. Hæreditabunt terram illam viuentium: quia mites & humiles possidebunt terram, hoc est vitam æternam.

b ¶ *Et delectabūtur*, &c] Delectabūtur: id est, lætabuntur in multitudine pacis, id est, in Christo: cum in regno Christi coniūcti fuerint, qui est pax nostra.

c ¶ *Obseruabit*, &c.] Vt inuento loco noceat ei: quia per illa opera sanctorum ipsi cruciantur & torquentur in ista præsēti vita, id est, in mente intus malitia & inuidia quam habent.

d ¶ *Et stridebit super*, &c.] Nequitiæ & malitiæ dentibus, quibus eum nititur deuorare. Per motum corporis, vt diximus, ostendit motum animæ.

e ¶ *Dominus autem irridebit eū: quia prospicit quod veniet dies eius.*] Dies vltionis iræ Dei. Nū- D quid dominus aliquem irridet? Non, sed quia digni sunt ipsi vt irrideātur in vindicta. Quoniam prospicit quod veniant dies eius, hoc est, dominus scit quando veniet perditio eius.

Matt 15: f ¶ *Reuela domino*, &c] Quomodo dicit, reuela: numquid aliquid nescit Deus? Non, sed tu quod habes in corde, patefacere debes Deo in sermone per confessionem tuam. Confitere ei actiones tuas, & spera in eum semper: & ipse ubi dimittet peccata tua.

g ¶ *Et spera in eum.*] Quod possit remittere delinquenti.

h ¶ *Et ipse faciet.*] Et quid inquis, faciet.

i ¶ *Et educet quasi lumen*, &c.] Ad claritatem qua eum credidisti Iustitiam tuam, id est, in claritate opera tua.

k ¶ *Et iudicium tuum*] Quo ea quæ bona sunt elegisti.

l ¶ *Tanquam*, &c.] In pleno splendore gratiæ suæ, cū reuelat corā angelis suis. Vel meridies, opera sanctorū intelligūtur.

m ¶ *Subditus esto domino.*] Non peccato, sed humilis esto coram domino.

2. Tim 2.a n ¶ *Et*, &c.] Pro delictis præsētibus & antiquis Vnde Paulus dixit: *Primo omniū fieri orationes, obsecrationes, postulationes, gratiarū actiones, pro regibus & omnib⁹ qui in sublimitate sunt.*

o ¶ *Noli*, &c.] Non inuidus ei sis: sicut superius. *Et iudiciū* Matt.13 f *tuum tanquam meridies*. Tunc enim iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum: & erunt clara omnia quæ nunc abscondita sunt. Vel *noli æmulari in eo qui prospere agit in via sua*. Non te terreat impii felicitas breuis. *Quiesce ab ira, & derelinque furorem Noli æmulari vt malefacias*. Depone iram, ne iniquum patiens, vicem reddere compellaris.

p ¶ *Qui prosperatur*, &c.] Qui feliciter agit in hoc sæculo.

q ¶ *In homine*, &c.] Ipse enim se peccando præcipitat, ne cum illo esse desideres, qui iniquitatem facit.

Ia 3 • e
Pro 19 b
t ¶ *Desine*, &c.] Quæ Dei iustitiam non operatur.

s ¶ *Et derelinque*, &c.] Qui secundū Salomonē etiā sapientes perdidit. Vel desine, cessa ab ira animi, & furore corporis.

t ¶ *Noli æmulari*, &c.] Ne alios prouocando ad nequitiam, ipse nequam efficiaris.

v ¶ *Quoniam qui malignantur*, &c.] Quia non habent rationem pietatis. Vel exterminabuntur de terra viuentium.

x ¶ *Sustinentes autem dominum*, &c.] Id est, terram repromissionis, quæ fluit mel & lac.

f ¶ *Gladium*, &c.] Gladius siue sagittæ peccatorum, verba seductionis sunt. Arcus vero vel vagina, mens est eorum de quibus proferuntur. Vel gladium euaginauerunt peccatores, id est, gladium persecutorum in persecutione. Intenderunt arcū, id est, tendicula ipsorum contra sanctos.

g ¶ *Vt decipiant pauperem*, &c.] Non diuitē mundi, sed pauperem Christi.

h ¶ *Vt trucident*, &c.] Vt eos, qui bene credunt, seducendo interimant. Quia tunc animæ sanguis funditur, cum quis blande seducitur, & cadit in peccatum. Sed hæc ad hæreticos referenda sunt, contra quos debemus fortes stare, vt eis quod propheta adiecit, adueniat.

i ¶ *Gladius eorum intret*, &c.] Vnusquisque enim qui contra Deum loquitur, aut cuius mens in stulta arrogantiæ vanitate superfluit, nec scripturis spiritualiter intendens, vitiosa eas interpretatione corrumpit, ipse se proprio interimit pugione. Et sicut ad apostolos pax eorum, si indigna sit domus, reuertitur: ita & in corda istorum gladius, si contra in- Matt.10 b fontem euaginetur, infigitur. Vel gladius eorum intret in corda ipsorum, hoc est, vindicta in animas ipsorum. *Et arcus eorum confringatur*, tendicula ipsorum.

k ¶ *Melius est modicum*, &c] Metuit enim illud quod dominus ait in euangelio: Quid prodest homini si mundum vniuersum lucretur, animæ autem suæ detrimētum patiatur? Mo- Matt. 16. d dicum autem quod dixit, fides est. Quæ quanquam grano sinapis comparetur, magnam tamen habet virtutem. *Melius est modicum iusto, super diuitias peccatorum multas*. Quamuis Luc.17 a parua sint, meliora sūt, quia dixit Salomō: Melior est exigua Eccl 4.b portio cum requie, quam plena manus cum iniquitate.

l ¶ *Quoniam brachia peccatorum conterentur.*] Brachia, id est, fortitudo illorum conteretur in vindicta, ne innocentib. noceant.

m ¶ *Confirmat autem iustos dominus.*] In fide conuersantium 1.Tim.1.4 infirma corroborat.

n ¶ *Nouit dominus vias immaculatorū.*] Id est, conuersationē illorum

E illorũ. Nouit dominus qui sunt eius: immũdos autem & eos
1.Cor.14 B qui eum ignorant, nescit. *Omnis enim ignorans ignorabitur.*
a ¶ *Et hæreditas eorum*, &c.] In Christo, qui est perpetuus & æternus. Vel in æternum erit, hoc est, in vita æterna.

b ¶ *Non confundentur in tempore malo, & in diebus*, &c.] Tempus malum, iudicij tempus ostendit: in quo cum iusti non patiantur famem, de peccatoribus dicitur:
Luc 6 d *Væ vobis qui saturati estis: quoniam esurietis. Non confundentur in tempore malo.* In tempore discussionis, quod impiis malum erit. *Et in diebus famis saturabuntur*: & si desinãt esse ministratores verbi Dei, hi in Christo qui panis est viuus, reficientur. Vel in diebus famis saturabuntur, hoc est, quãdo illi peccatores erunt vacui, tunc sancti saturabuntur de gratia Dei.

c ¶ *Quia peccatores peribunt.*] Quia non custodiunt mandata Dei, si non emendauerint.

d ¶ *Inimici vero domini*, &c.] In potestate terrena.

e ¶ *Et exaltati.*] In vana gloria.

f ¶ *Deficientes quemadmodũ fumus deficient.*] Adueniente autẽ morte, omnis gloria eorum tãquã fumus aut nebula tabescet: quia cito omnia transeunt.

g ¶ *Mutuabitur peccator*, &c.] Quia non restituet pecuniam domini cum vsuris. Mutuum accepit à domino, id est, quinq; sensus corporis, vel diuitias: &
Luc 19 d non gratias agit Deo.

a & hæreditas eorum in æternũ erit. b Non confundentur in tempore malo: & in diebus famis saturabuntur: c quia peccatores peribunt. Inimici vero domini mox vt honorificati fuerunt e & exaltati: f deficientes quẽadmodum fumus deficient. g Mutuabitur peccator, & non soluet: h iustus autẽ miseretur, & retribuet i Quia benedicentes ei hæreditabunt terram: k maledicentes autem ei disperibunt. l Apud dominum gressus hominis dirigẽtur: m & viam eius volet. n Cum ceciderit, non collidetur: o quia dominus firmat manum suam. p Iunior fui, & senui: & nõ vidi iustum derelictum: q nec semen eius quærens panem. r Tota die miseretur & commodat: s & semen illius in benedictione erit. t Declina à malo, u & fac bonum: x & inhabita in sæculum sæculi. y Quia dominus amat iudiciũ, z & non derelinquet sanctos suos: a in æternum conseruabuntur. b Iniusti punientur. c & semen impiorum peribit. d Iusti autem hæreditabunt terram, e & inhabitabunt in sæculum sæculi super eam. f Os iusti meditabitur sapientiam, g & lingua eius loquetur iudicium. h Lex Dei eius in corde ipsius: i & nõ supplantabũtur k gressus eius. l Cõliderat peccator iustũ, & quærit mortificare eum. m Dominus autẽ non derelinquet eum in manib. eius: n nec damnabit eũ cũ iudicabitur illi. o Expecta dominũ, & custodi viam eius, & p exaltabit te vt hæreditate capias terrã:

q ¶ *Nec semen eius quærens panem.*] Semen eius, opera eius. Quærens panem, id est, verbum Dei. G

r ¶ *Tota die miseretur*, &c.] Dies est cum vnusquisque bonum exercet. Iste ergo omnibus diebus vitæ suæ fœnerat domini sui pecuniam, non ad lucra mundana, sed ad cœlestia conquirenda. Tota die, omni tempore. Miseretur à Deo, id est, qui aliis ministrat doctrinã Dei.

s ¶ *Et semen eius in benedictione erit.*] Opera quæ gessit, vel doctrinam quã docuit, à domino benedicentur. Sed semen ad Christianum refertur populũ: qui in ecclesia assidua benedictione ditatur. Et semen eius in benedictione erit, in abundantia & gloria.

t ¶ *Declina à malo.*] Opere.

v *Et fac bonum.*] Quod Deus præcepit. Declina à malo, & fac bonum. Declina à malo, à diabolo, vel à peccato: & fac bonum, hoc est, imple mandata.

x ¶ *Et inhabita in sæculum sæculi.*] In ecclesia in vnitate fidei, esto cum eo perpetuus.

y ¶ *Quia dominus amat iudiciũ.*] Rectum iudicium, quo iustos impiosque discernit.

z ¶ *Et non derelinquet sanctos suos.*] Qui in eum totam spem locauerunt.

a ¶ *In æternum conseruabuntur.*] Hoc est, in perpetuum: quia æterna concupierunt. H

b ¶ *Iniusti*, &c.] In vindicta.

c ¶ *Et semen impiorum peribit.*] Semen impiorum, hoc est, opera illorum cum ipsis punientur in tormentis, & omne opus eorum disperdetur, quia iniquum est.

F h ¶ *Iustus autem*, &c.] Id est, & in se facit misericordiam & in aliis, hoc est, discernit ipsos quinque sensus corporis. Vel iustus miseretur & commodat. Accepit verbum, & spiritualibus spiritualia subministrat, vt non solum se, sed alios lucrifaciat. In hoc vero versiculo, etiam miseratio pauperum intelligenda est.

i ¶ *Quia benedicentes ei hæreditabunt terram.*] In qua bona Dei reposita sunt. Qui semper Deum laudant, & ipsi possidebunt terram, id est, & istam terram solent possidere: & postea terram viuentium possidebunt.

Leuit. 13 c k ¶ *Maledicentes autem ei disperibũt.*] Promittente domino: *Inimicus ero inimicis tuis: & affligam affligentes te.*

Gen. 24. Exod. 3.c l ¶ *Apud dominum gressus hominis dirigentur.*] Quibus ad eum transire conatur. Sic & Rebecca abiit interrogare, non de loco ad locum, sed de vita ad vitam: & Moyses solutis vinculis pedum, transiuit videre rubum. Et tu si apponas animũ vt trãseas à morte ad vitam: non pedum gressibus, sed animi
Pro. 16. b Hier. 10. d virtute, diriguntur à domino gressus tui. *Ad dominum gressus hominum dirigentur*, sensus vniuscuiusque, vt ait Salomõ: Hominis est præparare viam suam, sed dominus diriget gressus suos.

Ioan 14 a m ¶ *Et viam eius volet.*] Vt ad se veniat qui est via, veritas & vita. Vel mandata eius desiderat.

n ¶ *Cum ceciderit, non collidetur.*] Quare?

o ¶ *Quia dominus firmat manum eius.*] Id est opera eius. Cũ ceciderit propter infirmitatem carnis: quia septies cadit iustus & resurgit, non collidetur: quia dominus supponit ma-
2 Reg. 12 c Mat. 26 & Marc. 14 e num suam. Agenti pœnitentiam statim miseretur. Sic & Dauid & Petrus, cognitum lacrymis purgauerunt delictum, & à domino confirmati sunt.

Cor 14. p ¶ *Iunior fui, & senui: & non vidi iustum derelictum.*] *Nolite*, inquit Apostolus, *pueri effici sensibus vestris, sed malitia paruuli estote.* Ergo iste ab initio ætatis suæ paruulus in malitia, sed senex in virtute diuina, intellexit nunquam posse iustum à domino derelinqui, nec semen eius quærens panem doctrinæ cœlestis: de qua verbum insipientibus præbuit.

d ¶ *Iusti autem hæreditate*, &c.] Terram viuentium.

e ¶ *Et inhabitabunt in sæculum sæculi*, &c.] Super illam quæ est sine fine, de qua fugit dolor & gemitus.

f ¶ *Os iusti meditabitur*, &c.] Id est, Christum: vnde dicit: *Et in lege eius meditabitur die ac nocte* Cum ait, meditabitur, fu- Psal 1 a
turum significat tempus quod in regno Dei intelligitur agẽdum: in quo non vino luxuriæ, neque cibis voluptuosis, sed sapientia Dei, iustorum ora replebuntur.

g ¶ *Et lingua*, &c.] Cum omnia ponderate & non fraudulenter, neque cum ira, sed iusto iudicio, quæ de Deo sentit, enarrat. In quo enim abundat gratia spiritualis, omnia perscrutatur etiam alta Dei.

h ¶ *Lex Dei*, &c.] Hoc est in mente iusti. Non solum in ore ac lingua, sed etiam in alto cordis eius fructificabunt per legem Dei, opera sanctitatis.

i ¶ *Et non*, &c.] Ab aduersario.

k ¶ *Gress⁹*, &c.] Quib. ad Deũ peruenire nititur. Vel non supplantabũtur gressus eius. Sẽsus eius à diabolo, vel à peccato.

l ¶ *Considerat*, &c.] Intuebatur. n. populus Iudæorum iustum filium Dei, & stridebat in eũ: quia grauis ei erat etiã ad videndum. Sic & nunc inimicus considerat vnũquemq; nostrum vt perdat. Sed si vigilanter resistat, eueniet q; sequitur.

m ¶ *Dominus autem non derelinquet eum in manibus eius.*] In potestate vtique illius.

n ¶ *Nec damnabit eum cum*, &c.] Dat iudicium impius vt pereat iustus, & dominus non damnat eum: quia custodiuit legem eius. Sed illum iustum non condemnat in die iudicij cum impium iudicat

o ¶ *Expecta*, &c.] Per spẽ firmã & indeficientẽ mandatorũ custodiã expectatur Deus: ideo non debemus confundi in diuersis mũdi tentationib. Expecta dominũ: Quicquid tibi accidat in prosperis & in aduersis, pariẽter expecta. i. sustine.

p ¶ *Exaltabit te*, &c.] Illam vtique æternæ beatitudinis tellurem: in qua iusti post terminatos labores exaltabuntur.

A

[a] cum perierint peccatores videbis. [b] Vidi impiũ super exaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani. Et transiui, & ecce non erat: [c] & quæsiui eum, & non est inuentus locus eius. [d] Custodi innocentiam, & vide æquitatem: [e] quoniam sunt reliquiæ homini pacifico [f] Iniusti autẽ disperibunt simul: reliquiæ impiorum interibunt. [g] Salus autem iustorum à domino, [h] & protector eorum est in tempore tribulationis. Et adiuuabit eos dominus & liberabit eos, & eruet eos à peccatoribus, & saluabit eos: quia sperauerunt in eo.

a ¶ *Cum perierint peccatores videbis.*] Tunc iusti peccatores perire videbunt, cum fructum mercedis domino tribuente percipient.

b ¶ *Vidi impium exaltatum & eleuatum super cedros Libani. Et transiui, &c.*] Cum mundi huius pelaguin transierimus, tunc videbimus non esse diabolum: & locum eius nequaquam apparere peccatum. Cedrus duas habet interpretationes, sed in hoc loco eius explanatio hæc est. Sicut. n. cedrus super excelsos montes apparet exaltata, & impulsu ventorum sæpe delabitur: ita & impios, qui relicto Deo in diuitus mũdi confidit, quãlibet floreat, quãlibet extollatur, & eleuetur, nõ inuenietur, cum ab hoc mundo migrauerit. Sed & ad Iudã traditorẽ ista referũtor. Vel cedri Libani, sancti propter altitudinem meritorum ipsorum, & sanctos odores boni operis. Impij super ipsos sunt: quia calcant & opprimunt illos. *Transiui, & ecce non erat.* Dicat hoc apostolicus cœtos: quia transiui procel-
Matt. 27. d
lam passionis Iesu: & illo resurgente, hic Iudas non erat: quia abijt, & laqueo se suspendit.

c ¶ *Quæsiui eum, & non est inuentus, &c.*] Quod autem non sit inuẽtus locus eius, & habita-
Act. 1. d B
tio eius desolata remãserit, Petrus in actib. apostolicis prodidit, cum Matthiam in eius ordinem subrogauit. Vel, *trãsiui & ecce non erat:* quæsiui eum, & non est inuentus locus eius, id est, ipsius impij. Non est inuentus locus eius: pro tanta velocitate qua deficiunt.

d ¶ *Custodi innocentiam, & vide, &c*] Si nulli noceas, si cum nullo litigiosus sis, videbis Christum: quia sicut via, veritas & vita: ita & æquitas intelligitur.

e ¶ *Quoniam sunt, &c.*] Qui hic pacifice vixerit, vt filios Dei vocetur, huius reliquiæ, hoc est, corpus mortale reser-
1. Cor. 15. g
uatur ad gloriam resurrectionis: iuxta illud Apostoli: *Oportet mortale hoc induere immortalitatem.* Reliquiæ impiorum peribunt. Pro reliquiis in Hebræo, nouissima habet.

f ¶ *Iniusti autem, &c. reliquiæ impiorum peribunt.*] Non reseruantur eorum reliquiæ ex superbia, vt in ęternum viuant: sed vt in pœnam gehennæ ignis intereant.

g ¶ *Salus autem iustorum à domino.*] Per quem & præsentẽ vitam capiunt, & adipisci præstolantur æternam. Salus autem iustorum à domino. Ipse est nostra salus.

Matt. 7. b
h ¶ *Et protector eorum est in tempore tribulationis. Adiuuabit eos & liberabit eos à peccatoribus. Saluos faciet eos, quoniam, &c.*] Propterea saluos faciet eos, & protector eorum est in tempore tribulationis: cum per arctam viam, quæ ad vitã ducit, incedunt, plenam doloribus & ærumnis. *Et adiuuabit eos dominus, & liberabit eos à peccatoribus: saluos faciet eos quia sperauerunt in eum*, cum ad perfectionem puræ mentis perducit. Ad eum venire meruerunt, quoniam sperauerunt in eum. In omnibus enim angustiis in eum spem locauerunt,
Deut. 32. f
qui dixit: *Ego sum Deus, & absque me non est alius. Ego occidã, & viuere faciam: percutiam, & ego sanabo.* Qui sanet omnes infirmitates mentium nostrarum: nobisq; præstet toto corde erigere spem nostram, & in se tribuat collocari, vt à peccatis liberati, mereamur ipso distribuente etiam æternitatis præmium adipisci.

i ¶ *In finẽ Psalmus David, &c*] Sabbathum, requies interpretatur: hoc est, quando requiescunt sancti, id est, quando requiescit ecclesia in illa requie paradisi, quam perdidit in Adam. Iste psalmus ostendit, vt si accidat infirmitas corporeæ fragilitati, non desistat requiri medicina cœlestis.

¶ [k] Psalmus Dauid in rememoratione diei sabbathi.

PSALMVS XXXVII.

DOmine [k] ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. [l] Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, [m] & confirmasti super me manum tuam. [n] Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ, [o] non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum. [p] Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum: [q] & sicut onus graue grauatæ sunt super me. [r] Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ. [s] à facie insipiẽtiæ meæ. [t] Miser factus sum & curuatus sum vsq; in finem: [u] tota die contristatus ingrediebar. [x] Quoniã lumbi mei impleti sunt illusionibus: & nõ est sanitas in carne mea. [y] Afflictus sum, & humiliatus sum nimis: [z] rugiebã à gemi-

PSALMVS XXXVII.

C

DOmine k ne in furore tuo arguas me: neque in ira, &c.*] Totus Psalmus ex persona pœnitentis est, sed ad Christum referri potest, sicut & sexagesimus octauus. Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me. Ira est, vt sæpe diximus, cõmotio animi. Furor vero vindicta irrationabilis cum fellis amaritudine. Ideo iste qui se peccatorũ scit, non ira, sed per misericordiam: nec in furore, sed per patientiã se argui postulat.

l ¶ *Quoniam sagitta tua, &c.*] Verba doctrinæ quæ vt iaculũ transuerberarunt cor meum, vt agerem pœnitentiam.

m ¶ *Et confirmasti super me manum tuam.*] Vt tanquam bonus magister verberibus castigationis afflictum redderes emẽdatum.

n ¶ *Nõ est sanitas in carne mea, &c.*] Vidi faciem iræ tuæ, & non ipsam iram. hoc est, intellexi per scripturas sanctas, quãta minabaris peccatoribus: & extabui, petens ne ipsa super me ira descenderet.

o ¶ *Non est pax ossibus meis à facie peccatorum, &c.*] Nullam quietem indulsi, vel ossibus, vel membris meis, donec ea pœnitendo purgarem.

D

p ¶ *Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum.*] Inualuerunt enim mihi, vt sequitur.

q ¶ *Sicut onus graue grauatæ sunt, &c*] Non est enim mihi leue peccatum meum, sed recognosco quia graue mihi iudicij pondus imposuit: & super verticem capitis mei excreuit. Sicut pondus grande, sic peccata mea super me.

r ¶ *Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ.*] Porcorũ mos est cœno, aut stercoribus pro bonis odoribus vti: nec intelligunt se in his sordidissime volutari. Nam mihi fœtent & cõputrescunt vulnera peccatorum, desideranterque expeto medicum. Et cur, inquis, computruerunt?

s ¶ *A facie insipientiæ meæ.*] Quia nolebam agere pœnitentiam, A facie insipientiæ meæ. Per hoc putruerunt, scilicet, per insipientiam meam: vt Paulus dicit: *quod infirmum est Dei, fortius est hominibus.* 1 Cor. 1. a

t ¶ *Miser factus sum & curuatus sum vsque in finem.*] Vsque dum confitendo purgarer: quia sine confusione & mœstitia non dimittuntur peccata.

v ¶ *Tota die contristatus ingrediebar.*] Indignum me esse iudicans, qui vel oculos ad cœlum leuare auderem: sed percutiens pectus meum, aiebam: *Deus propitius esto mihi peccatori.*

x ¶ *Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus, & non est sanitas, &c.*] Illis illusionibus se profitetur esse infirmatum, Luc. 18. c
atque repletum, quibus diabolus humanum genus allicit vt delinquat. Deus tu cognouisti insipiẽtiam meam: quia lumbi mei impleti sunt illusionibus. Se vnusquisque consideret, & titillantem corporis intelligat voluptatem: & tunc dicere potest cum Paulo apostolo: *Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Et illud: *Neq. enim quod volo hoc* Rom. 7.
cio, sed quod nolo.

y ¶ *Incuruatus sum & humiliatus sum nimis.*] Ad pœnitentiam.

z ¶ *Rugiebam à gemitu cordis mei.*] Petẽs cum luctu remissionem. Aliud est gemitus corporis, & aliud gemitus cordis. Gemit⁹ corporis, est propter res terrenas: vel propter mortem gemere. Gemitus cordis propter sua peccata, vel aliorum

E horum. Sed Christus non habuit quod gemeret: quia non fecit peccatum.

a ¶ *Et gemitus meus non est*, &c.] Id est, quicquid habet homo, Deus scit. Quicquid deliqui, quicquid mali gessi, omnia tibi cum gemitu referaui, sciens quia tibi non occultantur occulta.

b ¶ *Cor meum conturbatum est in me*, &c.] Quia iram quam superius memoraui, incurrere expauesco.

c ¶ *Et lumen*, &c.] Quia postposito veritatis lumine, in tenebras decideram peccatorum. Sic enim prophetam omnem ordinem huius psalmi ex peccatoris persona prosecutum fuisse, anteriores nostri docuerunt. Sentiant illi quodlibet. Ego vero ab illo loco, vbi ait: Amici mei & proximi mei, vsque ad finem psalmi, video dominum meum Iesum Christum à Iudæis circundari, in cruce suspendi, & ex inferno resurgere. Ait ergo ipse dominus de passione sua.

d ¶ *Amici mei & proximi mei*, &c.] Amici dicuntur Iudæi propter Abraham. Proximi, eo quod ab eorum generatione assumpserit carnem: qui appropiauerunt ei, vt comprehenderetur. Amici mei & noti mei contra me steterunt. Potest & de discipulis accipi: qui in passione metu territi, à domino recesserunt in tantum, vt etiam eum Petrus denegaret. Vel steterunt, causantes contra eum.

Matt. 26.f

F

e ¶ *Et qui iuxta me erant*, &c.] Apostoli vel reliqui discipuli, de quibus ait Euangelista: *Cum autem apprehendissent eum, flebant omnes noti eius à longe.* Luc. 23.f

f ¶ *Et vim faciebant qui*, &c.] Faciebant vim, non noti, sed Iudæi: vel Petro, cum dicerent: Nam & tu ex illis es. Vel Iacobo, qui cum traheretur relicta syndone nudus aufugit ab eis *Et vim faciebant qui quærebant animam meam*: scilicet Iudæi quasi illorum fortitudo esset, & à Deo ipsam potestatem non accepissent. Luc. 22.f Marc. 14.f

g ¶ *Et qui quærebant mala mihi locuti sunt vanitates, & dolos tota die*, &c.] Multos quidem dolos meditati sunt: cum interrogarent, si deberent dare censum Cæsari an non: aut si mulier deprehensa lapidaretur. Sed tunc apertè dolum ingerunt, cum falsos testes adducunt. Vel *qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitatem*, quando dixerunt: *In Beelzebub eiicit dæmonia.* Matt. 22.b Ioan. 8.a Luc. 11.b

h ¶ *Ego autem tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus non*, &c.] Semper quæ exprobrabant, sustuli, & iugiter silui. Hoc & Pilatus manifestat, cum dicit: *Mihi non respondes? An nescis quia potestatem habeo dimittere te? Ego autem tanquam mutus non aperiens os suum.* Et apud Pilatum dominus nō est locutus. Et Esaias de eodem loquitur: *Tanquam agnus ad victimam ductus, non aperiens os suum.* Ioan. 19.b Esa. 53.a

i ¶ *Factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore*, &c.] Nam cum me sputis linirent, arundine verberarent, illuderentque genu flexo, nihil eis motus respondi. Et non habens in ore suo redargutiones. Sic tacui accusatus, quasi non habens quid pro me respondere deberem. Christus in omnibus exemplum dedit, vt homo flagella & correctionē patienter portare debeat.

k ¶ *Quoniam in te domine speraui tu exaudies me domine Deus meus.*] Vt me resuscites Vel tu exaudies me, hoc est: vide illorum superbiam, & meam humilitatem.

l ¶ *Quia dixi nequando supergaudeant mihi inimici mei*, &c.]

à gemitu cordis mei. Domine ante te omne desiderium meum: a & gemitus meus à te non est absconditus. b Cor meum cōturbatū est, dereliquit me virtus mea: c & lumen oculorū meorū, & ipsum non est mecū. d Amici mei & proximi mei, aduersum me appropinquauerunt & steterūt. e Et qui iuxta me erāt, de longe steterunt: f & vim faciebant qui quærebant animam meā. g Et qui inquirebāt mala mihi, loquuti sunt vanitates, & dolos tota die meditabantur. h Ego autē tāquā surdus non audiebā, & sicut mutus nō aperiens os suū. i Et factus sum sicut homo nō audiēs: & nō habēs in ore suo redargutiones. k Quoniā in te domine speraui, tu exaudies me domine Deus meus, l Quia dixi ne quādo supergaudeant mihi inimici mei, & dū cōmouentur pedes mei m super me magna locuti sūt. n Quoniam ego in flagella paratus sum, o & dolor meus in conspectu meo sēper p Quoniam iniquitatē meā annūtiabo, & cogitabo pro peccato meo. q Inimici autē mei viuunt, r & confirmati sunt super me: s & multiplicati sūt qui oderūt me iniquè. t Qui retribuunt mala pro bonis, u detrahebant mihi: x quoniā sequebar bonitatē. y Ne derelinquas me domine Deus meus, ne discesseris à me. z Intēde in adiutoriū meum, domine Deus salutis meæ.

¶ a In finem pro idithun canticum Dauid.

PSALMVS XXXVIII.

DIxi b custodiā vias meas, vt nō delinquam in lingua mea. c Posui ori meo custodiam,

Pedes Christi in passione: Vel sancti Apostoli, qui pedes Christi esse debuerant, commoti sunt de fide ad infidelitatē. Commoueri possunt pedes mei à stabilitate sua, & inimici in me insultare, si in hac crucis morte humiliatus, non resurrexero. G

m ¶ *In me magna locuti sunt.*] Dicentes: Si filius Dei es, descende de cruce. Matt. 27.e

n ¶ *Ego*, &c.] Præparo me ad sustinendam crucem, lanceam, fel, acetum, vt per hanc mortem meo sanguine redimā populum pereuntem: quia Christus ad hoc venit, vt passionem sustineret.

o ¶ *Et dolor meus in conspectu*, &c.] Donec euciam victoriam in iudicium.

p ¶ *Quoniam iniquitatem meā annuntiabo*, &c.] Sicut enim maledictioni subiacuit, vt nos a maledicto legis erueret: ita & peccatorem se profitetur, qui peccata nostra portauit, vt pio cognatu ac misericordiæ consilio, nos ab eisdem erueret. Et sollicitus ero pro peccato meo. Peccatum Christi, humani delicta sunt generis: propter quæ & patri dicitur ounc esse subiectus.

q ¶ *Inimici autem mei viuunt.*] Quia non sunt statim vltione diuina puniti.

r ¶ *Et confirmati sunt super me.*] Confirmati sunt in legis litera, in qua spiritualiter nuntiatum non intellexerunt.

s ¶ *Et multiplicati sunt qui oderunt*, &c] Certè iniquè & non rationabiliter: quia in hac literra, semen suum, ceu astra cæli multiplicari credebant. H

t ¶ *Qui retribuebant mihi mala pro bonis.*] Dulcedinem æternæ vitæ afferentem, acero potauerunt, ac felle

v ¶ *Detrahebant mihi.*] Dicentes: *Alios saluos fecit: semetipsum non potest saluum facere.* Luc. 23.d

x ¶ *Quoniam sequebar bonitatem.*] Vt implens voluntatem patris, pro vita populi susciperem mortem.

y ¶ *Non derelinquas me domine Deus: ne discesseris à me.*] Cū profunda inferni penetrauero.

z ¶ *Intende in adiutorium meum*, &c.] Manifestum est Domine Iesu, quia intendit in te pater, suscitans te a mortuis tertia die, & collocans ad dexteram suam in cælestibus super omnem principatum & potestatem: dans tibi nomen, quod est supra omne nomen. Ergo, quia graues sunt pugnæ carnis, tu domine intende in adiutorium nostrum, & esto nobis salus in tempore tribulationis.

a ¶ *In finem*, &c.] Idithun, transiliens eos interpretatur. Iste psalmus patientiam docet, vt refrenans homo os suum, obseruet ne per fatuitatem verborum, incidat in peccatum: quia scit propheta etiam de verbis otiosis rationem esse reddendam. Docet etiam vt ea thesaurisemus in sæculo, quæ ad profectum pertineant animarum. Matt. 12.c

PSALMVS XXXVIII.

DIxi b *custodiam vias meas, vt non delinquam*, &c.] Non aliter scio vitæ meæ custodire vias: nisi vt non loquar fatua, ac diuersa, siue otiosa. Ex verbis, inquit dominus, tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. Dixi *custodiā vias meas*, id est, disposui custodire opera mea, scilicet quinque sensus corporis. *Vt non delinquam in lingua mea.* Non delinquam, non peccem: quia qui custodit linguam suam, custodit animam suam: quia mors & vita in manibus linguæ. Et item: *Cultus iustitiæ, silentium & pax.* Prou. 18.d Esa. 32.d

c ¶ *Posui ori meo custodiā.*] Iuxta illud: *Pecuniam & aurum* Eccl. 28.d

A tuum alliga bene: *& facito ori tuo ostium & seram.* Beatum enim hominem, oris custodia facit cum non profert inania: sed quæ Deo sunt digna.

a ¶ *Cum consisteret peccator adversus me.*] Idest, diabolus qui iustis maledicit ac detrahit: & instigator eorum est, qui sanctis insidiantur.

[a] cum consisteret peccator aduersum me. [b] Obmutui [c] & humiliatus sum, [d] & silui à bonis: [e] & dolor meus renouatus est. [f] Concaluit cor meũ intra me, [g] & in meditatione mea exardescet ignis [h] Locutus sum in lingua mea, [i] notum fac mihi domine finem meum. Et numerum dierũ meorũ quis est, [k] vt sciam quid desit mihi. [l] Ecce to ẽsurabiles posuisti dies meos: [m] & substantia mea tanquam nihilum ante te: [n] Veruntamen vniuersa vanitas, omnis homo viuens. [o] Veruntamen in imagine pertransiit homo: sed frustra cõturbatur. [p] Thesaurizat, & ignorat cui congregabit ea. [q] Et nunc quæ est expectatio mea, nonne dominus? & substãtia mea apud te est [r] Ab omnibus iniquitatibus meis erue me: [s] opprobrium insipienti dedisti me. [t] Obmutui, & non aperui os meũ, quoniã tu fecisti: [u] amoue à me plagas tuas. [x] A fortitudine manus tuæ ego defeci: [y] in increpationibus propter iniquitatem corripuisti hominem. [z] Et tabescere fecisti sicut araneam animã eius: [a] veruntamen vane conturbatur omnis homo. [b] Exaudi orationem meam domine: & deprecationem meam aurib. percipe: [c] lacrymas meas ne sileas. Quoniam aduena ego sum apud te & peregrinus, sicut omnes patres mei. [d] Remitte mihi vt refrigerer priusquam abeam, & amplius non ero.

Psa. 13 c — b ¶ *Obmutui.*] Ne obiurgantibus me obstreperem. *Obmutui, & non aperui os meum: quia tu fecisti.* Ideo patienter fero: quia te scio ad probationem me tentationibus reliquisse.

c ¶ *Et humiliatus sum.*] Ad sustinendã eorum improperia.

d ¶ *Et silui à bonis.*] De bona cõscientia procedebat mihi securitas: ideo me non iustificaui coram hominibus: neque bona quæ in me erãt, diuulgaui: quia scio quod pater qui videt in abscõso, reddet mihi. — Matt. 7 a

e ¶ *Et dolor meus, &c.*] Nondum enim veneram ad perfectum virum. Nam & si sustinebam cum dolore improperia, non tamen sciebam maledicentibus benedicere. Vel *dolor meus renouatus est.* In hoc dicitur dolor Christi: quia illi non fuerũt digni audire verba mysterij, vt ait propheta *Væ mihi quia tacui.* Vel illud: *Adhærere faciam linguam tuam palato tuo, quia domus exasperans est.* — Coloss. 2 d; Esa. 6 b; Ezech. 3 g

f ¶ *Concaluit cor meũ intra me.*] Dicit ecclesia: A recordatione delictorum priorum.

B

g ¶ *Et in meditatione mea, &c.*] Quid inquis meditabaris? illud nempe, qualiter ignem illum reperire possim, qui peccata consumeret, mentem illuminaret: qui est Spiritus sanctus, de quo Cleophas, & qui cum eo erat, dicebant: *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, cum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas.* — Luc. 24.

Ezech. 3. — h ¶ *Locutus, &c.*] Hoc est, prædicaui omnibus hominibus, vt illud: Si non annuntiaueris iniquo iniquitat[em] suam, sanguinem eius de manu tua requiram.

i ¶ *Notum fac mihi domine finem meum. Et numerum, &c.*] Non istius vitæ finem quærit sibi notum fieri propheta: sed illum in quo euacuatis potestatibus, ac destructa morte, Christo iungatur, qui est finis legis. Neque istorum dierum numerum vult scire, sed illorum de quibus dicit Dominus: *Apud patrem meum mansiones multæ sunt. Et numerum dierum meorum quis est?* Hoc est, numerus sine numero, dies sine die, tempora sine tempore. Quis est: Qui semper est. — Iohan. 14 a

k ¶ *Vt sciam, &c.*] Hoc est, vt me facias intelligere omnia bona: vt cum hæc nota habuero, sciam quid adhuc in sæculo degenti desit ad palmam beatitudinis consequendã. Perfectus enim erat Paulus qui dicebat: *Certamen bonum certaui, cursum consummaui. Nunc autem deest mihi corona iustitiæ, quam dominus retribuet mihi.* Quod autem non de suis diebus hæc loquatur, sequentia docent. — 2 Tim. 4 b

l ¶ *Ecce mensurabiles, &c.* Secundum veterem hominem vsque nunc fuerunt: nunc nouum desidero, illum quem Abraham vidit, & gauisus est. In quo alibi hortamur lætari, in quo Deus dominus illuxit nobis. Qui non a sole, neque à luna illuminabitur: sed ab ipso domino perpetua luce refulget. — Isa. 60 g

m ¶ *Et substantia mea tanquam nihilum ante te.*] Suscipiens divinitatem lenitatem tuam, pro nihilo iudicaui substantiam meam.

n ¶ *Veruntamen vniuersa vanitas, omnis homo viuens.*] Si peccator est, & in delitiis fluxerit, vanitati subsistit: Si iustus, & desiderat dissolui, & cum Christo esse: vana est ei nihilominus vita præsens.

C

o ¶ *Veruntamen in imagine Dei pertransit homo, &* Omnis homo ad imaginem Dei factus est. Si ergo in ea ambulare videatur & in rapinis versetur atque concupiscentiis, conturbatur in actione.

p ¶ *Thesaurizat, & ignorat cui, &c.*] Sæpe enim [homo] thesaurizat, & congregat multa, quæ aut desidia filiorũ euertit, aut fiscus occupat, aut diripiunt alieni. Beatus autem ille est, qui ibi thesaurizat, vbi fures non effodiunt, nec furantur: vbi audire mereatur *Quam diu fecistis vni ex minimis istis, mihi fecistis.* — Matt. 6. d; Matt. 25 d

q ¶ *Et nunc quæ est expectatio mea, nonne dominus? & substantia, &c.*] Relictis omnibus, te domine præstolabor: quia substantia vitæ istius non comparatur ad illã beatitudinem sempiternam.

r ¶ *Ab omnibus iniquitatibus meis erue me.*] Præteritis, præsentibus, & futuris.

s ¶ *Opprobrium insipienti dedisti me*] Dum peccator fui opprobrium factus sum insipiẽti diabolo, qui est omnium criminũ & incentor, & accusator. Ideo, purgari cupio in hoc sæculo, ne ille me accuset in iudicio tuo.

t ¶ *Obmutui, & non aperui os meum: quoniam tu fecisti.*]Cum me conuitiis, iracundus, ac diuersis improperiis lacesseret, cogitans me à te factum: nihil ad ea quæ inferebantur, respondi.

D

u ¶ *Amoue à me plagas tuas.*] Quia me sentio emendatum.

x ¶ *A fortitudine manus tuæ ego defeci.*] Incumbente manu vindictæ, virtus delicti defecit, sicut Paulus Apostolus ait: *Cum autem infirmor, tunc potens sum.* — 2 Cor. 12 d

y ¶ *Ab increpationibus propter iniquitatem corripuisti hominem.*] Increpat omnem hominem propter iniquitatem, quẽ perdere non vult diuina maiestas. *Flagellat autem omnem filium quem recipit.* — Heb. 12 b

z ¶ *Tabescere fecisti sicut araneam animã eius.*] Tabescit anima, cum caro a luxuriis & concupiscentiis refrenatur. Hoc est tabescere, obstupescere de anterioribus delictis. Ille vero qui ea agit quæ mundanæ vanitati sunt apta, telas texit araneæ, iuxta Esaiam prophetam, hoc est, die noctuque in opere vano vocat: & non vtilia, sed dissolubilia & corruptibilia operatur. Sed quia propheta animam ceu araneam tabescere dicit: hoc intelligendum est, vt ad tantam subtilitatem per abstinentiam decoquatur, vt ad instar filorum illorum deducatur: scilicet vt nihil crassum durumve peccati contineat. — Esai 59 a

a ¶ *Veruntamen vane conturbatur omnis homo.*] Viuens in vanitatibus huius sæculi. Sed & qui in Deo viuit, vana est ei & inutilis hæc mundana conturbatio.

b ¶ *Exaudi orationem meam domine, & deprecationem meã: auribus percipe lacrymas meas.*]Pro eo quod à te peregrinor, & desiderium habeo dissolui, & ad te transire.

c ¶ *Ne sileas, quoniam aduena sum apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei.*] Incolam atque peregrinum se dicit, sicut omnes Sancti: quia sicut & illi dum erant in corpore, peregrinatur à domino.

d ¶ *Remitte mihi vt refrigerer prius quam abeam, & amplius non ero.*] Hic remitte domine si quid deliqui: quia in inferno nulla est remissio: quia nec confessio valet. Qui nos ab huius sæculi ereptos peregrinatione, facere digneris ciues Sanctorum & domesticos Dei patris, vt ædificati super firmissimum fundamentum in templum sanctum, effici mereamur conformes corpori gloriæ tuæ, Amen.

E a ¶ *In finem psalmus Dauid.*] Hic psalmus in exordio vocem habet populi ex gentibus in hæreditatem vocati, inde ipsius mediatoris ad patrem.

PSALMVS. XXXIX.

¶ a In finem psalmus Dauid.

PSALMVS XXXIX.

EXpectans [b] expectaui dominum, [c] & intendit mihi. [d] Et exaudiuit preces meas: [e] & eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fecis. [f] Et statuit supra petram pedes meos: [g] & direxit gressus meos. [h] Et immisit in os meum canticũ nouum: [i] carmen Deo nostro. [k] Videbunt multi, [l] & timebunt: [m] & sperabunt in domino. [n] Beatus vir cuius est nomen domini spes eius, [o] & nõ respexit in vanitates & insanias falsas. [p] Multa fecisti tu domine Deus meus mirabilia tua: & cogitationibus tuis nõ est qui similis sit tibi. [q] Annuntiaui & locutus sum, [r] multiplicati sunt super numerum. [s] Sacrificium & oblationem noluisti, aures autem perfecisti mihi. Holocausta & pro peccato non postulasti: [t] tunc dixi, ecce venio. In capite libri scriptum est de me, [u] vt facerem voluntatem tuam Deus meus volui: [x] & legem tuam in medio cordis mei. [y] Annũtiaui iustitiam tuam in ecclesia magna: [z] ecce labia mea nõ prohibebo, domine tu scisti. Iustitiam tuam non abscondi in corde meo: veritatem tuam & salutare tuum dixi. Non abscondi misericordiam tuam & veritatem tuam, à concilio multo. [a] Tu autem domine ne longe facias miserationes tuas à me: misericordia tua & veritas tua semper susceperunt me. Quoniam circumdederunt me mala, quorum nõ est numerus: cõprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui vt viderem. Multiplicatæ sunt super

EXpectans b expectaui, &c.] In promissionibus prophetarum, in quibus mihi illuminauit: quia præuidebat propheta Christum per Spiritum sanctum venturum esse in carne.

c ¶ *Et intendit mihi.* Per splendorem euangeliorum, in quibus me illuminauit.

d ¶ *Et exaudiuit preces meas.*] Quia Prophetis & Patriarchis se abdidit, sicut ipse postmodũ dixit: Quia *multi prophetæ & iusti cupierunt videre quæ videtis, & non viderunt.* Ipse mihi in nouo testamento refulget. Luc.10.d

e ¶ *Et eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fecis.*] In quibus immersus eram, cum simulachra multa adorarem. Vel de luto fecis: quia adhæseram terrenis desideriis.

f ¶ *Statuit supra, &c.*] Supra petram, hoc est, super Christũ. Pedes meos, sensus meos, vt illud: *Petra autem erat Christus.* In se, qui est stabilis petra confirmauit me: ne ab huius sæculi nutarem impulsibus. 1 Cor. 10.a

g ¶ *Et direxit, &c.*] Ne ad eum veniẽs, post tergum respicerem. *Et direxit gressus meos*, id est, sensus bonorum operum Ecclesiæ dirigit: quia vnusquisque per se tortuosus est. F

h ¶ *Et immisit in os meum canticum nouum.*] Laudem vtique suam: quia nouus homo venit in mundum, nouam legem dedit mundo.

i ¶ *Carmen Deo nostro.*] Laudem Deo nostro, vt iam non sonos turpes & theatrales concinam, sed in Dei viuẽtis hymnis per harmoniam noui testamenti delecter.

k ¶ *Videbunt multi.*] Annunciatum venisse.

l ¶ *Et timebunt.*] Qui se intelligunt peccatores.

m ¶ *Et sperabunt in domino.*] Vt eis pristina remittantur delicta.

n ¶ *Beatus vir cuius est nomen domini spes ipsius.*] In qua bonis omnibus impleatur. Felix illa anima, quæ habet fidem firmam, & spem directam in Christo.

Eccl.1.d o ¶ *Et non respexit in vanitates & insanias fals.*] Omnia quæ in mundo sunt, iuxta Salomonem, vanitas est. Insaniæ autem falsæ sunt, iræ, rixæ, direptiones, & reliqua: in quibus homines insaniunt vt peccent: quæ Apostolus opera carnis

Gal.5.a esse dicit.

p ¶ *Multa fecisti tu domine Deus meus mirabilia tua, &c.*] Ostendisti patribus nostris mirabilia tua multa, quæ non crediderunt. Reuelasti eis te venturum in lege, & non intellexerunt: nos vero credidimus. Vsque huc credentium populus: hinc ipse dominus ad patrem ita exorsus est.

Matt.3.a q ¶ *Annuntiaui & locutus sum.*] Dicens: *Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cælorum.*

r ¶ *Multiplicati sunt super numerum.*] Iudæi in malitia sua. Vel, super numerum, hoc est, peccatores super numerum, & foris numerum sunt: quia non sunt digni numerari in numero iustorum.

s ¶ *Sacrificium & oblationes noluisti: aures autẽ perfecisti mihi Holocausta & pro peccato non postulasti.*] Aperte hæc Apostolus declarat: quod aduenientе domino, cessauerint sacri-

Heb.10.a ficia Iudæorum. *Impossibile est*, inquit, *sanguine hircorum, aut taurorum auferri peccata.* Ideo ingrediens mundum dicit:

Hostiam & oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi. Holocaustum & pro peccato non tibi placuit: nisi meipsum pro totius mundi delicto, tibi sacrificium exhiberem.

t ¶ *Tunc dixi, &c.*] Quia sacrificia & ceremonias Iudæorum, & sabbatha, & superstitiones legis veteris, spiritualis euangelij religione mutasti: propterea lætus in mundum venio, & de me scribitur: *In principio erat verbum: & verbũ erat apud Deum, & Deus erat verbum. Tunc dixi, ecce venio,* vt assumam carnem in qua patiar. *In capite libri scriptum est de me.* Caput libri testamenti veteris, tale sumit exordium: *In principio fecit Deus cælum & terrã*, id est, in Christo domino. Hoc mysterium & Ioannes cernẽs, sic euangelium inchoauit: In principio, inquit, erat verbum, & verbum erat Deus. Nam & ipse interrogantibus Iudæis quis esset, respondit. *Principiũ.* Caput ergo libri intellige principium: quod est Christus Iesus, qui in hoc libri capite nuntiatus est. Ioan.1. Ioan.8.d

Ibid.6.d v ¶ *Vt faciam voluntatem tuam Deus meus volui.*] Descẽdi enim de cælo, non vt faciam voluntatem meam, sed tuam pater. Non voluntas est carnis, sed patris, vt pro vita hominũ moriar.

x ¶ *Et legem tuam in medio cordis mei.*] Quam non veni soluere, sed adimplere. H Matt.5.b

y ¶ *Annuntiaui iustitiam tuam in Ecclesia magna.*] Gratias tibi ago saluator mundi, quod magnam fecisti ecclesiam tuam à quatuor mundi partibus euangelica prædicatione vocatam, tua passione collectam, tua resurrectione mundatam. In ecclesia magna, in toto mundo diffusa.

z ¶ *Ecce labia mea non prohibebo: &c.*] Non silui, nihil clam locutus sum, sed omnem virtutem tuam quod iustus, quod verax, quod misericors, quod salus omnium es: non solum in Ecclesiis populorum, sed etiam in synagogis Iudæorum incessabiliter prædicaui. *Ecce labia mea non prohibebo.* Labia Christi, sancti sunt. Non prohibet illos prædicare, sicut sanctus Paulus dicit: *Verbum Dei non est alligatum.* Tu cognouisti: tu scis quod non feci, id est, non prohibui. *Iustitiam tuam non abscondi in corde meo*, hoc est, mandata tua. *Veritatem tuam & salutare tuum dixi.* Veritas & salutare, Christus est: hoc prædicant sancti. Non celaui misericordiam tuam, & veritatem tuam synagogæ multæ, id est, in tota plebe annũtiaui. 2.Tim.2.b

a ¶ *Tu autem domine ne longe facias miserationes tuas à me: misericordia tua & veritas tua semper susceperunt, &c.*] Quod misericordiam patris postulat, quod a Iudæis se circundatum, & iniquitates super se multiplicatas dicit: quod à corde derelictus, rursum patris præsidiũ deprecatur: omnia ad infirmitatem carnis sunt referenda: vt sicut verus Deus, ita verus homo credatur. *Tu autem domine ne lõge facias misericordias tuas à me.* Ne longe, sed prope. Misericordia tua & veritas tua semper susceperunt me. Misericordia facit peccata dimittere. Veritas reddit vnicuique quod fecit. Comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui vt viderem, Id est, genus humanum circundatur originalibus peccatis, & non potui vt viderem: quia abstracta fuerat illa lux veritatis. Vnde dictũ est: *De terra excæcaberis, & de terra illuminaberis. Multiplicatæ sũt super capillos capitis mei*: id est, ipsæ iniquitates super genus humanũ. *Cor meũ dereliquit me.* Quando homo peccat, cor suum non habet. Vnde Dauid dixit: *Inuenit*

stituerunt aduersum me: [a] nunquid qui dormit non adiiciet vt resurgat. [b] Etenim homo pacis meæ in quo speraui: qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. [c] Tu autẽ domine miserere mei, & resuscita me, & retribuam eis. [d] In hoc cognoui quoniam voluisti me: [e] quoniam non gaudebit inimicus meus super me. [f] Me autem propter innocentiam suscepisti, & confirmasti me in conspectu tuo in æternum. [g] Benedictus dominus Deus Israel à sæculo, & in sæculum, fiat, fiat.

¶ [h] In finem intellectus filiis Core, psalmus.

PSALMVS XLI.

QVemadmodum [i] desiderat ceruus ad fõtes aquarum: ita desiderat anima ad te Deus. [k] Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum: [l] quando veniam & apparebo ante faciem Dei. [m] Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte: [n] dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus? [o] Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam: [p] quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum Dei. [q] In voce exultationis & confessionis, sonus epulãtis. [r] Quare tristis es anima mea, & quare cõturbas me? [s] Spera in Deo, quoniam [t] adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, & Deus meus. [u] Ad meipsum anima mea conturbata est: [x] propterea memor ero tui de terra Iordanis, & Hermoniim à mõte modico. [y] Abyssus
a Abyssum

E a ¶ *Nunquid qui dormit*, &c.] Sic me interficere festinabant, quasi post mortem resurgere non haberem. Hoc est dicere: Qui ab iniquis iniustè somno mortis opprimitur, non resurget? Sicut alius propheta dixit: *Nunquid qui cadit, non resurget?* Cecidit enim granum frumenti, & messis copiosa surrexit.

Hier.8.b

b ¶ *Etenim homo pacis meæ in quo speraui: qui edebat panes meos, magnificauit*, &c.] Manifestissime hic Iudam denuntiat proditorem, sicut ipse dominus in Euangelio ait: Cui ego panẽ intinctum dedero, ipse est. Et alibi: *Leuabit aduersum me calcaneum*. Quod autem ait: qui edebat, hoc est, qui cælestem cibũ, vitam huic mundo dantem sumebat, & aliis distribuebat, cũ esset Apostolus: ipse hanc vitam morti propter cupiditatis pretium destinauit.

Ioan 13 c

c ¶ *Tu autem domine miserere mei, & resuscita me*, &c.] Resuscitatus est dominus noster virtute paterna, ad cuius dexteram sedet. Antequam resurgeret, anticipauit vlno Iudam, cum eum interitus debitus suggillauit. Quod autem ait: retribuam illi, futurum ei iudicium comminatur.

d ¶ *In hoc cognoui quoniam voluisti me.*] Resuscitans me.

F e ¶ *Quoniam non gaudebit inimicus*, &c.] Diabolus, cuius instinctu hæc Iudæi sunt operati, non est gauisus eum retinendo in inferis.

f ¶ *Me autem propter innocentiam*, &c.] Maxima est hæc innocentia, cum iustus pro impiis moritur: qui non sua, sed nostra peccata portauit. Propter quam innocentiam, & à patre deuicta morte, cum assumpta carne susceptus est in cœlestibus.

g ¶ *Benedictus dominus Deus Israel à seculo*, &c.] Pro fiat, fiat, in Hebræo scribitur אמן אמן, amen, amen: quod Aquila, πεπιστωμένως, id est vere, siue fideliter transtulit. Et sciendum, primum librum psalterij hic esse finitum. Secundum vero esse à quadragesimo primo, vsque ad septuagesimum primum. Tertium à septuagesimosecundo, vsque in octogesimum octauum. Quartum ab octogesimo nono, vsque in centesimum quintum. Quintum verò à centesimo sexto, vsque ad finem.

h ¶ *In finem intellectus*, &c.] In finem, in Christo: intellectus, hoc est intellectus spiritualis. Filiis Core, id est filiis Christi, qui sunt credentes. Psalmus vocem continet Ecclesiæ, siue fidelis viri Deum desiderantis.

PSALMVS. XLI.

QVemadmodum i *desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita desiderat*, &c.] Primum enim intelligendum est, quare vel qualiter desiderat ceruus ad fontes aquarum. Mos est enim eius, vt inuentum serpentem naribus hauriat: & post hæc exardescens, extinguat sitim. Ergo homo Ecclesiæ, qui diu in actu venenoso degebat, vbi se perspicit cœno fornicationis, idololatriæ fœtore repletũ, desiderat venire ad Christum, in quo est fons luminis, vt ablutus baptismo, accipiat donum remissionis. Scit enim quia nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non habebit vitam æternam. Sed & si quis hodie nostrum extinctis vitiis ignescat in desiderium dominicæ contemplationis, potest & ipse dicere: quia desiderat anima mea ad te Deus, hoc est, relicto sæculo, ad te desidero transire.

Ioan.3 a

x ¶ *Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum.*] Non ad mortua simulacra, sed ad illum qui dixit: *Viuo ego dicit dominus, quia mihi flectetur omne genu.* Viuus, quia ipse dicit: sicut

Num.14.d
Phil.2.b

G misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem, & qui credit in me, & ipse viuet propter me. Ioan 5 f

l ¶ *Quando veniam & apparebo*, &c.] Ac si diceret: Quando erit tempus, vt illa gloria qua efficiuntur sancti conformes gloriæ tuæ, ego in claritate cum illis appaream? Vel quando veniam, id est, quando erit illud tempus, quo ecclesia vult dissolui à corpore, & esse cum Christo? Et apparebo ante faciem Dei mei, id est, ante conspectum diuinitatis, & tunc videbimus eum sicuti est.

m ¶ *Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes*, &c.] Quomodo potest de lacrymis panis fieri? Potest: quia sicut corpus satiatur de pane, ita anima de lacrymis: quia exinde sperat remissionem peccatorum habere. Fletus ac gemitus erant mihi ac lamentatio, ob desiderium tui.

n ¶ *Dum dicitur mihi quotidie*, &c.] Siquidem pagani deos suos digito ostẽdunt, & ob hoc ingerunt mihi improperia Vndeficiant, quia ego mente Deũ meum reconditum teneo: & per interiorem hominem cum ipso habito.

H n ¶ *Hæc recordatus*, &c.] Dum hoc improperium quotidie sustinens memorarem, liquefacta est in me anima mea, & tabui in tractatu: cum neque in cælo, neque in terra Deum meũ cernere possim visibiliter: sed inueniens eum in mẽte mea gubernantem me, ac dirigentem in illo tabernaculo sempiterno, de quo loquor.

p ¶ *Quoniam transibo*, &c] Tabernaculum Dei, ecclesia est, quæ adhuc peregrinatur à domino: per quam ad æterna tabernacula, id est ad cælestem Hierusalem (quæ est mater omnium nostrum) venitur. In qua sunt multi admirabiles, & virtutibus sacris pollentes: quia ædificati super fundamẽtum Apostolorum, tanquam vna domus habentur. In quam iste mẽte ingrediens, qui relicta idololatria, iam cognouerat baptismi sacramenta admirans harmoniam cantici spiritualis, per suauitatem æternæ dulcedinis, accessit ad domum Dei, quod est sancta sanctorum. Et quasi diceretur ei. Quis te huc adduxit: vel qualiter huc venisti, vel quo delectatus es, vt huc accederes? Respondit:

p ¶ *In voce exultationis*, &c.] Exultatio confessio, & epulatio hæc, non musicis artibus adimplentur, neque inchoãtur, & prætereunt: sed iugiter angelicis vocibus & sanctorũ concentibus celebrantur. Quod dum iste adhuc in sæculo positus mente susciperet: ingemiscens cur ab eo hæc differtur habitatio, mœstæ animæ ait:

r ¶ *Quare tristis es anima mea*, &c.] Quia inquit, suauitatem hanc præsens nondum accepi, & insidiator meus adhuc cõtra me vigilat, adhuc mihi laqueos intendit. Et ille inquit:

s ¶ *Spera in domino.*] Per patientiam sustine. Vel spera in Deo. Anima semetipsam hortatur: vel interior homo hortatur exteriorem.

t ¶ *Quoniam adhuc confitebor illi*, &c.] Cõfessus sum iam delicta confitebor deinde laudem eius, per quam me saluauit à morte perituram: vel allicit ad æterna.

u ¶ *Ad*, &c.] Ob recordationem delictorum priorum.

x ¶ *Propterea*, &c.] Iordanis pro baptismo accipitur: Hermon, anathema interpretatur. Igitur iste qui erat peccator: qui sicut ceruus desiderabat fontes aquarum, memor fuit in humilitate pœnitentiæ; & baptismi ablutione abluit vetera delicta: anathematizauit peccata sua, & non se extulit magnum gloriando, sed effecit paruulum pœnitendo.

y ¶ *Abyssus Abyssum*, &c.] Multæ sunt de abysso opinio-

A ries, quæ oportunis locis explanabuntur. Nam hîc abyssus abyssum inuocat, cum vel vetus testamentum nouũ annunciat, vel nouum vetus in testimonium voçat. Vetus annun-
Deut 18 c tiat nouũ, cum dicit Moyses: *Prophetam vobis suscitabit Deus de fratribus vestris*. Nouũ verò vetus in testimonium vocat,
1. Cor. 10. a cũ dicit Paulus: *Bibebant de sequẽti petra: petra autẽ erat Christus*. Propter profũditatẽ enim intelligentiæ, dicuntur abyssus.

a ¶ *In voce*, &c.] In voce propherarum, quæ aduentum domini annuntiauit. Ideo enim cataractæ dicuntur, quia obscurus in eorum prophetia aduentus domini fuit, nec à Iudæis est intellectus. Annuntiauit enim hæc vox iudicium futurum, vel de beatorũ meritis, vel de suppliciis impiorum

b ¶ *Omnia*, &c.] Excelsæ suot atque potentes hæ minæ, per quas mortis iudicium minabaris: quia non statim decidunt propter immensam patientiam tuam. Fluctus autem sunt, dum ea adueniunt, quæ fuerunt cõminata. Ideo iste dicit ea super se ingressa: cũ in desideriis mortalibus degens, verberatus plagis, eruditus est, vt desideret dominum viuũ

c ¶ *In die mandauit dominus misericordiam suam*] Quia per lucem eam scripturarum sanctarum promisit.

d ¶ *Et nocte*, &c.] In tribula-
B tionibus posito eam ostendit.

e ¶ *Apud me oratio*.] Mea, & non extra me.

f ¶ *Deo vitæ mea*.] Vt ei merear liber ab hoc sæculo quandoque coniungi

g ¶ *Dicam Deo, susceptor*, &c.] Licet in tribulationibus exercear, semper tamen à te peto protegi ac defendi.

h ¶ *Quare oblitus es mei?*] Et quare me repulisti? Cur tam diu differs, vt non inducas me in illum locum tabernaculi admirabilis.

i ¶ *Quare contristatus incedo*, &c.] Diabolus, qui multas mihi tetendit insidias: vel persecutores Ecclesiam.

k ¶ *Dum confringuntur ossa mea*.] Dum fortiores Ecclesiæ, scandalis ac diuersis iurgiis cedere video. Vel ossa, virtutes Ecclesiæ: quasi confringuntur per illas tribulationes, quas sustinent sancti.

l ¶ *Exprobrauerunt inimici mei*.] Vel in martyribus, vel in aliis confessoribus.

m ¶ *Dum dicitur mihi per singulos dies: vbi est Deus tuus?*] Cũ ego te per pœnitentiam & afflictionem corporis animæque placare desiderarem, inimici mei quasi incassum hæc facerem, dicebant: Vbi est Deus tuus? nescientes illa occulta, quæ præparauit Deus diligentibus se.

n ¶ *Quare*, &c.] Quia meum desiderium prolongatur.

o ¶ *Spera in Deo*, &c.] In ipso nostra sit spes semper attenta: ipse omnes fluctus mitiget: ipse nos in tentationibus conseruet: ipse sitim nostram sua contemplatione satiet, nosq; vultus sui salutari viuificet.

p ¶ *Psalmus Dauid*.] Iste psalmus, licet in aliquibus versiculis passionẽ dominicam signet: tamen vocem habet animæ fidelis, lucem huius mundi, id est, Christum desiderantis.

PSALMVS XLII.

I*Vdica q me Deus, & discerne causam meam, de gente*, &c.] Expeto iudicium tuum, quia misericors es. Tu autem discerne me à paleis, inter quas in hoc sæculo ingemisco, superuestiri cupiens, vt absorbeatur quod mortale est à vi-
Leui. 20. b ta. Sed & domini vox est, quibus prius dixerat: *Sancti*

abyssum inuocat: [a] in voce cataractarũ tuarum. [b] Omnia excelsa tua, & fluctus tui super me trãsierunt. [b] In die mandauit dominus misericordiam suam, [d] & nocte canticum eius. [e] Apud me oratio [f] Deo vitæ meæ: [g] dicam Deo, susceptor meus es. [h] Quare oblitus es mei, [i] & quare contristatus incedo, dũ affligit me inimicus? [k] Dum confringuntur ossa mea, [l] exprobrauerũt mihi qui tribulant me inimici mei. [m] Dum dicitur mihi per singulos dies, vbi est Deus tuus: [n] quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? [o] Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei & Deus meus.

p ¶ Psalmus Dauid.

PSALMVS XLII.

IVdica [q] me Deus, & discerne causam meã de gente non sancta: [r] ab homine iniquo & doloso erue me. [s] Quia tu es Deus fortitudo mea: [t] quare me repulisti, [u] & quare tristis incedo, dum affligit me inimicus. [x] Emitte lucem tuam & veritatem tuam: [y] ipsa me deduxerunt, [z] & adduxerunt in montem sanctum tuum, [a] & in tabernacula tua. [b] Et introibo ad altare Dei: [c] ad Deum qui lætificat iuuentutem meam. [d] Confitebor tibi in cithara Deus Deus meus: [e] quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? [f] Spera in Deo quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei & Deus meus.

g ¶ In finem pro filiis Core, intellectus.

PSALMVS XLIII.

DEus [h] auribus nostris audiuimus, [i] patres nostri [k] annuntiauerũt nobis. Opus quod operatus es in diebus eorum, & in diebus anti-

C *estote, quoniam ego sanctus sum*, & non impleuerunt.

r ¶ *Ab homine iniquo*, &c.] Nemo magis iniquus atque dolosus, quam ille qui iniquitatis inuentor, atque æmulator est sanctitatis, id est, diabolus: qui introiuit in cor Iudæ vt traderet Christum. Sed & homo ille fidelis, quem prius diximus, hæc ait.

s ¶ *Quia tu es Deus*, &c.] Scio me infirmum & fragilem: nec sentio me aliquam habere fortitudinem in qua eruar, nisi tu saluaueris.

t *Quare me repulisti?*] Fortitudo nostra, Christus est: qui tunc nos repellit, cum peccauerimus.

u ¶ *Quare tristis incedo dum affligit me inimicus*.] Tristis sum propter peccata mea, & ideo affligor in tentationibus variis ab ipso inimico: qui superius homo iniquus dictus est. Vnde quia me conturbant tenebræ peccatorum, ad te qui lux es mundi, confugio supplex.

x ¶ *Emitte lucem tuam & veritatem*, &c.] Tu es lux, qui dixi- Ioan. 8. b & 14. a
sti: *Ego sum lux mundi*. Tu es veritas, qui dixisti: *Ego sum via, & veritas, & vita*: qui nos illuminare digneris, vt relinquentes mendacium diaboli, sequamur veritatem tuam.

y ¶ *Ipsa me deduxerunt*.] Ab errore peccati.

z ¶ *Et adduxerũt in montẽ*, &c.] In ecclesiam tuam.

a ¶ *In tabernaculum tuum*.] In D
illam cælestẽ Hierusalẽ, de qua alius psalmus ait: *Quam dilecta sunt tabernacula tua domine*. Psal. 83. d

b ¶ *Et introibo ad altare Dei*.] Mei, vbi non iam vitulos & arietes, sed meipsum exhibeam hostiam viuam, placentem illi.

c ¶ *Ad Deum qui lætificat iuuentutem meam*.] Cum expurgato fermento veteri in nouo me homine tanquam iuuenculum consolatur.

d ¶ *Confitebor tibi in cithara Deus Deus meus*.] Per mortificationẽ carnis: quia crucifixus est mihi mũdus, & ego mũdo.

e ¶ *Quare tristis es anima*, &c.] Quia desidero videre, in quo spem posui.

f ¶ *Spera in Deo quoniam*, &c.] Ipsum confitetur, qui ab ipso peccata sua dimitti postulat. Ipse salutare vultus sui dicit, ipsum inuocat & adorat. Quem & nos confitentes exposcimus, vt mereamur eius luce illuminari, via dirigi, veritate corrigi, vita locupletari. Vel salutare vultus mei Deus meus. Saluatio animæ Deus meus est: & vultus, hoc est, aspectus animæ meæ meæ Deus meus est.

g ¶ *In finem*, &c.] Core interpretatur decaluatio, & dominus in monte Caluariæ fuit crucifixus. Filij Core, filij Christi: sancti Apostoli, vel Martyres sũt. Vnde dictũ est: *Nõ pos-* Matt. 9. b
sũt filij spõsi lugere, quãdiu cũ illis est spõsus. Intellect⁹, hoc est vt intelligamus illũ qui initiũ sũpsit secundũ carnem ex tẽpore, & ante sæcula est genitus. Vel intellectus est, vt intelligamus de prosperitate pręsenti peccatorũ, & de tribulatiõe præsenti sanctorũ. Psalmus nõ anteriora facta docet, sed Ecclesiam in Christo renasci pronuntiat: ac fideles in ea prouocat ad agonẽ: ostendens neminem posse nisi qui legitimè certauerit, coronari: in quo etiam plerunq; voces martyrum proferuntur.

PSALMVS XLIII.

D*Eus* h *auribus*, &c.] Per spiritualẽ sensum cognouim⁹, iuxta illud domini: *Qui habet aures audiendi audiat*.

i ¶ *Et patres nostri*.] Apostoli & Prophetæ: quorum prædi- Luc. 8. a
catione renati sumus ad vitam.

k ¶ *Annuntiauerunt nobis. Opus quod operatus es in dieb. eorũ, & in*

E

in diebus antiquis.] Annuntiauerunt prophetæ quæ sunt gesta illorum tempore. Annuntiauerunt Apostoli, quæ te viderunt operantem.

a ¶ *Manus tua gentes disperdidit*, &c.] Disperdisti ab Ecclesia onera vitiorum, & plantasti ornamenta virtutum, id est, homines iustos, qui fructum exhibeant sanctitatis.

b ¶ *Afflixisti populos & expulisti eos.*] Illos, qui te relicto ad idololatriam declinabant.

Matt 5.a c ¶ *Non enim*, &c.] Sed in mansuetudine mentis: quia beati mansueti, ipsi hæreditabunt viuentium terram.

d ¶ *Et brachium eorum non saluabit eos: sed dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio faciei tuæ.*] Dextera patris Christus est, vt illud: *Dextera d. fua exaltauit nos*, id est, brachium: sicut alibi: *Et brachium domini cui reuelatum est?*

Esa 53.a Ipse & illuminatio, vt ibi: *In lumine tuo videbimus*

Psal. 35.a *lumen.* Hic est igitur missus à patre, vt liberaret suos. Et cur eos liberauerit, adiecit.

e ¶ *Quoniā complacuisti in eis.*] Vult enim Deus, vt sicut ei beneplacitum est in filio, ita & nos beneplacentes simus in ipso, si volumus liberari.

f ¶ *Tu es ipse rex meus.*] Qui in me regnas, & non peccatum.

g ¶ *Et Deus meus.* A quo sum acquisitos.

h ¶ *Qui mandas*, &c.] Hoc est, populo Christiano: qui supplātato seniore, mādatū salutis per doctrinam propheticam atque apostolicam suscepit.

F

i ¶ *In te enim inimicos nostros ventilabimus cornu: & in nomine tuo spernemus*, &c.] A cor-

3.Reg.22.b tibus aliquid ventilatur, vt Sedechias: qui factis duobus ferreis cornibus dicebat: *Sic ventilabis totam Syriam.* Cornu vero nostrum, Christus est. Idem & nomen Patris, in quo aduersarij nostri vel ventilantur, vel spernuntur.

k ¶ *Non enim in arcu meo sperabo*, &c.] Sed virtus tua.

l ¶ *Saluasti.n.nos à tribulantibus nos.*] Quia in armis meis sperare non debeam, hæc causa est, quod saluasti nos semper à persequentibus, & absque nostra virtute, nostroque gladio custodisti. Saluasti enim nos de affligentibus nos, & odientes nos confudisti: auersæ sunt potestates, quibus confusis, à Christo Domino liberati sumus.

m ¶ *In Deo laudabimur tota die.*] Quia ipse est laus & gloria nostra.

n ¶ *Et in nomine tuo confitebimur tibi in seculum.*] Quod à te Christo, Christiani vocamur.

o ¶ *Nunc autem repulisti*, &c] Cùm ait nunc, præsens tempus ostendit. Ergo in præsenti tempore ad exercitationem repellimur, vt in æternum glorificemur. Sæpe enim & martyres in tempore dicunt.

p ¶ *Et non egredieris Deus in virtutibus nostris.*] Vt nos in posterum perpetua virtute corroborares.

q ¶ *Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros.*] Sic & Petrum dominus retrorsum conuertit, vt in melius repararet. Ergo & nos debemus retrorsum conuerti, ne in viis prauis perduret iter nostrum. Debemus & inimicos nostros ante nos habere, vt sciamus quid cauere debeamus. Quod & si post Christum conuertimur vt Petrus: habentes eum ante nos, nihil vltra metuemus.

r ¶ *Et qui*, &c.] Propter nomen enim tuum, diripiebant nos: cū in carceribus, in plagis, in reliquis nos vexarent tormentis. Sed non nos separauit à charitate tua illa tribulatio.

quis.[a] Manus tua gentes disperdidit, & plantasti eos:[b] afflixisti populos, & expulisti eos.[c] Non enim in gladio suo possederunt terram.[d] & brachium eorum nō saluabit eos. Sed dextera tua & brachiū tuum & illuminatio vultus tui:[e] quoniā cōplacuisti in eis.[f] Tu es ipse rex meus,[g] & Deus meus:[h] qui mādas salutes Iacob.[i] In te inimicos nostros ventilabimus cornu, & in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis.[k] Non enim in arcu meo sperabo, & gladius meus nō saluabit me.[l] Saluasti enim nos de affligentibus nos, & odiētes nos cōfudisti.[m] In Deo laudabimur tota die,[n] & in nomine tuo confitebimur tibi in sæculū.[o] Nunc aūt repulisti & cōfudisti nos,[p] & nō egredieris Deus in virtutibus nostris.[q] Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros: & qui oderūt nos, diripiebāt sibi.[r] Dedisti nos tanquā oues escarum,[t] & in gentibus dispersisti nos.[u] Vendidisti populū tuū sine pretio:[x] & non fuit multitudo in cōmutationibus nostris.[y] Posuisti nos opprobrium vicinis nostris: subsannationē & derisum his qui in circuitu nostro sunt.[z] Posuisti nos in similitudinem gētibus:[a] commotionem capitis in populis.[b] Tota die verecundia mea contra me est, & cōfusio faciei meæ cooperuit me.[c] A voce exprobrantis & obloquentis,[d] à facie inimici, & persequentis.[f] Hæc omnia venerunt super nos, nec obliti sumus te:[g] & iniquè non egimus in testamento tuo.[h] Et non recessit retro cor nostrum,[i] & declinasti semitas nostras à via tua.[k] Quoniā humiliasti nos in loco afflictionis,[l] & cooperuit nos vmbra mortis.[m] Si obliti sumus nomē Dei nostri:[n] & si

G

s ¶ *Dedisti nos*, &c.] Sicut enim dominus tanquam ouis ad occisionem ductus, datus est esca populis, cum dicit: *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in* Ioan. 6.f *vobis* ita & sancti (sicut superius diximus) in multis tribulationibus dati, facti sunt pabulum gentibus, vel cum alimenta æternæ vitæ ministrant: vel dum rapacitatem eorum de suis ærumnis exatiant.

t ¶ *Et in nationibus dispersisti nos.*] Vt ad tempus dominarentur nostri.

u ¶ *Vendidisti populum tuum sine pretio.*] Vsque nunc de se locuti sunt martyres: nunc de Iu- Esa. 50.a dæorum populo dicitur, quibus dictum est: *In peccatis vestris venditi estis.* Et ideo sine pretio: quia non est effusus agni sanguis pro eis.

x ¶ *Et non fuit multitudo in cōmutationibus nostris.*] Vilior enim erat merces, quæ fuit vendita: ideo non est commutatio facta. Nam dominus populum quem emit, non auro neque argento, sed pretioso ac proprio cum sāguine comparauit: sicut ait Petrus Apostolus. 1.Pet. 1.a

y ¶ *Posuisti nos opprobrium vicinis nostris: subsannationem & derisum his qui in circuitu*, &c.] Vicini dicti persecutores, propter cohabitationem mundanam, qui sæpe exprobrant irridendo, dicētes: *Veniat Deus vester, & eruat vos de manu nostris.* 2.Par.32.b

H

z ¶ *Posuisti nos in similitudinem gentibus.*] In tuam vtique similitudinem, vt sicut te mundus odio habuit prius, ita & nos deinceps odiret.

a ¶ *Commotionem capitis in populis*] Sicut enim in passione tua transeuntes mouebant capita sua, ita & in martyribus tuis faciunt. Sed & si quis nunc in te piè voluerit viuere, protinus iniqui blasphemant cum irrisione, vel capitis commotione.

b ¶ *Tota die verecundia mea contra me est: & confusio*, &c.] Dominus hæc in assumpta loquitur carne, qui pro nobis verecundiam patitur, maledicitur, atque confundimur, vsque ad ipsum etiam patibulum crucis.

c ¶ *A voce exprobrantis & obloquentis.* Cum ei diceretur: Si filius Dei es descende de cruce. Matt 27.e

d *A facie inimici.*] Iudæ.

e ¶ *Et persequentis.*] Populi Iudaici.

f ¶ *Hæc omnia venerunt super nos*, &c.] Martyres ista dicunt: quia omnia quæ tu Domine Iesu pertulisti, & nos eadem pertulimus: sed te semper confessi sumus.

g ¶ *Et inique non egimus in testamento tuo.*] Sed veraciter te prædicauimus.

h ¶ *Et non recessit retro cor nostrum.*] Vt errores phanaticos vnde digressi fuimus, sequeremur.

i ¶ *Et declinasti semitas nostras à via tua.*] Actio nostra non est à tuis iustificationibus separata.

k ¶ *Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis.*] In corpore isto, in quo versamur & affligimur propter te.

l ¶ *Et cooperuit nos vmbra mortis*] Bene vmbra mortis in hoc sæculo opprimit, & non ipsa mors: quia Martyres vel reliqui sancti, & si affliguntur, & si morti destinantur, viuunt tamen Deo: & hæc mors, vmbra eis est, & non veritas mortis.

m ¶ *Si obliti sumus nomen Dei nostri.*] Id est, Christum.

n ¶ *Et si expandimus manus nostras ad Deum alienum.*] Ad idolum.

expandimus manus nostras ad Deum alienum. [a] Nonne Deus requiret ista? ipse enim nouit abscondita cordis. [b] Quoniam propter te mortificamur tota die: [c] æstimati sumus sicut oues occisionis. [d] Exurge, quare obdormis domine: exurge, & ne repellas in finem. [e] Quare faciem tuã auertis, [f] obliuisceris inopiæ nostræ & tribulationis nostræ. [g] Quoniam humiliata est in puluere anima nostra: [h] conglutinatus est in terra venter noster. [i] Exurge domine adiuua nos, & redime nos propter nomen tuum.

[k] ¶ In finem pro his qui commutabuntur filiis Core ad intellectum, canticum pro dilecto

PSALMVS. XLIV.

ERuctauit [l] cor meum verbum bonum: [m] dico ego opera mea regi. [n] Lingua mea calamus scribæ, velociter scribentis. [o] Speciosus forma præ filiis hominũ: [p] diffusa est gratia in labiis tuis, [q] propterea benedixit te Deus in æternum. [r] Accingere gladio tuo super fœmur tuum, potentissimè. [s] Specie tua & pulchritudine tua: [t] intende prospere, procede & regna, [u] Propter veritatem & mansuetudinem, & iustitiam

A a ¶ Nonne Deus requiret ista? ipse enim nouit abscondita, &c.] Quod cognoscat Deus cogitationes hominum, ipse in Euangelio prodit ad Pharisæos dicens: *Quid cogitatis nequam in cordibus vestris?* (Luc. 5. c) Sic & martyres dicunt: Si alicubi excessimus à viis Dei: ipse qui arcana cordis nouit, inquirat.

b ¶ *Quoniam propter te mortificamur*, &c.] In diuersis tribulationibus opprimimur propter te: sed sponte præbemus colla cædentibus.

(Matt. 10. b) c ¶ *Æstimati sumus vt*, &c.] Dixeras enim, quod mitteres nos esses tanquam oues in medio luporum: (Matt. 8. a) Nunc autem quia ab his tentationibus elongatus es, & tanquam si in naui dormiens, non nos à tempestate defendis, excitamus te domine, confessione supplici deprecantes.

d ¶ *Exurge, quare*, &c.] Vt qui mortuus es pro nobis & resurrexisti, exciteris in cordibus eorum, qui te mortuũ confitentur, & resurrexisse nõ credunt, vt tandem desinentes nos persequi, non vsque in finem æternæ mortis intereant.

e ¶ *Quare faciem tuam*, &c.] Auertit enim Deus faciẽ ad tempus, vt probet electos suos.

f ¶ *Obliuisceris* &c.] Patimur inopiam, pro nihilo habentes huius mundi diuitias, regnum cæleste desideramus. Tribulamur enim, cum elongatur desiderium nostrum.

B g ¶ *Quoniam humiliata est in puluere anima nostra.*] Vt ab illis inclinaremur, quos ventus vt puluerem à facie terræ proiicit.

h ¶ *Conglutinatus est in terra venter noster.*] Ac si diceret: Caro infirmatur, sed sensus in cælestibus est attentus.

i ¶ *Exurge domine adiuua nos, & redime nos propter*, &c.] Iam tuum in tribulationibus auxilium mereamur, vt liberemur ab his pressuris: non propter meritum nostrum, sed propter nomen tuum.

k ¶ *In finem pro his qui commutabuntur*, &c.] Pro quo in Hebræo ita habet: למנצח על-ששנים לבני קרח משכיל שיר ידידת Lamnatzeah al sosannim libne corah maskil sir Ididoth: quod nos in Latinum vertimus. *Victori pro filiis liliorum Core, eruditionis canticum amantissimum.* Quod autem (Matt. 17. d) ait, pro dilecto, totus psalmus refertur ad Christum: de quo pater loquitur in Euangelio: *Hic filius est meus dilectus, in quo mihi complacui.* Vel psalmus spiritualium nuptiarum continet sacramentum, id est, coniunctionem Christi cum Ecclesia. Initiatur ergo à voce paterna.

PSALMVS XLIV.

ERuctauit l cor meum, &c.] Non de coniunctione corporea, sed de corde protulit æquale sibi verbum, per (Ioan. 1. a) quod facta sunt omnia. Bonum est enim hoc verbum: quia quod factum est in eo, vita est.

m ¶ *Dico ego opera mea regi.*] Loquor ipsi verbo, regi filio, & cuncta perficiuntur.

n ¶ *Lingua mea calamus scribæ*, &c.] Sicut enim quæ scribuntur, non sunt leuia neque facilia, sed vtilia atque salubria: sic & Dei eloquium tanquam scribatur, ita perficitur. De velocitate vero: hoc est, quod non tardantur quæ dixerit, sed velociter adimplentur: ideo calamus dicitur. Et ad quid pertinet calamus? Aut quomodo cõparatur calamus Christo? Quia sicut pertinet petra ad Christũ, leo, dextera, mons, vel alia his similia: sic pertinet & calamus, scilicet quia mẽ-(Ezech. 40. c) surator & scriptor est. Vnde dixit in propheta: *Surge & accipe calamum, & metire templum & ciuitatẽ.* Calamus scribæ: (Matt. 13. g) Scriba ipse est Christus. Vnde dixit in Euangelio: *Omnis scriba doctus in regno cælorum, similis est patrifamilias.* Velociter scribentis. Quia nullus tam cito scribit, sicut ipse dominus C in cordibus sanctorum scribit. Quid scribit, nisi fidem, spem, & charitatem suam, verbum prædicationis tribuit?

o ¶ *Speciosus forma*, &c.] Vt non ex æquo vt alius homo, sed cum homine Dei filius intelligatur: & ideo pulchrior dicitur præ aliis filiis hominum. Forma autem de qua loquitur, non magnitudini deputãda est, sed decori. Vel quomodo speciosus, cũ Esaias dicit: *Vidimus eum non habentem speciem neque decorem, sed quasi despectum, & humiliatum, & percussum, & flagellatũ à Deo?* (Esa. 53. d) Propheta Esaias ex persona Iudæorum dicit hoc: quia illi humanitatem carnis, quasi purum hominem esse crediderunt. Sed hic propheta secundum diuinitatem loquitur. Item Esaias propheta præsciebat per Spiritum sanctum illam humanitatem à foris quam viderunt Iudæi: sed intrinsecus diuinitatem non potuerunt intelligere.

p ¶ *Diffusa est gratia*, &c.] Cũ morbos verbo curas, cum mare quiescere facis, cum ventis silẽtium indicis, cum febrem discedere iubes: cum Lazarum vocas, & venit: patrem interpellas, & audit: & non solum audit, sed etiam respondet: & omnia quæ loqueris, gratia labiorum tuorum perficiuntur. Diffusio gratiæ in Scripturis sanctis, gratia Spiritus sancti est, vel Christi. Diffusa est gratia Spiritus sancti in baptismo, in specie columbæ: cum descendit in capite, venit in barbã: deinde in oram vestimenti eius. Caput nostrum, Christus est: barba, sancti Apostoli: ora vestimenti eius, sancti prædicatores, D sicut ait propheta: *Sicut vnguentum in capite quod descendit in barbam Aaron: & quod descendit in oram vestimenti eius.* (Psal. 132. a) Gratia in labiis tuis: quia *lex per Moysen data est: gratia & veritas per Iesum Christum facta est.* (Ioan. 1. b)

q ¶ *Propterea benedixit te Deus in æternum.*] Ob hanc gratiam. Nam cum semper Christus dominus in patre fuerit benedictus, in assumpta benedicitur carne, cum descendente Spiritu sancto super eum in baptismo, dicit pater: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* (Matt. 3. d) Vel benedixit pater Deus filium suum, & Christus suam Ecclesiam.

r ¶ *Accingere gladio tuo super fœmur tuum potentissime.*] Gladium circa fœmur. Per gladium, verbum: per fœmur, incarnatio. Accingit homo gladium ad pugnandum. Sed accingere gladium potentissime. Ac si dicat propheta: Tu Christe induc carnem, pugna contra diabolum, & libera genus humanum de inferno. Accingere gladio, verbo prædicationis, qui diuisit filium à patre: filiam à matre, nurum à socru. Circa fœmur tuum, super carnem assumptam. Potentissimè, non segniter neque leuiter, sed viriliter.

s ¶ *Specie tua & pulchritudine tua.*] Sanctitate atque iustitia: vel ad diuinitatem pertinet.

t ¶ *Intende*, &c.] Si tibi intendis, semper tibi prospera erũt. *Procede*, id est, de cælo veni. *Et regna*: quia regnum diaboli antea erat. (Luc. 11. a) Vnde dicimus in oratione dominica: Veniat regnum tuum in nobis, & discedat regnum diaboli. *Intende prospere*, vide feliciter. Procede, de thalamo veteri virginalis: & regna, oppresso mortis imperio.

u ¶ *Propter veritatem, & mansuetudinem*, &c.] Veritas, ipse Christus: quia ipse est veritas. Vnde de illa muliere dixit ad Iudæos: *Qui sine peccato est vestrum, prior in illam lapidem mittat.* (Ioan. 8. a) Mansuetudo, quando dixit: Nec ego te cõdemnabo. Iustitia, quando dixit: Vade mulier, & amplius noli peccare. *Proper veritatem*: quia illa, quæ per prophetas promiseras, adimplesti. *Et mansuetudinem*: quia sicut ouis pro vita populi immolaris. *Et iustitiam*, cum non potestate, sed humilitate eripuisti hominem.

¶ *Et*

stitiam, [a] & deducet te mirabiliter dextera tua. [b] Sagittæ tuæ acutæ: [c] populi sub te cadēt in corda inimicorum regis. [d] Sedes tua Deus in sæculum sæculi: [e] virga directionis virga regni tui. [f] Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: [g] propterea vnxit te Deus Deus tuus, [h] oleo lætitiæ præ consortibus tuis. [i] Mirrha & gutta & casia à vestimentis tuis, [k] à domibus eburneis: ex quibus delectauerūt te filiæ regum in honore tuo. [l] Astitit regina à dextris tuis in [m] vestitu deaurato, [n] circūdata varietate. [o] Audi filia & vide, [p] & inclina aurem tuam, [q] & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui. [r] Et concupiscet rex decorē tuum: [s] quoniā ipse est dominus [t] Deus tuus. [u] Et adorabūt eum filiæ Tyri [x] in muneribus: vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis. [y] Omnis gloria eius filiæ regis [z] ab intus: in fimbriis aureis circumamicta varietatibus. [a] Adducentur regi virgines post eam: proximæ eius afferentur tibi. [b] Afferentur in lætitia & exultatione: [c] adducentur in templum regis. [d] Pro patrib. tuis nati sunt tibi filij: [e] cōstitues eos principes super omnem terram. [a] Memo-

a ¶ *Et deducet, &c.*] Potentia siue virtus. Vel potestas deducet te, scilicet in cœlum.

b ¶ *Sagittæ, &c.*] Prædicationes, corda hominum transfigentes. Acutæ: quia vsque ad interiora cordis penetrant.

c ¶ *Populi, &c.*] A compunctione prædicationis, in corde corruunt, vt non superbiant, sed humiliter credant. Qui fuerant non credendo inimici regis, fiant credendo amici. Quia qui Christi inimici erant, postea amici effecti sunt.

d ¶ *Sedes tua Deus, &c.*] Non temporalis, sed æterna. Vel sedes Dei; sancta ecclesia est, aut anima: quia anima iusti, est sedes sapientiæ.

e ¶ *Virga, &c.*] Per virgam, correptio disciplinæ: quia per ipsam ad regulā veritatis corda illorum diriguntur, quæ tortuosa erant.

f ¶ *Dilexisti, &c.*] Id est, mandata Dei patris impleuisti. Et odisti iniquitatem, non quod odium cadat in Deum: sed odire Deus dicitur, id est, repudiare. Iniquitas, ipse diabolus intelligitur. Vel virga, disciplina cœlestis accipitur: per quam iniquam tortuositatem nostrā quam odiuit, ad suam direxit iustitiam.

Heb. 1. c — g ¶ *Propterea vnxit te Deus, &c.*] Deum, inquit Apostolus, & Christum: Deus illum fecit.

h ¶ *Oleo, &c.*] Alij reges qui typum illius prætulerunt, & regnando consortes dicti sunt, oleo corruptibili sunt inuncti: hic vero filius Dei à Deo patre, oleo exultationis, hoc est, resurrectionis, ascēsionis, dominationisque est delibutus: quia Christus natura vnctus, nos per gratiam: quia in illo pleniter fuit diuinitas: nam in sanctis per partes datur.

i ¶ *Mirrha, &c.*] Mirrha pro sepultura ponitur: gutta contra venena accipitur. In casia, homo qui sæpe arbor dicitur, demonstratur. Ergo defluxerunt hæc à vestimentis eius, id est, ab assumpta carne, qua velut vestimentum se diuinitas circundedit. Stillauit odor mirrhæ, cum est traditus sepulturæ. Fluxit gutta, cum compresso serpentis veneno, tartarea restrinxit incendia. Prodiuit & casia: cum in eo homine, per quem euicit inferos, ascendit in cœlos.

x ¶ *A domibus, &c.*] Domus eburneas, propter magnitudinem elephantorum, domus amplas accipimus. Ampla est enim via quæ ducit ad perditionem. Sed ebur nisi radatur limis, diuidatur serris, ac subulis perforetur, obscurum & horribile est: sic & apostoli erant antequam vocarentur & inhabitarentur. Sed postquam vocati sunt, serris secti, vngulis rasi, scalpellis scalpti, flammis igniti, ac diuersis suppliciis elimati, facti sunt domus Dei: in qua ipse Christus dignaretur inhabitare. Horum exempla sequentes martyres, effecti sunt suorum corporum reges. Istorum regum sunt filiæ, animæ sanctæ: quæ Christum delectatæ sunt, honorando nomen maiestatis eius, & præconando misericordiam eius. A domibus eburneis, de quibus lætificauerunt te. Multi per errorem pro domibus, gradus dicunt: quia apud Græcos, verbum βάρεων vtrunque significat. — Mat 7. b

l ¶ *Astitit regina à dexteris tuis.*] Quia nihil est in regno tuo sinistrum.

m ¶ *In vestitu, &c.*] Spiritualis credulitatis ornamento.

n ¶ *Circumdata, &c.*] Gentium ac populorum. Ipsi nunc ecclesiæ propheta loquitur. Regina, ecclesia est. Vnde dicit in Cantico canticorum: *Quæ est ista quæ ascendit dealbata, innixa super fratruelem suum?* Regina dicitur: quia regit sua vitia & peccata. *A dextris tuis.* Vt illud: *Statuet quidē oues à dextris suis*, quando dicturus erit: *Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. In* — Cant. 8. b / Ser. 70. / Mat 25. c

vestitu, id est, non nuda, sed vestita sensu spirituali. *Circumamicta varietate.* De septuaginta & duabus linguis, id est, de diuersitate gentium, vel gratiarum actione.

o ¶ *Audi, &c.*] Crede vt intelligas. Filia, quia ab eo renata. Sponsa, quia ipsi es sociata. Vel Christus vocat ecclesiam suam per fidem filiam. Filia dicit, vt casta sit mente & corpore.

p ¶ *Et inclina, &c.*] Humiliter ac sapienter ausculta, vel desidera. Et audi, aure cordis, vt illud: *Qui habet aures audiendi, audiat.* Et vide, hoc est, oculis cordis, vnde Deus videtur, vt ait: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* — Luc. 8. b / Mat. 5.

q ¶ *Et obliuiscere, &c.*] Consortia dæmoniorum, vel vitia, & peccata, & domum patris tui diaboli, qui te prius genuerat: quia totus mundus in maligno positus erat: ideo inclina autem tuam.

r ¶ *Quoniam, &c.*] Christus Iesus à quo regeris, quia nigra eras in domo patris: nunc autē ascendis post baptismum, vel vitiis abluta, vel gratia fidei candida.

s ¶ *Quia ipse, &c.*] A quo redempta es.

t ¶ *Deus tuus.*] Quem nūc relictis simulacris excolis, & adoras. Quomodo dicit speciē & pulchritudinem tuam: cùm non tam pulchra, nec speciosa, quam antea fœtida & deformis erat ecclesia? Sed postea pulchra & speciosa per lauacrum baptismi: quia iustus pro impiis mortuus est, id est, Christus: mundans eam per lauacrum sanguinis sui, vt ait Apostolus: Non habentem maculam aut rugam. — Eph. 5. f

v ¶ *Et adorabunt, &c.*] Tyrus interpretatur, angustia. *Filiæ Tyri*, filiæ angustiæ. Ipsi adorant Christum, qui sunt in angustia. Vel animæ credentes ex gentibus.

x ¶ *In muneribus, &c.*] In te recondētes thesauros suos, de corde te mundo requirunt: quia vbi sunt thesauri eorum, ibi erit & cor eorum. Fecerunt hoc magi, qui cum thure, & mirrha, & auro venerunt: quia non tantum verbis, sed etiam muneribus adorauerunt Christum. — Mat 2. a / Ibid. 6.

y ¶ *Omnis gloria, &c.*] Animæ fidelis.

z ¶ *Ab intus, &c.*] Superius diximus, varietate gentiū: hic, gratiarum. Omnis gloria eius filiæ regis ab intus, id est, seniores ecclesiæ, vel reges & potentes: qui habent modo spē, fidem, & charitatem: ipsi obtulerunt ab intus, hoc est, in cōscientia ecclesiæ. In fimbriis aureis circumamicta varietate. Non solum litera, sed etiam sensu spirituali, illi qui intrant, obtulerunt: vel varietate virtutum repleti sunt.

a ¶ *Adducentur, &c.*] Per vnam ecclesiam, apostolica institutione fundatam multi conuertuntur ad Christum.

b ¶ *Afferentur tibi, &c.*] Non in tristitia peccati neque in lacrymis pœnitentiæ: sed in lætitia virtutum, & exultatione gratiarum.

c ¶ *Adducentur, &c.*] Vidit enim Ioannes Hierusalem ciuitatem sanctam descendentem de cælo, habentem claritatem Dei: sed templum in ea non vidit: dominus inquit, est templum eius. Inducentur ergo in hoc templum virgines istæ, hoc est, animæ sanctorum, vt conformes efficiantur corpori gloriæ eius. — Apoc. 21. a

d ¶ *Pro, &c.*] Fuerunt ô ecclesia apostoli patres tui: quia ipsi te genuerunt. Nunc autem quia illi recesserunt à mundo, habes pro his episcopos filios, qui à te creati sunt. Sunt enim & hi patres tui: quia ab ipsis regeris.

e ¶ *Constitues, &c.*] Constituit Christus sanctos suos super omnes populos. In nomine Dei dilatatum est euangelium in omnibus finibus mundi: in quibus principes ecclesiæ, id est, episcopi constituti sunt.

A a ¶ *Memores erunt nominis tui, in omni generatione & generatione.*] Ideo memores erunt: quia nunquam obliuiscuntur, sed semper te prædicabunt, siue ædificabunt in generationibus sanctorum.

b ¶ *Propterea populi confitebuntur, &c.*] Ob eorum prædicationem semper tibi delicta populi confitebuntur: tuam gloriam enarrabunt, tuam laudem annuntiabunt.

c ¶ *In finem pro filiis Core, &c.*] Pro arcanis, id est, pro occultis de vocatione gentiũ, & de reprobatione Iudæorũ. Psalmus docet nos spem nostram in illum debere ponere, qui solus potest de tribulationibus liberare.

a Memores erunt nominis tui domine, in omni generatione & generatione. b Propterea populi confitebuntur tibi in æternum, & in sæculum sæculi.

c ¶ In finem pro filiis Core pro arcanis, psalmus.

PSALMVS XLV.

DEus d noster refugiũ & virtus: adiutor in tribulationibus quæ inuenerunt nos nimis. e Propterea non timebimus f dũ turbabitur terra: g & transferentur mõtes in cor maris. h Sonuerunt & turbatæ sunt aquæ eorum: i cõturbati sunt montes in fortitudine eius. k Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. l sanctificauit tabernaculum suũ altissimus. m Deus in medio eius non commouebitur: n adiuuabit eã Deus mane diluculo. o Conturbatæ sunt gẽtes, p & inclinata sunt regna: q dedit vocem suam, r mota est terra. s Dominus virtutum nobiscũ: t susceptor noster Deus Iacob. u Venite & videte opera domini x quæ posuit prodigia super terram: y auferens bella vsque ad fines terræ. z Arcum cõteret a & confringet arma: b & scuta comburet igni. c Vacate & videte quoniam ego sum Deus: d exaltabor in gentibus, e & exaltabor in terra. f Dominus virtutum nobiscum: susceptor noster Deus Iacob.

g ¶ In finem pro filiis Core, psalmus.

PSALMVS XLVI.

OMnes h gẽtes plaudite manibus: i iubilate Deo in voce exultationis. k Quoniam dominus excelsus, terribilis: l rex magnus super omnem

PSALMVS XLV.

DEus d noster, &c.] Plenus est enim mundus ærumnis atque pressuris: Ideoque quia sunt alia adiutoria regum, virtutes potentium refugia ciuitatum: nostra munitio Christus est, qui nos ab his potenter eripere potest.

e ¶ *Propterea, &c.*] Quia in ipso credulitatem habemus.

f ¶ *Dum, &c.*] Generatio Iudæorum, quia terrena sapiunt.

g ¶ *Et transferentur, &c.*] Prædicationes apostolicæ in corda gentilium huius mundi, sicut

B in euangelio: *Si habueritis*, in-

Mat. 17.c quit, *fidem sicut granum sinapis, dicetis huic monti: transi, & faciet* In corde maris ... est, in gentilitate.

h ¶ *Sonuerunt & turbatæ sunt, &c.*] Aquæ, populi: motus, dæmones intelliguntur. Qui tunc turbati sonum dederunt: cum euersoribus simulacrorum, vel restiterunt, vel mortem parare voluerunt.

i ¶ *Conturbati sunt montes in fortitudine eius.*] Excelsiores sæculi potestates.

k ¶ *Fluminis, &c.*] Post euersos cultus dæmoniorum, ablutio baptismi, vel irrigatio Spiritus sancti lætificat animam ciuitatem Dei, siue ecclesiam, quæ est ciuitas Dei, quæ super montem posita, non absconditur.

Mat 5 b l ¶ *Sanctificauit, &c.*] Congregationem fidelium, in qua per fidem habitat.

m ¶ *Deus in medio, &c.*] Sed firmatur, vt ait: Ne timeas Maria: vel ecclesia in tribulatione.

Luc.1.c n ¶ *Adiuuabit eam Deus, &c.*] Inspectione sancta, qua

Mat.5.a mundum promerebitur cor. *Beati* enim *mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt.*

o ¶ *Conturbatæ, &c.*] Vitiorum ac criminum.

p ¶ *Et inclinata sunt regna.*] Potestates dæmoniorum, sub potestate Christi.

q ¶ *Dederunt, &c.*] In prædicationibus.

r ¶ *Mota, &c.*] Obstupuerunt gẽtes in incredulitate sua, hoc est, gentilitas de infidelitate ad fidem Christi.

s ¶ *Dominus, &c.*] Per assumptionem carnis, particeps factus est nobis. Ideo & Emanuel, hoc est, nobiscum Deus Dominus virtutum, angelorum & hominum.

t ¶ *Susceptor, &c.*] Ipse virtutum dominus, qui vicit diabolum. Ipse susceptor noster, vt nos in æternum conseruet. Adiutor Deus Iacob Per Iacob, supplantatio vitiorum.

v ¶ *Venite, &c.*] Christus vocat suam ecclesiam ad fidem,

Dan.2.g vel ad credulitatem. Videte, id est, intelligite i opera domini, virtutes domini. Vel opera domini: quia iuxta Danielem, lapis excisus *de monte sine manibus*, comminutis regnis mundi occupauit latitudinem omnis terræ.

x ¶ *Quæ, &c.*] Multa enim signa vel ante aduentum corporeum, vel post illum ostendit in populis.

y ¶ *Auferens, &c.*] Omnia bella in aduentu domini quieuisse, multorum narrant historiæ. Sed & nunc in ecclesia sua quotidie bella coërcet, vt non sæuiant vel hæretici, vel Iudæi. Vel auferens, tollens bella, hoc est, pugnas: quia semper est pugna vitiorum & peccatorum. Vsque ad fines terræ, vsque ad finem sæculorum. Dominus aufert à nobis istam pugnam: nam per nos non possumus.

z ¶ *Arcum, &c.*] Occultas malorum insidias.

a ¶ *Et confringet arma.*] Præsentes pugnas.

b ¶ *Et scuta, &c.*] Insanas diabolicæ protectionis phantasias: quæ omnia illo igni spirituali consumit, de quo ait: *Ignẽ veni mittere in terram*, hoc est, in ecclesiam. Dauit g

c ¶ *Vacate, &c.*] Ego feci, & ego feram: ego creaui, & ego sustineam: redimam vos, & dimittam peccata vestra, ait dominus. Vacate ergo vt me cognoscatis: & non in aliud conturbemini. Luc.12.f

d ¶ *Exaltabor, &c.*] Quæ fuerint ad credulitatem conuersæ.

e ¶ *Et exaltabor, &c.*] Si ex Iudæorum gente ad me reuersi fuerint: quos non terrena sapere manifestum est. D

f ¶ *Dominus, &c.*] Sẽper enim cum credentibus dignanter inhabitat: sicut apostolis post resurrectionem polliceri dignatus est, dicens: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi.* Esa.46 b

g ¶ *In finem, &c.*] Filij Core, filij calui. Vox deridentis est. Hoc de illis quadraginta duobus pueris dicit, qui Heliseum deriserunt, & dixerunt: *Ascende calue, ascende calue*: & male dixit eos in nomine domini. Et egressi duo vrsi, comederunt eos. Heliseus figuram Christi tenet: illi pueri figurã Iudæorum, qui dixerunt: *Aue rex Iudæorum.* Vnde Paulus dicit: *Nolite pueri effici sensib⁹, sed malitia paruuli estote.* Venit medicus sanare ægrotos, sed ægroti occiderunt medicum. Vrsi propriè dæmones intelliguntur: quia deuorauerunt corda illorum. Psalmus vocem continet apostolicam, admonentem, vt in ipso solo lætemur, cuius sumus sanguine liberati. Mat vlt. 4.Reg.2.d 1.Cor.14.d

PSALMVS XLVI.

OMnes h *gentes plaudite, &c.*] Spiritus sanctus per prophetam vocat ad fidem omnes gentes venire. Omnes gentes, id est, totus mundus, simul plaudite manibus. Plaudere, laudare. Plausus namque laus dicitur. Gaudere, in bonis operibus.

i ¶ *Iubilate, &c.*] Voce sublimi dominum confitemini in ipso corde: & omni membrorum officio exultate. Propter magnitudinem lętitiæ dicit. Vox exultationis est, quod nec verbis, nec literis, nec syllabis potest homo comprehendere, quantum Deum laudare debeat.

k ¶ *Quoniam, &c.*] Ille qui quondam irritabatur à Iudæis, obtentis gentibus excelsus cœlos ascendens, terribilis factus est, residens ad dexteram patris.

l ¶ *Et rex, &c.*] Non solum super Iudæorum gentem, sed super omnes nationes terræ. Vel super omnem terram, id est, super omnem ecclesiam: quia ecclesia terra dicitur. Christus super eam: quia data est ei potestas in terra & in cœlo. Vel de quo nunc apostoli dicunt,

E a ¶ *Subiecit populos nobis, & gentes*, &c.] Subiectas cibi à Christo gentes, & populos dicunt: quorum malitia conculcata, dignos in hæreditatem Christi fecerunt. Vel hæreditas Christi, sancta ecclesia est. Vnde dixit in alio loco: *Dominus pars hæreditatis meæ.* Et nos sua, & ille nostra, secundum illud: *Portio mea dominus.*
Psal. 15.b Ibid. 118.a

o ¶ *Psalmus*, &c.] Per Psalmum, opus vel prædicatio intelligitur. Per canticum, scientia & laus. Filij Core, sancti Apostoli vel martyres. Prima sabbati, fecit lumen: secunda sabbati, fecit firmamentum. Lucem, angelos: firmamentum, homines: Habet inde aliquid in nouo testamento. Prima sabbati, resurrexit lux Christus. Vnde dixit in euangelio: *Erat lumen verum quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Secunda sabbati, firmata est ecclesia in fide, quãdo dixit dominus: *Et super hanc petram ædificabo ecclesiã meam.* Psalmus totus circa sanctam plebem, totus circa ecclesiastica mysteria commoratur.
Ioan. 1.a Mat. 16.c

omnem terrã.[a] Subiecit populos nobis, & gẽtes sub pedib. nostris. Elegit nobis hæreditatẽ suam:[b] speciem Iacob quem dilexit.[c] Ascendit Deus in iubilo,[d] & domin⁹ in voce tubæ.[e] Psallite Deo nostro, psallite: psallite regi nostro, psallite.[f] Quoniã rex omnis terrę Deus,[g] psallite sapiẽter.[h] Regnabit Deus super gẽtes:[i] Deus sedet super sedẽ sanctã suã.[k] Principes populorũ[l] congregati sunt[m] cũ Deo Abraham:[n] quoniam dij fortes terræ vehementer eleuati sunt.

o ¶ Psalmus, vel laus cantici filij Core, secunda sabban.

PSALMVS XLVII.

MAgnus[p] domin⁹ & laudabilis nimis:[q] in ciuitate Dei nostri,[r] in monte sancto eius.[s] Fũdatur exultatione vniuersæ terræ[t] mõs Sion, latera Aquilonis: ciuitas regis magni.[u] Deus in domibus eius cognoscetur, cum suscipiet eam.[x] Quoniã ecce reges terræ cõgregati sunt:[y] conuenerunt in vnum.[z] Ipsi videntes sic admirati sunt,[a] conturbati sunt, commoti sunt: tremor apprehendit eos.[b] Ibi dolores vt partu-

b ¶ *Speciem Iacob*, &c.] De pulchritudine enim Iacob elegit apostolos: qui ab eius stirpe descendentes, hæc dicunt. Quod autem eum diligat, audi prophetam: *Iacob dilexi, Esau autem odio habui.*
Mal. 1.a

c ¶ *Ascendit Deus*, &c.] Clarum enim ascensio eius: in qua multitudo angelorum cum magna iubilatione dicebat:
Psal. 23.b *Tollite portas principes vestras*: iam redit victor ex prælus.

d ¶ *Et*, &c.] In qua duo angeli tanquam tuba, illo ascendente apostolis clamauerunt: *Hic Ie-*
Act. 1.a *sus qui receptus est à vobis, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cælum.* Vel post victoriam, qua vicit diabolũ, sic ascendit. Vnde dicit in alio psalmo: *Tollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æ-*
Psal. 23.b *ternales: & introibit rex gloriæ.* Vel sicut legimus in actibus apostolorum, quando ascendit
Act. 1.b de monte Oliueti: *Viri Galilæi quid statis aspicientes in cælum? Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cælum: sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cælum.*

e ¶ *Psallite Deo nostro, psallite: psallite regi nostro*, &c.] Qui
F oppresso mortis dominatu, carnem cum qua iacuit in tumulo, euexit ad cœlum.

f ¶ *Quoniam rex omnis terræ Deus.*] Quia iam non solum in Iudæa & Hierusalem notus, sed in omni terra fidei lumine declaratus.

g ¶ *Psallite sapienter.*] Vt quæ canitis per literam, intelligatis spiritualiter dicta.

h ¶ *Regnabit*, &c.] Quas in hæreditatem accepit à patre.
Psal. 2.b Vnde & in alio psalmo dicit: *Dabo tibi gentes hæreditatem*
Ibid. 112.a *tuam, & possessionem tuam terminos terræ.* Vel excelsus dominus super omnes gentes, & super cælos gloria eius.

i ¶ *Deus sedet super sedem sanctam suam*] Ad dexteram patris. Vel angeli, pro innocentia eorum dicuntur sedes: quia non peccauerunt. Inde dixit: *Cælum mihi sedes est. Deus se-*
Esa. 66.a *det super sedem sanctam suam*, hoc est, in ecclesia. Vnde di-
Sap. 7.d ctum est: *Anima iusti, sedes est sapientiæ.*

k ¶ *Principes populorum.*] Apostoli.

l ¶ *Congregati sunt.*] Ad iudicandum. Vel principes populorum, id est, seniores Christianorum: quorum figuram tenebat centurio: Vel modo illi qui tenent ipsam fidem, quam
Mat. 8.b habuit Abraham. Vnde dictum est: Multi *venient ab oriente & occidente, & recumbent cum Abraham, Isaac & Iacob in regno cælorum.*

m ¶ *Cum Deo*, &c.] Deus Abrahæ, Deus verus est, Deus viuentium, cum quo iusti iudicium facient. Sic enim & domi-
Mat. 19.d nus in euangelio ait: *Cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ: sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.*

n ¶ *Quoniam dij fortes terræ vehementer*, &c.] Dij sancti sont:
Psal. 81.b sicut ait idem propheta: *Ego dixi dij estis, & filij excelsi oẽs.* Eleuati sunt vehementer. Eleuati sunt per fidem & prædicationem. Vel illi qui eleuati sunt in superbia, & relictis cœlestibus, terrena concupierunt, quibus dicitur: Sicut homines moriemini: isti à Deo abrahæ, vel apostolis eius sunt iudicandi. Nos vero oremus dominum, vt deposito omni tumore superbiæ, ita illi coniungamur in hoc sæculo, vt in iudicio à sinistra parte disiuncti, non inueniatur in nobis quod damnet in pœnam: sed quod pietate multiplici prouehat ad coronam.

PSALMVS XLVII.

MAgnus p *dominus*, &c.] Vox ecclesiæ. Magnus dicitur, non pro comparatione, sed pro magnitudine gloriæ suæ: Quasi interrogaretur, vbi magnus, vbi laudabilis? Respondet:

q ¶ *In ciuitate Dei nostri.*] Anima sancta, cuius ciues atque domestici, boni actus intelliguntur.

r ¶ *In monte*, &c.] In assumpto dominici hominis corporis.

s ¶ *Fundatur*, &c.] Terram quæ prius peccatis & maledictionibus subiacebat, ascensione sua occupauit: atque in ea credulitatis suæ exultationem ac lætitiam dilatauit. Vel fundata fuit & est ecclesia, in toto mundo in fide. H

t ¶ *Mons Sion*, &c.] Ad hunc montem, id est, ad Christum dominum, accesserunt duo populi ex Sion: vnus de lateribus Aquilonis, qui est ex præputio: alter ex circuncisione. Christus ergo dominus qui est pax nostra, abstulit maceriam inimicitiæ de medio, & fecit vtraque vnum: & collocauit in ecclesia sua, quæ est ciuitas regis magni, hos populos per fidem. Vel mons Sion, hoc est sancta ecclesia. De lateribus Aquilonis, quia de malis est congregata. Vnde dictum est: *Ab Aquilone exorientur mala quæ sunt super terram*, Hic Aquilo Hier. 1.c
diabolus, cui dicitur: *Veni Aquilo, persla hortũ meum*, hoc est, Can. 4.d
ecclesiã tentationibus. Vnde Apostolus dicit: *Oportet hæreses esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant in vobis.* Vel ciuitas regis magni, hoc est, sancta ecclesia. 1. Cor. 11.d

v ¶ *Deus in domibus eius*, &c.] Suscepit eam per gratiam. Cognoscitur autem in gradibus eius, id est, in Apostolis vel reliquis prædicatoribus, per quos ecclesiæ fides annontiata est. Gratia enim sumus saluati per fidem: & hoc non ex uobis Dei donum est, vt nemo de se glorietur. Vel in domibus, id est, in sancta ecclesia. Cum suscipiet eam in fide: quia antea inter malos erat.

x ¶ *Quoniam ecce reges terræ congregati sunt.*] Principes sæculi, quorum regnum in cultu idolorum atque dæmoniorum erat. Ex lateribus Aquilonis, id est, diaboli accedentes. Vel congregati sunt, & conuenerunt in vnum, id est, in vnitatem ecclesiæ.

y ¶ *Conuenerunt in vnum.*] Lapidem summum angularem in fundamento fundatum.

z ¶ *Ipsi videntes*, &c.] Gloriam ac potentiam redemptoris. Vel virtutes apostolorum admirati sunt, & commoti sunt de infidelitate ad fidem.

a ¶ *Conturbati sunt & commoti sunt, tremor apprehendit eos.*] Esa. 26.d
A conscientia delictorum: quia dictum est: *A timore tuo concepimus & peperimus spiritum salutis.*

b ¶ *Ibi dolores*, &c.] Cum corpora coërceri per abstinentiam cœperint, in spiritu fortissimo, id est, sancto.

a ¶ Conte-

A a ¶ *Conterens, &c.*] Humilians superbiam gentium: quia Tharsis in principio suo à nauigatione negotiatorum superba ac præcellens facta est. Ideo hîc comparantur huic nauigio, qui in huius sæculi fluctibus circumferuntur omni vento luxuriæ atque vanitatis: Ipsi nunc in ea credentes dicunt.

b ¶ *Sicut audiuimus.*] Per prophetas.

c ¶ *Sic vidimus in ciuitate domini, &c.*] Vidimus in euangelio, quæ est ciuitas virtutum. Vidimus in ecclesia, quæ est ciuitas Dei in illo regno magno fundata.

d ¶ *Suscepimus Deus misericordiam tuam, &c.*] In ecclesia tua suscepimus sanctum spiritum, sicut & illi prius super quos in Actibus apostolorum est effusus. Actor 2.4

e ¶ *Secundum nomen tuum Deus: sic, &c.*] Cum accepto Spiritu sancto, cunctarum gentium locuti sunt linguis. Sed & in amplitudine fidelis populi, semper tua laudatio commoratur.

f ¶ *Iustitia plena, &c.*] In his qui in iudicio, in dextera parte sunt collocandi.

g ¶ *Lætetur mons Sion.*] Ecclesia in Christo.

h ¶ *Et exultent, &c.*] Animæ confessorum: quia Iudas confessio interpretatur.

i ¶ *Propter, &c.*] Quia custodierunt ea vt pœnitentiam
B agerent. Vel iudicia tua, iudicia Dei occulta: quia reprobati sunt Iudæi, & electæ sunt gentes in fide.

k ¶ *Circundate Sion.*] Id est, defendite ecclesiam in credulitate vestra.

parturientis: in spiritu vehementi, [a] conteres naues Tharsis.[b] Sicut audiuimus, [c] sic vidimus in ciuitate domini virtutũ, in ciuitate Dei nostri: Deus fundauit eam in æternum.[d] Suscepimus Deus misericordiã tuam, in medio templi tui. [e] Secundum nomen tuum Deus, sic & laus tua in fines terræ: [f] iustitia plena est dextera tua.[g] Lætetur mõs Siõ, [h] & exultẽt filiæ Iudæ, [i] propter iudicia tua dñe.[k] Circundate Sion, [l] & cõplectimini eam:[m] narrate in turribus eius.[n] Ponite corda vestra in virtute eius, [o] & distribuite domos eius, [p] vt enarretis in progenie altera. [q] Quoniam hic est Deus noster in æternum, & in sæculum sæculi: & ipse reget nos in sæcula.

[r] ¶ In finem pro filiis Core.

PSALMVS XLVIII.

AVdite [s] hæc omnes gẽtes: auribus percipite qui habitatis orbem.[t] Quique terrigenæ & filij hominum: simul in vnum diues & pauper.[u] Os meum loquetur sapientiã.[x] & meditatio cordis mei prudentiam.[y] Inclinabo in parabolam aurem meam: [z] aperiam in psalterio propositionem meam. [a] Cur timebo in die mala: [b] iniquitas calcanei mei circundabit me. [c] Qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarũ suarum gloriantur.[d] Frater nõ redemit, redimet homo?[e] nõ dabit Deo placationẽ suã.[f] Et pretium redemptionis animæ suæ: [g] & laborauit in æternum,[h] & viuet adhuc in finem.[i] Non videbit interitum, [k] cum viderit sapientes morientes: [l] simul insipiens & stultus peribunt. Et relinquent alienis diuitias suas: [m] & sepulcra eorum domus illorum in æternum. Taber-

l ¶ *Et, &c.*] In charitate.

m ¶ *Narrate, &c.*] Laudem & gloriam Christi. Narrate, hoc est, prædicate. Turres, hi sunt principes ecclesiæ tuæ: quia turris fortis est, & vndique speculatur. Sic & sancti & fortes, & speculatores debent esse in gente humana.

n ¶ *Ponite corda, &c.*] Ne separemini à charitate quam docuit. Ponite, hoc est intelligite. In virtute eius, in charitate eius: quia non solum docere, sed etiam quod prædicant, opere debent implere.

o ¶ *Et, &c.*] O vos doctores ecclesiarum, distribuite gradus ordinationum, canonice & sancte: non præmiis corrupti, non personarum acceptione per adulationem decepti.

p ¶ *Vt enarretis, &c.*] Non solum his qui credunt, sed & his qui credituri sunt. Sed quid iniquis enarremus?

q ¶ *Quoniam, &c.*] Deus, quia per ipsum facti sumus. Rex, quia ab ipso regimur. Ipse. n. lubricos & tortuosos gressus nostros direxit in se: qui est via pacis, & pax nostræ salutis.

r ¶ *In finem &c.*] Filij Core, sancti apostoli vel martyres sunt. Istum psalmum spiritus S. per prophetam in persona prædicatorum cantauit. Vel ideo iste psalmus, eo quod doceat mundi diuitias cum vanis honoribus spernendas: cauẽdas etiam serpentis astutias, & omnem orbem ad audiendum Dei verbum instanter admonet, dicens:

PSALMVS XLVIII.

A*Vdite* [s] *hæc omnes gentes: auribus percipite qui habitatis orbem.*] Sapienter intelligite in spiritualibus auribus, quas dominus ad audiendum elegit. In euangelio autem cordis requirit, vnde Deus auditur. *Qui habitatis orbem*, id est, corpora vestra.

t ¶ *Quique terrigenæ & filij hominum, simul in vnum, &c.*] Intelligendum est quod oẽs habitatores terræ ad audiendũ C
Dei verbum vocat: scil. vt nulli hominum occultentur diuina vel iudicia, vel mandata. Vel *simul in vnum diues & pauper*, hoc est, seruus & liber. Vel pauper, vnde dixit: *Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Mat. 5.b

v ¶ *Os meum, &c.*] Loquetur illam sapientiam quæ occulta est ab huius sæculi sapientibus, & reuelata est paruulis, hoc est, vt cognoscant paruuli ecclesię, quia Christus est sapientia patris: de quo omnes prophetæ loquuntur. Vel os meũ loquetur sapientiã, id est, Christum quem prædicat ecclesia.

x ¶ *Et meditatio, &c.*] Semper in corde meditabar, vt relinquentes homines stolidam vanitatem, Christi prudentiam sequerentur.

y ¶ *Inclinabo, &c.*] Quia sciit propheta Christum dominum venturum in mundum, qui in similitudine loquatur: ideo se ad audiendum præparat, id est, spiritualiter intelligendum. Vel inclinabo aurem cordis ad humilitatem. In parabola, id est, in similitudine intelligam.

z ¶ *Aperiã, &c.*] Hoc propono, vt quod ille decalogus prædixit, si custodiatur, cœlestia regna largiuntur. Vel quod proposui in corde, prædicabo in sermone, & intelligam.

a ¶ *Cur timebo in die mala?*] In die iudicij.

D b ¶ *Iniquitas, &c.*] Quia in calcaneo quisquis peccauerit, labitur. Sed & iniquitas calcanei, originale peccatum accipitur ex Adam, vt dictum est ad mulierem: *Inimicitias ponam inter te & serpentem, & semen tuum & semen illius. Tu obseruabis*, id est, conteres, *caput suum, & ipse calcaneum tuum.* Gen 3.c

c ¶ *Qui, &c.*] Isti labuntur in calcaneo: quia per illũ nõ incedunt, qui est via veritas & vita: vel qui confidunt in virtute sua, quique in abundantia diuitiarum suarum gloriantur.

d ¶ *Frater, &c.*] Si Christus non redemit qui se fratrem dixit apostolorum, & resurgendo factus est primogenitus resurgentium, non redimet Adam, quia primus homo mortuus non resurrexit. Nam frater noster Christus est Deus & homo, qui nos redemit. Vel, quod non redemit Moyses, redemit Christus. Mat. 12.d

e ¶ *Non dabit, &c.*] Qui non agit pœnitentiam, per quam placatur Deus.

f ¶ *Et pretium, &c.*] Non fecit eleemosynam, per quam peccata delentur.

g ¶ *Laborauit, &c.*] In tormentis perpetuis positus.

g ¶ *Et viuet in finem.*] Quia non interficitur, sed semper reparatur ad pœnam.

i ¶ *Non, &c.*] Non intelligit imminere sibi mortem.

k ¶ *Cum viderit, &c.*] Si viderit hominem sapientem in Deo ab hoc mundo migrare, dicit: Quid huic ieiunia? Quid castitas? Quid eleemosynæ profuerunt? Nonne & ipse mortuus est? Tale quiddam & redemptori nostro Iudæi insultantes, dicebant: *Nunquid tu maior es patre nostro Abraham qui mortuus est: & prophetæ mortui sunt?* Ioan. 8.g

l ¶ *Simus insipiens, &c.*] Insipiens est, qui Dei notitiam habere contemnit, de quo Apostolus ait: *Omnis ignorans ignorabitur.* Stultus verò est qui in diuitiis & non in Deum sperat. Perdunt ergo ambo diuitias: quia ibi congregant, vbi fures effodiunt & furantur. 1.Cor. 14.g

m ¶ *Sepulcra eorũ domus illorũ in æternũ. Tabernacula eorũ in progenie*

B progenie & progenie.] Hæc illis erit perpetua habitatio: quia non resurgent vt habeant æternam vitam, sed vt damnentur in pœna.

a ¶ *Vocauerunt*, &c.] Sæpe enim pagani super defunctorum epulantes sepulchra, atque in nomine eorum qui mortui sunt bibentes, inania cum quodam modulamine cantāt: sed nihil prodest in inferno damnatis.

b ¶ *Homo cum*, &c.] Esse se ad imaginem Dei formatum.

c ¶ *Comparatus est iumentis insipientibus*, &c.] Deposita forma cœlesti, factus est in similitudinem insipientium iumentorum.

d ¶ *Hæc via illorum scandalum*, &c.] Quia de iudicio ad pœnam eos deducit.

e ¶ *Et postea in ore suo*, &c.] Sed nihil proficit confessio in inferno.

f ¶ *Sicut oues in*, &c.] Merito à morte depascūtur, qui Christum noluerunt habere pastorem.

g ¶ *Et dominabuntur*, &c.] In resurrectione.

h ¶ *Et auxilium eorum*, &c.] Habuerunt diuitias, sed cum descenderent in infernum, euanuerunt.

i ¶ *A gloria sua*.] Quia non quæsierunt gloriam Christi, qui nunc de se loquitur.

F k ¶ *Veruntamen Deus redimet animam meam de manu inferi*, &c.] Homo Deus *non rapinā arbitratus est esse se æqualem Deo: sed semetipsum exinaniuit, formam suscipiens serui*. Suscepta etiam morte resuscitatus paterna virtute, hominē qui corruerat, reparauit. Phil. 2. a

l ¶ *Ne timueris cum diues factus*, &c.] Diues effectus est Iudas proditor vendendo magistrum: sed nihil pretij quod assumpserat, secum cum moritur deportauit. Sic ergo nunc vnusquisque oppresso paupere diues efficitur & multiplicatur. Noli timere, cito præterit, & nihil secum de his quæ rapuerat, tollit: domino in euangelus sic dicente: *Stulte hac nocte animam tuam repetent à te: quæ autem parasti, cuius erunt?* Luc. 12. a

m ¶ *Quia anima eius in vita ipsius benedicetur*.] Benedicitur à stultis propter potentiam: sed victus affluentia ac potus, proferunt non de bene viuente, sed de bene pasceote senteotiam Sed ooo hæc excusant à pœna.

n ¶ *Confitebitur tibi cum*, &c.] Tunc gratias agit, quando aliquid lucri cooquirit.

o ¶ *Et introibit vsque ad progenies*, &c.] Magis in diuitiis quam in Deo sperauit, sicut parentes eius: ideoque de eo dicitur: *Eiicite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium*.

Mat 25. d p ¶ *Homo cum in honore*, &c.] Non cognouit, quia hæc omnia ei à Deo fuerant attributa: idcirco insipientia eius iumentis insensibilibus comparatur. Nos vero deprecemur dominum, vt ipse nobis tribuat intellectum, vt dum ea quæ videntur abiicimus, illa quæ non videntur adipisci mereamur.

q ¶ *Psalmus Asaph*.] Asaph interpretatur congregatio. Psalmus discernit iustos ab impiis, cœlestes à terrenis, sanctos à peccatoribus protestatur. In quo non propheta se locutum, sed ipsum dominum pronuntiat dicens:

Tabernacula eorum in progenie & progenie: [a]vocauerūt nomina sua in terris suis. [b]Et homo cum in honore esset, non intellexit: [c] comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. [d]Hæc via illorum scandalum ipsis: [e] & postea in ore suo cōplacebunt. [f] Sicut oues in inferno positi sunt: mors depascet eos. [g] Et dominabūtur eorū iusti in matutino: [h] & auxiliū eorū veterascet in inferno [i] à gloria eorū. [k] Veruntamen Deus redimet animam meā de manu inferi cum acceperit me. [l] Ne timueris cum diues factus fuerit homo: & cum multiplicata fuerit gloria domus eius, Quoniā cum interierit nō sumet omnia: neq; descēdet cū eo gloria eius. [m] Quia anima eius in vita ipsius benedicetur: [n] confitebitur tibi cū benefeceris eis. [o] Introibit vsque in progenies patrū suorum: vsque in æternū non videbit lumen. [p] Homo cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.

q ¶ Psalmus Asaph.

PSALMVS XLIX.

DEus [r] deorū dominus locutus est: [s] & vocauit terram. [t] A solis ortu vsque ad occasum: [u] ex Sion species decoris eius. [x] Deus manifeste veniet: [y] Deus noster & non silebit. [z] Ignis in conspectu eius exardescet, [a] & in circuitu eius tempestas valida. [b] Aduocauit cælū desursum, [c] & terrā discernere populū suum. [d] Congregate illi sanctos eius, [e] qui ordinār testamentū eius super sacrificia. [f] Et annūtiabunt cœli iustitiam eius: [g] quoniam Deus iudex est.

[a] Audi

G

PSALMVS XLIX.

DEus r deorum, &c.] Deus in trinitate, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, vnus Deus, Deorū Deus: quia credentes Deos voluit nuncupari. *Dedit enim eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius*. Dominus autem est, eo quod omnium dominātium dominetur. Et vtique ipse, qui dudum in Patriarchis loquebatur atque prophetis, ipse nunc loquitur. Et quid inquis loquitur? Ioan 1 b

s ¶ *Et vocauit*, &c.] Non partē aliquam: sed audi quid adiecit:

t ¶ *A solis*, &c.] Nihil relinquit, quod non sua vocatione faceret dignum.

v ¶ *Ex Sion*, &c.] Quę est fides atque credulitas, quæ ex Sion incipit. Vnde dominus in euāgelis: *Oportebat enim hæc Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die: & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes: incipientibus ab Hierusalem, quæ est Sion*. Luc. 24. g

x ¶ *Deus*, &c.] Non occultus. Vel De⁹ manifeste veniet, hoc est, in die iudicij: quia omnis homo eum videbit, vt in Apocalypsi ait: *Et videbit eum omnis oculus*. Apoc 1. b

y ¶ *Deus*, &c.] Quia ad iudicādum veniet, iuxta illud: *Tacui, nunquid semper tacebo?* Modo tacet. Tamen & si tacet iudicio, non tacet mandato. In primo aduentu tacuit: quia humilis apparuit. Esa. 42. b

H

z ¶ *Ignis*, &c.] Duplicem hic ignis intelligitur habere virtutem. Illuminat enim, & exurit. Gaudeant iusti: quia illuminantur ex eo. Timeant peccatores: quia exurendi sunt ab eo.

a ¶ *Et in circuitu*, &c.] Quæ flagellat & corrigit peccatores, triticumque secernit à paleis. Et quos ignis exurit, tempestas inuoluit. Et in alio loco dicit: *Purgabit aream suam, & congregabit triticum in horreum, paleas autem comburet* igni *inextinguibili*. Luc 3 d

b ¶ *Et vocauit*, &c.] Apostolos, vel reliquos sanctos, qui despectis terrenis quæ sursum sunt sapiunt.

c ¶ *Et terram discernere*, &c.] Discernit autem & terreoos, vt cum cœlestes ponuntur ad dexteram, hi ad sinistram collocentur. Vel discernet populum suum, in futuro iudicio quando dicturus erit. *Ite maledicti in ignem æternum*. Et ad sanctos: *Ite in vitam æternam*. Mat 25. d

d ¶ *Congregate*, &c.] O quam mirabiliter hæc euangelio sācto conueniunt. Dominus enim post dispositionem finis, audi quid dicit: Mittet filius hominis angelos suos cum tuba, & virtute magna, & congregabunt electos eius à quatuor ventis, à summo cœlorum. Et hic dicit: *Congregate illi omnes sanctos eius*. Intelligite ergo per hæc, vnum veteris nouique testamenti esse dispositorem. Mat 24. d

e ¶ *Qui ordinant*, &c.] In quorum miserationibus Deus super omnibus sacrificiis delectatur. Vel ordinant, prædicant, & implent testamentum nouum super vetus: quia transeunt vetera, *& ecce facta sunt omnia noua*. 2. Cor. 5. d

f ¶ *Et annuntiabunt*, &c.] Euangelistæ, vel lex Moysi.

g ¶ *Quoniam Deus*, &c.] Qui separare facit bonos à malis. Vel cœli, sancti: annuntiabunt, prædicabunt, vt illud: *Cœli enarrant gloriam Dei*, iustitiam eius, mandata eius. *Quoniam Deus iudex est*: quia ipse est iudex viuorum & mortuorum. Psal 18. a

A Et aduocatus noster est, & iudex est, & Deus noster est.

a ¶ *Audi populus, &c.*] Vox Dei patris, ad populum Iudaicum loquitur: Audi populus meus. Aurem cordis requirit. Vnde ait propheta: *Audiam quid loquatur in me dominus* Psal 84 b
Deus: Et alibi: *Audi Israel, dominus Deus tuus, Deus vnus* Deut. 6 a
est. Vel accipe aures audiendi, vt intelligas Israël.

[a] Audi populus meus, & loquar tibi: Israel [b] & testificabor tibi: [c] De' deus tuus ego sum. [d] Nō in sacrificiis tuis arguam te: [e] holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper. [f] Non accipiam de domo tua vitulos: neque de gregibus tuis hircos, [g] Quoniā meæ sunt omnes feræ syluarū: iumenta in montibus & boues. [h] Cognoui omnia volatilia cœli: [i] & pulchritudo agri mecum est. [k] Si esuriero non dicam tibi: [l] meus est enim orbis terræ, & plenitudo eius. [m] Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo. [n] Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua. [o] Et inuoca me in die tribulationis tuæ, & eruam te, & honorificabis me. [p] Peccatori autē dixit Deus: quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? [q] Tu vero odisti disciplinā, & proiecisti sermones meos retrorsum. [r] Si videbas furem, currebas cū eo: & cum adulteris portionē tuā ponebas. [s] Os tuū abūdauit malitia, & lingua tua concinnabat dolos. [t] Sedens aduersum fratrē tuū loquebaris, & aduersus filiū matris tuæ ponebas scandalū. [u] hæc fecisti, & tacui. [x] Existimasti inique q ero tui similis: [y] arguā te, & [z] statuam contra faciē tuam. [a] Intelligite hęc qui obliuiscimini deū: [b] nequādo rapiat, & nō sit qui eripiat. [c] Sacrificiū laudis hono-

b ¶ *Et testificabor tibi.*] Si mētes spirituali perspexeris. Vel testificabor tibi, id est, per Patriarchas, & prophetas, sicut Exod 3 d
dixit: *Ego sum qui sum.*

c ¶ *Quoniam Deus Deus, &c.*] Deus sum omnipotentia: tuus sum autem Deus per gratiam, non simulacra muta, & surda, quæ hactenus veneratus es. Vel ego sum qui semper sum ipse.

d ¶ *Non in sacrificiis tuis, &c.*] Quia corde contrito delector.

e ¶ *Holocausta autem tua in conspectu, &c.*] Si odorem rectæ orationis tanquam tua vitatis incensum ad me vsque direxeris.

f ¶ *Non accipiam de domo tua vitulos, neque de, &c*] Ista enim spreui: quia sanguis veri agni effusus est pro peccatis populi mei. Vel non accipiam de domo tua vitulos, id est, incontinentes & superbos. Neque de gregibus tuis hircos: Hircos, qui fœtidi sunt in peccato.

B g ¶ *Quoniam meæ sunt omnes feræ syluarum: iumenta, &c.*] Irrationabiles & diuersis moribus vacantes homines, quos oportet vocatione filij Dei saluos fieri.

h ¶ *Cognoui omnia, &c.*] Siue hæreticos, siue diuites huius mundi: qui per mundanam superbiam & irrationabilem scientiam extolluntur.

i ¶ *Et species, &c.*] Quia vbi voluero, rerum omnium copia vel diffunditur, vel negatur. Vel species agri mecum est, virtus sanctæ ecclesiæ. Volatilia cœli quæ mihi offers, turtures & columbas, ego tibi dedi, & omnia antequam fiant apud Deum viuunt. & quali loco essent, & quali tempore venerint, & in pondere & in mensura omnia apud Deum sunt, vt ait in euangelio: *Nam & capilli capitis vestri omnes nume-*
Luc 12 a *rati sunt.* Vel volatilia cœli, sancti angeli.

k ¶ *Si esuriero, non, &c.*] Esurire Dei est, non in escis corruptibilibus, sed vt faciat quis voluntatē eius: sicut ipse ait in euangelio: *Meus cibus est vt faciam voluntatem patris mei.* Ioan 4 e
Ergo tacet Christus suam esuriem: quia expectat peccatores ad pœnitentiam.

l ¶ *Meus est enim orbis terræ, & plenitudo eius.*] Totus mundus. Vel orbis terræ, & sancta ecclesia. Ac si diceret, suo eam esse sanguine redemptam.

m ¶ *Nunquid manducabo carnes, &c.*] Vetera hic sacrificia euacuanda esse declarat: Ideoque in moribus bonis sacrificium requirit, dicens:

n ¶ *Immola Deo, &c.*] Hoc est sacrificium acceptabile, hoc est, holocaustum pingue, vt laudetur Deus ab homine quem creauit, quem redemit: cui & regnum cœleste promittit. Vel vox prophetæ ammonet sanctos immolare spiritualiter, & vota reddere, vt ait: In me sunt Deus vota tua: quæ reddam laudationes tibi.

o ¶ *Inuoca me in die tribulationis tuæ, & eruam, &c.*] Tentamur vt probemur: perseueremus in fide, inuocemus in tribulatione, magnificemus eum cum fuerimus a periculis liberati.

p ¶ *Peccatori autem dixit Deus: quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum, &c.*] Audiant hæc doctores, vel Episcopi ecclesiarum, qui peccata populorum resecant prædicando. Vnde sanctus Paulus dicit: Manifesti sunt qui C
præceptum CHRISTI non sustinuerunt, id est, non implent in opere quod prædicant. Vnde dominus dixit apostolis: *Quæ dixerint vobis, facite: secundum opera vero illorum nolite facere.* 1 Tim. 5 d Mat. 23 a

q ¶ *Tu vero odisti, &c.*] Quæ prædicabas in ecclesia, non custodiebas in vita.

r ¶ *Si videbas furem, currebas cum eo, & cum, &c.*] Cucurristi cum fure, participatus es adultero: quando eras vel in adulatoriis laudibus, vel in consentaneis voluptatibus es adiunctus. Quod dixit superius, portionem tuam ponebas, id est, portionem quam cum Deo & angelis habere debueras, ponis illam in inferno.

s ¶ *Os tuum abundauit malitia, & lingua tua, &c.*] Illo malè agente, tu nequiter ac dolose bene agere collaudabas. Vel lingua tua concinnabat dolum, id est, Iudas contra Christum. Os suum abundauit nequitia, quando consilium fecit cum Iudæis, vt eum crucifigerent.

t ¶ *Sedens aduersum fratrem tuum loquebaris, & aduersus filiu, &c.*] Filius dicitur Christus: quia de synagoga processit. Vel Iudas frater domini dicitur, vt ait propheta: *Narrabo nomen tuum fratribus meis.* Vel aliter: Fratres fortiores sancti: filij, simpliciores. Vnde D
sanctus Paulus dixit: *Nos qui firmiores sumus, debemus infirmiores fratres sustinere. Sedens aduersus fratrem tuum loque-* Psal. 21 d
baris: qui tibi in baptismo est renatus. *Et aduersus filium ma-* Rom 15 a
tris tuæ ponebas scandalum: quem ecclesia Dei sicut teipsum per fidem exhibuit Christo.

v ¶ *Hæc, &c.*] Quia examinanda ea in futuro iudicio reseruari. Et tacui: quia non statim vindicaui, sed sustinui.

x ¶ *Existimasti inique quod ero tui similis.*] Dum non vindico in præsenti, arbitratus es ea mihi placere, sicut tibi placent tua mala aliorum.

y ¶ *Arguam te.*] Cum in sinistra parte sedis fueris collocatus, in futuro iudicio.

z ¶ *Et statuam, &c.*] Vt his confusus damneris in morte perpetua, hoc est, per illa mandata quæ non custodisti: vel tua peccata & aliorum, quæ post te reliquisti, vt illud: Quia si non annuntiaueris iniquo iniquitatem suam, *sanguinem eius de manu tua requiram.* Vtinam nos in hoc sæculo poneremus ante nos peccata nostra, & non Deus ea in iudicio statueret ante faciem nostram: vbi iam non castigatio, sed iudicium mortis accedit. Ezech. 3 a

a ¶ *Intelligite nunc hæc qui obliuiscimini Deum.*] Vox prophetæ ammonet vnumquemque, vt non ponat dominum in obliuione, nec sua mandata.

b ¶ *Ne quando, &c.*] Ne quando rapiat ad mortem vel ad diem iudicij: vnde dixit: *Et non est qui de manu mea possit eruere.* Vel rapit ille, hoc est in mortem præcipitat obliuiscentes se, & nemo eripere potest. Iob 10 a

c ¶ *Sacrificium laudis, &c.*] Quia de omni bono quod sācti faciunt, Deus honoratur. Vnde dixit Paulus: *Omnia quæcunque facitis in verbo aut in opere: omnia in gloriam Dei facite*, vt & in euangelio: *Vt videant vestra opera bona, & glorificent patrem vestrum qui est in cælis.* Ob hoc me honorabit ille coram angelis: quia ego eum honorificaui coram hominibus in sacrificiis laudis, impleuitque quod in euangelio est locutus: *Qui me confessus fuerit coram hominibus, ego eum confitebor coram patre meo & angelis eius.* 1. Cor. 10 g Mat. 5 b Luc 12 a

a ¶ Et

E

a ¶ *Et illic iter est.*] Circuit iter per opera sanctorum est.
b ¶ *In quo,&c.*] Salutaris Dei patris, filius est. In hoc sacrificio indicat viam quæ ducit ad vitam, id est, ad Christum. Qui nobis præstare dignetur, vt discreti à paleis, impleti fructu sanctificationis, offeramus ei sacrificium laudis, vt ipso illuminante intelligere mereamur viam nostræ salutis, Amé.

honorificabit me, [a] & illic iter [b] quo ostendam illi salutare Dei.

c ¶ Psalmus in finem Dauid, quando venit ad eum Nathan propheta, quando intrauit ad Bethsabee.

PSALMVS L.

Miserere [d] mei Deus, secundū magnā misericordiam tuam. [e] Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam: [f] Amplius laua me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me. [g] Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, [h] & peccatum meū contra me est semper. [i] Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, [k] vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. [l] Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: & in peccatis concepit me mater mea. [m] Ecce enim veritatem dilexisti, [n] incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. [o] Asperges me domine hyssopo, & mūdabor: [p] lauabis me, & super niuem dealbabor. [q] Auditui meo dabis gaudiū & lætitiam: [r] & exultabunt ossa humiliata. [s] Auerte faciem tuam à peccatis meis: [t] & omnes iniquitates meas dele. [u] Cor mundum crea in me Deus: [x] & spiritum rectum innoua in visceribus meis. [y] Ne proiicias me à facie tua: [z] & Spiritū sāctū tuū ne auferas à me. [a] Redde mihi lætitiā salutaris tui. [b] & spiritu principali confirma me.

a Docebo

c ¶ *In finem psalmus Dauid cum venit,&c.* Iste quinquagesimus psalmus vocem continet pœnitentis personæ: ostendens, vt qui ceciderit in crimine, confitendo mala sua redeat ad salutem.

PSALMVS L.

M*iserere* d *mei Deus,* &c.] Confiteor immēsam miseriam, ideo peto magnam misericordiam. Quia qui se miserum putat esse de suis peccatis, cum illo facit De⁹ misericordiam magnam. Quia minor misericordia est hic in præsenti, hoc est, quia homo cum non esset, ex nihilo creauit illum Deus vt esset, & regit & gubernat. Maior misericordia dicitur: quando ipsum hominem quem creauit, in futuro remunerat.

e ¶ *Et secundum multitudinem,* &c.] Confugio ad miserationes tuas, vt ægrantibus vulneribus theriacam remissionis infundas. Miserationum dicit: quia multa sunt peccata
F
mea, & miserationes tuæ multæ. Vnde dicit propheta in alio loco. *Miserationes tuæ multæ sunt domine.*

f ¶ *Amplius laua me,* &c] Expeto vt mea peccata abluas fonte misericordiæ: qui non vis in æternum peccati vulnera
Psal. 118 (?) reseruare. Ac si dicat: Tu potes plus mihi remittere quàm ego intelligam rogare.

g ¶ *Quoniam iniquitatem,*&c.] Ante faciem enim meam eas pono. Si tu pronuntias in confessione tua peccata, Deus ignoscet tibi.

h ¶ *Et peccatum,*&c] Quia mea peccata à tuæ bonitatis diuinis me separāt. Quia non trado illud in obliuionē, propono illud semper ante oculos meos. Quia si tu ponis illud ante te, Deus illud non ponit ante se.

i ¶ *Tibi soli,* &c.] Tibi enim delinquit quisque cum peccauerit: quia tu solus sine peccato es, dicente Apostolo: *Est*
Rom. 3 a *Deus verax: omnis autem homo mendax* Vel dicit Dauid: E-
Esa. 53 a go peccaui, & tu solus sine peccato es, sicut dicit Esaias: *Qui*
Ioan 8 f *peccatum non fecit, nec inuentus est in ore eius dolus.* Vel illud:
Ioan. 14 a *Quis arguet me de peccato?* Et item dicit: *Venit princeps mundi huius, & in me non inuenit quicquam.*

k ¶ *Vt iustificeris,* &c.] Quia tu rectum iudicium iudicas. Propter nos transgressores & peccatores ille fuit iudicatus & damnatus. Vnde dictum est: Iustus ab iniquis iudicatus est. Sed ille in futuro iudicio erit alios iudicaturus & concondemnaturus. Iustificatus es domine Iesu in sermonibus tuis, cum ductus pro populi peccatis ad mortem, non est inuentus dolus in ore tuo. Vicisti iudicatus, cum in te nihil dignum morte princeps tenebrarum inuenit. Consuetudo prophetæ est, vt acta pro agendis loquatur.

l ¶ *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: & in peccatis,*
Iob. 14 a &c. Hic versiculus totius generis humani casum expo-
Iob. 10. & nit, sicut in Iob: *Nec si vnius diei sit super terram,* potest esse
15 b mundus à sorde peccati. Concipitur autem & nascitur in originali peccato, quod ex Adam trahitur: sed baptismo per gratiam Christi purificatur. *Vel vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.* Hunc locum diligentius in epi-
Rom. 3 a stola ad Romanos Paulus edisserit: quod Deus cum possit de nobis iudicis auctoritate discernere, nō hoc facit: sed nobiscum vult iudicari, vt magis iustitia appareat iudicantis. In peccatis concepit me mater mea. Obscurus locus, & altius retractandus. G

m ¶ *Ecce,* &c.] Cum per prophetam peccantem famolum increpasti, veritatem dilexisti. Veritas Christus est: quia pater diligit filium suum, vel diligit confessionem ex ore peccatoris.

n ¶ *Incerta,*&c.] Hoc est, quod in alio loco ait: *Reuela oculos* Psal. 118 g
meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Incertum & abditū mihi erit, si remittis tale facinus. Sed manifestum est, cum ignoscere dignatus es delinquenti. Sapientiæ enim tuæ est vt prius increpes, sic remittas. Nam & Niniuitis occulta erat sapientia pietatis tuæ, cum di-
cerent: *Quis scit si conuertatur* Ionæ 3 d
Deus à furore suo, & non peribimus? Vel Deus per Nathan prophetam incerta & occulta manifestauit, id est, narrauit
Dauid, quando dixit: *Dimissum* 2 Reg. 12 d
est peccatum tuum: sicut Niniuitæ conuersi sunt de malo in bonum, per prædicationem Ionæ.

o ¶ *Asperges,*&c.] Sicut enim hyssopus terrenus, curandis pulmonibus aptus est, vt auertat inflationem: ita cœlesti qui resperfus hyssopo, id est, humilitate cordis, ab omni superbiæ malignitate purgatur.

p ¶ *Lauabis me,*&c.] Vt quia peccata mea sunt phœniceo si- H
milia, quasi nix dealbentur. Tu, inquam, domine potens es peccatum piceum in lacteum candorem transferre: fuliginosumque hebenum in crystalli fulgorem conuertere. Vel, lauabis me, hoc est, per pœnitentiam & baptismum. *Et super niuem dealbabor,* sicut dixit Esaias: *Si fuerint peccata vestra si-* Esa 1 d
cut phœniceum, velut niuem dealbabor.

q ¶ *Auditui meo dabis gaudium,*&c.] Cum iacens in infir-
mitate peccati, audire meruero: *Homo, dimissa sunt tibi pec-* Mat 9 a
cata tua, Vel auditui dicit, quando dixit Nathan: dimissum & Luc. 5 d
est peccatum tuum.

r ¶ *Et exultabunt,*&c.] Id est, virtutes quæ prius fuerant peccatis humiliatæ. Vel æternitas spei meæ, quæ peccante me humiliata fuerat, te indulgente persultat.

s ¶ *Auerte,* &c.] Nec ea sic aspicias vt reuertantur in commemorationem tuam. Auerte faciem tuam, Ac si dicat: ne videas, nec recorderis illa.

t ¶ *Et omnes iniquitates meas dele.*] Præteritas, præsentes, atque futuras.

v ¶ *Cor,*&c.] Quo te videam. Sicut rogabat Dauid: ita & vnusquisque debet facere. Cor mundum crea in me Deus. Propterea rogabat vt mundus fieret à peccato.

x ¶ *Et spiritum,*&c.] Quo te rectè confitear. Vel spiritum rectum ad videndum & discernendum: sicut antea rectus fuit in me.

y ¶ Ne *proiicias,*&c.] Sicut Cain vt exul à te efficiar. A facie tua, id est, à præsentia tua.

z ¶ *Spiritum sanctum,* &c.] Sed ab eo consumptis delictis, Gen. 4
tuo me statuas conspectui. Spiritum sanctum tuum ne auferas à me: Id est, spiritum prophetiæ.

a ¶ *Redde,* &c.] Christi tui, illam exultationem quam in cō habui prius quam peccauerim. Salutaris Dei patris, Christus est. Ac si dicat: sicut antea præuidebam per spiritum, Christum in carne venturum: & modò sic faciam.

b ¶ *Et spiritu,*&c.] Vt ipse in me, & non vitia principentur. Tu verò qui legis sanctā scripturam, sanctam hic trinitatē intellige. Vel confirma me, in regno, Spiritum rectum,

A hoc est, innouando Spiritum sanctum, hoc est spiritū prophetiæ: spiritum principalem, patrem: spiritum rectum, filium: Spiritum sanctum, ipsum Spiritum sanctum.

a ¶ *Docebo iniquos*, &c.] Vt declinantes à viis prauis, pœnitentiam agentes misericordiam consequantur: sicut & ego à te misericordiam consecutus sum. Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertentur, hoc est, ponam meipsum vt meum exemplum alij imitentur.

1.Cor 15 f b ¶ *Libera*, &c.] De peccatis multis: De quib. & Paulus ait: Quia: *caro & sanguis regnum Dei non possidebunt.*

c ¶ *Deus*, &c.] A quo post peccatum viuificor. Quia alius nullus potest hoc facere.

d ¶ *Et exultabit*, &c.] Per quas punito in me peccato, misericordiam præbuisti. Vel prædicabit mea lingua mandata tua.

e ¶ *Domine labia mea*, &c.] Si aperias os meum sicut Moysi quondam, ego præconabo: quia sanctus, quia pius, quia misericors es. Vel causa erant per peccatum, nec locus erat, nec tempus, nec persona, nec exemplum poterant dare, quia non est pulchra laus in ore peccatoris.

Eccl.15.a f ¶ *Quoniam si voluisses sacrificium*, &c.] Audiant Iudæi sacrificia sua cessasse: intelli-

B

Esa.1.d gant etiam per alium prophetam Deum loquentem: Sabbata, holocausta, neomeniasque vestras odiuit anima mea. Quid ergo tu homo offeres? Audi quid subiecit:

g ¶ *Sacrificium Deo, spiritus*, &c] Merito inter reliquas beatitudines euangelicas, beatitudo hæc continet principatum. *Beati*, inquit, *pauperes spiritu: quoniam ipsorum est re-*

Mat 5 a *gnū cælorum.* Qui non in vanitatibus sæculi inflantur: sed à Deo accipiunt spiraculum vitæ, atque contritionem anxij cordis in eum refunduor, qui pro nobis humilis factus est. Vel multi habent cor contritum, sed non habent humiliatum: quia plangunt quod fecerunt, & postea ad ipsum reuerti desiderant, quod antea fecerunt: & de præterito nolunt pœnitere.

h ¶ *Benigne*, &c.] Hoc est, placitam fac spem nostram.

i ¶ *In bona*, &c.] Qua te contemplamur.

k ¶ *Et ædificentur*, &c.] Munitiones fidei charitatisque illius, quas in ecclesia positi in te collocauimus.

l ¶ *Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes, &c.*] Cum vel te pro nobis offers patri: vel à nobis laudes & gratiarum accipis actiones. Vel muri Hierusalem, virtutes animæ vel ecclesiæ. *Tunc acceptabis sacrificium*, id est, confessionem ex ore peccatoris. Oblationem, hoc est, laudationem, & holocausta.

Ro 12.a & hel 4 d m ¶ *Tunc imponent*, &c.] Altare, fides: quia quicquid offers, per fidem offerre debes. Vitulum, laudes vel cogitationes, vel victimas, scilicet vt meipsum offeram hostiam viuā, sanctam, placentem tibi. Nos quoque famuli tui supplices deprecamur domine Iesu Christe, vt pietatis consilio magnis facinoribus nostris, immensam misericordiam largiaris: nosque per contritionem cordis humiliari, mactando vitia, iugulando delicta, dignum tibi acceptabileque præpares holocaustum.

n ¶ *In finem intellectus Dauid, cum venit ad eum Doec Idumæus, & annuntiauit Sauli & dixit: Venit*, &c.] In Regnorum libro, & in ipso Hebraico psalterio Achimelech, scriptum est: sed quoniam bet ב & caph כ apud Hebræos literæ, modico apice distinguuntur: ideo error facilius obrepsit. Abimelech interpretatur regnum patris mei. Dauid interpretatur fortis manu. Venit in domum Abimelech: & Christus venit in regnum Iudæorum. Per Saul intelligitur mors: per Dauid vita. Quid est quod mors persequitur vitam: nisi quod ab initio sæculi semper mors persequitur vitam nostram? Quia qui ista præsentia amant, persequuntur sanctam ecclesiam, id est, illos qui cœlestia diligunt. Psalmus vocem continet prophetæ peccata Iudaici populi exprobrantis: ad ipsum enim hæc loquitur, dicens: C

a Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertentur. b Libera me de sanguinibus Deus, c Deus salutis meæ: d & exultabit lingua mea iustitiam tuam. e Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam. f Quoniam si voluisses sacrificiū, dedissē vtique, holocaustis non delectaberis. g Sacrificiū Deo, spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum De' nō despicit. h Benignè fac domine i in bona volūtate tua Sion: k & ædificētur muri Hierusalem. l Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes & holocausta: m tunc imponent super altare tuum vitulos.

n ¶ In finem intellectus Dauid, cum veniret ad eum Doec Idumæus, & nuntiauit Sauli: & dixit ei, venit Dauid in domum Abimelech.

PSALMUS LI.

QVid o gloriaris in malitia: p qui potēs es in iniquitate? q Tota die iniustitiam r cogitauit lingua tua: s sicut nouacula acuta fecisti dolum. t Dilexisti malitiam super benignitatem: iniquitatem magis quam loqui æquitatē. u Dilexisti omnia verba præcipitationis lingua dolosa. x Propterea De' destruet te in finē: euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo: & radicem

PSALMUS LI.

QVid, o &c.] Cur monitis diuinis obuians, prophetas interficis?

p ¶ *Qui*, &c.] Nā cum ope Dei crescens, interficis prophetas eius, hoc ad cumulū auxisti malitiæ, vt ipsum dominum traderes neci. Vel quid gloriaris in malitia, hoc est, Adam & diabolus: quia quod Deus ædificauit, illi destruxerūt in semetipsis: imaginem Dei & angelorum. Qui potens es in iniquitate. Non in bonitate, sed in iniquitate.

q ¶ *Tota die.*] Omne tēpus vitæ tuæ, in quo hæc malitia vsque ad effusionem dominici sanguinis propagata est.

r ¶ *Iniustitiam*, &c.] Cogitatio sapientium, corde concipitur, & ore profertur. Nam in ore stultorum, cor eorum. Ac si diceret: Non tractauit corde Eccl 21.d quod vomit ex ore: ideo hęc ad cogitationem detulit linguæ. Vel hic lingua pro corde ponitur, secundum illud: *Tu qui dixisti in corde tuo, in cælum ascendam, super astra cæli ponam sedem meam, in monte testamenti, in lateribus Aquilonis: ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo.* D Esa.14 d

s ¶ *Sicut*, &c.] Dolus est cum aliud agitur, aliud simulatur. Et nouacula si assimulet agere vultus nitorem, & genas vulnet e suu sauciet, dolum faciet. Quia cum ait acutam, indicauit dolo versutam. Sic & Iudæi dominum, quem colere debuerant, non solum non coluerunt: sed diuersis dolis superare nitentes, interfecerunt. Vel aliter: Nouacula persecutores intelliguntur: quia nouacula capillum incidit, sed per capillum superfluitas diuitiarum intelligitur. Sicut nouacula acuta fecisti dolum. Ille facit dolum, qui in negotio circūuenit fratrem suum. Vnde Paulus ait: *Nemo circumueniat aut superegrediatur in negotio fratrem suum*: quia de his omnibus vindex est dominus. 1.Thes.4.a

t ¶ *Dilexisti*, &c.] Dilexit populus ille malitiam, cum eum qui benignitate propria ad liberandum venerat, interemit. Sed & nunc ipsi Iudæi falsa de eo in quem non crediderunt, proloquuntur.

v ¶ *Dilexisti omnia verba præcipitationis*, &c.] In excelsum enim iniquitatem loquentes, ipsi se præcipitant in laqueum damnationis. Verba præcipitationis dicit, quia semetipsos præcipitauerunt: sicut diabolus de cœlo, sicut & Adam de Paradiso. *In lingua dolosa*: quia aliud habuerunt in sermone, aliud in corde. Gen.3.a

x ¶ *Propterea Deus destruet te in finem: & euellet te, & emigrabit te de tabernacula tuo*, &c.] Omnia hæc in Iudaico impleta sunt populo: quia & à legis litera destructus, & euulsus de ciuitate, migratusque est de tabernaculo Dei. Sed & de his hæc intelliguntur, qui non credunt dominici corporis tabernaculum: quia exterminabuntur à consortio claritatis eius, ac de beatæ sedis habitaculo: vel de viuentium terra, quam sancti hæreditabunt. Vel destruet te Deus in finem, hoc est, memoriam diaboli. Vt alibi: *Vt non apponat vltra magnificare se homo super terram.* Vnde sanctus Psal 9 e Paulus apostolus dicit: *In fine sæculorum inimica destruetur* 1.Cor 15.d *mors,*

E G

mors, id est diabolus: *Euellet te & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium.* Vt mors in Adam data est: ita omnibus eius filiis dominatur. Vnde dictum est: Gen. 3. d *terra es, & in terram ibis.* Diabolus & Adam eradicauerunt se, & vnusquisque sic faciat qoando peccat.

a ¶ *Videbunt iusti & timebunt*] Ne talia appetant.

b ¶ *Et super eum, &c.*] De vltione calamitatis eius. Videbunt, hoc est, intelligent eorum pœnam, & timebunt sicut sanctus Paulus dicit: Gal. 6. a *Vide ne etiam tu tenteris.* Vel timebunt, id est, nescient exitum illorum. Eccl. 9. a Ibid. 3. a Vnde dictum est: *Nescit homo finem suum.* Adhuc: *Et super eum ridebunt.* Duo tempora sunt: *Tempus flendi, & tempus ridendi.* Hic habent sancti tempus flendi, & in futuro tempus ridendi.

c ¶ *Et dicent, &c.*] Ideo super eum hæc vindicta descendit. Luc. 16. a Vel de illo diuite dicit, qui in inferno torquebatur: quia bona receperat in vita sua, & de Luc. 12. c illo alio, cui dicit: *Stulte hac nocte animã tuã repetunt à te: quæ autem parasti cuius erunt?* Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in Deum diues. Non quod malum sit diuitias habere, tãtum vt de iusto habeantur: & Deo gratiæ referantur qui eas dedit. Non, sed malum est spẽ in diuitiis ponere: cum in alio B psalmo dicat: *Diuitiæ si affluãt, nolite cor apponere.* Diuitias licet habere ad necessitatẽ, & nõ Psal. 61. a licet possidere ex amore. Nam & Abraham & reliqui boni diuitias habuerunt: sed spem in diuitias non miserunt.

radicem tuam de terra viuentium. [a] Videbunt iusti & timebunt; [b] & super eum ridebunt, & dicent: ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum. Sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & præualuit in vanitate sua. [c] Ego autẽ sicut oliua fructifera in domo Dei: [d] speraui in misericordia Dei in æternum, & in sæculum sæculi. [e] Confitebor tibi in sæculum quia fecisti, [f] & expectabo nomen tuum: quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum.

h ¶ In finem intellectus David pro Mahalath.

PSALMVS LII.

DIxit [i] insipiens in corde suo: nõ est Deus. [k] Corrupti sunt, [l] & abominales facti sunt [m] in iniquitatibus; [n] non est qui faciat bonum. [o] Deus de cœlo prospexit super filios hominũ, vt videat si est intelligens aut requirens Deum. [p] Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: [q] non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnũ. [r] Nonne scient omnes qui operantur iniquitatem: qui deuorant plebẽ meam vt cibum panis. Deum non inuocauerũt: [s] illic trepidauerunt timore vbi nõ erat timor. [t] Quoniam Deus dissipauit ossa eorũ qui hominibus placẽt: [u] confusi sunt, quoniã Deus spreuit eos. [x] Quis dabit ex Siõ salutare Israel: [y] cũ auerterit Deus

d ¶ *Egu autem, &c.*] Comparat se propheta oliuæ fructiferæ per pinguedinem sapientiæ, vt in ecclesia Dei collocatus, viuẽs in legis allegoria, euangelica proferat poma. Vous est, n. Deus veteris nouique testamẽti prolator. Oliua fructifera Psal. 143. c sancta ecclesia est, vt illud: *Promptuaria eorum plena, eructãtia.* Hic in bonam partem. Item *oliua non fructifera*, sicut ait Hier. 11. c propheta: *Vocauit dominus nomen tuum à voce loquelæ gran-* Rom. 11. c *dis, exarsit ignis in ea, & combusta sunt frutecta eius.* Et illud: *Oliuam vberem pulchram, fructiferam, speciosam* sed conuersa es in oleastrum. Item in bonam partem dicit: *Tu autem cum oleaster esses, insertus es in bonam oliuam*, id est, in finem Patriarcharum.

e ¶ *Sperani, &c.*] Quia non est humanæ fragilitatis facultas, vt per se quis saluus fiat, sed per misericordiam Dei.

f ¶ *Confitebor, &c.*] Deprecans vt in hoc sæculo, quod verbo creasti, confessionem merear, & illud clementia solita largiatur.

g ¶ *Et expectabo, &c.*] Nomen illud ante cuncta sæcula benedictuo, quod reddit sanctis debitum præmium. Quod propheta sitiens postulat, vt in conspectu eius æternæ beatitudinis accipiat sortem. Qoi nobis præstare dignetur, vt ab omni dolo liberi, ab omni iniquitate mundati, filiũ Dei æqualem patri spirituique sancto confessi, mereamur sicut oliua fructifera in Hierusalem cœlesti plantari.

עלמחלת h ¶ *In finem pro Amalech, intellectus ipsi David.*] Amalech interpretatur dolens, siue parturiens, corpus Christi intelligitur. Et dominus doluit pro peccatis nostris: quia verum corpus fuit & parturiuit filios. Et ecclesia corpus Christi, dolet pro peccatis suis & aliorum, & parturiuit filios per 1. Cor. 4. d verbum prædicationis, vt illud: *Per euangelium ego vos genui.* Gal. 4. a Et item: *Filioli mei quos iterum parturio donec formetur Christus in vobis.* Hic psalmus vocem cootinet prophetæ, peccatores atque impios increpantis.

PSALMVS LII.

D*Ixit insipiens, &c.*] Dixit insipiens populus Iudaicus siue diabolus, non est Deus. Ac si dicat, non est Christus filius Dei.

k ¶ *Corrupti sunt.*] De legẽ bonæ naturæ.

l ¶ *Abominabiles, &c.*] Hoc est, odibiles facti sunt.

m ¶ *In, &c.*] Hoc est, in desideriis suis. Deum stulti cum ore negare ausi non sint, corde tamen dicunt eum non esse, in quo malo horribiles & abominabiles Deo fiunt.

n ¶ *Non &c.*] Non de omnibus, sed de his omnibus tantum qui Deum negant, propheta dicit: quia aliquoriens bona loquuntur: nunqnam tamen faciont.

o ¶ *Duminus, &c.*] Id est, vt inueniret quos eligeret: sicut quondã in Prophetis Patriarchisque fecit: inuentumque tanquam proprium manciparet alumnum. Prospicere & videre, ignorantis & quærentis est. Nunquit Deus aliquid ignorat? Non, sed cœli sancti sui sont, vt ait propheta: *Cœli* Psal. 18. a *enarrant gloriam Dei.* Et alibi Phil. 3. b iuxta Apostolum: *Nostra autem conuersatio in cœlis est*: quia Spiritus sanctus facit sanctos amare & diligere Deum, & ipse Spiritus sanctus Deus est. Prospicit Deus per suos sanctos: quia ille prædicat & loquitur per illos, vt dominus ait: H *Non enim vos estis qui loquimini: sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis.* Mat. 10. b

p ¶ *Omnes, &c.*] Hi insipientes, quia non requirebant Deũ, omnes declinauerunt in passiones, simul inutiles facti sunt. Inutilis dicitur qui non operatur aliqoid boni. Vnde dicitur Ibid. 25. c in euangelio: Tollite talentum ab eo, & inutilem seruum proiicite *in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium.* Sibimetipsis sunt inutiles, qui mandata Dei adimplere non volunt.

q ¶ *Non, &c.*] Nullus enim ex his implet voluntatem patris cœlestis.

r ¶ *Nonne, &c.*] Cognoscunt enim se impiè agere, & non solũ non emendant, sed etiam Dei populum deuorant dentibus malitiæ suæ: Deumque inuocare contemnunt.

s ¶ *Illic trepidauerunt, &c.*] Idola ac simulacra mortua timuerunt, qui Deum timere debuerant.

t ¶ *Quoniam, &c.*] Conteret enim spem æternitatis eorum Deus, qui in eius contumeliam magis sibi quàm illi placuerunt. Sibi placentes confusi sunt, id est, qui hominibus placent & non Deo.

u ¶ *Confusi, &c.*] Merito spernitur à Deo qui reliquerit Deum: & qui eum relinquit, dignè tanquam ignotus ab eo confunditur, dicente Apostolo: *Omnis ignorans ignorabitur.* 1. Cor. 14. g

x ¶ *Quis dabit, &c.*] De Sion, vt ait propheta, exibit lex, & verbum domini de Hierusalem. Quis dabit? Deus pater dedit filium suum in Sion, hoc est in sanctam ecclesiam. Esa. 2. a Salutare Israël. Saluatoris noster Christus est. Qois dabit nisi dominus in aduentu suo, per quem gloriam æternitatis speculamur?

y ¶ *Cum auerterit, &c.*] Ipse quoque auersa captiuitate vitiorum, erexit nos in libertatem virtutum. De qua captiuitate dicit: 2. Cor. 5. b Iam redempti sumus de peccato Adæ: sed tamen adhuc in captiuitate detinemur, quia non est integra libertas: Rom. 7. d quia dum sumus in corpore, peregrinamur à domino. Et item dicit: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum.*

A Sed in die iudicij quandò inimica destruetur mors, tunc erit
1.Cor 15.e vera redemptio.

a ¶ *Exultabit*, &c.] Vtrumque Christianus populus audit:
Gen.27.d qui est Iacob, dum supplantat Iudaicum populum, benedictionemque eius accipit, & Israël, dum Deum fidei oculis intuetur. Igitur & nos supplices deprecemur Deum, vt declinantes à loquacitate superflua, ipso instruente intelligamus omnia in eius dominatione consistere: qui dignetur ablata captiuitate vitiorũ, erigere nos in libertatem virtutum.

b ¶ *In finem in carminibus intellectus Dauid*, &c.] Ziph vicus est, & inde Ziphæi dicuntur. Ziphæi interpretantur florentes, id est, peccatores, qui quasi florentes & virides sunt in præsenti vita, vt ait prophe-
Esa.40.b ta: *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius sicut flos agri*: quia quod siccum est, igni reseruatur. Isti deputantur in pœnam: sancti ad regnum. Sicut herba hodie quasi viridis videtur esse, vsquequo fuerit æstus: sic peccatores qui videntur florere, in die iudicij arescent: & sancti qui hic videntur quasi aridi & sicci, tunc erunt florẽ-
Psal.91.c tes & virides. Vnde dictũ est: *Iustus vt palma florebit*. Dauid fuit absconditus in inferiori
B parte terræ: & dñs in vtero sãctæ Mariæ, & in vna gente Iudæorum, & diuinitas in carne Christi. Iste psalmus orationem dominici hominis continere dignoscitur, formam serui accipientis, accedentisque ad passionem in forma serui.

Deus captiuitatem plebis suæ, [a] exultabit Iacob, & lætabitur Israel.

b ¶ In finem carminibus vel hymnis intellectus Dauid, cum venissent Ziphæi, & nuntiassent Sauli: nonne Dauid absconditus est apud nos?

PSALMVS LIII.

DEus [c] in nomine tuo saluũ me fac, [d] & in virtute tua iudica me. [e] Deus exaudi orationem meam: [f] aurib. percipe verba oris mei. [g] Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me, [h] & fortes quæsierunt animam meam: [i] & non proposuerunt Deum ante conspectum suum. [k] Ecce enim Deus adiuuat me, [l] & dominus susceptor est animæ meæ. [m] Auerte mala inimicis meis, & in veritate tua disperde illos. [n] Voluntarie sacrificabo tibi, [o] & cõfitebor nomini tuo domine, quoniam bonum est. [p] Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me, & super inimicos meos despexit oculus meus.

q ¶ In finem in carminibus intellectus Dauid.

PSALMVS LIV.

EXaudi [r] Deus orationẽ meam, & ne despexeris deprecationem meam: intẽde mihi, & exaudi me. [s] Cõtristatus sum in exercitatione mea, [t] & conturbatus sum à voce inimici, [u] & à

PSALMVS LIII.

DEus [c] *in nomine*, &c.] Postulat hæc à patre, vt ostendat carnis infirmitatem. In nomine tuo, hoc est, in illo nomine humilitatis quod est salutatio.

d ¶ *Et in*, &c.] Vult se iudicari, vt illud honorabile maiestatis nomen diuinitate conscendat. Humilitas fuit, quando venit de cœlo in vterum, de vtero in præsepe, & sustinuit multa, id est, alapas, sputa & reliqua. Virtus fuit, quando resurrexit & ascendit in cœlos quadragesimo die, & quinquagesimo die venit Spiritus sanctus super apostolos, & prædicauerunt
Phil.2.b doctrinam euangelij in toto mundo. Vnde dictum est: *Et dedit illi nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris*. Et qui mortuus est ad tẽpus ex infirmitate carnis, viuit ex virtute Dei. Et item dicit Apostolus: *Nihil existi-*
1.Cor.2.a *maui me scire inter vos nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum*. Vel iudica me. Vox ecclesiæ, discretionem rogat.

e ¶ *Deus exaudi orationẽ meam*.] Et hoc rogat, vt mereatur à Deo exaudiri. Nouerat enim ille solus orare cõstanter, nec
Rom 8.e ignorabat vt homo quid peteret: iuxta illud Apostoli: Nam *quid oremus, sicut oportet, nescimus*.

f ¶ *Auribus*, &c.] Vox ecclesiæ. Aures domini dicuntur, quando exaudire dignatur.

g ¶ *Quoniam*, &c.] Hoc est Iudæi, qui cum peculiares Dei essent, alienos se per transgressionem ab eo fecerunt: non cognitione, sed vita & operibus. Vnde dicit: *Filij alieni mentiti*
Psal.17.g *sunt mihi*. Et si filij, quomodo alieni? De vna tribu erant: sed alieni erant, quia eius vitam, qui illos venerat viuificare, volebant tollere.

h ¶ *Et fortes*, &c.] Herodes principesque sacerdotum mundanam habentes fortitudinem. Et dominus dicit: *Non ha-*
Ioan 19.b *beres in me vllam potestatẽ, nisi tibi desuper datum fuisset*. Sic & hæretici persecutores super sanctam ecclesiam.

i ¶ *Non proposuerunt*, &c.] Non intellexerunt sub persona corporea latere diuinitatem. Diapsalma interpositum, orationem immutat, vt eum qui prius precabatur quasi homo, ostendat effectum orationis obtinuisse. Ideoque subiecit. C

k ¶ *Ecce enim*, &c.] Quia dominus descendit in mortem.

l ¶ *Et dominus*, &c.] Cito eam redditurus. Vel Deus pater suscepit filium suum, & Christus suam ecclesiam in fide.

m ¶ *Auerte mala*, &c.] Qui me non intellexerunt per malitiam suam, dispergantur in veritate tua: sicut nunc cernimus factum. Dispersi sunt enim in regionibus. Veritatem dicit: quia verus est, id est, reddet vnicuique secundum opera sua. Disperde illos in die iudicij & in tua iusta vindicta: hoc est, diabolum & membra sua.

n ¶ *Voluntarie*, &c.] Bene voluntarie: quia propria voluntate ipse sacerdos & hostia pro delictis populi se obtulit patri, vt hoc sacrificium vitam tribueret mundo. *Voluntarie sa-* 1.Pet.5.a
crificabo tibi. Vox ecclesiæ. Voluntarie dicit, id est, non necessitate aut coacte, sed voluntario, secundum illud: *Prouidentes gregem non coacte; sed spontanee*.

o ¶ *Et confitebor nomini tuo quoniam bonum est*.] Confessus sum in mundo: quia descendit de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, sed tuam, quia bona est. Confitebor, hoc est, laudabo nomen tuum: hoc bonum est. D

p ¶ *Quoniam*, &c.] Quia orationem mundam fudit in principio psalmi: ideo vt Deus omnia prouidens, ereptum se à tribulationibus, & inimicos despectos in despectione paterna pronuntiat: scilicet, vt illa eum intelligas regnare potentia, qua post resurrectionem victor remeauit ad astra. Quem nos supplices deprecamur, vt eius adiutorio ab inimicis saluati, à tribulationibus mundanis erepti, ipsum caput nostrum dominum Iesum Christum, quem in cœlis suspicimus, mente & opere prosequamur.

q ¶ *In finem*, &c.] In finem, in Christo, vt illud: *Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti*. In finem: semper de Rom.10.b
Christo intelligitur. Vnde & sancti apostoli dixerunt: *Domine, ostende nobis patrem, & sufficit nobis*. Non potes legem Ioan 14.a
implere, nisi ab ipso impleatur. Omnis scriptura sancta de illo est. In carminibus, id est, in laudibus: Sicut carmina sæculi sunt, sic & carmina ecclesiæ: vnde laus Dei cantatur, & consolatio sanctorum est: quia dictum est: Tunc iusti fulge- Ioan 14.e
bunt sicut sol in regno patris eorum: æquales angelis. Psal- Mat 13.f
mus vocem continet mediatoris, qui cum Deus esset, formam seruilem pro nostra libertate suscepit.

PSALMVS LIV.

EXaudi [r] *Deus*, &c.] Triplex hæc deprecatio ideo ostenditur: quod primam homo Deus in statu seruili manẽs, à conscientia sanctitatis emittit. Secundam, quia se scit iustum, obedientiam non despici postulat. Tertiam, propter infirmitatem carnis, vt sibi intendatur, exorat. Qua ratione intellige ô homo: quia nisi pura conscientia depreceris, à Deo prorsus non exaudieris.

s ¶ *Contristatus*, &c.] Quam pro mundi vita suscepi: quia semper exercitatio ad res vtiles ac necessarias agitur.

t ¶ *Conturbatus sum*, &c.] Qui me Samaritanum & dæmonium habentem, cum Deus essem ante sæcula, increpabãt.
Vel

E Vel vox ecclesiæ. Duos inimicos habet ecclesia Vnũ aperte,& vnum occulte. Vnum debet diligere,& alium odire.
Luc. 6.d Diligere proximum, vt illud: *Diligite inimicos vestros: benefacite his qui oderunt vos.* Et alium contemnere & odire: id est, diabolum qui occulte venit per suggestiones & delectationes.

[a] & à tribulatione peccatoris.[b] Quoniam declinauerunt in me iniquitates,[c] & in ira molesti erant mihi.[d] Cor meum conturbatum est in me,[e] & formido mortis cecidit super me.[f] Timor & tremor venerunt super me:[g] & contexerunt me tenebræ. Et dixi:[h] quis mihi dabit pennas sicut columbæ, & volabo & requiescã?[i] Ecce elongaui fugiens,[k] & mansi in solitudine.[l] Expectabam eum qui saluũ me fecit à pusillanimitate spiritus & tempestate.[m] Præcipita domine, diuide linguas eorum:[n] quoniam vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate.[o] Die ac nocte circundabit eam super muros eius iniquitas, & labor in medio eius & iniustitia.[p] Et non defecit de plateis eius vsura & dolus.[q] Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique. Et si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset: abscondissem me forsitan ab eo.[r] Tu vero homo vnanimis:[s] dux meus[t] & notus meus.[u] Qui simul mecum dulces capiebas cibos:[x] in domo Dei ambulauimus cum consensu.[y] Veniat mors super illos, & descendant in infernum viuentes.[z] Quoniam nequitia in habitaculis eorum, in medio eorum.[a] Ego autem ad Deũ clamaui, & dominus saluauit me. Vespere & mane,[b] & meridie narrabo & annuntiabo, & exaudiet vocẽ meam. Redimet in pace animam meam ab his qui appropinquant mihi:[c] quoniã inter multos erant mecum.[d] Exaudiet Deus, a & hu-

a ¶ *Et à tribulatione, &c.*] Qui mihi semper tribulationum insidias intendebas. Propter hoc tribulat Deus peccatores: aut vt emendentur, aut vt per illos corrigat bonos.

b ¶ *Quoniam, &c.*] Populus vtique declinat ad iniquitatẽ, qui mendacium profert super proximum. Vel Iudæi super dominum, sicut dixerunt: In
Mat. 12.b *Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia.*

c ¶ *Et in ira, &c.*] Persequentes me in inuidia sua. Et in ira molesti erant. Molestus, id est sæuus. In ira, festuca, trabs, odium. Ira conturbat: trabs
Psal. 6.b excæcat, vt illud: *Turbatus est præ ira oculus meus.*

d ¶ *Cor meum, &c.*] Secundum hominem, sed virtute diuina confortatum est. Nam &
Luc. 22.e angelus, inquit euangelista, accedens confortabat eum.

e ¶ *Et formido, &c.*] Timor animæ, & tremor corporis.

F f ¶ *Timor, &c.*] Siquidem
Mat. 26.d ipse dixit. *Tristis est anima mea vsque ad mortem.*

g ¶ *Contexerunt, &c.*] Tenebræ dicuntur mali homines, qui
1 Ioan. 2.b persequũtur ecclesiam, & qui
Ioan. 1.b tegunt ipsam in odio: quia qui odit fratrem suum, in tenebris est. *Et contexerunt me tenebræ*: sed quia lux eram, non
Ioan. 10.d me comprehenderunt.

h ¶ *Et dixi, &c.*] Non ab alio sumam euolationem euadendæ mortis, nisi à me ipso. *Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam*: vt de tenebris ad cœlestia reuertar. In columba autem spiritualem naturam designat, sicut in baptismo ostensum est. Columba simplex animal est absque felle, & à malitia fellis alienum: quia osculum charitatis animæ significat: quia ecclesia duas pennas habet, hoc est, duo præcepta charitatis, dilectionem Dei videlicet, & proximi.

Psal. 118.o i ¶ *Ecce elongaui fugiens.*] A Iudæis. Longe est enim à peccatoribus salus.

Esa. 35.a k ¶ *Et mansi, &c.*] Cum gentibus incredulis: quas aduentu meo florere feci. De quibus alius ait propheta: Lætetur & floreat desertum. *Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine.* Columba fugit à conuersatione humana, & sancti fugiunt à consortio hominum, non corporaliter sed spiritualiter, hoc est, in conscientia: quia cogitant quomodo se contra suggestiones diaboli, vel hæreticorum defendere debeant.

l ¶ *Expectabam, &c.*] Expectat in corpore positus, non solũ saluationem patris, vt à diuersis tempestatibus eruatur: sed etiam vt vltionem de inimicis accipiat. Sequitur:

m ¶ *Præcipita, &c.*] In aqua aliquis sæpe præcipitatur. Ergo
Gen. 7. hi ita demergantur sicut in diluuio: & dispergantur diuisis
Ibid. 11. linguis, ceu factum est in ædificatione turris. Sed cur ista hæc adiecit.

n ¶ *Quoniam vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate.*] Iniquitatem, cum non crediderunt. Contradictionem
Marc. 6.a cum exprobrant, contradicentes: *Nonne hic est filius Ioseph fabri?* Et alia multa.

o ¶ *Die ac nocte.*] Id est, omni tempore. Die, cum doceret turbas, & illi non crediderunt. Nocte, cum pateretur, & illi blasphemarẽt. Ergo taliter circundata repletaque est eorum ciuitas, id est, Hierosolyma, vt supra muros redundaret iniquitas eius.

G

Dan. 13.d p ¶ *Et non, &c.*] Omnia enim quæ in lege prohibita sunt, ad augendi peccati cumulum excreuerunt. In lege enim vsuræ accipi prohibentur. Vsura est
Hier. 16.d plus accipere quam dare. Vnde propheta dicit: *Non fœneraui*
Mat. 6.b *neque fœnerauit mihi quisquam.* Et si vis quod tibi dimittatur, dimitte.

q ¶ *Quoniam, &c.*] Non hic tantum de passione dominus queritur: sed & de discipulo proditore. Nam legimus in euangeliis: quia absconderit
Ioan. 8.g se à Iudæis. A Iuda autem non se abscondit, sed eum etiam conuiuio sancto asciuit, sicut sequitur.

r ¶ *Tu vero, &c.*] Qui cum aliis coniunctus eras apostolis.

s ¶ *Dux meus.*] Ad prædicandum eum cæteris missus.

t ¶ *Et notus meus.*] Quia me per legis mysterium cognoueras esse venturum. Dux meus & notus meus. Vox Christi de Iuda. Vnanimis dicit: quia videbatur ab aliis quasi bonus. Dux dicit, propter quod Christum tradidit, dux mortis fuit. Notus, quando misit eos binos Luc. 10.a
H ante faciem suam in prædicatione.

u ¶ *Qui simul, &c.*] Cum mãdatis vitæ & voluntate patris plerunque refectus es. Cibus enim dulcis est, patris facere voluntatem, vt illud: *Qui intingit mecum manũ in paropside, leuabit contra me calcaneum suum.* Vel cibus dulcis, id est, corpus & sanguis Christi, quod ipse accepit indignus. Mat. 26.b

x ¶ *In domo, &c.*] Sæpe enim cum ipso domino in templo Salomonis cum prædicationis consensu abiit.

y ¶ *Veniat mors, &c.*] Vt maiorem sui cordis dolorem secũdum hominem ostenderet: ideo quasi in maledictione quæ eis erant ventura prædixit. Veniat mors super illos, & descendant ad infernum viuentes. Factum fuit hoc de Dathan, Num. 16.f
& Core, & Abiron, & simul venit ignis & mortui fuerunt, & terra absorbuit eos viuos.

z ¶ *Quoniam nequitia, &c.*] Etenim tam opere quàm cogitatione, nequitia pleni sunt.

a ¶ *Ego autem, &c.*] Vespere, cum passionem suscepit: mane, cum resurrexit: meridie, cum omni claritate virtutis suæ adimpleta, cœlos ascendit, sedet ad dexteram patris.

b ¶ *Narrabo & annuntiabo, &c.*] Narrat scilicet, quod eum velociter pater exaudiuit, quod eum de tribulationibus mortis eripuit, quod in pace animam eius ab inimicis, qui ei ob inferendam mortem propinquauerant, liberauit. Vel narrabo, quasi minora: & annuntiabo, quasi maiora. Liberauit in pace animam meam: In pace, hoc est, in semetipso, vt Paulus dixit: *Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum.* Ephe. 2.e
Ab his qui appropinquant mihi. Appropinquant corpore, non vita, nec merito.

c ¶ *Quoniam inter multos erant mecum.*] Inter multos, sed non in paucis. In multis verò, id est, in baptismo & in fide non ficta. In paucis non sunt, hoc est, in fide firma & spe & charitate. Inter multos credentes erant mecum, & non credebant.

d ¶ *Exaudiet Deus.*] Me benedicentem, non illos maledicentes. Exaudiet Deus, sanctos suos,

A a ¶ *Et humiliabit eos.*] Hoc est, superbos.
b ¶ *Qui est*, &c.] Pater vtique, quem in me manere non cognouerunt, qui est ante sæcula & manet in æternum. Ille qui initium sumpsit ex Maria, ante sæcula genitus est.
c ¶ *Non est*, &c.] De malo in bonum, non commutantur, non transferantur secundum euangelium de morte in vitã.
d ¶ *Et non timuerunt*, &c.] Ideo causa ad vltionem descendit, sicut sequitur.
e ¶ *Expandit*, &c.] Quia cum eis ad auxilium porrecta fuisset, non eam receperant. Non timuerunt Deum: propterea non declinauerunt de malo in bonum, quia non cognouerũt. *Et extendit manum suam in retribuendo illis.* Extẽdit manum suam, vt ait propheta: *Tota die expandi manus meas ad populum, non credentem, & contradicentem mihi:* ideo quia non credit opera mea & potentiam meam. In retribuẽdo illis, hoc est, in vindicta in die iudicij: præsertim cum Abrahæ dixit: *In semine tuo benedicentur omnes gentes terræ*, id est, in Christo, & in alio loco: *Et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.* Christus per nouum testamentum acquisiuit hæreditatem suam. Esa.65.a Gen.22.d Psal.2.b
f ¶ *Contaminauerunt*, &c.] Quia non intellexerunt dñm Iesum sanctorum virorum præconio repromissum. B

p ¶ *Ego autem*, &c.] Vt pleni inueniantur dies mei, Et nos supplices deprecantur, vt à te domine exauditi, nec peccati oleo delibuti, à te contriti, à te ab huius sæculi fluctibus liberati, à te mereantur longitudinem dierum pro bonis actibus adipisci, Amen. C

ᵃ & humiliabit illos: ᵇ qui est ante sæcula. ᶜ Non enim est illis commutatio, ᵈ & non timuerunt Deum: ᵉ extendit manum suam in retribuẽdo. ᶠ Contaminauerunt testamentũm eius: ᵍ diuisi sunt ab ira vultus eius, ʰ & appropinquauit cor illius: ⁱ Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula. ᵏ Iacta super dominũ curam tuam, & ipse te enutriet: ˡ non dabit in æternũ fluctuationem iusto. ᵐ Tu verò Deus deduces eos in puteum interitus. ⁿ Viri sanguinum & dolosi ᵒ non dimidiabunt dies suos: ᵖ ego autem in te speraui domine.

p ¶ In finem pro populo qui à sanctis longe factus est, ipsi Dauid in tituli inscriptionem, cum tenuerunt eum Allophyli in Geth.

PSALMVS LV.

Miserere ʳ mei Deus, quoniam conculcauit me homo: tota die impugnans tribulauit me. ˢ Conculcauerũt me inimici mei ᵗ tota die: ᵘ quoniã multi bellantes aduersum me. ˣ Ab altitudine diei timebo: ʸ ego vero in te sperabo. In Deo laudabo sermones meos: ᶻ in Deo sperabo, non timebo, quid faciat mihi caro. ᵃ Tota die verba mea execrabantur: aduersum me ᵇ omnes cogitationes eorum in malũ. ᶜ Inhabitabunt, ᵈ & abscondent: ᵉ ipsi calcaneum meum obseruabunt.

ᵃ Sicut

q ¶ *In finem*, &c.] In Hebræo ita habet. Pro columba muta longitudinum Dauid humilis atque perfecti, cum tenuissent eum Philistum in Geth. Columba muta, & Dauid humilis atque perfectus, Christus in passione monstratur.

PSALMVS LV.

r ¶ *Miserere mei Deus*, &c.] In homine atque bellante, diaboli vel reliquarum nequitiarum spiritualium ostendit immissionem, quorum instinctu dominus passus est. In die autem corporalem ætatem monstrat. Miserere mei domine. Ac si dicat: Fac in me misericordiam. Quoniam conculcauit me homo, id est, Christus à Iudæis in passione conculcatus est, & ecclesia à persecutoribus. Homo vnus pro multis dicitur, & plures pro vno dicuntur. Vnus hoc est, pro vnitate malitiæ. Duæ ciuitates sunt in mundo: Babylon, & Hierusalem. Per Babyloniam intelliguntur mali qui persequuntur sanctos: Sic & Hierusalem, id est, anima electa, non cessat orare pro inimicis. Tota die impugnans tribulauit me. Tota die, toto tempore pugnæ. D

g ¶ *Et diuisi*, &c.] Ab spirituali prouidentia, diuisa est contemplatio eorum: ideo pars eorum cum infidelibus posita est. Post eorum exprobrationem ad Iudam sermo refertur dicens: Et appropinquauit cor illius, vt impletus à diabolo traderet Christum. Contaminauerunt testamentum eius, & diuisi sunt ab ira vultus eius, id est, hæretici, qui voluerunt contaminare testamentum Dei, diuisi erunt in die iudicij quando accipient sententiam damnationis: *Ite maledicti in ignem æternum.* Mat.25.

h ¶ *Et appropinquauit*, &c.] Voluntas eius: quia quod intelligunt de scripturis, in malum vertunt, quia de fide trinitatis non rectè credunt. Vnde dictum est: *Oportet esse hæreses, vt qui probati sunt, manifesti fiant in vobis.* 1.Cor.11.d

i ¶ *Molliti sunt*, &c.] Cum ait molliti sunt, de pluribus dicit, cum prius de vno locutus fuisset. Ergo intellige diabolum nuncupatum, & Iudam, qui leniores oleo fecit sermones suos cum ait: *Aue rabbi, & osculatus est eum.* Tale oleum renuentes, vt in tribulationibus positi, Dei petamus auxilium, ipse nos Deus suo exemplo docuit dicens. Mat.26.e

k ¶ *Iacta in dominum*, &c.] Vt ab eo educatus inimicis fortis resistas.
l ¶ *Non dabit*, &c.] Si enim iustus fueris, non te patitur ab iniquis fluctibus fatigari. Qui fluctuat, in mari est. Per mare, mundus iste intelligitur in quo sancti fluctuant.

m ¶ *Tu vero*, &c.] Vt qui noluerunt bibere de fonte aquæ viuæ, in puteum interitus demergantur. In puteum interitus, hoc est, in infernum, iusta vindicta super illos.

n ¶ *Viri sanguinum*, &c.] Qui sunt effusores sanguinis redemptoris nostri.
o ¶ *Non*, &c.] Non solum non impleuerunt æternitatis dies; sed nec ad dimidium temporis eius venire meruerunt. In modico enim spatio in vltione dominica ab hostibus trucidati sunt.

s ¶ *Conculcauerunt*, &c.] Iudæi vtique.
t ¶ *Tota die.*] A tempore carnis assumptæ.
v ¶ *Quoniam*, &c.] Ab altitudine diei timebunt: quia non in Deum, sed in rebus transitoriis posuerunt spes suas.

x ¶ *Ab altitudine*, &c.] Duos sensus habet hic. Vnum quasi dicat ecclesia in rogando: non timebo altitudinem superborum. Alium affirmando: timebo altitudinem, hoc est, altitudinem diuinitatis: quia qui non timet, præsumptuose agit.
y ¶ *Ego vero*, &c.] Quia in eius ope præsidioque confido, sicut dominus dixit: *Mea doctrina non est mea, sed eius qui me misit patris.* Quanto magis nos qui omnia ab illo accepimus, & illum accepimus, ipsum semper laudare debemus. Ioan.7.b
z ¶ *In Deo sperabo*, &c.] In ipso confirmatus, non timebo bella quæ mihi aduersarius mouet: quia dictum est: *Si corpus occidunt: animam autem non possunt occidere.* Mat.10.d
a ¶ *Tota die*, &c.] Cum dicerent: non est hic propheta, sed seducit turbam. Ioan.7.b
b ¶ *Omnia*, &c.] In malum enim eis conuersa sunt: cum eos diuina vltio post dominicæ passionis scelera verberauit. *Omnia consilia eorum in malum.* Iudæi contra Christum, & peccatores contra sanctos.
c ¶ *Inhabitabunt.*] Vnanimiter.
d ¶ *Et abscondent.*] Laqueos nequitiæ suæ.
e ¶ *Ipsi*, &c.] Vt me supplantare possint, sicut voluerunt: vel in nusmismate census: vel in muliere deprehensa. *Ipsi calcaneum meum obseruabunt.* Iudæi finem CHRISTI, & peccatores finem ecclesiæ: quia septies in die cadit iustus & resurgit. Vel, calcaneum meum obseruabunt: sicut dictum est de illa muliere & serpente. Per caput, initium suggestionis malæ: & per calcaneum, finem vitæ. Vel hæretici in qualicunque sermone, finem obseruare quærunt. Luc.20.e Ioan.8.a Prou.24.e Gen.3.

a ¶ Sicut

E

[a] Sicut sustinuerunt animam meam. [b] Pro nihilo saluos facies illos, [c] in ira populos cõfringes, [d] Deus vitã meam annuntiaui tibi: [e] posuisti lachrymas meas in conspectu tuo, sicut & in promissione tua: tunc conuertentur inimici mei retrorsum. [f] In quacunque die inuocauero te: ecce cognoui quoniam Deus meus es. [g] in Deo laudabo verbum, in domino laudabo sermonem, in Deo speraui: nõ timebo quid faciat mihi homo. [h] In me sunt Deus vota tua: quæ reddam laudationes tibi. [i] Quoniam eripuisti animam meam de morte, [k] oculos meos à lachrymis, [l] & pedes meos à lapsu. [m] vt placeam coram Deo in lumine viuentium.

[n] In finem ne disperdas, ipsi Dauid in tituli inscriptione, cum fugeret à facie Saul regis Israël in speluncam.

PSALMVS LVI.

Miserere [o] mei Deus miserere mei: quoniã in te confidit anima mea. [p] Et in vmbra alarum tuarum sperabo: [q] donec transeat iniquitas. [r] Clamabo ad Deum altissimum, Deum qui benefecit mihi. [s] Misit de cœlo, & liberauit me, [t] dedit in opprobrium conculcantes me. [u] Misit Deus misericordiam suam & veritatem suam: [x] & eripuit animam meã de medio catulorũ leonum, [y] dormiui cõturbatus.

a Filij

a ¶ *Sicut sustinuerunt,* &c.] Vt captum in verbis accusarent apud principes.

b ¶ *Pro nihilo saluos,* &c.] Saluantur enim pro nihilo, cum non commutantur ad gloriam: sed ad supplicia transferuntur. Pro nihilo saluos facies illos: quia non fecit Christus propter quod sustinuit, sed expetierunt Iudæi vt illum interficerent. 1. Pet. 2. b

c ¶ *In ira,* &c.] Quia impacti sunt in petram offensionis, & lapidem scandali. Post hanc vltionẽ propheta gaudens, præuidens futura decantat.

d ¶ *Deus,* &c.] Tu es enim vita mea, omnisque populi, qui ad redemptionem venturus es mundi. Vnusquisque debet nũtiare per confessionem: sicut Paulus fecit, quando dicebat: *Qui prius fui blasphemus & persecutor & contumeliosus: sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate.* Et item dicebat: *Viuo autem iam non ego: viuit vero in me Christus.* 1. Tim. 1. c Gal. 2. d

e ¶ *Posuisti lacrymas meas in conspectu tuo, sicut,* &c.] Promissiones tuæ erant, vt veteres lacrymas, conuersis post tergum inimicis, in gaudia nouella transferres: meque cum sanctis cæteris tua gloria munerares. Posuisti lacrymas meas in conspectu tuo: hoc est, audisti & vidisti. *Sicut in promissione tua.* Deus promisit sanctis suis bona: sed tamen dicit: *Confitere tu prius iniquitates tuas, vt iustificeris. Tunc conuertentur inimici mei retrorsum.* Optando dicit ecclesia, vt qui currunt ad infernum, conuertantur ad Deum. B Esa. 43. d Esa. 70.

f ¶ *In quacunque,* &c.] In omni enim necessitate tu Deus assistis, misericordiam præstans tuis. In quacunque die inuocauero te, id est, aut in prosperis, aut in aduersis. *Ego cognoui quoniam Deus meus es tu.* Vox ecclesiæ. Aliqui cognoscunt per creaturam cœli & terræ: sicut sanctus Paulus dicit: *Per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur.* Et alij per Deum, qui inspirat in animas illorum: sicut Thomæ dixit: *Infer digitum tuum huc, & mitte manum tuam in latus meum, & cognosce loca clauorum, & noli esse incredulus, sed fidelis.* Et ipse recordatus dicit: *Dominus meus, & Deus meus.* Rom. 1. a Ioan. 20. g

g ¶ *In Deo laudabo,* &c.] Laudat iterum propheta verbum illud, siue sermonem qui erat in principio apud patrem: quia sperans in eum non metuit aduersarij minas, dicens:

h ¶ *In me sunt Deus,* &c.] Hæc sunt vota prophetæ, vt laudem dominicam celebret: sicut alibi dicit: *Immola Deo sacrificium laudis.* Et cur hæc faciat adiecit. Psal. 49. c

i ¶ *Quoniam,* &c.] Secunda vtique.

k ¶ *Oculos meos à lacrymis.*] Ne iam necesse esset peccata deflere, vt illud: *Absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum* in die iudicij: quia dictum est: *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* Apoc. 7. d Mat. 5.

l ¶ *Pedes meos à lapsu.*] Ne vltra laberentur in peccata. Pedes meos, hoc est, sensus: à lapsu, quia non erit tunc suggestio mala, nec tribulatio.

m ¶ *Vt placeam,* &c.] Lumen viuentium Christus est: secundum illud: *Ego sum lux mundi.* Et item: *Erat lumen verum quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Sicut in Apocalypsi de illa sancta ciuitate: *Lucerna non erat ibi: quia dominus Deus omnipotens illuminauit eam: & lucerna eius est agnus,* quo sancti ab huius mũdi tenebris erunt clarificantur. Hæc propheta non pro se tantum, sed & pro nobis orat. Vnde nos deprecemur, vt compressis bellis corporeis, superatis sæculi tentamentis, mereamur Iesu Christo in ipso lumine complacere, Amen. Ioan. 8. b Ibid. 1. a Apoc. 21. g

G

n ¶ *In finem,* &c.] Ipsi Dauid in tituli inscriptione ne disperdas: hoc est, ne corrumpas tituli inscriptionem: quando scripsit Pilatus super domini crucem linguis tribus: Iesus rex Iudæorum. Et illi: *Noli scribere rex Iudæorum: sed quia ipse dixit, rex sum Iudæorum.* Et Pilatus dixit: *Quod scripsi, scripsi.* Dauid in spelunca absconditus, hoc est, in inferiore parte terræ: præfigurabat corpus humanum, vbi illa maiestas fuit abscondita in corpore Christi, vt illud: *Traditus sum, & non egrediebar.* Et Paulus dicit: *Si enim intellexissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent.* Ioan. 19. d 1 Reg. 24. Psal. 87. b 1. Cor. 2. b

PSALMVS LVI.

o ¶ *Miserere o mei,* &c.] Geminata postulatione misericordiæ, confidentiam suam, quam in parte habet, adiungit, vt facilius audiatur. Quoniam in te confidit anima mea. Quasi vnus homo dicit: sed vnus pro multis, quia dictum est: *A finibus terræ ad te clamaui domine.* Et alibi: *Erat illis anima vna & cor vnum.* Psal. 60. a Act. 4. f

p ¶ *Et in vmbra,* &c.] Id est, in protectione paterna. A calore vmbra quæritur: sed per calorem persecutio vel tribulatio intelligitur, & per vmbram protectio diuinitatis: vbi semper confugere debemus. Sed duæ alæ, duo testamenta, vel duo præcepta charitatis. H

q ¶ *Donec,* &c.] Insultatio iniquorum. Docet enim per hæc in spiritualium alarum sperare protectionem. Hinc propheta loquitur.

r ¶ *Clamabo,* &c.] Hæc sunt quæ post dinumerata bona sequuntur. Donec transeat iniquitas: hoc est, diabolus cum suis membris, vel suis satellitibus. Clamabo ad Deum altissimum. Clamauit Christus ad Deum patrem, & orauit pro falsis fratribus. Et ecclesia pro inimicis orat. Et ad Deũ qui benefecit mihi id est, fecit me ex nihilo ad suam imaginem, & dedit mihi omnia bona præsentis vitæ, & postea in futuro vitam æternam promisit.

s ¶ *Misit,* &c.] Misit filium suum de cœlis, vt hominem à peccato erueret: vel genus humanum de potestate diaboli, vel de inferno.

t ¶ *Dedit,* &c.] Impios & peccato obnoxios, qui verbum propheticum negligebant. Velut alibi: Dedit apostolis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici. Luc. 10. f

v ¶ *Misit,* &c.] Misericordia & veritas Christus est. In vno continẽtur: nec vna sine altera. Si sola misericordia fuisset, licẽtia fuisset peccare: & si sola veritas, nõ potuisset homo sustinere.

x ¶ *Animam,* &c.] Leones principes Iudæorum catuli, plebs subiecta, qui clamabant: crucifige eum. Leo diabolus, iuxta epistolam Petri: *Aduersarius vester diabolus circuit quasi leo, quærens quem deuoret.* Propterea ipse dominus misericordia ac veritas intelligitur, qui missus à patre, animas nostras eripuit de dæmonum potestate: qui nos ceu sæui leones deuorare nitebantur. Qui & nunc loquitur, dicens: Ibid. 1. Pet. 5. b

y ¶ *Dormiui,* &c.] Dormiuit enim in summo passionis, cum diceret: Nunc anima mea turbata est: quia dictum est: *Ego dormiui & soporatus sum, & exurrexi: quoniam dominus suscitauit me,* secundum illud: *Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem iterum sumendi eam.* Psal. 3. b Ioan. 10. 5

A

a ¶ *Filij hominum dentes eorum*, &c.] Inimicorum dentes quasi arma impugnantium esse dicit; quos dominus sua resurrectione confregit.

b ¶ *Exaltare*, &c.] Nullus est modus exaltationis diuinæ. Nos verò nihil aliud de cœlis quam quæ vidimus nouimus. Nam cum ait, super cœlos, notitiam excedit humanam. De gloria autem quę super terram est, illud intelligitur quod alibi ipse dominus ait: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi.* (Matt. vlt.) Hinc iterum dominus.

c ¶ *Laqueum*, &c.] Cum mihi Interrogationes inferebant dolosas.

d ¶ *Et incuruauerunt*, &c.] In morte, sed non fuit perpetualiter subdita morti. Sic voluerunt Iudæi Christum incuruare, vt non nominaretur nomen eius.

e ¶ *Foderunt*, &c.] Cum post resurrectionem inimicis traditi, capti, interfecti, atque dispersi sunt.

f ¶ *Paratum cor meum*, &c.] Exultat & concinit de triumpho mortis illius liber. Cãtabo, prædicabo: psalmum dicam, opere complebo.

g ¶ *Exurge gloria mea, exurge psalterium*, &c.] Diluculo enim resurrexit, mane cũ adhuc tenebræ essent super terram. Sic enim psalterium & cithara: hæc enim dictio Dauidica cecinerat: exurge psalterium & cithara. Quid significant ista organa? Vnum de supernis, aliud de terrenis. Quid intelligitur psalterium? Christus intelligitur, vt illud: Ite dicite Ioanni quæ vidistis & audistis: Ad lumen redeunt cæci, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur: & beatus qui in me non fuerit scandalizatus: hoc est, diuinitas operata per carnem. Cithara de terrenis: hoc est, lassescere, dormire, egere, esurire, sitire vel cætera. Aliter. Psalterium ad nos pertinet: spes, fides, charitas, longanimitas, bonitas, vel alia his similia. Per citharam, sex opera misericordiæ intelliguntur, quæ debemus implere, id est, esuriui, sitiui, hospes eram, nudus, infirmus, in carcere. Item psalterium, id est, in tribulatione gratias agere Deo, de supernis venit, per quem sustines. Cithara, persecutio & tribulatio, quam in corpore sustines. *Exurgam diluculo.* Respondit Christus ad partem. Vnde superius dixit: exurge gloria mea.

B

(Mat. 11 a)

h ¶ *Confitebor tibi in populis*, &c.] Quas per prophetas, vel per apostolos vocaui. Confitebor tibi in populis domine: hoc est, postquam resurrexero. Psalmum dicam tibi inter gentes, id est, prædicare, opere implere.

i ¶ *Quoniam magnificata est vsque ad cœlos misericordia tua.*] Mea enim resurrectione pacificata sunt omnia tibi, quæ in cœlo & quæ in terra sunt.

k ¶ *Et vsque ad nubes veritas tua.*] Complens per prophetas quæ nobis prædixeras. Cœli sunt sancti, quando de supernis contemplantur: nubes, quando irrigant corda humana de prædicatione.

l ¶ *Exaltare super cœlos Deus.*] Propheta hæc dicit de gloriosa Christi ascensione.

m ¶ *Et super omnem terram*, &c.] Cum effuderis donum Spiritus sancti in omnem carnẽ. Quod & nunc nobis præstare digneris, vt in cunctis pressuris ac tribulationibus vniuersis mittas spiritum tuũ sanctum: cuius ope ac præsidio siue munitione protecti, ad æterna gaudia præparari, & ad cœlestia transferri præmia mereamur, Amen.

[a] Filij hominum dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorũ gladius acutus. [b] Exaltare super cœlos Deus, & super omnem terrã gloria tua. [c] Laqueum parauerũt pedibus meis, [d] & incuruauerunt animam meam. [e] Foderunt ante faciem meam foueam, & inciderunt in eam [f] Paratum cor meum Deus, paratum cor meum: cantabo & psalmum dicam domino. [g] Exurge gloria mea: exurge psalterium & cithara, exurgam diluculo. [h] Confitebor tibi in populis domine, & psalmum dicam tibi in gẽtibus [i] Quoniã magnificata est vsque ad cœlos misericordia tua, [k] & vsque ad nubes veritas tua. [l] Exaltare super cœlos Deus, [m] & super omnem terram gloria tua,

[n] ¶ In finem ne disperdas, Dauid in tituli inscriptione.

PSALMVS LVII.

SI [o] verè vtique iustitiã loquimini: recta iudicate filij hominũ. [p] Et enim in corde iniquitates operamini in terra: iniustitiã, [q] manus vestræ concinnant. [r] Alienati sunt peccatores à vulua: [s] errauerunt ab vtero, locuti sunt falsa. [t] Furor illis secundum similitudinẽ serpentis, [u] sicut aspidis surdæ, & obturãtis aures suas. Quæ non exaudiet vocẽ incantantium, & venefici incantãtis sapienter. [x] Deus conteret dentes eorũ in ore ipsorũ: molas leonum confringet dominus. [y] Ad nihilum deueniẽt tanquam aqua decurrens: [z] intendit arcũ suum donec

G

n ¶ *In finem*, &c.] Vos suggeritis falsitatem, ego non corrumpam veritatem: quod scripsi, scripsi. (Ioan. 19 d) Psalmus vocem continet Prophetæ de iudicio atque iustitia commonentis.

PSALMVS LVII.

SI o *vere vtique*, &c.] Edocet vt quisque mortalium iudicio vtatur publico, si verũ loquitur, & verum iudicet: nec ponat blanditiis sermonum muscipulam deceptionis, per quam occulte interimat innocentes. Si vere vtique iustitiam loquimini iusta iudicate filij hominum. Iudæi iusta loquebantur ad Christum, quando dicebant: *Magister scimus, quia verax es, & in veritate viam Dei doces.* (Mat. 22 b) Non iudicabant iusta, quando petierunt Barrabam filium mortis, & interfecerunt Christum filium vitæ: (Ioan. 18 g) Vel aliter. *Iusta iudicate* id est, vos qui iudicatis iustitiam bonam esse, recta iudicate, hoc est, quod tibi non vis, alteri ne facias.

p ¶ *Etenim*, &c.] In hac terra quam habitatis, cogitatione mala, dum bona videmini loqui.

q ¶ *Iniquitatem*, &c.] Opera enim vestra quæ secundum allegoriam manus accipiuntur, iniquitate repleta sunt.

D

r ¶ *Alienati sunt*, &c.] Quidam de descensu animæ in corpus: alij verò de Iudæis intelligunt, quod abalienati sunt à Deo: ex quo Maria genuit Saluatorem.

s ¶ *errauerunt* &c.] Præscius futurorum Deus, iniquitatem ipsam, prius quam nasceretur exterminat. Ideo peccatores falsa loqui dicit, eosque errare atque alienari prophetat: sicut quondam de Esau, qui prius quam gigneretur, ab hæreditate Dei est repulsus.

t ¶ *Furor*, &c.] Illis qui obiter per iram deuorare veneficis morsibus Dei famulos volunt, & pœnitentiam negligunt. (Mat. 3 b & Ro. 9 a)

u ¶ *Sicut aspidis*, &c.] Diabolum, vel satellites eius dicit: qui cum quotidie noceant, & eis vtique qui canticum per inuocationem dominici nominis indicamus: illi obturato aurium auditu, sæuire non desinunt. Aspis genus serpentis. Ille homo qui incantat, Marsus dicitur, & trahit illas de tenebris ad lumen.

x ¶ *Deus conteret*, &c.] In dentibus, aperta persecutio: in molaribus significatur abscondita. Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum, ne lacerare valeant iniquis morsibus seruos eius. *Molas leonum confringet dominus.* Malarum nequitiarum insidias: qui quasi molares leonum dentes ad validiorem morsum habentur.

y ¶ *Ad nihilum*, &c.] Sicut enim aqua decurrens, aut absorbetur à terra, aut in mari deficit: ita & isti ad hoc deducuntur vt pereant. Sicut aqua quæ ab initio sæculi in gyro vadit: ita ipsorum est doctrina. Aqua decurrens, quod est torrens: hoc est, aqua quæ de montibus decurrit in valles. Vel sicut aquæ hyemales cum veniunt, statim siccantur: sic isti cito transeunt. Vnde dictum est: *De torrente in via bibit.* Dominus de torrente in via bibit: quia de nostro accepit. (Psal. 109 a)

z ¶ *Intendit arcum suum donec*, &c.] Per arcum, iræ & cõminationes Dei intelliguntur. Vnde dixit: *Nisi conuersi fueritis*, id est, de superbia ad humilitatem: arcum suum vibrauit, sicut Paul[9] audiuit: *Saule, Saule quid me persequeris?* (Mat. 18 a; Psal. 7 c; Act. 9 a)

Intendit

E Intendit arcum suum, futurum iudiciom: donec infirmentur, hoc est vsque dum euanescant insidiæ eorum.

a ¶ *Sicut*, &c.] Sicut enim cera igne dissoluitur: ita & isti futuro iudicij igne perdentur.

b ¶ *Super*, &c.] Iudicium mortis.

c ¶ *Et non*, &c.] Non intellexerunt Christum dominum, qui est sol iustitiæ, de quo in iudicio dicturi sunt impij: *Et sol iustitiæ non luxit nobis.* (Sap. 5 b) Cecidit ignis, & non viderunt solem. Peccatores Christum ignẽ vident, iusti solem iustitiæ. Aliter: Qui comminationibus scripturarum territus agit pœnitentiam: hic per ignem suppliciorum, sol verus ostenditur.

d ¶ *Antequam*, &c.] Quasi viuos, quasi in ira absorbet eos. Antequam peccata vestra ad finem vsque perueniant, & cogitationum spinæ in arborem ebulliant peccatorum, Deus vos corripiet non iratus, sed quasi iratus. Non est qoippe Dei ira, sed emendatio, & corripiet vos nõ vt viuos, sed quasi viuos. Qui enim spinas habent delictorum, viui non merẽtur vocari. Priusquam intelligerent spinæ vestræ rhamnũ. Hæc ad populum peccantem loquitur. Rhamnus, sentiũ genus est asperrimum aculeis, & flore gratissimum. Vnde intelligitur duplam habere virtutẽ, vltionis, & bonorum retributionis, id est, iustis floret ad ornatum, peccatoribus præbet spinas ad confringendum, (F)

e ¶ *Sicut viuentes, sic*, &c.] Velociter eos absorbet pœna: quia qui non crediderit, iam iudicatus est. (Ioan 3.b) Viuentes, id est, sapientes mundi: qui per illorum sapiẽtiam putant se quasi viuentes sint. Sed *sapientia huius mundi, stultitia est apud Deum*. (1.Cor.1.e) Sed ira Dei quam dicit, iusta vindicta est.

f ¶ *Lætabitur*, &c.] Impiorum: quia quando illi damnantur in pœnis, isti lætificantur in præmiis.

g ¶ *Manus lauabit*, &c.] Quia difficilis est hic versiculus ad intelligendum: ipsa verba quæ anteriores tractauerunt, educam. Hilarius beatus antistes, & vt ita dicam, inter procellas mundi magnus sustentator ecclesiæ, ita de eo dicit: Iustus manus suas, non peccatorum sanguine abluit, sed cum peccatores in sanguine sint, quia rei sunt sanguinum: manus suas ille ab omni reatu sanguinis continebit ablutas. Tunc lauat iustus manus in sanguine peccatorum, cum vindictam de ipsis viderit non procurantibus sanctis; & tunc lætabitur, cum post exitum eorum, eius opera gloriose refulgent.

h ¶ *Et dicet*, &c.] Tunc enim erit eius fructus, cum ei Christus dominus cœlorum regna participauerit.

i ¶ *Vtique est Deus iudicans eos in terra.*] Illi ante iudicium finis in hac terra iudicantur, de quibus soperius diximus: Qui non crediderit, iam iudicatus est. Et nos si in præceptis Dei, aures non obturamus: si sanctorum monita, cum innocentia exequamur: si nostrorum spinis facinorum non affligamur: si manus ab omni sanguine immunes cum innocentibus abluamus: honorabit nos Iesus dominus dignus præmiis, quibus sancti cum ipso perpetualiter collætantur, Amen.

x ¶ *In finem ne disperdas*, &c.] Iste psalmus, quia Dauid docet per titulum custodire, dominicæ passionis declarat mysterium, dicens:

donec infirmentur. [a] Sicut cera quæ fluit auferentur: [b] super eecidit ignis, [c] & non viderũt solem. [d] Priusquã intelligerẽt spinæ vestræ rhamnũ: [e] sicut viuẽtes, sic in ira absorbet eos. [f] Lætabitur iustus cum viderit vindictam: [g] manus suas lauabit in sanguine peccatoris. [h] Et dicet homo, si vtique est fructus iusto: [i] vtique est Deus iudicans eos in terra.

k ¶ In finem ne disperdas Dauid, in tituli inscriptione: quando misit Saul & custodiuit domum eius, vt interficeret eum.

PSALMVS LVIII.

ERipe [l] me de inimicis meis De[o] meus: & ab insurgẽtibus in me libera me. Eripe me de operantibus iniquitatem: & de viris sanguinũ salua me. [m] Quia ecce ceperunt animam meam: irruerunt in me fortes. [n] Neque iniquitas mea, neque peccatum meum domine: sine iniquitate cucurri, & direxi. [o] Exurge in occursũ meũ, [p] & vide. [q] Et tu domine Deus virtutum Deus Israel. Intende ad visitandas omnes gentes: nõ miserearis omnibus qui operantur iniquitatẽ. [r] Conuertantur ad vesperam, & famem patientur vt canes: [s] & circuibunt ciuitatem. [t] Ecce loquentur in ore suo: & gladius in labiis eorũ, [u] quoniam quis audiuit. [x] Et tu domine deridebis eos: [y] & ad nihilum deduces omnes gentes. [z] Fortitudinem meam ad te custodiam:

a quia

PSALMVS LVIII.

ERipe [l] me, &c.] Per hos inimicitiarum gradus vsque ad effusionem ascenditur sanguinis. Inimici etenim fuerũt Iudæi Iesu Christo domino nostro, cum ei insidebant occulte. Insurrexerũt contra eum, cùm præceptis eius obuiauerunt. Operarij iniquitatis effecti sunt, cum manus armauerunt ad interfectionem. Viri sunt facti cruoris, cùm sanguinem iusti super se suosque filios futurum esse dixerunt.

m ¶ *Quia*, &c.] Vt me traderent morti. (Mat 27)

n ¶ *Neque*, &c.] Non hæc Dauid de se dicere potuit, qui se in alio psalmo plenum peccatis esse cognooit: sed de eo qui peccata nostra portans, sine vllo iniquitatis pondere vsque ad exitum corporeæ mortis cucurrit. Sine iniquitate cucurri, & direxi. Et iste psalmus ex persona domini intelligi potest. Ait quippe: *Venit princeps mundi istius, & inuenit in me nihil.* (Ioan 14) Vel certè cucurrit, id est, de cœlo venit in vterum, de vtero in præsepe, de præsepi in crucem, de cruce in sepulctum, de sepulcro ad inferos, de inferis victor remeauit ad cœlos. Et direxit, non sensus suos, sed nostros: quia praui erant & tortuosi. Vnde propheta dixit: *Et erunt praua, in directa: & aspera, in vias planas.* (Esa.40.a)

o ¶ *Exurge in occursum meum.*] Ad patrẽ hæc loquitur, à quo se in euangelijs clarificari precatur. (H) Qui & tanquam occurrens, manumque porrigens, respondit dicens: *Et clarificaui, & iterum clarificabo.* (Ioan 12.a) Quem occursum vsq; ad visitationẽ gentiũ extẽdi postulat, dicens: *Sed exurge in occursum mihi*, id est, fac illos intelligere de illo cursu quem habui, quod ego æqualis sum tibi. (Psal 18 b) Vnde ait: *A summo cælo egressio eius, & occursus eius vsque ad summum eius*, hoc est, Deus pater super omnes creaturas spirituales.

p ¶ *Et vide.*] Ac si dicat, vt facias tu eos videre, id est, vt credant me æqualem tibi.

q ¶ *Et tu domine*, &c.] Vt cum iustos visitatio diuina respicit, illos peccati pœna constringat. Et tu domine Deus virtutum, id est, angelorum & hominum Deus Israël, hoc est, Deus animarum videntium Deum. Christus ad patrem: Intende ad visitandas omnes gentes: non solum in Iudæa, sed etiam & in gentibus.

r ¶ *Conuertantur ad*, &c.] Vsque ad exitum vitæ suæ, famem verbi Dei patientur: nec arguuntur in diuersis malis, vt pœnitentiam agerent.

s ¶ *Et cir.* &c.] Sed nullã solennitatũ iocunditatem ac sacrificiorum in ea reperient. Vel de his loquitur, qui in fine ex Iudæis credituri sunt. Cum enim subintroierit plenitudo gentium, tunc omnis Israel saluus erit. (Rom.11.e)

t ¶ *Ecce loquentur*, &c.] Blasphemiæ & infidelitates eorum, gladio comparatæ sunt.

v ¶ *Quoniam*, &c.] Nemo enim hominom audit, cum hi à domino irridentur, sicut sequitur:

x ¶ *Et tu*, &c.] Qui te in risu & despectu habent.

y ¶ *Pro nihilo deduces*, &c.] Illas quæ te resurrexisse nõ credunt. Nam sunt in his multi credentes, qoi non irridentor à Deo. Vel omnes gentes, qoi ligna & lapides adorabant: nullis meritis præcedentibus, adducit illos Deos ad cognoscendam veritatem.

z ¶ *Fortitudinem meam ad te*, &c.] Id est, omnes virtutes

A meas ad te custodiam: non ad me, sed ad te: quia semper in
1 Cor. 4 b ipsis tibi laudes refero, non meis viribus. Vnde Paulus dicit:
Ioan 10 d *Si enim accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?*
a ¶ *Fortitudinem meam ad te custodiam, quia,* &c.] Fortitudinem illam custodiam dicit: quia animam eius nemo aufert, pro nobis posuit, ipso dicente: *Nemo eam auferet à me: sed ego potestatem habeo ponendi, resumendique eam.*

psallere, cuius ope adiutus atque susceptus est. Qui & nobis præstare dignetur, vt adiutorio eius muniti, misericordia adiuti, resurrectione glorificati, mereamur in ecclesia sancta, laudes eius immaculatis sensibus exaltare, Amen.

1 Reg 8 d p ¶ *In finem,* &c.] Quæritur vbi hæc historia scripta sit. In regnorum libris, quæ hic manifestissimè legitur. Sed ibi pro valle Salinarum, LXX interpretes ipsa Hebræa verba posuerunt, מלח גיא ge melach. Sed quia interpretatum non est ab his qui Hebræi sermonis non habent notitiam, quid significet, ignoratur.

b ¶ *Deus meus,* &c.] Præuenit illum misericordia patris: cum prius centurio eum Deum confessus est, quàm videret ab inferis resurrexisse. Sed & multi percutientes pectora sua, reuertebantur dicentes: *Verè fi-*
Mar 15 f *lius Dei erat iste.*

c ¶ *Deus ostendit mihi super,* &c.] Vt & si non credant, tamen intelligant eum esse Deū, iuxta illud: *Et videbit omnis*
Luc 3 b *caro salutare Dei nostri.* Et non occidas illos, ne fortè obliuiscantur nominis tui.

d ¶ *Disperge eos,* &c.] Noli penitus delere Iudæos: quia populus tuus semper est appellatus, sed in toto eos orbe disperge, vt saltem sic emendati, superbire desistant, vt vel in hac dispersione scelus suum pœnitendo deplorent.

B e ¶ *Et depone eos protector meus domine,* &c.] Destruantur in malitia sua propter verba, quibus Christum tuum negauerunt, & tamen fi-
Ioan 8 e lios Abrahæ se esse iactitant.

f ¶ *Comprehendantur,* &c.] Hoc est, humiles fiant.
g ¶ *Et de execratione & mendacio,* &c.] Execrabantur e-

[a] quia Deus susceptor meus es: [b] Deus meus, misericordia eius præueniet me. [c] Deus ostendit mihi super inimicos meos ne occidas eos: ne quando obliuiscantur populi mei. [d] Disperge illos in virtute tua: [e] & depone eos protector meus domine. Delictum oris eorum sermonē labiorum ipsorum: [f] & comprehendantur in superbia sua. [g] Et de execratione & mendacio annuntiabuntur in cōsummatione: [h] in ira cōsummationis, & non erunt. [i] Et sciēt quia Deus dominabitur Iacob, & finium terræ. [k] Conuertentur ad vesperam, & famem patientur vt canes: & circuibunt ciuitatem. Ipsi dispergentur ad manducandum: si vero non fuerint saturati, & murmurabunt. [l] Ego autem cantabo fortitudinem tuam: [m] & exultabo mane misericordiam tuam. [n] Quia factus es susceptor meus & refugiū meum: in die tribulationis meæ. [o] Adiutor meus tibi psallam: quia Deus susceptor meus es: Deus meus misericordia mea.

¶ [p] In finem pro his qui commutabuntur in tituli inscriptione, ipsi Dauid in doctrinam, cum succendit Mesopotamiam Syriæ, & Syriam Sobal: & conuertit Ioab, & percussit Edom in valle Salinarum duodecim millia.

PSALMVS LIX.

DEus [q] repulisti nos, & destruxisti nos: [r] iratus es, & misertus es nobis. [s] Cōmouisti terram, [t] & conturbasti eam: [u] sana contritiones eius quia commota est. [x] Ostendisti populo tuo dura: [y] potasti nos vino compunctionis. [z] Dedisti metuētibus te significationem, vt fugiāt à facie arcus. Vt liberentur dilecti tui: [a] saluum fac dextera tua, [b] & exaudi me. [c] Deus locutus est in sancto suo: [d] lætabor & partibor Sicemam: & conuallem tabernaculorum metibor.

PSALMVS LIX.

DEus q repulisti, &c.] Pertinet ad populum Iudaicum. Quando illum permittebat Deus tribulari: quasi tunc videbatur repellere. Et modo ecclesiam videtur repellere, quando illam permittit tentari per tribulationem. Nam aliter non repellit: quia dixit sanctus
Rom 11 d Paulus: *Non repellit Deus plebem suam, quam præsciuit.* Vn-
Hiere. 1 b de & vox ad Hieremiam prophetam ait: *Vade, & destrue, & dissipa, & euelle, & ædifica.* Ac si dixisset: Destrue vitia & peccata, & ædifica virtutes. Repellit nos ac destruit, cum peccamus. Miseretur & ædificat, cum ad eum pœnitendo reuertimur.

r ¶ *Iratus es,* &c.] Ira Dei, iusta vindicta dicitur. D
s ¶ *Commouisti,* &c.] Corporis vnque nostri.
t ¶ *Et conturbasti eam.*] Cū tribulos produceret & spinas.
v ¶ *Sana contritiones,* &c.] Mota est enim à malitiis, vt fructum exhibeat sanctitatis.
x ¶ *Ostendisti populo tuo dura.*] Heb. 12 b

Mat 6 a nim dominum: cum eum fi-
Mat 9 b lium Ioseph fabri dicebant. Innectebant mendacium: cum eum dæmonium habere aiebant:

h ¶ *In ira consummationis,* &c.] Vt non possint perseuerare in malitia sua, sed in ea consummantur.

i ¶ *Et scient quia Deus,* &c.] Nam sunt nonnulli qui se descendere ab Iacob genere gloriantur. *Et finium terræ,* id est, omnium gentium.

k ¶ *Conuertentur ad vesperam, & famem patientur,* &c.] Post diapsalma, iterat sententiam, qua inimici famem patientur vt canes: dum legis literam cum circuncisione carnali, & sacrificia de nece pecudum prosequuntur. Sed quia in peregrinatione hæc celebrant, nec ab his reficiuntur spiritualiter, murmurant contra Deum. Hinc propheta dominicæ mysterium resurrectionis contuens, exultat & dicit.

l ¶ *Ego autem cantabo fortitudinem tuam domine.*] Quia vicisti mortem. Vel fortitudinem diuinitatis: quomodo vicit diabolum, hoc prædicabo.

m ¶ *Et exultabo mane misericordiam tuam.*] Quia diluculo surrexisti. Mane, hoc est, quando conuertit in iuuentute. Vel mane, initium fidei catholicæ: vel mane, vt dixi, resurrectionem.

n ¶ *Quia factus es susceptor meus, & refugium meum in die tribulationis meæ.*] Suscepisti me protectione præsidij tui ne cum his coniungeretur conscientia mea.

o ¶ *Adiutor meus tibi psallam: quia Deus susceptor meus es: Deus,* &c.] Ipsi se domino propheta pollicetur iugiter

Vt te attentius quæreret. Castigas enim omnem filium quem recipis. Ostendisti populo tuo dura, hoc est, tribu-
2 Tim 3 d lationem. Vnde S. Paulus dicit: *Qui volunt pie viuere in Christo, persecutionem patiuntur.*

y ¶ *Potasti nos,* &c.] Vt confusi in facinoribus, compunctio sit ad te reuertendi. Per vinum, lex populi Dei intelligitur, & ipsa compunctio gratia Dei est.

z ¶ *Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant,* &c.] Præbuisti baptismum: quo abluti, fugeremus à futura ira: per quod non solum peccatores, sed etiam dilecti tui liberantur.

a ¶ *Saluum fac,* &c.] Christo tuo, qui est salus nostra.
b ¶ *Et exaudi me.*] Cum te inuocauero. Dextera patris: filius est. Saluum fac. De illis dicit qui saluandi erunt: quando filius tuus mittet me in dexteram tuam in die iudicij. Vnde in
Psal 17 e alio loco dicit: *Dextera domini fecit virtutem.*
c ¶ *Deus locutus est in sancto suo.*] Patet in Deo homine, de
Luc. 1 d quo Gabriel ad Mariam ait: *Quod nascetur ex te sanctum, vo-*
2 Cor. 4 d *cabitur filius Dei.* Vel vt sanctus Paulus dicit: *Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi.*

d ¶ *Lætabor & diuidam,* &c.] Quidam Sicemam Samariam putant: conuallem vero tabernaculorum, hanc habitationem terrenam. Ergo cum venerit dominus in lætitia splendoris æterni iudicare mundum, diuidet Samariam, ac conuallem tabernaculorum dimetietur. Tunc aliam partem ad beatitudinem transferet: aliam verò quam iniustam reperiet, cum infidelibus puniet.

a ¶ *Meus*

bot.[a] Meus est Galaad, & meus est Manasses, & Ephraim fortitudo capitis mei.[b] Iuda rex meus: & [c] Moab olla spei meæ.[d] In Idumæam extendam calciamentum meum: [e] mihi alienigenæ subditi sunt.[f] Quis deducet me in ciuitatē munitam:[g] aut quis deducet me vsq; in Idumæam? [h] Nonne tu Deus qui repulisti nos:[i] & nō egredieris Deus in virtutibus nostris.[k] Da nobis auxilium de tribulatione, & vana salus hominis. [l] In Deo faciemus virtutem, & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.

m ¶ In finem in hymnis psalmus Dauid.

PSALMVS LX.

EXaudi [n] Deus deprecationem meam:[o] intēde orationi meæ.[p] A finibus terræ ad te clamaui: dum anxiaretur cor meum, [q] in petra exaltasti me. Deduxisti me, quia factus es spes mea: [r] turris fortitudinis à facie inimici.[s] Inhabitabo in tabernaculo tuo in sæcula: [t] protegar in velamento alarum tuarum. Quoniam tu Deus meus exaudisti orationem meam:[u] dedisti hæreditatem timentibus nomen tuum: [x] Dies super dies regis:[y] adiicies annos eius vsq; in diem tuum suum.

E a ¶ *Meus est Galaad, & meus est Manasses, & Ephraim.* &c.] In Galaad atque Manasse, totum sibi subiectum indicat mūdum. In Ephraim vero populi futuri, id est, Ecclesiæ congre-
Gen. 48 c gandæ speciem signat, propter benedictionem Iacob, quam in eum effudit. Fortitudinem autem ipsam, ecclesiam dicit, cuius factus est caput. *Meus est Galaad, meus est Manasses.* Vniuersa hæc de gentium vocatione dicuntur: quarum diuersæ virtutes, sub singulorum nominum interpretatione referendæ erunt.

b ¶ *Iuda*, &c.] Quia ex tribu Iuda ortus est Christus. Quia non deficiet princeps de stirpe eius, donec veniat dominus, vt
Gen. 49 b dixit Iacob: *Iuda te laudabunt fratres tui: manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum.* Tu dominaberis super fratres tuos. Christus intelligitur per Iudā,
Apoc. 5 b vt illud: *Vicit leo de tribu Iuda.*

c ¶ *Moab*, &c.] Moab in Ge-
Gen. 19 g nesi maledictionis suscepit op-
Deut. 23 a probrium: qui post decem generationes recipitur in Ecclesia Dei. Ideoque & olla spei, quasi post conuersionem vrens crudelitate peccati. Spes enim Dei de peccatoribus hæc est, vt decoctis peccatis, conuertantur &
Hier. 1. c viuant. Inde dicit Hieremias propheta: *Vidi ollam succensam,*
Ibidem. *& facies eius à facie Aquilonis.* Et alibi dicit: *Ab Aquilone exardescent mala, quæ sunt super terram,* id est tribulationes ve-
Rom. 5 a niunt à diabolo super terram, quæ est Ecclesia, sicut Paulus
F dicit: *Tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationem: probatio vero spem: spes vero non confunditur: quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.*

d ¶ *In Idumæam extendam*, &c.] Vsque in regionem Esau, Apostolorum pedes dirigendos esse pronuntiat: quia in calciamentis, pedes: in pedibus vero gressus Apostolici intelli-
Naum 1 d guntur, iuxta illud: *Quam speciosi pedes euangelizantium pa-*
Rom. 10 c *cem, euangelizantium bona.* Idumæa interpretatur, sanguinea, siue terrena. Ac si dicat: In istos tales ostendam calciamentum meum, id est, mea exempla.

e ¶ *Mihi*, &c.] Alienigenæ, id est, gentes, subditæ sunt Ecclesiæ. In Allophylis, alienarum gentium prauitates ostendit, quæ vsque ad aduentum Christi, in ignorantiæ tenebris
Esai. 9 a residebant. Nunc autem subditæ, id est, humiliter auscultantes prophetiam, quæ Christum annuntiat: per fidem suam, lucem vident magnam.

f ¶ *Quis deducet me in ciuitatem*, &c.] Christus dominus, qui auertit impietatem ab Iacob, ipse deducet nos in ciuitatem Hierusalem: in qua sancti diuinam circumstant maiestatem. Vel in ciuitatem munitam, hoc est, in Ecclesiam: quæ munita est per fidem.

g ¶ *Aut quis*, &c.] Ille qui se superius calciamenta extendere repromisit. Ipse enim prophetiam, id est, prædicationem propheticam dirigi iubet in eam.

h ¶ *Nonne tu Deus qui repulisti nos?*] Vt probatos agnosceres. Repulisti propter transgressionem nostram: vel peccatum Adæ, hoc est, destruxit idololatriam: vel nostra vitia & peccata.

i ¶ *Et non egredieris Deus in virtutibus nostris.*] Quia peccatis infirmi sumus.

k ¶ *Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana*, &c.] Audiant hæc qui spes suas in potentatibus hominum, vel in terrenarum diuitiarum splendoribus ponunt: quia vana est salus hominis; & Deus solus, opportunum tribulationibus nostris præstat auxilium.

l ¶ *In Deo faciemus virtutē, & ipse ad nihilū deducet tribulantes nos.*] In ipso sit virtus nostra: in ipso omnis gloria, & ipse ad nihilum rediget tam vitia, quæ nos tribulant: quàm inimicos, qui nos impugnant, & à spe æternitatis reuocare conantur. G

m ¶ *In finem in hymnis*, &c.] Vocem continet gratulantis prophetæ de æternitatis beatitudine.

PSALMVS LX.

EXaudi o Deus, &c.] Fiducialiter se audiri postulat: quia scit se sanctum.

o ¶ *Intende*, &c.] Ac si diceret: Vide eam si iusta vel pura sit, vbi tu solus audis & vides in corde, sicut ad Moysen dictum est: *Quid clamas ad me?* Nun- Exod. 14 d
quid voce clamoris dicit? Non: sed voce cordis clamat.

p ¶ *A finibus terræ ad te clamaui: dum*, &c.] Non de extremis terræ terminis, sed de huius corporis habitaculo quod superindui cupit: & ex intimi cordis dolore clamauit, vt absorbeatur hoc quod mortale est à vita. A finibus, id est, à quatuor partibus mundi, quasi vnus homo clamet. Vel vnus homo, est vna Ecclesia. Propter vnitatem dicitur vna. Vnde & in Cantico canticorum dicitur: *Vna est co-* Cant. 6. b
lumba mea, id est, ecclesia in toto mundo diffusa. Dum anxiaretur, id est, propter transgressionem aliorum. Vel finem meum, dum nescit homo exitum suum.

q ¶ *In petra*, &c.] In Christo se exaltatum dicit, qui secun- H
dum Apostolum, & petra stabilis, & credentium spes no- 1. Cor. 10. a
minatur. *In petra exaltasti me*, hoc est, in temetipso, vt illud: *Petra autem erat Christus.* Petrus de petra: vnde Domi- Matt. 16 c
nus dixit: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo eccle-*
siam meam. Et alibi: *Venerunt flumina, & flauerunt venti, &* Ibid. 7 d
irruerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat supra firmam petram, quæ est Christus. Deduxisti me, id est, in temetipso: quia tu es dux meus, tu es viator meus. *Quia factus es spes mea.* Vox ecclesiæ ad Christum. Ac si dicat: Quomodo tu resurrexisti immortalis, & nos sic credimus resurgere.

r ¶ *Turris fortitudinis*, &c.] Hæc enim spes, Christus Dominus: turris nobis factus est à facie diaboli, vel nequitiarum eius, vt nos ab eius insidiis muniat ac defendat. Sed & Deus pater factus est nobis turris fortitudinis: exaltans nos in petra, id est, in Christo suo. Tu Christe turris fortitudinis: qui vicisti diabolum, & dignatus es pati propter nos. Sunt ergo turres infirmitatis, id est, illi qui confidunt in virtute sua, sicut in Euangelio dicitur: Si quis vult turrem ædificare, & non prius computat sumptus eius, & reliqua: postea qui viderint, illudent ei dicentes: *Hic homo cœpit ædi-* Luc. 14 f
ficare, & non potuit consummare.

s ¶ *Inhabitabo*, &c.] In illo vtique, vbi sine fine mansuri Deum iugiter contemplabimur.

t ¶ *Protegar in velamento*, &c.] Dum adhuc commoror in hoc corpore, tua muniar protectione. Protegar, id est, defendar. In velamento alarum. Alæ duæ, duo testamenta sunt: quibus protegitur Ecclesia. Vel sub protectione diuinitatis.

u ¶ *Dedisti*, &c.] Id est, in regno cælorum præstitisti eis, vt vitam æternam hæreditent.

x ¶ *Dies*, &c.] Regi æterno, id est, Christo domino, dies æterni sunt, qui quotidie super dies augentur: eo quod claritatem eius nulla discriminet nox.

y ¶ *Adiicies annos eius vsque in diem generationis*, &c.] Generatio igitur huius regis prima est, qua de Deo patre ineffabiliter nascitur. Secunda, qua factus est primogenitus mortuorum, quæ extenditur vsque ad illam generationem futuri iudicij, de qua dominus ait: *Vos qui secuti estis me in* Matt. 19 d
regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis

A *sua, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.* Ergo adiicientur inter istas generationes regis huius, & dies & anni: cum congregaris electis, supplantansque inimicis sub pedibus, tradiderit regnum Deo patri, ipsis simul congregatis sanctis, sicut sequitur:

diem generationis & generationis. [a] Permanet in æternum in conspectu Dei: [b] misericordiam & veritatem eius quis requiret? [c] Sic psalmum dico nomini tuo in sæculum sæculi: [d] vt reddam vota mea de die in diem.

e ¶ In finem pro Idithun, psalmus Dauid.

PSALMVS LXI.

NOnne [e] Deo subiecta erit anima mea: ab ipso enim salutare meũ. [g] Nam & ipse Deus meus & salutaris meus: [h] susceptor meus, non mouebor amplius. [i] Quousque irruitis in hominem, interficitis vniuersi vos: tanquam parieti inclinato, & maceriæ depulsæ. [k] Veruntamen pretium meum cogitauerunt repellere, cucurri in siti: [l] ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant. [m] Veruntamen Deo subiecta erit aoima mea: quoniam ab ipso patientia mea. Quia ipse Deus meus & Saluatoe meus: adiutor meus nõ emigrabo. In Deo salutare meũ & gloria mea: Deus auxilij mei, & spes mea in Deo est. [n] Sperate in eo omnis congregatio populi: [o] effundite coram illo corda vestra: Deus adiutor noster in æternum. [p] Veruntamen vani filij hominum: mendaces filij hominum in stateris, vt decipiãt ipsi de vanitate in idipsum. [q] Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite cõcupiscere: diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. [r] Semel loquutus est Deus duo: [s] hęc audiui, quia potestas Dei est, [t] & tibi domine misericor-

a ¶ *Permanet in æternum*, &c.] Manebit enim æternus in his, quos tradidit Deo patri in regnum cælorum, & fecit cohæredes & conformes ac participes sibi, nullo iam in his mortis dominio dominante. In conspectu Dei, id est, vbi non erit mutabilitas.

b ¶ *Misericordiam*, &c.] Misericordia est: quia indulget nostra peccata. Veritas, vt amplius non peccemus, vt peccatum super peccatum non inducamus. Quis, propter quid hic dicit? Quia pauci sunt, qui aliquid boni habeant, & Deum requirant: sed plus dicunt eorum virtute vel suis viribus, quam Dei donum. Misericordiam & veritatem quis requiret eius? Non eius requiritur misericordia ac veritas ab eis, qui in plenitudine Dei consistunt: Sed nec his quicquã deest, iuxta illud oraculum Saluatoris: *In die illa nihil rogabitis patrem* In hac ergo plenitudine prophetia spem ponens, subiecit: Ioan. 16 e

B c ¶ *Sic psallam nomini tuo Deus*, &c.] Vox Ecclesiæ. Psallam, prædicabo, & opere complebo.

d ¶ *Vt reddam vota mea de die*, &c.] Vt reddam vota mea, id est, quicquid spopõdimus Deo custodire. *De die in diem*, hoc est, & hic te semper laudare, & in futuro sine fine. Psallet assiduè, & vota iugiter reddet, cum corruptio corporis huius induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem, & refulserit. Quod & nobis præstare dignetur, vt conformes facti gloriæ suæ: eruti à corruptione mortis secundæ, psallere mereamur nomini eius in spiritualium oblatione votorum. 1. Cor 15. f

e ¶ *In finem pro Idithun psalmus Dauid.*] Iste psalmus plenũ in Deo affectum prophetæ edocet, dicens:

PSALMVS LXI.

N*Onne e Deo subiecta erit anima*, &c.] Potest hoc & homo ille dicere, qui relictis vanæ delyramentis philosophiæ, ac erroris idololatriæ cœno, mundo se corde domino subdidit.

g ¶ *Nam & ipse*, &c.] Scit enim salutare mundi, Iesũ Christum hominis formam suscepisse, qui se transferat à morte in vitam. Ab ipso enim Deo salutare meum: sicut dixit Simeon: *Quia viderunt oculi mei salutare tuum.* Et in alio loco dicit: *Salutare vultus mei Deus meus.* Luc 2 c / Psal. 21. b

h ¶ *Adiutor*, &c.] Firmiter enim se in eo staturum confidit. Adiutor meus in præsenti, susceptor in æternitate. Ipse posthea non timet cadere. Non habet vbi currat amplius, nisi vsque ad Deum. Apostoli dixerunt ad Christum: *Domine, ostende nobis patrem & sufficit nobis.* Ioan. 14 a

i ¶ *Quousque irruitis in hominem, interficitis vniuersi vos: tanquam parieti*, &c.] Non vult acquiescere iniquis, qui tenues hominum ac virtuosas mentes, in noua facinora inclinare compellunt. Interficitis vos omnes. Qui voluntatem habet occidendi, etiam si non percutiat, occidit. Quasi parieti inclinato & maceriæ depulsæ. Cum ego passionem pati aduenerim, vos quasi inuitum mori cogitis. Aliter (iuxta Symmachi tamen interpretationem) Naturalis in vobis inuersus est sensus, vt cum tecti sitis creati, proni ad ruinam feramini.

k ¶ *Veruntamen pretium meum*, &c.] Declinat à talibus, qui non solum peccatores impugnant, sed etiam iustis honorem auferre nituntur. Ideo currit in sancta siti: quia beati sunt qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Cucurrit in siti. Cucurrit Christus de cælo, venit in vterum: de vtero in præsepium, vel cætera his similia. Cucurrit sitiens, venit ad fontem: esuriens venit ad arborem. Vel sitiuit, id est, in cruce salutẽ humani generis sitiuit. Vnde dictũ est: *De torrẽte in via bibit.* Et sancti currunt & sitiũt. Currunt, vt Paulus dicit: *Cursum cõsummaui, fidem seruaui.* Sitiunt, vt dictum est: *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur.* C / Matt. 5 a / Psal. 109. d / 2. Tim. 4 b / Matt. 5 a

l ¶ *Ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant.*] Proferebant ad seducendum ore venefico bona, cum mala cordibus retinerent.

m ¶ *Veruntamen Deo subiecta erit anima mea: ab ipso enim salutare meum. Nam & ipse Deus meus, & salutaris meus adiutor meus non emigrabo. In Deo salutare meum, gloria mea*, &c.] Post interiectionem diapsalmatis profitetur se siue adiutorium siue gloriam ab ipso habere: qui nobis de his omnibus à passionis suæ contumelia reliquit exempla.

n ¶ *Sperate in eo omnis*, &c.] Ipse est & auxilium & spes: in quo omnis cœtus ecclesiasticus sperare debet ac deprecari, sicut sequitur. D

o ¶ *Effundite corã illo corda vestra: Deus adiutor noster in æternum.*] Si cum fletu ei occulta cordium reseramus, vt omnes faciunt sancti, adiutoria eius adipiscemur. Nam quia hæc peccatores omittunt, adiecit.

p ¶ *Veruntamen vani filij hominum: mendaces filij hominum in stateris vt decipiant, ipsi in vanitate in idipsum.*] Qui sub iustitiæ ponderatione atque eloquentiæ vanitate, decipiunt innocentes. Filij hominis, filij Adam, filij transgressoris. Vnde dicit: *Filij hominum vsquequo graui corde.* Mendaces filij hominum in stateris. Salomon dicit: Pondus & pondus, mensura & mensura, vtrumque abominabile apud Deum. Et alio loco dicit: *Statera dolosa abominabilis domino, & pondus æquum voluntas eius.* Psal. 4. a / Prou. 20 b / Ibid. 11. a

p ¶ *Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere: diuitiæ si affluant, nolite cor apponere.*] Quia qui in his sperauerit, regnum capere cæleste non potest. Vnde dicit Apostolus ad Timotheum: *Præcipe diuitibus huius sæculi non sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo, qui præstat nobis omnia abundanter ad fruendum.* 1 Tim 6 d

r ¶ *Semel loquutus est Deus duo.*] Quod ait semel, firmitatẽ dictorum ostendit: quod duo, noui veterisque testamenti vnum demonstrat auctorem. Semel loquutus est Deus duo, hæc audiui. Semel non ad numerum referendum est, sed ad sententiæ firmitatem. Quæ sunt autem quæ duo pariter audiuit? Et posse Deum omnia, & in sui iudicij veritate misereri. Quidam ita dicunt: Semel Deus loquutus est in lege, & eadem rursus in Euangelio præcipit.

s ¶ *Hæc audiui, quia potestas Dei est.*] Per hæc duo testamẽta, potestatem, misericordiam, iustitiamque Dei cognouit: sicut sequitur:

t ¶ *Et tibi domine misericordia: quia tu reddes vnicuique iuxta*, &c.] Ipse enim omne iudicium accepit à patre, vt negligentibus damnationem, pœnitentibus misericordiam, iustis præmia præparet: qui nos à iudicio mortis eripiat, Ioan. 5 d

nosqu*e*

misericordia: quia tu reddes vnicuique iuxta opera sua.

a ¶ Psalmus Dauid cum esset in deserto Idumææ.

PSALMVS. LXII.

DEus [b] Deus meus, ad te de luce vigilo. [c] Sitiuit in te anima mea: quam multipliciter tibi caro mea. In terra deserta, inuia & inaquosa: [d] sic in sancto apparui tibi, [e] vt viderẽ virtutem tuam & gloriam tuam. [f] Quoniam melior est misericordia tua super vitas: [g] labia mea laudabunt te. Sic benedicam te in vita mea: [h] & in nomine tuo leuabo manu meas. [i] Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea, & labus exultationis laudabit os meũ. [k] Sic memor fui tui super stratum meum: [l] in matutinis meditabor in te: quia fuisti adiutor meus. [m] Et in velamento alarum tuarum exultabo: [n] adhæsit anima mea post te, me suscepit dextera tua. [o] Ipsi vero [p] in vanum quæsierunt animam meã: [q] introibũt in inferiora terræ, [r] tradentur in manus gladij, [s] partes vulpiũ erũt. [t] Rex vero lętabitur in Deo, [u] laudabuntur omnes qui iurant in eo: [x] quia obstructum est os loquentium iniqua.

y ¶ In finem psalmus Dauid.

PSALMVS LXIII.

EXaudi [z] Deus orationem meam cum deprecor: à timore inimici eripe animam meam. [a] Protexisti me à conuentu malignantium, à multitudine operantium iniquitatem. Quia exacuerunt vt gladium linguas suas: [a] inten-

E nosque sibi quasi alumnos proprios subdat: conformesque corpori suo factos, æternitati perpetuæ dignanter asciscat.
Gen. 7. & 8. *Quia potestas Dei est.* Potestas fuit: qoia omnes creaturas ex nihilo creauit. Misericordia, in tegẽdo & gubernãdo. Potestas fuit in diluuio: misericordia liberauit Noë. *Quia tu reddis vnicuique iuxta opera sua*: bona bonis, mala malis. Damnas peccatores, remuneras iustos.

a ¶ *Psalmus Dauid cum esset in deserto*, &c.] Dauid figuram tenet Christi. Dauid interpretatur fortis manu, siue desiderabilis. Idumæa ioterpretatur sanguinea, siue terrena. Desertum, hoc est, derelictum, id est, ipse populus Iudaicus: vel gentilis, qui in sanguine vel terrenis videtur commorari. Psalmus aduentus dominici declarat mysteriũ: de quo se propheta quasi illuminatum cernens exultat, & dicit:

PSALMVS LXII.

DEus b *Deus meus, ad te de luce*, &c.] Licet omnes sancti in Deo die noctuque vigilẽt: hic tamen in oratione sua, pleno diuinæ lucis splendore refulget.

c ¶ *Sitiuit in te anima*, &c.] Sitit in Deo, & animæ & cordis affectu, nihil dubium, nihil aduersum in se retinens: sed inter ariditates ac solitudines istius sæculi, eum tota mente desiderat: illum habens ardorem, quo
F iustitia Dei sititur. Sitiuit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea. Anima quidem desiderat Deum: sed ad desideratum finem carnis laboribus peruenitur. Ideo multipliciter caro Deum quærit: quia multis afficitur iniuriis. Describit iusti viri egestatem, tormenta, vigilias, ægrotationem. Sitiuit dominus fidem Ecclesiæ, & esuriuit salutem humani generis. Sic & Ecclesia quondie sitit Christum. Vnde dicitur: *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur.* Multipliciter caro: quia Matt. 5. a
plus sostinet caro quam anima. Quamuis anima per cogitationem crucietur in corpore: corpus tamen sustinet à foris tribulationem. Vult liberari, id est, deponere mortalitatem. In terra deserta, in inuio, & inaquosa. In deserto, vbi non est via neque aqua, mundus intelligitur. Desertum, propter peccatores dicitur.

d ¶ Sic *in sancto apparui tibi.*] In hac siti degens, sanctus apparebo tibi. Hic propheta propter spem suam, futurum pro præterito posuit.

1. Cor. 1. d e ¶ *Vt viderem virtutem tuam*, &c.] Christum vtique: qui (iuxta Apostolum) patris & virtus & claritas est. Virtutem: quia vicit diabolum, & liberauit genus humanom. Virtutem dicit: quia quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. Sic in sancto apparui tibi, id est, in sancto desiderio. Et gloriam tuam, id est, gloriam resurgentis à mortuis, sedentis ad dexteram patris.

f ¶ *Quia melior est misericordia tua super vias.*] Misericordia tua vitam præstat æternam. Vita præsens sæpe mortem operatur. Misericordia tua, qua liberasti nos de potestate diaboli.

Psal. 113. d g ¶ *Labia mea laudabunt te domine* &c.] Bene in vita sua labus Deum laudat, qui in eo viuit: quia scit alibi dictum: *Non mortui laudabunt te domine.* Post misericordiam, laus: hic orando, illic laudando.

h ¶ *Et in nomine tuo leuabo*, &c.] Perfecti operis bono à te sublimabor. Christus *tota die expandit manus* in cruce *ad po-*
Esa. 65. a *pulum non credentem, & contradicentem sibi.* Velut Pau-
1. Tim. 2. a lus in persona sanctorum leuans manus putas sine ira &

G discrepatione. Per manus, opera intelliguntur.

i ¶ *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea, & labiis exultationis*, &c.] Non in adipe ac pinguedine hircorum vel agnorum: sicut priscorũ holocaustomatum mos est: sed corde puro, & ore mũdo concinam nomini tuo. Sicut illud holocaustũ in anteriotibus acceptum tibi fuit: sic repleatur anima mea de pinguedine gratiæ Spiritus sancti. Labiis exultationis laudabit os meum. Hic orationes, & illic laudationes, lætitia sempiterna.

k ¶ *Sic memor fui tui super stratum*, &c.] In lectulo pudicitiæ atque sanctitatis memor sum tui: qoia immemor sum delectationis mundanæ. Sic memor fui tui. Dicit hæc Ecclesia, & in requie, & in tribulatione non toi fui oblitus.

l ¶ *In matutinis meditabor in te: quia fuisti adiutor meus.*] Merito cõfitetur adiutorẽ: quia per integritatẽ fidei, matutina eius delectator resurrectione. Vtinam & nos per splendorem puri pectoris mereamor in eo in spirituali lætitia delectari.

m ¶ *Et in velamento alarũ tuarum*, &c.] Cælestis auxilij protectione se tutandum putat: in eo exultat.

n ¶ *Adhæsit anima mea post te*, &c.] Relicto sæculo Dei dextera, id est, ab eius salutari se susceptum testatur. H

o ¶ *Ipsi vero.*] Hoc est, inimici.

p ¶ *In vanum quæsierunt*, &c.] Quia incassum ei nocere voluerunt.

q ¶ *Introibunt in inferiora terræ.*] Io inferno damnabuntur.

r ¶ *Tradentur in manus gladij.*] In perpetuitatem tormentorum; quibus detruncandi sunt.

s ¶ *Partes vulpiũ*, &c.] Sortem herodis, qui à domino vulpes dictus est, suscepturi. Luc. 13. g

t ¶ *Rex vero letabitur in domino.*] Christus in patre, post resurrectionem.

u ¶ *Et laudabuntur*, &c.] Qui suscepta sacramenta eius inuiolabiliter seruauerunt.

x ¶ *Quia obstructum*, &c.] Iudæorum & principum Sacerdotum os resurgente domino oppilatum est, crescente testimonio veritatis. Et nos deprecemur dominum, vt in eius lucem vigilantes, ipsum iugiter sitientes, mereamur eo largiente, bonis operibus adimpleri.

y ¶ *In finem*, &c.] Psalmus vocem continet prophetæ Deũ iugiter deprecantis, vt non solum sua peccata, sed & alia malorum venena ipso protegente possit euadere. Sed & nos intelligere debemus id quod in eo canitur, in credentibus posse impleri.

PSALMVS LXIII.

EXaudi z *Deus orationem meam cum deprecor: à timore inimici eripe*, &c.] Credenti Deum, multa sunt tentamenta, secundum Apostolum: *Omnes*, inquit, *qui volunt pie viuere in Christo Iesu, persecutionem patiuntur.* Vnde intente 2. Tim. 3. a
nos io orationibus vigilare oportet, vt repognare possimus vitiis. A timore inimici, id est, diaboli persecutoris, vt illud: *Nolite timere eos qui occidunt corpus: animam autem non pos-* Matt. 10. d
sunt occidere: sed potius eum timere, qui potest corpus & animam perdere in gehennam.

a ¶ *Protexisti me à conuentu malignantium, à multitudine operantium iniquitatem: quia exacuerunt*, &c.] Malignantur iniqoi, & acuunt linguas suas vt blasphement: sed sanctus hic non conturbatur, quia à Deo protegitur, à cõuentu

A malignantium, id est, Iudæorum, vel persecutorum. *Exacuerunt vt gladium linguas suas.* Alio loco dicit: *Lingua eorum gladius acutus.* Psal. 56 a

a ¶ *Intenderunt*, &c.] Doctrinam suam.

b ¶ *Rem amaram.*] Vt doctrinis dolosis decipiant paruulos Christi, siue neophytum in baptismo: siue illum qui adhuc ignorat mysterium doctrinæ cœlestis.

c ¶ *Subito sagittabūt*, &c.] Cum enim dolose venenosi sagittant. Subito, quasi ex improuiso, id est, in excessu. *Et non timebunt*, hoc est, Deum & iudicium eius.

d ¶ *Firmauerunt sibi sermonem*, &c.] Cum se in hac malitia firmant, vt hos deceptionis laqueos huic rudi ostendant, non putant hoc Deum posse cognoscere, quem nihil occultum latet: qui & nostras quoque animas potens est à sagittis eorum largis pietatis suæ armis defendere.

e ¶ *Scrutati sunt*, &c.] Hæretici quoque scrutantur scripturas sanctas: & non spiritualiter tractantes, vanas exinde proferūt quæstiones, quibus nos per iniquitatem & dolum cupiunt illaqueare: sed nil præualentes, ipsi potius à Deo scrutati atque examinati, relicti sunt vacui.

B f ¶ *Accedet homo ad cor altum*, &c.] Sic eum sapientia Dei ad alti cordis intellectum quis accedens ista discriminet, id est, veritatem à falsitate discernat, tunc Deus exaltabitur. Qui cū sit altissimus, tamen de eo quādo rectè sentimus, sublimatur in nobis.

[a] intenderunt arcum suū [b] rem amaram, vt sagittent in occultis immaculatū. [c] Subito sagittabunt eum, & nō timebunt: [d] firmauerunt sibi sermonem nequā. Narrauerunt vt absconderēt laqueos: dixerunt, quis videbit eos? [e] Scrutati sunt iniquitates, defecerunt scrutantes scrutinio. [f] Accedet homo ad cor altum: & exaltabitur Deus. [g] Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum: [h] & infirmatæ sunt cōtra eos linguæ eorum. [i] Conturbati sunt omnes qui videbant eos: [k] & timuit omnis homo. [l] Et annuntiauerunt opera Dei, & facta eius intellexerūt. [m] Lætabitur iustus in domino, & sperabit in eo: [n] & laudabuntur omnes recti corde.

o ¶ In finem psalmus Dauid, canticum Hieremiæ, & Ezechielis, & populi peregrinationis: vel transmigrationis cum inciperet proficisci.

PSALMVS LXIV.

TE P decet hymnus Deus in Siō: & tibi reddetur votum in Hierusalem. [q] Exaudi orationem meā: [r] ad te omnis caro veniet. [s] Verba iniquorum [t] præualuerunt super nos: [u] & impietatibus nostris tu propitiaberis. [x] Beatus quē elegisti, & assumpsisti: inhabitabit in atriis tuis. [y] Replebimur in bonis domus tuæ: [z] sanctum est templum tuū, [a] mirabile in æquitate. [b] Exaudi nos Deus salutaris noster: spes omniū finiū terræ, & in mari longe. [c] Præparans montes in virtute tua accinctus potentia: [d] qui conturbas profundum maris [e] sonum fluctuum eius. [f] Turbabuntur gentes, [g] & timebunt qui habitant terminos à signis tuis: [h] exitus matutini, & vespere delectabis. Visitasti terram, [k] & inebriasti eam. [l] Multiplicasti locupletare eam.

a Flumen

vel in cælesti Hierusalem dignus commemoraris inhabitator. Reddetur ergo tibi laus, quia Deus es: votum, quia redemptor es. D

q ¶ *Exaudi*, &c.] Per Spiritum sanctum, qui gemitibus inenarrabilibus interpellat pro nobis.

r ¶ *Ad te omnis*, &c.] Ac si diceret: Ad te conuertetur omnis homo.

s ¶ *Verba*, &c.] Dogmata philosophorum, fatuitatesque gētilium.

t ¶ *Præualuerunt*, &c.] Cum te nesciremus, quomodo Hieremias dixit: *Vere mendacium & vanitatem locuti sunt patres nostri, & non profuit eis.* Hier. 16 A

u ¶ *Et impietatibus*, &c.] Vsque in finem nos fuissemus in errore, nisi tu propitius fuisses nostri: qui nos sanguine proprio mercatus es. Sic & Paulus Apostolus ait: *Qui nos reconciliauit Deo patri per crucem.* 2. Cor. 5 A

x ¶ *Beatus*, &c.] Vocat Deus omnes: nec vllum spreuit, sed pauci sequuntur. Ergo qui se dignum eius electioni præbuerit, cohabitat ei cum Apostolis sanctis in tabernaculis sempiternis.

y ¶ *Replebimur*, &c.] Id est, Ecclesiæ, quæ diuersis munerum spiritualium exuberat bonis.

H z ¶ *Sanctum est*, &c.] Homo ille in quo plenitudo diuinitatis inhabitat, de quo dicitur ad Mariam: *Et quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei*: eum in eo dominus carnem assumpturus inhabitabit. Luc. 1. e

a ¶ *Mirabile*, &c.] Quia non credentibus Iudæis, mirabiliter ipse dominus veritatem aperuit.

g ¶ *Sagittæ paruulorum*, &c.] Intelligentes enim iusti cum viderint hunc paruulum, quem superius exposuimus, ab hoc persuasionis veneno infici: cum eleuauerint vocem suam vt eum corrigant, protinus erunt iniquis verba eorum quasi plagæ.

h ¶ *Et infirmata*, &c.] Nullam capit stabilitatem elocutio eorum: sed dolus eorum reddet eos infirmos.

i ¶ *Conturbati*, &c.] Confusi & conturbati sunt, qui se simili errore implicitos recognoscunt.

k ¶ *Et timuit*, &c.] Iudicium sibi imminere diuinum.

l ¶ *Et annuntiauerunt*, &c.] Compuncti enim corde, intelligunt, annuntiantque mirabilia Dei.

m ¶ *Lætabitur iustus*, &c.] Sicut impius pro infidelitate sua formidat: ita iustus per spem æternitatis suæ exultat in domino.

n ¶ *Et laudabuntur*, &c.] Quia Deum visuri sunt. *Beati enim mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt.* Qui nobis præstare dignetur, vt à sagittis inimicorum liberi, ab arcu falsitatis erepti, mereamur ab eo protegi: qui sanctis omnibus pro spe salutis, gloriam tribuit immortalitatis. Matt. 5 a

o ¶ *In finem*, &c.] Iste psalmus in persona Christi cantatur, & de reuersione Babyloniæ in Hierusalem, & de nostra ad cælestem Hierusalem.

PSALMVS LXIV.

TE P *decet hymnus Deus in Sion, & tibi reddetur votum*, &c.] Non theatralibus neque simulachrorum templis, sed tibi omnipotens, laus ac votum iugiter est reddendum in Sion, id est, in Ecclesia, tuam gloriam speculante,

b ¶ *Exaudi nos Deus salutaris noster, spes omnium finium*, &c.] Prouidens propheta, terræ, maris, ac finium omnium, spem Christum esse annuntiauit. Quod autem se ab eo exaudiri postulat, sic intelligitur, ac si diceret: Iam veni, vt per te saluari merear.

c ¶ *Præparans montes*, &c.] Ipse dominus *Verbum caro factum est* in assumpto homine. Accinctus potentia, celsitudinem montium diabolicæ dominationis oppressit, & sempiternis ignibus præparauit. Accinctus Dei contrahit vestimentum. Non enim possumus expansam fortitudinis suæ vestem cognoscere. Ioan 1 b

d ¶ *Qui conturbas*, &c.] Sæculi huius profundam iactantiam, prædicatione apostolica commouens.

e ¶ *Sonum*, &c.] Quis sustinebit? In euersione enim simulachrorum dant dæmonia sonum, illicientes paganos vt interimāt sanctos. Sed hic sonus, Dei potentia oppilatur.

f ¶ *Turbabuntur*, &c.] Cū sanctis præualere non potuerint.

g ¶ *Et timebunt*, &c.] A virtute crucis, quæ eis prius stultitia erat: vel ab his mirabilibus compunguntur.

h ¶ *Exitus matutini*, &c.] Matutinis vespertinisque hymnis Ecclesiæ delectatur Deus, per animam fidelem: quæ relicto inanium superstitionum ritu, eum deuotè laudauerit. Per mane, lætitia: per vesperum, tristitia.

i ¶ *Visitasti terram.*] Visitauit vtique terram nostri corporis assumendo materiam carnis.

k ¶ *Et inebriasti eam.*] Non vino luxuriæ, sed infusione Spiritus sancti.

l ¶ *Multiplicasti locupletare eam.*] Diuersarum opibus gratiarum.

a ¶ Flumen

B G

a Flumen Dei repletū est aquis: b parasti cibum illorū, quoniam ita est præparatio eius. c Riuos eius inebria, multiplica genimina eius, in stillicidiis eius, d lætabitur germinans. e Benedices coronæ anni benignitatis tuæ: f & campi tui replebuntur vbertate. g Pinguescent speciosa deserti, h & exultatione colles accingētur. i Induti sunt arietes ouiū, k & valles abundabunt frumento: l clamabunt, etenim hymnum dicent.

m ¶ In finem canticum psalmi resurrectionis.

PSALMVS LXV.

IVbilate n Deo omnis terra, psalmum dicite nomini eius: o date gloriam laudi eius. p Dicite Deo, quam terribilia sunt opera tua domine: q in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui. r Omnis terra adoret te, & psallat tibi: psalmum dicat nomini tuo. s Venite & videte opera Dei: terribilis in consiliis super filios hominum. t Qui conuertit mare in aridam, in flumine pertransibunt pede, u ibi lætabimur in ipso. Qui dominatur in virtute sua in æternum: x oculi eius super gentes respiciūt: y qui exasperant, non exaltentur in semetipsis. z Benedicite gentes Deum nostrū: & auditam facite vocem laudis

a ¶ *Flumen Dei*, &c.] Denique dicit dominus in Euangelio: *Qui crediderit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.* Ioan. 7.f
Attende euangelistam: hoc enim dicebat de Spiritu sancto, quem accepturi erant credentes in eum. Nos ergo qui credidimus, iam flumen Dei sumus. Replemur aqua, cum baptismo abluimur, & si digni fuimus, vt Spiritu sancto impleamur. Locupletamur ab eodem spiritualis infusionis imbre, cū vitæ perennis fonte repleti, donis spiritualibus irrigamur.

b ¶ *Parasti cibum*, &c.] Præparasti, inquam, domine cibū nostrum in communione beati corporis ac sanguinis tui: quod si dignè hauriamus, iudicium mortis effugimus. Tu es enim panis vitæ descendens de cælo, & vitam tribuens mundo.

c ¶ *Riuos eius inebrians, multiplicans genimina eius*, &c.] Riui enim in nobis à flumine illo, id est, à Spiritu sancto emanant, qui nos diuersis gratiarum donis inebriant, vt alij detur sermo sapientiæ, alij prophetia, alij curatio, alij interpretatio, vel reliquæ donationes, quas operatur vnus atque idem spiritus, diuidens vnicuique prout vult.
Matt. 13.b Per quæ donationum genera, multiplicantur ecclesiæ. Quæ primum quidem quasi stillicidia in nobis defluunt, dehinc riui fiunt. Post hæc multiplicantur in generationibus, vt afferant fructum, aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud tricesimum.

F d ¶ *Lætabitur*, &c.] Terra scilicet lætabitur, cum in ea hic fructus spiritualis exorietur.

e ¶ *Benedices*, &c.] Quia sanctos præmiis, & temetipsum eorum agminibus coronabis. Annum vero acceptabilem, ipsum esse dominum alius propheta commemorat. Benedi-
Esa. 58.b ces coronam anni eius. Circulum & semper in se currentia anni tempora, coronam vocauit. Aut certè quia in passione domini victoria de toto orbe suscepta est.

f ¶ *Et campi tui*, &c.] Campi, legis: qui nullum iocunditatis fructum in litera protulerunt, nunc spiritualiter intellecti, fructus euangelici dogmatis vbertate complentur.

g ¶ *Pinguescent*, &c.] Ecclesia scilicet, quæ diuina Dei gratia fluit.

h ¶ *Et exultatione*, &c.] Martyres, siue reliqui sancti: qui immensis à Deo præmiis honorati, perpetuis gaudiis accinguntur.

i ¶ *Induti*, &c.] Patriarchæ, Prophetæ, siue Apostoli: qui duces fuerunt ouium gregis ecclesiastici translati à morte in vitam, induuntur immortalitate perpetua.

k ¶ *Et valles*, &c.] Clamabunt sancti minoris meriti, & coronam non capient: fructibus tamen æternæ vitæ alentur.

l ¶ *Clamabunt*, &c.] Omnes promiscuè electi pro diuersorum munerum donis, Deo perpetuas concinunt laudes. Quorum vt congregemur meritis, deprecantes oramus, vt iungamur præmiis, vt si non meremur honorari præmiis, vel ornari coronis: saltem veniam consecuti, pœna careamus æterni iudicij, Amen.

m ¶ *In finem*, &c.] Per canticum, intelligentia spiritualis intelligitur. Per psalmum, opus resurrectionis: quia iste psalmus ad resurrectionem Christi pertinet.

PSALMVS. LXV.

IVbilate n *Deo omnis terra: psalmum dicite*, &c.] Quod ait, omnis terra: omne humanū genus terrenum esse demonstrat. Cui iugiter iubilationem ad Deum oportet emittere, vt à nequitiis spiritualibus eruatur. *Psalmum dicite nomini eius.* Multi laudant, sed non implent opere.

o ¶ *Date*, &c.] Vt sicut ei vocibus iubilatis, ita in eum pro bonis actibus gloriemini, vt videntes homines opera vestra bona, glorificent patrem vestrum qui est in cælis. Vel illud: *Non nobis domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.*

p ¶ *Dicite Deo*, &c.] Scilicet vt Psal. 113.
non creaturam colant, sed creatoris virtutem in his quæ contemplantur, intelligant. Quam terribilia sunt opera tua. Terribile est quod potestis admirari, & non potestis comprehendere, id est, de populo Iudaico electo, & postea reprobato: & gētes primitus condemnatas, & postea electas. Vel qui videntur quasi sancti & reprobati: & de peccatoribus qui videntur quasi reprobari & electi. Occulta sunt iudicia Dei: terribilia, id est, timenda.

q ¶ *In multitudine virtutis tuæ*, &c.] Quando viderunt in Ægypto virtutes, & signa, & in mari rubro. Mentiti sunt, quādo dixerunt: *Omnia quæcunque* Exod. 24.b
præceperis nobis dominus, faciemus. Vnde dicit: *Iniquitas mentita est sibi: & inimici domini* Psal. 26.d
mentiti sunt ei.

r ¶ *Omnis*, &c.] Te adoret, te veneretur: tibi concinat non creaturæ, quam eius vsibus subiecisti. Hic interponit diapsalma, vt ad nos verba conuertat, dicens. H

s ¶ *Venite*, &c.] Gentes quæ diu in errore phanatico vixerunt, sicut quondam patres nostri ad Deum agnoscendum inuitat. Qui terribilibus consiliis humano generi consuluit, vt cognoscentes creatoris opera, scirent operum conditorem. Venite & videte opera domini. Venite, credite, videte, intelligite. Vox prædicatorum. Quam terribilis in consiliis super filios hominum. Terribilis, hoc est, quomodo vnus reprobatur, & alter eligitur. Reprobantur Iudæi & eliguntur gentes: sicut dixit in Euangelio: *Duo in agro, vnus assumetur, & vnus relinquetur. Duæ molentes, vna assumetur,* Matt. 24.d
& alia relinquetur. Duo in lecto, vnus assumetur, & vnus re- Luc. 17.g
linquetur. Terribile est, dum de vna massa fuerunt creati, & alij eliguntur, & alij reprobantur.

t ¶ *Qui conuertit mare*, &c.] Ipsum adorare docet, qui transitum Israëlis, & mare siccauit, & Iordanis vndas appendit. Sed & ipse dominus dux, hæc quasi pede præteriit, populo prosequente. Ergo sicut tunc hæ aquæ ipso duce diuisæ, populo viam in terram repromissionis aperuerunt: ita nunc nos si baptismum non polluamus per ipsum abluti, præeunte eo, in quo renati sumus, in regionem viuorum ingredimur. Vel pertransibunt pede, sancti prædicatores fortiter ambulauerunt prædicando: quia Deus præparat illis viam. Vnde dictum est: *Calciate pedes vestros in præparatione euan-* Ephes. 6.c
gelij pacis.

u ¶ *Ibi*, &c.] In idipsum, hoc est, in Christo: quia qui hic fuit humiliatus, ipse dominatur in æternitate. Sicut enim eius virtutis dominatio nullo clauditur fine: ita nostra lætitia, qua ei conformes efficiemur, perpetuo permanebit.

x ¶ *Oculi eius super gentes respiciunt.*] Vt reprobentur Iudæi, Psal. 93.b
& eligantur gentiles, vt illud: *Qui finxit oculum, non considerat.* Contemplatione sancta, inspicit populos credituros: nam nullis penitus distinguitur membris.

y ¶ *Qui exasperant, non exaltentur in semetipsis.*] Iudæi scilicet, dum per fellis amaritudinem in Abrahæ natiuitate carnali, Dei gloriam collocant, semper humiliantur. Interiectio diapsalmatis ordinem dictorum immutat, vt à prophetica vaticinatione, ad apostolicam transeat exhortationem.

z ¶ *Benedicite gentes dominū Deū nostrum, & auditam facite*

A *vocem laudis eius.*] Apostoli hæc prædicant, vt ipsum benedicant gentes Deum: quem iidem Apostoli dicunt suũ, obaudiantq; ipsum in quem sunt renati per baptismum. Hinc iterum propheta loquitur.

a ¶ *Qui posuit animam*, &c.] Ne eam perpetua consumeret mors. Mors occidit mortem, id est, mors Christi occidit mortem nostram.

b ¶ *Et non dedit*, &c.] Sed stabiliuit me in prædicationib. quas gentibus intuli. Hinc succedit vox martyrum.

c ¶ *Quoniam probasti nos Deus: igne nos examinasti, sicut examinatur argentum, & induxisti nos in laqueum: posuisti tribulationes in dorso nostro, imposuisti*, &c.] Id est, diabolum, vt super nos erigeretur ad probandum. Vel aliter: Non dixit de angelis neque sanctis, sed de peccatoribus, id est, peccatores fecisti esse super nos, vt nos sustineamus per patientiam. Vt illud: *Per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei.* Act. 14. d

d ¶ *Transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti*, &c.] Martyrum hic ostendit victorias, quas in diuersis passionibus meruerunt, & ad viuum eos ducit refrigerium, id est, Christum dominum, per laqueos, per cruces, per verbera, per ignes, æstusque, & alia diuersa supplicia

B (per quæ & holocaustum acceptum effecti sunt) peruenisse. Ignis vorat, aqua absorbet. Ignis, tentatio: aqua, prosperitas. Vel ignem Spiritus sancti. *Induxisti nos in refrigerium*, hoc est in beatitudinem æternã.

e ¶ *Introibo in domum tuam*, &c.] Hic propheta non de se tantum loquitur, sed & de his quos superius memorauit: qui introierunt in domum Dei, vt non solum se exhiberent Deo hostiam viuam, sed & illos qui eorum exemplo pro nomine domini passi sunt.

f ¶ *Vt reddam*, &c.] Quæ vota distinxerunt, nisi vt alios sibi in martyriũ copularent? Vel promissum, vt Deum laudemus, & confiteamur illum creatorem.

g ¶ *Locutum est os meum in tribulatione mea.*] Locuti sunt enim vt nunquam eos separaret à charitate Christi vlla persecutio.

h ¶ *Holocausta medullata offeram tibi.*] Fidem animæ, vel corporis affectum, vel corpus Christi. Ossa inferiora carni: & medulla, inferior ossibus. Medullata, hoc est, viscerata cum corpore & anima.

i ¶ *Cum incenso.*] Cum acceptabili orationis odore.

k ¶ *Et arietes.*] Apostoli, vel doctores Ecclesiarum.

l ¶ *Offeram*, &c.] Qui reiecta contumacia legis, iugo domini ceruices suas, quod suaue est, subdiderunt. Matt. 11. b

m ¶ *Cum hircis.*] Qui post peccatum conuersi, fideliter in martyrio perstiterunt. Hic autem omnes domino per holocaustum pacificum offeruntur, ad quos nunc propheta post diapsalma conuertit sermonem, dicens.

n ¶ *Venite*, &c.] Vos qui dominum metuitis, accedite & considerate, qualiter animam meam in beatitudinem constituerit sempiternam: pro eo quod non solum ore postulo, sed etiam in arcanis cordis puri clamaui ad dominum. Ad ipsum ore meo clamaui. Manifestissime declaratur in hoc loco clamorem in scripturis non vocis accipiendum esse, sed cordis.

o ¶ *Iniquitatem*, &c.] Vidi enim puritatem mentis meæ: ideo petere præsumpsi.

p ¶ *Benedictus*, &c.] Plenus misericordia non amouit deprecationem meam à se: quia quæ iusta erant, postulabam. Nam semper piæ aures eius iustorum precibus patent. Sed nos suppliciter dominum deprecemur, vt aperiat aures suas ad preces nostras: & ipse nos data peccatorũ remissione, de præsentibus ærumnis eripiat: sibiq; holocaustum purum effectos, mactans vitiis, sanctorũ agminibus iungat. Amen.

q ¶ *In finem in hymnis psalmus*, &c.] Iste psalmus licet paruus sit, tamen Apostolorum Prophetarumque continet vocem: qui aut venisse, aut venturum dominum gentibus nunciauerunt.

laudis eius. [a] Qui posuit animã meã ad vitam: [b] & non dedit in commotionem pedes meos. [c] Quoniam probasti nos Deus: igne nos examinasti sicut examinatur argentum. Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro: imposuisti homines super capita nostra. [d] Transiuimus per ignem & aquam: & eduxisti nos in refrigerium. [e] Introibo in domum tuam in holocaustis: [f] reddam tibi vota mea, quæ distinxerũt labia mea. [g] Et locutum est os meum, in tribulatione mea. [h] Holocausta medullata offerã tibi: [i] cum incẽso, [k] & arietibus: [l] offeram tibi boues, [m] cum hircis. [n] Venite & audite & narrabo oẽs qui timetis Deum, quanta fecit animæ meæ. Ad ipsum ore meo clamaui: & exaltaui sub lingua mea. [o] Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet dominus. Propterea exaudiuit me Deus: & attẽdit voci deprecationis meæ. [p] Benedictus Deus qui non amouit orationem meã: & misericordiam suam à me.

[q] In finem in hymnis psalmus cantici Dauid.

PSALMVS LXVI.

DEus [r] misereatur nostri, & benedicat nobis: [s] illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri. [t] Vt cognoscamus in terra viam tuam, in omnibus gentibus salutare tuum.

PSALMVS LXVI.

DEus r *misereatur nostri & benedicat*, &c.] Prima deprecatio est, vt misericordiam præbeat Deus: deinde benedictionem. Benedictio ergo quæ succedit misericordiæ, talis sit, vt compressa dominatione carnali, spiritum faciat triumphare. Non nostri iudex sit, sed misericors De⁹ misereatur nostri. Vox Apostolorum est, loquentium ad plebem de gentibus congregatam. Credidistis quidem ad vocem nostram. Ecce hæc ecclesia congregata est in nomine domini, propterea nos dicimus: De⁹ misereatur nostri & benedicat nobis. Maledictionem primam in homine, sua benedictione dissoluat.

s ¶ *Illuminet vultum suum super nos.*] Non illum tristem videamus in peccatis nostris, sed gaudentem in virtutibus. Nõ eum sentiamus iudicem, sed patrem. *Illuminet vultũ suum super nos.* Dei facies quæ est? Vtique imago eius. Dicit enim & Apostolus, imaginem patris esse filium. Ergo imagine sua nos illuminet, hoc est, imaginem suam filium illuminet super nos, vt ipse nos illuminet. Lux enim patris lux filij est. *Qui videt patrem, videt & filium.* Vbi nulla est distantia inter gloriam & gloriam, vtrque est gloria. Precantur hæc Apostoli & Prophetæ, vt vultu Dei illuminati, fiat prædicatio eorum lumen omnium gentium. Rom. 8 f

t ¶ *Vt cognoscamus in terra viam tuam, & in omnibus gentibus salutare tuum.*] Sic enim inualescat prædicatio nostra, vt via siue salutare tuum, id est, Christus dominus in his qui nunc terrena sapiunt, & in gentilitatis versantur errore, cernatur. Vt cognoscamus in terra viam tuam. Hoc autem petimus, vt illumines vultum tuum, hoc est, imaginem tuam super nos: quæ apud te semper abscondita fuit, & quasi in secreto & tenebris erat mysteriorum tuorum, secundum illud quod scriptum est: *Posuit tenebras latibulum suũ.* Hoc Psal. 17 b
petimus, vt illumines super nos, vt mysterium quod à generationibus absconditum fuit, iuxta Apostolum, reueletur in 1. Cor. 2. b
nobis: Hoc autem totum quare poscimus, quare desideramus? Nisi illuminaueris imaginem tuam super nos, viam tuã, & scientiam tuam nosse non possumus, vt maiestatem tuã, quæ in cælis nota est, notam habeamus & in terra. *Vt cogno-* Ioan. 14. a
scamus in terra viam tuam. Ego sum, inquit, *via, vita, & ve-* Matt. 6 b
ritas. Vt cognoscamus in terra viam tuam. In terra cognoscamus: *Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra* vt quem angeli adorant in cælis, homines quoque adorent in terra. Sed dicet aliquis: quia nota erat via Dei: *Notus enim in Iudæa* Psal. 75 a
Deus, in Israel magnum nomen eius. Notus erat Deus: sed Dei via non erat nota in Iudæa. Quoniam ergo via Dei patris non erat nota in Iudæis, propterea nunc dicit: In omnibus gentibus salutare tuum. Non in vno populo, sed in cunctis gentibus. *In omnibus gentibus salutare tuum.* Vbi nos habemus in Latino, salutare: in Hebræo, Iesus dicitur. Denique & angelus hoc loquitur: *Et vocabis nomen eius Iesum. Hic e-* Luc. 1. e
nim saluabit populum suum. In omnibus gentibus salutare tuũ. Ecce completum est, quod Apostoli deprecati sunt: *In omnibus gentibus* notum est salutare eius. Quocunque humanus sermo esse potest, ibi Iesus resonat.

a ¶ Con-

tuum. [a] Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes. [b] Lætentur & exultent gentes: [c] quoniam iudicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis. [d] Confiteãtur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes: [e] terra dedit fructum suum. [f] Benedicat nos Deus Deus noster, benedicat nos Deus: [g] & metuant eum omnes fines terræ.

a In fi-

E a ¶ *Confiteantur tibi populi Deus*: &c.] Confiteantur tibi populi, Iudæorum? Non: sed populi omnes confiteantur. Quomodo omnes gentes, sic & omnes populi. *Confiteantur tibi populi Deus*. Quid confiteantur? Vtique peccata sua: vel certè confiteantur imaginem tuam esse in te In filio te confiteantur: in illo te videant, in illo te adorent.

b ¶ *Lætentur & exultent*, &c.] Quoniam de captiuitate diaboli liberatæ sunt: quoniã quæ ante incuruabantur ad adoranda idola, ligna, & lapides, nunc erecto vultu cælos respiciunt.

c ¶ *Quoniam iudicas populos*, &c.] Vbicunque æquitas est atque iudicium: ibi non lætitia, sed formido est peccatorum. Et quomodo dixit: Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: & nunc dicit: Lætentur & exultent gentes: quoniam iudicas populos in æquitate? Videtur sibi esse contrarius. Si enim misericordia indigent, quomodo lætantur & exultant: quoniam iudicas populos in æquitate. Vbicunque enim misericordia est, ibi non est iudicium: vbi autem iudicium est & æquitas iudicij, ibi procul est misericordia. Sed iste sensus est: Lætentur & exultent gentes. Quare lætentur? Quoniam iudicas populos in æquitate: quoniam nequaquam accipis personam vnius gentis, sed omnium Deus es. Non tibi soli Iudæi placent: sed omnis mundus tuus est. Dicat aliquis: Vim facis scripturæ, non hoc sensu dixit. Interpretetur seipsa scriptura, quæ loquitur: Quoniam iudicas populos in æquitate. Quos populos & gẽtes in terra dirigis? Gentes quæ ante non recto pede gradiebantur, fecisti eas vt ambularent in viam tuam. Vt cognosceremus in terra viam tuam, vt ambularemus in via, non in inuiis, & per vnam viam veniremus ad te, de quo nascitur via. Non enim imus ad patrem, nisi per filium. Dicat ali-
F quis: Arianorum dogma est. Ergo per filium venitur ad patrem. Ego hoc dico: quoniam per imaginem imus ad faciẽ, & in lumine videmus lumen: in filio videmus patrem. Mysterium & dispensatio est quæ loquitur. Cæterum si quis putat esse blasphemum: quoniam viam diximus esse filium, & per viam imus quasi ad Deũ, videamus hæc ipsa via quid
Ioan. 6.e dicat: *Nemo venit ad me, nisi pater meus adduxerit eum ad me* Quomodo ergo filius ducit ad patrem: sic & pater ducit ad filium. Hæc humana verba sunt. Cæterum & filius ducit ad patrem, & pater ducit ad filium: & vna natura, & vna substantia est.

d ¶ *Confiteantur*, &c.] Iam supra dixerat, & in isto paruulo psalmo, hos duos versiculos iterum repetit. Dixerat enim supra: Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes: Lætentur & exultent gentes, & cætera: & nunc
Psal. 128 rursus repetit hos versiculos, quasi apostoli præcinant cunctis gentibus. *Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea, dicat nunc Israel: Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea.* Videte quomodo illi præcinunt, & omnium gentium turba respondet. Sic & nunc dicentibus illis in principio: Confiteantur tibi populi omnes, & præcipientibus Apostolis, & dicentibus: *Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes*: quoniam illos vident reticescere, propterea idipsum iterant & dicunt: *Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes.* Semel diximus, non audistis: iterum dicimus, vt canatis. Hoc autem totum, quare diximus, & semel, & secundo, vt confiteantur populi Deo? Quare hoc dicimus: quare hoc præcipimus? Quoniam iudicas populos in
Psal. 2.a æquitate. Iudæos, qui præ nimietate malitiæ, populi accipiuntur, iuxta illud: *Populi meditati sunt inania. Et gentes in terra dirigis*. Diriget eas in via vitæ, data peccatorum remissione. Cum dicit, omnes: non solum pro gentium populo, sed etiam pro Iudæorum orat, vt & ipsi conuersi, confiteantur Christum filium Dei.

e ¶ *Terra dedit*, &c.] Terra, sancta Maria: de nostra terra,
Gen. 3.d de nostro semine: de hoc luto, de hoc limo, de Adã. *Terra es, & in terram ibis*. Terra ista dedit fructum suum. Quod perdidit in paradiso, inuenit in filio. *Terra dedit fructum suum*.
Cant. 2.a Primum dedit florem. Dicit & in Cantico canticorum; *Ego flos campi, & lilium conuallium.* Iste igitur flos, fructus factus est, vt nos illum comederemus, vt nos manducaremus carnes eius. Vultis scire quis sit iste fructus? Virgo de virgine dominus de ancilla, Deus ex homine, filius ex matre, fructus ex terra. Videte quid dicat ipse fructus: *Nisi granum frumenti ceciderit in terram & mortuum fuerit, nõ potest facere fructus multos. Terra dedit fructum suum*: dedit granum frumenti. Quod granum frumenti cecidit in terram & mortuum est, & ideo multos fructus affert. Multiplicatũ est in spica: quod vnum ceciderat, in multis resurrexit. Cecidit enim granum tritici in terram & seges copiosa surrexit. *Terra dedit fructum suum* Propterea confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes. *Terra dedit fructum suum.* Quis est iste fructus? G Ioan. 12.d

f ¶ *Benedicat nos Deus*, &c.] Deus, pater: Deus noster, filius. Ipse enim Deus noster. *Et vocabis*, inquit, *nomen eius Emmanuel*, id est, nobiscum Deus. Deus noster benedicat nos, Deus Spiritus sanctus. Videte mysterium trinitatis in vno versiculo comprehensum. Terra dedit fructum suum. In isto fructu, trinitatis mysterium continetur. *Benedicat nos Deus Deus noster.* Qui Deus est omnium per naturam, noster propriè factus est Deus: *Benedicat nos Deus*. Expellat veterem maledictionem. Maledictio nos eiecit de paradiso, reducat benedictio.

g ¶ *Et metuant*, &c.] Non dixit: Diligant eum omnes fines terræ. *Perfecta quippe dilectio, foras mittit timorem.* Timere 1. Ioan. 4.d
incipientium est: diligere, perfectorum Qui adhuc timet, in initio est positus, non habet perfectam & plenã fidem. Qui autem diligit Deum, omnia ei prouenient in bonum. Videtur breuis & simplex esse sententiola. Sed ventilemus eam, & in istis simplicibus verbis, ingentia mysteria reperiemus. Inueniemus intrinsecus, quod forinsecus latet. *Diligentibus autem dominum, omnia cooperantur in bonum* Iob vir sanctus Rom. 8.e
tentatus est, perdidit filios & filias: domus ipsis corruit, vniuersa perdidit: omnia repente perdidit, nec pater, nec dominus: nihil enim illi remansit in corpore sanitatis, nisi sola lingua, per quam blasphemare posset. Videte tentatorem diabolum. *A planta*, inquit, *pedis vsque ad verticẽ percussit* Iob. 2.b
eum vulnere pessimo, hoc est, elephantia. Inde toto corpore vermes fluebant, & sanies, & putredo. Solam linguam integram ei reseruauit, vt posset dominũ suum blasphemare. *In* Iob. 1.d
omnibus his non peccauit Iob labiis suis. Videte magnitudinẽ tentationis: videte magnitudinem virtutis. Videte & considerate sententiam Apostoli esse completam: *Diligentibus au-* Rom. 8.e
tẽ dominum, omnia cooperantur in bonum. Eo tempore quo perdebat res suas, quo filios amittebat, videbantur quidem ei esse contraria quæ accidissent: sed quoniam diligebat dominum, illa mala quæ ei infert, cooperantur illi bona. Illi vero vermes corporis, præparabant ei cæli coronam. Antequam tentaretur, Deus ei nunquam locutus fuerat: postquã autem tentatus est, venit ad eum Deus & familiariter loquitur, quasi amicus cum amico suo. Veniant plagæ, veniant omnia pœnarum genera: dum post plagas, Christus adueniat. Egressi sumus de psalmo, sed non inutiliter, quia dixeramus: Et metuant eum omnes fines terræ, & dixeramus: quoniam metuere paruulorum est: cæterum diligere, perfectorum; & dixeramus ad hoc comprobandum de Apostolo: *Diligentib. autem dominum, omnia cooperantur in bonum*. Et timeãt eum omnes fines terræ. Nequaquam sola Iudæa, sed omnes fines terræ. Secundum Tropologiam autem, omnes fines terræ, non medietas terræ: Nõn illi qui in terra sunt media, sed qui in fine terræ sunt: qui relinquunt terram, & ad cælos ire festinant. Hoc igitur quod Apostoli dixerunt in principio, nos dicamus in fine. Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri, & notam faciet in terra viam suam. Cum manifestius in claritate venerit Christus, tunc omnibus notum faciet, cur tanta carnis humilitate descenderit. *Terra dedit fructum suum*: Maria genuit Saluatorem.

A a ¶ *In finem psalmus*, &c.] Psalmus, opera: canticum, intelligentia mentis spiritualis. Sexagesimus septimus psalmus, si intelligatur spiritualiter, refertus legis euangeliorumque reperitur sacramentis, qui sic inchoat à voce prophetica.

a ¶ In finem psalmus cantici Dauid.

PSALMVS LXVII.

EXurgat [b] Deus, & dissipentur inimici eius: [c] & fugiãt qui oderunt eum à facie eius. [d] Sicut deficit fumus, deficiant: [e] sicut fluit cera à facie ignis, [f] sic pereant peccatores à facie Dei. [g] Et iusti epulentur, [h] & exultent in conspectu Dei: & delectentur in lætitia. [i] Cantate Deo, psalmum dicite nomini eius: [k] iter facite ei qui ascendit super occasum, dominus nomen illi. [l] Exultate in conspectu eius: [m] turbabuntur à facie eius patris orphanorũ, & iudicis viduarũ. [n] Deus in loco sancto suo: [o] Deus qui inhabitare facit vnius moris in domo. [p] Qui educit vinctos in fortitudine: [q] similiter eos qui exasperãt, qui habitant in sepulcris. Deus cum egredereris in conspectu populi tui: [r] cum pertrãsires in deserto, [t] terra mota est: etenim cæli distillauerũt à facie Dei Sinai, à facie Dei Israel. [u] Pluuiam voluntariam segregabis Deus hæreditati tuæ, [x] & infirmata est: [y] tu vero perfecisti eam. Animalia tua habitabunt in ea: [z] parasti in dulcedine tua pauperi Deus. Dominus dabit verbum euange-

PSALMVS LXVII.

EXurgat b *Deus*, &c.] Et specialiter intelligitur iste psalmus, & generaliter. Specialiter de ipso domino, vt resurgat à mortuis: & disperdat inimicos suos, hoc est, diabolum & exercitum eius, aut Iudæos. Generaliter autem quan- Psal 43 d do in tribulatione sumus & angustia, & dicimus: *Exurge, vt qui dormitas domine? Exurge & adiuua nos.* Quomodo & Apostoli in nauicula excitant domi- Matt 8 c num dormientẽ, dicentes: *Magister, salua nos, perimus.*

c ¶ *Et fugiant qui oderunt* &c.] Non dixit, pereant, sed fugiãt: quia peccatores in conspectu Dei non possunt stare. Præuidens propheta orat, vt eo exurgente, diabolicæ dominationes effugiant: quia & nunc indubitanter credendum est, quod ad inuocationem eius nominis stare non possint.

d ¶ *Sicut* &c.] Non vt in nihilum redigantur, sed vt quiescãt à peccatis suis.

e ¶ *Sicut fluit cera*, &c.] Sicut cera soluitur, & non perdit naturam suam, sed mollescit: sic & isti non pereant, sed deponant malitiam suam: & sic conuertantur ad pœnitentiam, B & saluentur.

f ¶ *Sic pereant*, &c.] Quia peccatores non sunt digni videre Deum.

g ¶ *Et iusti*, &c.] Qui permanent in sua iustitia, qui vitia non habent, delectentur in domino. Vel aliter: Pœnas eos iudicij prosequatur, vt quasi fumi tenuitas deficiant, & vt cera ante ignis faciem dissoluantur, epulantibus sanctis in cælestibus bonis.

h ¶ *Exultent*, &c.] Grandis fiducia est, exultare in conspectu domini. Sicut dispensator creditam sibi à domino substantiã, si malè tractauerit & perdiderit, timet domini præsentiam: ita & qui benè dispensauerit, exultat in domini præsentia. Exultent in conspectu Dei, & delectentur in lætitia, non solum de vindicta, sed etiam de beatitudine sempiterna.

i ¶ *Cantate Deo*, &c.] Cantare in theoria semper significat scriptura, hoc est, considerare mysteria, & sensum diuinæ scripturæ. Psallere autem in bono opere significat scriptura: verbi gratia, vt auditus suum opus præstet. Similiter & os, & oculi, & manus, & omnia membra, si consentiant, & ita percutiant psalterium in virtutibus. Largitori lætitiæ sempiternæ canite: eumque vocibus honorate.

k ¶ *Iter facite ei qui ascendit super occasum: dominus*, &c.] Docet vt compressis peccati tumoribus, planam ei in cordibus nostris viam per iustitiam præparemus, qui super occasum mortis ascendens, victor remeauit ex inferis. Si non nobis occidat sol iniquitatis, non potest nobis oriri sol iustitiæ, Mala. 4 a cuius sanitas in alis est.

l ¶ *Exultate in conspectu eius.*] In eius enim nos conspectibus gaudere oportet, & non in huius sæculi illecebris delectari.

m ¶ *Turbabuntur à facie*, &c.] Illi qui se nunc tutores, & iudices dicunt, & hac occasione decipiunt res inopum, cõfundentur, cum respicere cœperit altissimus.

n ¶ *Deus in loco sancto suo.*] In anima fideli. Semper Deus in sanctis suis habitat. Vbicumque sanctitas est, ibi habitaculum Dei est.

C o ¶ *Deus qui inhabitare facit vnius*, &c.] In ecclesia, in qua fideliter consistentibus spiritum charitatis infundit, qui vnius moris sunt, & non mutantur. Siquidem iustus non mutatur: quia semel iudicauit in iustitia permanere. Peccator Eccl. 27 b autem mutatur. Insipiens enim sicut luna mutatur. In Hebræo autem habet: Dominus inhabitare facit monachos in domo, id est, in quibus non habitat peccatum.

p ¶ *Qui educit vinctos*, &c.] Ipse Deus sua virtute educit eos, qui ligati sunt à diabolo in pec- Luc 13 b catis: sicut illa mulier in Euangelio, quæ ligata fuerat decem & octo annis à diabolo.

q ¶ *Similiter eos qui exasperant*, &c.] Deus natura dulcis est. Qui autem ad amaritudinem eum adducũt, peccatores sunt, & faciunt sibi amarum Deum. Non naturam suam mutant, sed ipsi sibi peccatores faciunt amarum Deum. Qui habitant in sepulcris. Alligatum habens infra domum suam fortem, id est, diabolum: eos qui peccatis vincti tenebantur, absoluit, & illos qui idolis dediti, Deum irritauerant & tanquam in sepulcris iacebant mortui, liberauit: sicut illud in Euangelio: *Væ vo-* Matt 23 d *bis Scribæ, & Pharisæi: quoniam similes estis sepulcris dealbatis.* Sicut sanctus, templum Dei est: sic sepulcrum sibi efficitur D peccator.

r ¶ *Deus cum egredereris in conspectu populi tui*] Hoc secundum historiam, quando Deus antecedebat populum suum egredientem de Ægypto.

s ¶ *Cum pertransires in deserto.*] Deus non immoratur in deserto, sed pertransit.

t ¶ *Terra mota est, etenim cæli distillauerunt à facie Dei Sinai.*] Cæli distillauerunt, hoc est, manna. Sinai interpretatur, tentatio. Ergo Deus in eis habitat, qui tentantur, & superant. In eis autem qui in delitiis sunt, non inhabitat. Etenim cæli distillauerunt à facie Dei Sinai, à facie Dei Israel. Vnum noui veterisque testamenti hic designat auctorem. Nam qui coram Israelitico populo in deserto præcessit, ipse in Euangeliis deserta gentium visitauit. Et per quem tunc in Sina huic generationi manna defluxit: ipse Christianæ genti corporis sanguinisque sui manna in Ecclesia subministrat.

u ¶ *Pluuiam voluntariam segregabis Deus hæreditati tuæ.*] Prædicationem sanctam, quæ per Apostolos in corda hominum proflua irrigatione descendit. Vel de lege dicit, quæ data est per Moysen.

x ¶ *Etenim infirmata est.*] Vel cum Paulus iudicium mortis in se habuit: vel cum Petrus dominum ter negauit: siue cum reliqui Apostoli, relicto in passione domino fugerunt. Infirmata est lex: quoniam nemo potuit implere eam, nisi dominus qui dixit: *Non veni soluere legem, sed adimplere.* Et secũ- Matt. 5 b dum Apostolum: impossibilitatem enim legis in quo infir- Gal 4 a mabatur, Deus filium suum misit: factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant, redimeret.

y ¶ *Tu vero perfecisti eam*, &c.] Resurrectio enim tua quod nutabat auertens, ita hanc prædicationẽ ad perfectum duxit, vt in ea gentes quæ prius tanquam irrationabilia habebantur animalia, commorarentur. Animalia tua habitabunt in ea, hoc est, in hæreditate. Animalia autem dixit eos, qui in Deo viuunt, hoc est, sanctos. Vel aliter: *Pluuiam voluntariam segregabis.* Pluuiam voluntariam aut præcepta, aut manna debemus accipere. *Et infirmata est, tu vero perfecisti eam.* Lex quæ per transgressionem Iudæorum fuerat infirmata, euangelij gratia veniente completa est.

z ¶ *Parasti in dulcedine tua pauperi Deus: dominus dabit verbum euangelizantibus virtute*, &c.] In Hebræo habet: Quæ euangelizantur, hoc est, mulieribus, quæ euangelizabant Apostolis,

E

euangelizantibus, virtute multa. [a] Rex virtutũ dilecti dilecti: [b] & speciei domus diuidere spolia. [c] Si dormiatis inter medios cleros pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri. [d] Dum discernit cœlestis reges super eã, niue dealbabuntur in Selmon: [e] mons Dei, mons pinguis. Mõs coagulatus, mons pinguis. [f] vt quid suspicamini montes coagulatos? [g] Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo: [h] etenim Dominus habitabit in finem. [i] Currus Dei decem millibus multiplex [k] millia lætantium: Dominus in eis in [l] Sinai in sancto. [m] Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem. [n] accepisti dona in hominibus. [o] Etenim nõ credentes inhabitare Dominum Deum. [p] Benedictus Domin⁹ die quotidie: [q] prosperũ iter faciet nobis

Mat. 28. c Apostolis, vbi dicitur: *Euntes dicite fratribus meis*, &c. Aut animas significat, quæ crediderunt in Christo. Secundum septuaginta autem Interpretes, ad Apostolos dicitur: quia Dominus dedit eis virtutem prædicandi Euangelium. Hæc dulcedo pluuiæ, quæ mellis ac faui saporem vincit: In pauperibus, id est, in sanctis Dei defluxit: quæ ab ore Apostolorum, iubente Deo, cum multa virtute processit.

a ¶ *Rex*, &c.] Virtutes dilecti Dei, id est, Christi, Apostoli sunt. Dominus ergo, qui est rex virtutum dilecti, dabit euangelizantibus virtutem multam in prædicando, vt Ecclesiæ deuictis hostibus, Iudæis, siue dæmonibus, spolia partiãtur. Pulchritudo domus, Ecclesia est, cui⁹ diuersa referũtur spolia, id est, cum credentes diuisi ab idolis, diuersos ministeriorum gradus in ea sortiti sunt, distribuente ipso dilecto patris, & cooperante paracleto. *Rex virtutum dilecti*. Rex pater: virtutum, hoc est, sanctorum. Dilecti, filij. *Ecce filius meus dilectus, ipsum audite*. Dilecti. Si Matt. 17. a quis aliquem diligit, semper in ore eum habet. Ergo spiritus sanctus propter amorem, quem habet in filium, frequenter eius meminit.

b ¶ *Et speciei*, &c.] Ipsi Apostoli diuidunt in Ecclesiis spolia quæ acceperunt de idolis.

c ¶ *Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora*, &c.] Cum duobus credideris testamentis, inuenies in vtroque Spiritum sanctum. Et licet sit pulchritudo etiam iuxta literam scire, quæ legas: tamen vis decoris omnis in sensu est. Exterior itaque verborum ornatus in argenti nomine demonstratur, occultiora vero mysteria

F in reconditis auri muneribus continentur. Si dormiatis inter medios cleros, hoc est, si quiescatis inter nouum & vetus Testamentum, inuenietis in duobus testamentis gratiam Spiritus sancti. Cleri dicuntur singuli libri, hoc est, Genesis, Exodus, Iudicum, Euangelia, Apostolus. Pennæ columbæ deargentatæ. Deargentatæ, clarum verbum significat diuinæ scripturæ. Et posteriora dorsi eius in pallore auri, hoc est, in interioribus, spiritualiter mysteria intelliguntur. Si vsque ad consummationem vitæ præsentis, quæ sæpe somnus accipitur, inter duo testamenta, id est, nouum vetusque Testamentum quiescatis, inuenietis in his Spiritũ sanctum: cuius pennæ in prædicatoribus deargentatæ, pro eloquij pulchritudine resplendent. In posteriora vero, quæ scapulæ dicuntur, eo quod pectus operiant, bonæ conscientiæ fructus ostẽditur, quæ post peractum Euangelium in auri specie, id est, in honore regio commutantur.

d ¶ *Dum discernit cælestis reges super eam niue dealbabuntur*, &c.] Reges dixit sanctos, qui regnant suis passionibus. Isti ergo sancti diuiduntur in Ecclesiis: sicut Paulus in gentibus, Petr⁹ in circũcisione. Cœlestis Domin⁹, separatos hos ab idololatriis, quos superius diximus, constituit in illius domus pulchritudine reges. Sed prius niue dealbabuntur in Selmon Hoc est, quod dicit, licet sancti sint: sed tamẽ in isto seculo sunt quasi vmbra, ex parte cognoscentes. Selmon, vmbra interpretatur. Cùm igitur rex cœlestis Christus in Ecclesia sua cœperit Apostolos & principes constituere atq; diuidere non habebunt plenam lucem, sed partem aliquam sciẽtiæ: quia nunc ex parte videmus, & ex parte prophetamus.

Esa. 2. a e ¶ Mons Dñi, *mons pinguis, mons coagulatus*, &c.] Iste est

Mich. 4. a mons ad quem, & in Esaia, & in Michæa, vt ascendentes pergant, se inuicem cohortantur. Quod autem ait, coagulatus:

1 Cor. 3. a Apostoli congruit verbis, qui ait: *Lac vobis potum dedi, non*

Ezech. 26. *escam*. Vel mons, qui in Ezechiele vulnerat principem Tyri. Montem autem dicit ipsum Dominum.

f ¶ *Vt quid suspicamini*, &c.] Hoc ad Iudæos dicit, qui existimant Moysen, & Prophetas similes esse Saluatori.

g ¶ *Mons in quo complacuit*, &c.] Sensus iste est: Non debetis existimare plures esse Ecclesias, quæ habeant vbera doctrinarum, & possint credentes scientiæ lacte nutrire. Vna est Ecclesia, & vnus Christus spõsus Ecclesiæ. In nullo enim alio inhabitabit iugiter Spiritus sanctus, nisi in Saluatore, Ioanne dicente: *In quem videris spiritum descendentem, & manentem in eo*: ipse est, qui excisus sine manibus, impleuit latitudinem omnis terræ, id est, dominicum hominem. G Ioan. 1. e

h ¶ *Etenim*, &c.] In corpore, quod accepit de sancta Maria: quia cũ eo est euectus in cœlũ.

i ¶ *Currus Dei decem* &c.] Hyperbolicè dicit administratorias potestates & sanctas, quia innumerabiles sunt, sicut dixit in Daniele: *Mille millia ministrabant illi, decies centena millia assistebant ei* Et in Ezechiele describitur, Cherubin quatuor pennarum, in quatuor angulis habere quatuor personas, cuius auriga Deus est. Cherubim autem interpretatur, sciẽtiæ multitudo. Significat autem persona leonis, regalẽ, hoc est, regnare passionibus: persona hominis, rationabilem: persona vituli, in opere: persona aquilæ, in contemplatione, hoc est, in theoria: quæ nos exaltat in virtutibus. Simul autem vt dicamus, Thronus Dei in sanctis est. *Decem millibus multiplex*. Multa enim millia curruum secularium, diuiserunt euangelizantes Christum in vniuerso mundo. Dan. 7. c Ezech. 1. & 10.

k ¶ *Millia lætantium*, &c.] Ministeria diuina hic esse indicat.

l ¶ In *Sinai in sancto*.] Hoc est, in sanctis est Deus, quando tentantur, & post tentationem sequitur sanctitas. Impossibile est enim aliquem (licet sanctus sit) sine tentatione trãsire in hoc seculo, secundum Iob: *Tentatio est vita hominis super terram*. Iob 7. a H

m ¶ *Ascendisti in altum*, &c.] Ascendisti in cœlos: captiuasti nos, qui captiui tenebamur à diabolo. Qui quondam in Sinai descendens, populo legem distribuit: ipse nunc in sancto, id est, in assumpto homine (de quo angelus ad Mariã: *Quod nascetur ex te, sanctum vocabitur*) cœlorum excelsa cõscendens, eos qui in captiuitate diaboli tenebantur, absoluit ac post se tanquam captiuos deductos æternæ vitæ restituit. Sic & carnem assumptam, quasi captiuam euexit ad sydera. Luc. 1. d

n ¶ *Accepisti*, &c.] Benedixit, accepisti. A patre accepit: accepit vt homo, dat vt Deus: & quod accepit, hominibus accepit, vt det. Ipse enim plenus est, & nihil indiget. Dedit dona spiritualium gratiarum hominibus, qui per fidem ad eum deinceps accesserunt.

o ¶ *Etenim non*, &c.] Et his hominibus, id est, ex gentibus populo largitus est Christus, qui non credebant Deum inhabitare posse mortalibus: & hos saluasti, qui non credebãt, quod possibile est Deum habitare in hominibus, hoc est, Saluatorem accipere carnem. Vel etiam eis ministrauit bona, qui erant sine spe, quod in Ecclesia eius inhabitare possint.

p ¶ *Benedictus Dominus* &c.] Qui proficit, quotidie potest benedicere Deum. Quid enim mihi prodest, si heri benedixi, & hodie non possum benedicere? Et pro superioribus beneficiis: & quod nunc nobis ad se veniendi planum præparat iter, assidue est benedicendus.

q ¶ *Prosperum iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum*, &c.] Quia ab ipso saluamur. Prosperum iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum. Securus esto peccator: noli dubitare, quod quotidie possis benedicere Deum. Ecce enim dicit: Prosperum iter faciet nobis Deus. Ergo Deus adiuuat nos, & cooperatur nobis. Salutarium nostrorum, Benèdixit pluraliter, salutarium: quod quanta peccata commisimus, tot & salutes habemus. Diapsalma in Hebræo habet סלה Sela: hoc est, semper & iugiter. Ergo Deus semper nos adiuuat.

nobis Deus salutariũ nostrorũ. [a] Deus noster [b] Deus saluos faciendi, & Domini Domini exitus mortis. [c] Veruntamen Deus confringet capita inimicorum suorũ: [d] verticem capilli perambulantiũ in delictis suis. [e] Dixit dominus ex Basan, conuertã: conuertam in profundum maris. Vt intingatur pes tuus in sanguine: [f] lingua canũ tuorum ex inimicis ab ipso. [g] Viderunt ingressus tuos Deus: ingressus Dei mei, regis mei qui est in sancto. [h] Præuenerunt principes coniuncti psallentibus, in medio iuuencularũ tympanistriarũ: [i] In ecclesiis benedicite Deo [k] domino de fontibus Israël. [l] Ibi Bẽiamin [m] adolescẽtulus [n] in mẽtis excessu. [o] Principes Iuda duces eorũ: [p] Principes Zabulõ, & principes Neptalim. [q] Mãda De⁹ virtuti tuæ: [r] cõfirma hoc Deus quod operatus es in nobis. [s] A tẽplo tuo in Hierusalẽ, tibi offerunt reges munera. [t] Increpa feras arundinis [u] congregatio taurorũ in vaccis populorum: [x] vt excludãt eos, qui probati sunt argen-

A

a ¶ *Deus noster.*] Quia præter ipsum alium nescimos.

b ¶ *Deus saluos faciendi, & Domini,* &c.] Præsto est enim, vt saluos faciat pereuntes: quia pro redemptione nostra natus & passus est. Et Domini Domini est exitus mortis: quia prior

Col.1.c Apoc.1.b mortis exitum patefecit, dicente Apostolo: Factus est, inquit, primogenitus mortuorum: quoniam ipse resurrexit à mortuis, & nos simul fecit resurgere. Aliter. Diabolus introitus est mortis: Dominus vero educit.

c ¶ *Veruntamen Deus confringet capita,* &c.] Ab exitibus mortis egressus confregit capita diaboli, & omnes virtutes eius. *Tu confregisti capita draconis in aqua.* Quot peccata sunt, tot capita babet diabolus: Principatus & potestates, quæ tanquam caput cunctis eminebãt, hoc est, diabolicas dominationes.

d ¶ *Verticem capilli perambulãtium,* &c.] Summitatem extollentiæ eorum qui pœnitentiam negligentes, perdurant in peccatis. Intantum enim confringitur caput eius, vt non remaneat in eo aliqua virtus, qua stimulet peccantes. Summum capitis, capillus est: & capilli, vertex. Ergo hoc dicit, quod nec minimum remaneat in diabolo, quod non frangatur.

e ¶ *Dixit Dominus ex Basan conuertam, conuertam in profundum maris.* &c.] Basan, confusio interpretatur. De confusione igitur nos conuertit Deus. Hoc autem ideo, quia crucem sustinuit, & pes eius proprio cruore perfusus est, clamã-

Ioan 19. B tibus contra eum Iudæis atque dicentibus: *Crucifige, crucifige eum.* Qui Iudæi stimulati fuerunt ab inimicis Christi: Hoc est, à dæmonibus. Vt autem hoc totum fieret, ipsius Saluatoris voluntas fuit, qui hæc passus est fieri. Vel de confusione huius seculi conuertam humanum genus: hoc est, per passionem meam & crucem, quam isti putant stultitiam & confusionem. Conuertam Basan populum meum: *Conuertã in profundum maris,* id est, de profundis vitiis & peccatis seculi istius: de commotione & fluctibus conuertam populũ

Esa.63.a Ibid 53.a meum. Vt intingatur pes tuus in sanguine. Quoniam pes ipsius intinctus est in sanguine suo. *Torcular calcaui solus, & de gentibus vir non fuit mecum.* Et iterum: Quis est iste, qui ascendit ex Edom: *fuluida vestimenta eius ex Bosor.* Edom interpretatur sanguis: Bosor caro. Ipsum Dominum nostrũ significat crucifixum.

Ioan.19. f ¶ *Lingua,* &c.] Canes dicit ipsos Iudæos, vt superius. Qui clamauerunt, crucifige, crucifige talem: non habemus regem nisi Cæsarem. Ex inimicis autem submissi à dæmonibus negare Saluatorem, & blasphemare eum. Aliter. Quoniam ipse tua voluntate venisti & passus es: & tua voluntate crucifixus es à Iudæis. Tinctus es enim pes Domini in sanguine, cum caro assumpta, in qua diuinitas latebat lancea verberatur. Ab ipso igitur sanguine & eorum lingua tincta

Mat.17.d est, qui dixerunt: *En sanguis eius super nos, & super filios nostros.* Sed post gloriosum Dominicæ ascensionis triumphũ, vltione dominica, & hostium pes in eorum sanguine tinctus est, & canina scil. inimicorum rabies ab eo est satiata.

g ¶ *Viderunt ingressus tuos Deus, ingressus Dei mei,* &c.] O quam admirabiliter in hoc Psalmo vetus Testamentum cum Euangeliorum dictis concordat. Visa sunt enim itinera Christi in ingressu maris rubri: visa sunt & in Euangeliis ipsius regis nostri: cum in sancto homine eleuatus, cœlis inuectus est.

h ¶ *Præuenerunt principes coniuncti psallentibus: in medio iuuencularum,* &c.] Et quidem in illo maris transitu præuenerunt principes, id est, prius egressi sunt vel Moyses, vel reliqui seniores, & coniuncti sunt iuuenculis cœlesti itinere. Præuenerunt principes angelorum sanctorum animæ, qui laudes Domini mortificato corpore concinebant,

C

dicentes: *Tollite portas principes vestras:* quia iam redit triũ-

Psal.23. phator inferni. Ideo autem tympanistriarum: quoniã mortuum est corpus ipsorum peccato. Et Maria soror Moysi & Aaron tenens tympanum in Exodo, antecedebat psallentes, & dicebat: *Cantemus Domino, gloriosè enim honorificatus est.* Aliter. Præuenerunt principes

Exod.15.a iuncti psallentibus in medio iuuencularum tympanistriarum. Apostoli cum ecclesiis, iuncto pariter præcesserunt gradu. Benè eos præuenisse testatur: quia principes fidei de Iudæis sunt.

i ¶ *In Ecclesiis benedicite Dominum.*] Manifestius est loquutus, quas supra dixerit tympanistrias.

k ¶ *Dominum,* &c.] Quia salus ex Iudæis est, & inde prima Ecclesia. Ex adũbratione enim legis, Ecclesiæ doctrina processit: in qua nunc Dominus, qui ex Israeliticæ stirpis propagine carnem suscepit, benedicitur.

l ¶ *Ibi Beniamin.*] Paulus Apostolus qui ex tribu Bẽiamin descendit. Ibi, in Ecclesia.

m ¶ *Adolescentulus.*] Nouissimus omnium Apostolorum.

n ¶ *In mentis excessu.*] Quem pertulit in Damascum, cùm iret.

o ¶ *Principes Iuda Duces eorum.*] Apostoli sunt principes Iu-

Gen.49.b da, hoc est, Domini, quemadmodum dicit Iacob: *Iuda, te laudabunt fratres tui.*

p ¶ *Principes Zabulon,* &c.] Zabulon interpretatur fluxus noctis. Neptalim latitudo. Quando liberati fuerimus de passione libidinis, hoc est, illius fluxus: tunc incipimus latitudines virtutum. Vel aliter. Principes Zabulon & principes Neptalim. Petrum & Andream Apostolorum principes D monstrat, qui in crassitudine tenebrarum illius lucem magnã annunciantes, doctores sunt Euangelij constituti, iuxta illud: *Terra Zabulon & terra Neptalim: via maris trans Ior-*

Esa.9.a *danem Galilææ gentium, populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam.*

q ¶ *Manda,* &c.] Christo tuo.

r ¶ *Confirma,* &c.] Vt donum baptismi, quod contulit, Spiritus sancti infusione confirmet. *Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis:* hoc est, salutare quod donasti nobis per tuam passionem confirma, & da auxilium, quoniam homines sumus, & non possumus incedere in virtutibus, si non adepti fuerimus auxilium tuum.

s ¶ *A templo tuo, quod est,* &c.] Reges dicit, qui regnant sibimetipsis, secundum quod scriptum est: *Cor regis in manu*

Prou.21.a *Dei.* Ipsi offerent Deo munera. Virtutes sanctorum, munera sunt Dei. Vel à templo illo corporali, quod bene viuendo sanctum fecerunt. Reges, in quibus peccatum vltra non regnat, offerent in cœlesti Hierusalem, quæ est primitiuorum Ecclesia, munera regiæ æterno: scilicet seipsos offerentes hostiam viuam, placentem Deo in conspectu omnium an-

Rom.12.a gelorum.

t ¶ *Increpa,* &c.] Bestiæ calami, dæmones sunt, fragilis infirmæque virtutis. Vel hæretici sunt, qui tractant & scribũt contra te, vt decipiant nos. Oportet enim & hæreses esse in nobis. Feræ enim dicuntur ab eo, quod capiunt animas, & interficiunt. Vel increpa feras arundinis, Iudæorum beluinam superbiam.

u ¶ *Congregatio taurorum,* &c.] Ipsos hæreticos significat: quia neminem possunt decipere nisi simpliciores, & paruos: hoc est, vaccas minores. Tauros enim non possunt decipere, hoc est, magnos.

x ¶ *Vt excludant eos, qui probati sunt,* &c.] Et propterea simpliciores decipiunt: hoc est, multitudinem, vt veniant vsque ad sanctos, & excludant eos de regno cœlorum. Vel in tauris, duces Iudæorum, qui persecutionem in dominum, vel in

sanctis

E

Psal. 21. e Lan to eius intulerunt, indicat, vt illud: *Tauri pingues obsederunt me.* In vaccis vero stultas populi sequentis animas demonstrat. Quod ibi ostenditur, cum vaccas aureas in Samaria sub Hieroboam adorauit. 3 Reg. 12. f Ergo consilium eorum, quod habent, vt sanctos de via iustitiæ retrahant, in eorum animabus requiescat iuxta illud: Psal. 36. c *Gladius eorum intret in cor ipsorum;* vt hi non excludantur à regno Dei, qui per multas tribulationes tanquam argentum probati, inuenti sunt iusti. Tale consilium præuidebat Iacob, cum diceret: Gen. 49. a *In consilio eorum non introeat anima mea.*

a ¶ *Dissipa gentes, quæ bella volunt*] Hæreticos vel Iudæos, qui plerumque contra Ecclesiam certamina parant.

b ¶ *Venient legati,* &c.] In tribulationis mundi ac erroribus idololatriæ positi: vel qui peccatis nigri siue tenebrosi sunt, credentes quod Christus Dominus ipse est Deus filius Dei: offerunt ei munera, id est, mētes puras, auro argentoque lucidiores: Rom. 5. d *Quia, vbi abundauit peccatum, superabundauit gratia.*

c ¶ *Regna terræ cantate* Deo.] Vos vtique qui prius terrenum regnum diligentes ignorabatis Deum: nunc euicto carnali liuore, cœlestia regna penetratis.

d ¶ *Psallite Deo qui ascendit super cælos cæli,* &c.] Illi vtique qui quondam mortis occasu ascenderat in crucem, inuectus est, nunc super sydera: victorque mortis residet gloriosus. Ad orientem autem vtique: siue quia ipse oriens sit dictus: siue quia per eum omnes oriantur ad vitam.

F

e ¶ *Ecce dabit voci suæ vocem* &c.] Voci Domini tunc dabitur vox virtutis, cum, quod præcipit, efficitur: quam mortui cum audierint, resurgent.

f ¶ *Date,* &c.] Magis Deum quàm carnalem Israël honorate. Aliter. Non labiis vt Israël, sed corde honorate Deum.

Esa. 5. b g ¶ *Magnificentia,* &c.] In Apostolis & Prophetis. Vnde dicit: *Mandaui nubibus meis, ne pluant super Israel imbrem.*

h ¶ *Mirabilis,* &c] In hoc mirabilis est Deus: quoniam ita dilexit humanum genus, vt signa faciat in sanctis suis. In istis magis mirabilis est Deus quàm in ceteris creaturis, quod eos post multas tribulationes euexit in sublimitatem cœlorum.

i ¶ *Deus Israel,* &c.] Ad tolerandas passiones mundanas vel spirituales nequitias.

k ¶ *Benedictus Deus.*] Qui nos à morte in vitā, à corruptione in incorruptionē demutare dignetur, vt sanctis eius participes facti, sempiternis in eum gaudiis exultemus, Amen.

l ¶ In *finem,* &c.] Iste Psalmus de passione Christi sonat, & ex persona membrorum suorum: licet quidam in eo putent ei minime conuenire. Pro his qui commutabuntur. Cōmutauit se Christus, dum æqualis patri etat, formam serui accipiens. Vel nos commutamur de infidelitate ad fidem, quia vt diximus, iste Psalmus vocem continet Dominici hominis venientis ad passionem.

Psalmvs LXVIII.

S*aluum me fac,* &c.] Saluari à patre secundum infirmitans conditionem postulat: quoniam quidem motus populi sæuientis irruerunt in eum.

argento. [a] Dissipa gentes, quæ bella volunt: [b] venient legati ex Ægypto, Æthiopia præueniet manus eius Deo. [c] Regna terræ cantate Deo, psallite Domino. [d] Psallite Deo, qui ascēdit super cœlum cœli ad orientem. [e] Ecce dabit voci suæ vocem virtutis, [f] date gloriam Deo: super Israël [g] magnificentia eius, & virtus eius in nubibus. [h] Mirabilis Deus in sanctis suis, [i] Deus Israël ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi suæ: [k] benedictus Deus.

l ¶ In finem pro his qui commutabuntur
Psalmus ipsi Dauid.

Psalmvs LXVIII.

SAluum me fac Deus: quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. [n] Infixus sum in limo profundi, [o] & non est substantia: [p] Veni in altitudinem maris, [q] & tempestas demersit me. [r] Laboraui clamans, raucæ factæ sunt fauces meæ: [f] defecerunt oculi mei, dum spero in Deum meum. [r] Multiplicati sunt super capillos capitis mei: quia oderunt me gratis. Confortati sunt, qui persecuti sunt me inimici mei iniustè: [u] quæ non rapui, tunc exoluebā. [x] Deus tu scis insipientiam meam, & delicta mea à te non sunt abscondita. [y] Non erubescant in me, qui expectant te domine, domine virtutū. Non confundantur super me: qui quærunt te Deus Israël. [z] Quoniā propter te sustinui opprobriū, operuit confusio faciem meam. [a] Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filiis matris meæ. [b] Quoniam zelus domus tuæ comedit me: [c] & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. [d] Et operui in ieiunio animam meam: & factum est in opprobriū mihi. [a] Et

G

n ¶ *Infixus sum in limo,* &c.] In vetustibus peccatis huius populi.

o ¶ *Et non est substantia.*] Per quam exinde euadam, nisi tu salues.

p ¶ *Veni in altitudine maris.*] In profundum seculi istius.

q ¶ *Et tempestas demersit me.*] Procella Iudæorum.

r ¶ *Laboraui clamans,* &c.] Licet à peccatoribus vrgeatur: clamare tamen salutaria præcepta non desinit.

f ¶ *Defecerunt,* &c.] Secundum imbecillitatem carnis sperauit, vt ab eo calix iste transiret, sed secundum diuinitatem impleuit voluntatem patris.

t ¶ *Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt,* &c.] Ideo super capillos capitis mei, multiplicantur atque confortantur: quia semper maior est iniquorum numerus quam iustorum.

u ¶ *Quæ non rapui, tunc exoluebam,* &c.] Non enim erat debitor mortis atque peccati, sed in passione hostiam vtramq; compleuit.

x ¶ Deus, &c.] Scit pater, quod non ea de cœlis attulit, sed de nobis assumpsit, vt ait Propheta: *Ipse iniquitates nostras accepit, & ægritudines nostras portauit.* Esa. 53. b Et Paulus dicit: *Quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus: & quod infirmum est Dei, fortius est hominibus.* 1. Cor. 1. c *Delicta mea à te non sunt abscondita,* vt illud: *Delictum meum cognitum tibi feci.* H Psal. 31. b

y ¶ *Non erubescant in me, qui expectant te Domine,* &c.] Non euacuetur spes credentium de passione mea: sed cognoscant, quia voluntatem tuam facere veni, sicut sequitur.

z ¶ *Quoniam propter,* &c.] Propter voluntatem patris, malorum improperia supportauit, & verecundia tectus est, cum in assumpta carne colliditur, quia vna voluntas fuit patris & filij, quod sustinuit passionem. Vel operuit confusio, quando negauerunt Apostoli.

a ¶ *Extraneus factus,* &c.] Filius enim erat synagogæ sicut & illi, secundum ordinem corporationis terrenæ, à quibus exter & hospes habitus est: quia illi sceleribus erant pleni: hic vero expers peccati. *Extraneus factus sum fratribus meis.* Psal. 21. c Fratres Domini, Apostoli: Vnde dixit: *Nunciabo nomen tuū fratribus meis.* Luc. 24. c Peregrinus filiis matris meæ, Christus peregrinus, vt ait Cleophas: *Tu solus peregrinus es in Hierusalem?* Solus, quia solus & primus resurrexit immortalis. Et mater synagoga.

b *Quoniam,* &c.] Quia fecerunt eam speluncam latronum.

c ¶ *Et opprobria,* &c.] Exprobrationum enim iurgium super eum proiecerunt, cum eum & Samaritanum & dæmonium habentem vocarent. Vnde Iudæi contra Christum dicebant: *Si filius Dei es, descende de cruce, & credimus tibi. Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere.* Matt. 27 Qui exprobrant filium, & patrem exprobrant: quia qui non credit filium, nec patrem habet.

d ¶ *Operui,* &c.] Opprobrium enim ei inferre conabatur: cum tentans eum Satanas ait: Dic vt lapides isti panes fiant. Matt. 4. a Vel quando dixerunt discipuli: *Rabbi manduca.* Ille dixit: *Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis.* Ioan. 4. d Et in alio loco: Ioan. 6. e *Operamini cibum, non qui perit, sed qui permanet in vitam ater-*

A nam. Sed esuriebat Christus salutem humani generis. Vel esuriebat fidem Ecclesiæ, quia nullum cibum à Iudæis inueniebat.

a ¶ *Posui vestimentum meum cilicium, & factus sum, &c.*] In sacco luctus ostenditur vel fletus: quo in morte Lazari visus, in parabolam factus est Iudæis, cum eo flente dicerent: *Ecce quomodo amabat eum.* Alij vero: *Nō poterat hic, qui aperuit oculos cæci nati facere, vt & hic non moreretur?* (Ioan. 11.)

[a] Et posui vestimentum meum cilicium, & factus sum illis in parabolam. [b] Aduersum me loquebātur, qui sedebant in porta: [c] & in me psallebant, qui bibebant vinū. [d] Ego vero orationē meam ad te Domine: [e] tēpus beneplaciti Deus. In multitudine misericordiæ tuæ, [f] exaudi me in veritate salutis tuæ. [g] Eripe me de luto, vt nō infigar: [h] libera me ab his, qui oderunt me, [i] & de profundis aquarū. Non me demergat tempestas aquæ: [k] neq; absorbeat me profundum: [l] neque vrgeat super me puteus os suum. [m] Exaudi me Domine, quoniam benigna est misericordia tua: secundum multitudinē miserationum tuarum respice me. [n] Non auertas faciem tuam à puero tuo: [o] quoniā tribulor velociter exaudi me. [p] Intēde animæ meæ, & libera eam, propter inimicos meos eripe me. [q] Tu scis improperium meum & confusionē meam, & reuerentiam meam. [r] In conspectu tuo sunt omnes, qui tribulant me: [s] improperium expectauit cor meū & miseriam. [t] Et sustinui, qui simul contristaretur, & non fuit, qui consolaretur, & nō inueni. [u] Et dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. [x] Fiat mensa eorum coram ipsis [y] in laqueū, & in retributiones, & in scandalū. [z] Obscurentur oculi eorum ne videant: [a] & dorsum eorū semper incurua. [b] Effunde super eos iram tuam, & furor iræ tuæ cōprehēdat eos. Fiat habitatio eorū deserta: & in tabernaculis eorū nō sit, qui inhabitet. [c] Quoniam, quē tu percussisti, ipsi persecuti sunt: [d] & super dolorem vulnerū meorum addiderunt. [e] Appone iniquitatē, super iniquitatem eorum: [f] & non intrent in iustitiam tuā. [g] Deleantur de libro viuentium: & cum iustis non scribantur. [a] Ego

b ¶ *Aduersus me exercebantur, qui sedebant, &c.*] Illi scilicet, qui habentes clauem scientiæ neque introibant, neque alios introire permittebant: Scribæ & Pharisæi, qui discernebant causas, cum sederent in publico iudicio.

c ¶ *Et in me, &c.*] Repleri enim vino iniquitatis, qualiter eum interficerent, concinebāt. Stulte enim psallit, qui in Deū molitur insidias. Sciens enim Propheta stultum in aliquibus esse psallere: audi, qualiter doceat quosdam: Psallite, inquit, sapiēter. Vel ebrij erant de vino, quādo operiebant caput eius, & dicebant: *Prophetiza nobis Christe, quis est, qui te percussit?* (Luc. 22 g)

d ¶ *Ego vero orationem meam, &c.*] Non enim vincor his passionibus: quia tecum sum in oratione. Ego vero orationem meam ad te Deus. Iudæis mihi maledicentibus atque dicentibus: *Crucifige, crucifige eum*: ego pro eis orans loquebar: *Pater ignosce eis: non enim sciunt, quid faciunt.* (B; Luc. 23.; Matt. 3. d)

e ¶ *Tempus, &c.*] Tempus placendi, tempus est passionis, in quo pater aiebat: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi cōplacui. Tempus beneplaciti Deus in multitudine misericordiæ tuæ. Omnia enim tempora tua beneplacita sunt: sed præsertim hoc tempus, quo mea passione genus humanum redimis, quodammodo plus beneplacitum facis.

f ¶ *Exaudi me, Domine, in veritate salutis tuæ.*] Vt post vetam mortem, resurrectionis veritas approbetur.

g ¶ *Eripe me de luto, &c.*] Quare iuxta quosdam, ne forsitan lutum carnis, quam suscepit, significet vilitatem. Orat, vt non in luto & puluere sicut omne humanum genus dissoluitur, corrumpatur.

h ¶ *Libera me, &c.*] Aperte hæc de Iudæis, qui eum nunquam dilexerunt, dicit.

i ¶ *Et de profundis aquarum. Non me demergat, &c.*] Hæc passionis tempestas non eum in profunditate abyssi retineat infernalis.

k ¶ *Neque absorbeat, &c.*] In quo dum per mortem descendit, non deuoretur ab eo.

l ¶ *Neque vrgeat super me puteus, &c.*] Aditus inferni, siue diabolus.

m ¶ *Exaudi me Domine, quoniam benigna est misericordia tua, secundum multitudinem miserationum tuarum, &c.*] Hæc secundum infirmitatem humanam postulat dicens: Qui alios mea passione redimis: me præcurrente misericordia contemplare.

n ¶ *Non auertas faciem tuam, &c.*] Vox Christi ad patrem, qui formam serui accepit, vt ait Propheta: *Magnum est tibi vocari puerum meum.* (Esa. 49. b)

o ¶ *Quoniam tribulor velociter exaudi me.*] Vt resumā spiritum, quem tuis manibus commendaui. C

p ¶ *Intende animæ meæ, &c.*] Vt me resurgente ab inferis confundantur, vnde Christus dixit: *Potestatem habeo ponendi animam meam.*

q ¶ *Tu scis improperium meum, &c.*] Quam in assumpta funeo carne. (Ioan. 10.)

r ¶ *In conspectu, &c.*] Tu vides, quales mihi tribulationes inferant, & ostendant illusiones.

s ¶ *Improprium, &c.*] Improperium passionis: & miseriam, id est, contumeliam crucis.

t ¶ *Sustinui, &c.*] Nullus de tanta multitudine iniquorum, aut compassus est doloribus meis, aut extitit consolator.

u ¶ *Dederunt in escam meam fel, & in siti, &c.*] Hoc iam completum esse in Euangelijs legimus: cum sitiente Domino in cruce, acetum cum felle mixtū bibere porrexerunt. Et ex hoc & ex alio testimonio intelligitur, quod ad Christum Psalmus referri debeat. (Matt. 27; Ioan. 19)

x ¶ *Fiat mensa, &c.*] Dicta legis & Prophetarum: ad quam sæpe conuenientes reficiebantur.

y ¶ *In laqueum & in retributiones, &c.*] Vt non intelligant inibi Dominum nunciatum. Nam & Dominus in Euangelijs dixit: *Moyses vos accusat, in quem speratis. De me enim ille scripsit.* (Ioan. 5 e; D)

z ¶ *Obscurentur oculi eorum, ne, &c.*] Diuinitatem sub fragilitate latentem. Vt non videant. Hoc erat, quod precabatur, mensam eorū fieri in laqueum: ne legis scilicet sacramenta cognoscerent.

a ¶ *Et dorsum, &c.*] Vt Romanis seruiant semper. Vel sub onere legis, quod secundum literam ferre potuit nemo.

b ¶ *Effunde super eos iram tuam, & furor iræ tuæ comprehendat eos. Fiat habitatio, &c.*] Hæc omnia in euersione Hierosolymæ, sub Tito & Vespasiano completa sunt. Vel hoc est, quod ait: *Dimittetur vobis domus vestra deserta.* Recedente de Iudæa Christo, omnes pariter cum illo recesserunt virtutes. (Matt. 23 d)

c ¶ *Quoniam, &c.*] De se hæc Christus ad patrem loquitur, sicut in alio Propheta ex persona patris legimus dictum: *Propter peccata populi percussi eum.* Et iterum: *Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis.* Percussus est enim, vt nos resurgeremus: vulneratus est, vt nos sanaret. Sed & sanguis, & aqua, quæ de vulnere lateris eius exijt, martyrij baptismique prætulit typum, per quod itur ad cœlum. (Esa. 53. e; Zach 13. e; Ioan. 19 f)

d ¶ *Et super dolorem, &c.*] Cum vel Ecclesiam, vel Apostolos persecuti sunt.

e ¶ *Appone, &c.*] Sicut enim, quod in me non crediderunt, ad iniquitatem eis est reputatum: ita quod me persecuti sūt, iniquitati huic adijciatur.

f ¶ *Et non intrent.*] Cœlorum cum iustis non capiant regna.

g ¶ *Deleantur de libro, &c.*] Duos hic libros indicat scriptos, viuentium, ac iustorum. Vnde animaduertendum est, quod ille sit viuentium, in quo ante aduentum Dei Prophetæ ac Patriarchæ scripti sunt, de quo Moyses peccante populo ait: *Si non dimittis eis noxam, dele me de libro, quem scripsisti.* Iustorum vero dicit illum, de quo Dominus ad eos, qui per fidem secuti sunt, ait: *Gaudete & exultate: quia nomina vestra* (Exod. 32 g; Luc. 10 d)

E

vestra scripta sunt in cœlo.] Persecutores ergo isti, & à primo libro deleti sunt, & in secundo non sunt scripti.

a ¶ *Ego sum*, &c.] In passione.

b ¶ *Et salus*, &c.] Resurgentem. Hinc iam Propheta loquitur: Ego sum pauper, & dolens. Cum enim esset diues, pro nobis pauper factus est, & compeditos suos non despexit. Possumos hoc versiculo vti si quãdo in laudes martyrum peroramus. Quidam & de animabus hoc intelligi putant, quod clausæ corporibus non despectæ sint à Deo. 2.Cor 8 b

c ¶ *Laudabo nomen* Dei *mei cũ cantico*, &c] Quod vel de diabolo triumphauerit, vel vicerit mundum.

d ¶ *Placebit Deo.*] id est, patri.

e ¶ *Super*, &c.] Qui seipsum obtulit genitori.

f ¶ *Cornua*, &c.] Fortitudinem Ecclesiæ tandem.

g ¶ *Et vngulas.*] Quibus sacrilegia conculcet gentium ac depellat.

h ¶ *Videant*, &c.] Quod humiliata superstitione gentilium, Ecclesiæ Domini extollitur regnum.

i ¶ *Quærite Dominum*, &c.] Quæ nunc mortua est peccatis.

k ¶ *Quoniam exaudiuit*, &c.] Vt eos resuscitaret.

l ¶ *Et vinctos*, &c.] Quia disruptis diaboli nexibus eos regno suo asciuit.

F

m ¶ *Laudent illum cœli & terra: mare & omnia reptilia in eis.*] Ipsi omnia genu flectant, cœlestium, terrestrium, & infernorum.

n ¶ *Quoniam Deus*, &c.] Cœlestem Hierusalem, in qua electos suos pro meritis adunabit in vno corpore illius matris cœlestis.

o ¶ *Et ædificabuntur*, &c.] Animæ sanctorum, quæ per confessionem in templum sanctum tanquam viui lapides deferuntur.

[a] Ego sum pauper & dolens: [b] salus tua Deus suscepit me. [c] Laudabo nomen Dei mei cum cantico: magnificabo eum in laude. [d] Et placebit Deo [e] super vitulum nouellum: [f] cornua producentem, [g] & vngulas. [h] Videant pauperes, & lætẽtur: [i] quærite Deum, & viuet anima vestra. [k] Quoniam exaudiuit pauperes Dominus: [l] & vinctos suos non despexit. [m] Laudẽt illum cœli & terra, mare & omnia reptilia in eis. [n] Quoniam Deus saluam faciet Sion: [o] & ædificabuntur ciuitates Iudæ. [p] Et inhabitabunt ibi, & hæreditate acquirent eam. Et semen seruorum eius possidebit eam: & qui diligunt nomen eius inhabitabunt in ea.

[q] ¶ In finem Psalmus Dauid in rememoratione, eo quod saluum fecit eum Dominus.

PSALMVS. LXIX.

DEus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me festina. [r] Confundantur & reuereantur, qui quærunt animã meam. [t] Auertantur retrorsum & erubescant, qui volunt mihi mala. [u] Auertantur statim erubescentes, qui dicunt mihi euge, euge. [x] Exultent & lætentur in te omnes, qui quærunt te: [y] & dicant semper magnificetur Dominus, [z] qui diligunt salutare tuum. [a] Ego vero egenus & pauper sum: Deus adiuua me. [b] Adiutor meus, & liberator meus es tu: Domine, ne moreris.

c ¶ Psalmus Dauid filiorum Ionadab, & priorum captiuorum.

PSALMVS LXX.

IN te [d] Domine speraui, nõ cõfundar in æternum: [e] & in iustitia tua libera me, & eripe me. Inclina ad me aurem tuam, & salua me. [f] Esto mihi in Deum protectorem, & in locũ munitum, vt saluũ me facias. [g] Quoniã firmamẽtum meum, & refugium meum es tu. [h] Deus meus eripe me de manu peccatoris: & de manu cõtra legẽ agentis, & [i] iniqui. [k] Quoniã tu es patientia mea

G

sum conuersi erubescant: quia quem vt hominem iudicauerunt, iudicare vt Deum cernunt.

u ¶ *Auertantur statim erubescentes*, &c.] Irridentium hæc vox est, quæ ad eos refertur, qui dicebant: Si filius Dei es, descende de cruce. Et iterum: *Confidit in Deum: liberet eum, si vult.* Post impiorũ vero pœnam, ad gloriam conuertitur beatorum. Matt. 27 a

x ¶ *Exultent, & lætentur*, &c.] Qui per lacrymas pœnitentiæ, te qui misericors es, requirunt.

y ¶ *Et dicant, semper magnificetur*, &c.] Accepta indulgẽtia peccatorum.

z ¶ *Qui diligunt salutare tuum*] Diligentes te, eo quod sis omnium vita.

a ¶ *Ego vero*, &c] Christus Dominus se crebro egenum & pauperem vocat, cuius cura in paternæ pietatis amore consistit.

b ¶ *Adiutor meus, & protector*, &c.] Hinc enim passionis tempore discipulo dixit: *Quod facis, fac celerius*: scilicet vt passionem corporis velox resurrectionis adiutorium præueniret. *Qui vulneratus est propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram*: ipse nobis nunc auxilium in tempore tribulationis miseratione solita largiatur, vt cum sanctis eius exultantes, eum magnificare atque extollere valeamus. Amen. Ioan. 13 e Rom 4 d

H

c ¶ *Psalmus Dauid*, &c.] Iste Psalmus vocem continet Prophetæ, de illa redemptoris humilitate corporea conquerentis ac de eius resurrectione gloriosa canentis.

PSALMVS LXX.

IN te Domine, &c.] Orat ergo mediator noster, vt hæc confusio mortis non sit, vt cæterorum omnium diuturna.

p ¶ *Et inhabitabunt*, &c.] Sancti vtique qui in eam transferuntur. Vel semen eorum, id est, qui per eos conuersi sunt. Sed quia titulus Psalmi pro his, qui commutabuntur, inscribitur: oremus Dominum, vt nos à gentilitate conuersos in Iudæ ciuitates ædificet, & à iugo diaboli absolutos, vt soboles diligat proprias: Vt quos redemit per fellis amaritudinẽ, per aceti asperitatem, per crucis supplicia, per clauorum vulnera, per mortis contumeliam, per gloriam resurrectionis: sic custodire dignetur in seculo, vt faciat participes sanctis suis in regno, Amen.

q ¶ *In finem*, &c.] Iste Psalmus ex persona Domini incorporati canitur, deprecantis præsidium patris.

PSALMVS LXIX.

DEus in adiutorium, &c.] Nostrum adiutorium Christus est, qui nunc patris auxilium postulat ad confutandos eos, qui sibi aduersantur.

r ¶ *Confundantur*, &c.] In hoc enim confunduntur, cùm eum, cuius animam auferre voluerunt, resurrexisse cognoscunt.

t ¶ *Auertantur retrorsum, & erubescant, qui volunt*, &c.] Non immutentur in resurrectione cum sanctis, sed retror-

e ¶ Et *in tua iustitia*, &c.] Iustitia enim tua est. vt qui fecerit voluntatem tuam, transeat à morte in vitam: per quam & ego nunc eripi deprecor. Vel aliter. Inclina ad me autem tuam, & salua me. Aures Domini dicuntur, quando exaudire dignatur: quia formam serui accipiens, factus est obediens patri vsque ad mortem: mortem autem crucis. *Propter quod & Deus illum exaltauit, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen.* Phil. 2 b

f ¶ *Esto mihi in Deum*, &c.] Quia absque te neque refugium, neque munitio, neque protectio à quoquam præstari potest. Nunquid Deus localis est? Licet localis sit ad se venientibus, sed non est localis, quia vbique est.

g ¶ *Quia firmamentum*, &c.] Firmamentum, cum æqualis in eo consistit substantia. Refugium, iuxta imbecillitatem corpoream.

h ¶ *Deus meus*, &c.] De potestate populi Iudaici, qui me venturum in lege non intellexit.

i ¶ Et *iniqui.*] Semper malignantis. Non omnes peccatores etiam iniqui. Peccatores sunt transgressores, id est, Iudæi & mali Christiani, qui vetus & nouum Testamentum transgrediuntur. Iniqui qui non credunt, vt Paulus ait: *Qui sine lege peccauerunt, sine lege & peribunt.* Rom. 2 b

k ¶ *Quoniam tu es patientia*, &c.] Quia pro tua patior voluntate.

A Ibid. a ¶ *Spes mea, &c.*] Ab initio ætatis corporeæ. Ideo spes non confunditur, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum qui datus est nobis.

b ¶ *In te confirmatus, &c.*] Legis vtique, ex quo initiaui credere.

c ¶ *De ventre, &c.*] Synagogæ, de qua processi.

d ¶ *Tu es protector meus.*] Domine.

e ¶ *In te, &c.*] A te protegat in passione, & tuum in gentibus nomen concinam.

f ¶ *Tanquam prodigium factus sum multis.*] Dicebant enim illi: Samaritanus es tu, & dæmonium habes. Ioan 8.f

g ¶ *Et tu, &c.*] Dixisti mihi: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui, ipsum audite. Matt. 17.a

h ¶ *Repleatur os meum laude tua, vt cantem, &c.*] Vnus dies est sanctis tuis in hoc mundo, quẽ nulla obscurat nox, in quo & cum quibus, laudem, gloriã, magnificentiamque cõcino tuam: quia ego in his sum. Ego cano tibi. Sed & nunc ipse Dominus aperit os nostrum, vt possimus eius gloriam nunciare, atque laudem eius differere.

i ¶ *Ne proiicias me in tempore, &c.*] In consummatione vtique ætatis istius.

B Ioan. 9.c k ¶ *Quia dixerunt inimici mei mihi.*] Dicentes, *hic non est de Deo, qui sabbatum non custodit.*

l ¶ *Et qui custodiebant animam meam consilium fecerunt, &c.*] Hæc dixerunt impij, & errauerunt: obcæcatum enim est malitia cor eorum. Sed & in ipsa passione quasi derelicto à Deo dicebant: *Sine, veniat Elias, & liberet eum.* Matt. 17.f

m ¶ *Deus ne elongaueris à me, &c.*] Vt alligato forte victor redeam ex inferno.

n ¶ *Confundantur, & deficiant, &c.*] Cum ego resuscitatus fuero.

o ¶ *Ego autem semper sperabo, &c.*] Vt quæ tibi lex offerre præcepit in sacrificiis suis visibilibus, redemptus populus deportet in moribus.

mea Domine: Domine [a] spes meas à iuuentute mea. [b] In te confirmatus sum ex vtero, [c] de ventre matris meæ, [d] tu es protector meus. [e] In te cantatio mea semper, [f] tanquã prodigiũ factus sum multis. [g] & tu adiutor fortis. [h] Repleatur os meum laude, vt cantẽ gloriam tuam: & tota die magnitudinẽ tuã. [i] Ne proiicias me in tempore senectutis: cùm defecerit virtus mea, ne derelinquas me. [k] Quia dixerunt inimici mei mihi: [l] & qui custodiebant animam meam, consilium fecerunt in vnum. Dicentes, Deus dereliquit eum: persequimini, & comprehendite eũ: quia non est, qui eripiat eum. [m] Deus ne elongaueris à me: Deus meus in auxilium meum respice. [n] Confundantur & deficiant detrahentes animæ meæ: operiantur confusione, & pudore qui quærunt mala mihi. [o] Ego autẽ semper sperabo in te: & adiiciam super omnem laudem tuam. [p] Os meum annunciabit iustitiam tuam: tota die salutare tuum. [q] Quoniam non cognoui literaturam, introibo in potentias Domini: [r] Domine memorabor iustitiæ tuæ solius. [s] Deus docuisti me à iuuẽtute mea: & vsque nũc pronunciabo mirabilia tua. Et vsq; in senectam & seniũ Deus ne derelinquas me. [t] Donec annunciẽ brachium tuũ generationi omni, quæ ventura est. Potentiã tuam & iustitiam tuam Deus vsque in altissima: [u] quæ fecisti magnalia, Deus quis similis tibi. [x] Quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas, & cõuersus viuificasti me: [y] & de abyssis terræ iterum reduxisti me. [z] Multiplicasti magnificentiã tuam, & conuersus consolatus es me. [a] Nã & ego confitebor tibi in vasis Psalmi [b] veritatem tuam Deus: psallam tibi in cithara sanctus Israël. [c] Exultabunt labia mea cum cantauero tibi, [d] & anima mea quã redemisti. [e] Sed & lingua mea tota die meditabitur iustitiam tuam: cum confusi & reueriti fuerint, qui quærunt mala mihi.

f ¶ In Salomonem.

PSALMVS LXXI.

DEus iudicium tuum regi da: & iustitiam tuam filio regis. [i] Iudicare populum tuum in iustitia, [k] & pauperes tuos in iudicio. [l] Suscipiãt montes pacem populo, & colles iustitiam-

[a] Iudi.

p ¶ *Os meum annunciabit iustitiam tuam, &c.*] Resurgens enim congregabo Ecclesiam, in qua tuas concinam laudes.

Ioan 17.a q ¶ *Quia non cognoui literaturam, introibo in potentias Domini.*] Cognouit ille negotiationem, qui magistrum vendidit. *Nam ego te clarificaui super terram: opus consummaui, quod dedisti mihi, vt facerem.*

r ¶ *Domine memorabor iustitiæ, &c.*] Paternæ eum iustitiæ memorem Propheta dicit, sicut & ipse in Euangelio ait: *Ego quæ audiui à patre meo, hæc loquor.* Ioan 8.d

s ¶ *Deus docuisti me à iuuentute mea, & vsque nunc pronunciabo mirabilia tua, & vsque, &c.*] Nunquam enim est derelictus à patre, sed semper testimonium perhibuit, quia verax est.

t ¶ *Donec annunciem brachiũ tuum generationi, &c.*] Hæc omnia Christianæ generationi annunciauit: quam suo sanguine acquisiuit, & pro qua passus est, quæ sequuntur. G

u ¶ *Quæ fecisti, &c.*] Qui me misericordi consilio ad redemptionem humanam misisti.

x ¶ *Quantas ostendisti mihi tribulationes, &c.*] Multæ quidem et tribulationes in carnis infirmitate ostensæ sunt ob salutem humani generis, sed omnia viuaciter tolerauit.

y ¶ *Et de, &c.*] Hoc est, de profunditate inferni. Dicant nunc Iudæi, qui hunc Psalmum in solum Dauid canere volunt: quando de profundo abyssi est eductus.

z ¶ *Multiplicasti, &c.*] Cum hi, qui in inferno tenebantur, mecum redierunt.

a ¶ *Nam & ego confitebor tibi, &c.*] Qui de illo vino nouo Euangelicæ & Apostolicæ prædicationis repleti, in Psalmis me intelligunt præconatum.

b ¶ *Veritatem tuam Deus: Psallam, &c.*] In his qui te mente retinent.

c ¶ *Exultabunt labia, &c*] Hæc ad clausulam Psalmi Propheta dicit.

d ¶ *Et anima, &c.*] Ne ei mors secunda dominaretur.

e ¶ *Sed & lingua mea meditabitur, &c.*] Siue vitia, siue potestates aëreæ, quæ mihi iniquas inferunt immissiones. Nos vero deprecemur Dominum, vt repleto laudibus eius ore humano, ea semper meditemur in cordibus, quæ ei placitis vocibus proferamus. H

f ¶ *In Salomonem.*] Et hic Psalmus propriè ad Christum refertur. Salomon quippe pacificus, & pacificus est Christus, & permanet cum Sole, & ante lunam generationis generationum. Si super Salomone iste Psalmus intelligitur, hoc penitus stare non potest. Salomon quippe nec cũ Sole, nec cum Luna permansit. Si vero volumus intelligere de Christo: quærẽdum quomodo Christus nõ habeat finem, cum Sol & luna, & cœlum, & omnia veterascere & transire dicantur. Sed iste septuagesimus primus Psalmus, quod Propheta cecinit: filium Dei in mundum vẽturum ostendit, eumque post assumptæ carnis iniurias, liberatosque pauperes de manu potẽtis, cœlis redditum, à patre omne sumpsisse iudicium. Tale igitur sumit exordium.

PSALMVS LXXI.

DEus g *iudicium, &c.*] Loquitur ergo, vt diximus, Propheta ad patrem, vt iudicium filio donet, non quod eum in vna Deitate subsistentem non habeat, sed vt in corpore venturum ostendat.

h ¶ *Et iustitiam, &c.*] Populo qui in adoptionem filij assumptus, per baptismum in eo renatus est. Nam congrue conuenit, vt populus iustitia viuat, rex autem iudicium quod à patre suscepit, exerceat, quod sequens confirmat versiculus.

i ¶ *Iudicare, &c.*] Quem per passionem ac resurrectionem illius acquisisti.

k ¶ *Et pauperes, &c.*] Vt post præsentes ærumnas, consolationem capiant sempiternam.

l ¶ *Suscipiant, &c.*] Montes collesque duplam habere intelligen-

B ligentiam sæpe monuimus, id est, partis deificæ, & aduersæ. Ergo hi qui seducente aduersario, fauentibus diuitiis, in modum collium montiumque eleuati sunt: subditi nunc Deo, illam pacem iustitiamque suscipiant, quam populus quem superius adoperiuum diximus, tenet, id est, Christum, qui est pax nostra, & iustitia.

s ¶ *Et viuet.*] In sanctis suis, sicut & Paulus dicebat: Iam non viuo ego, viuit autem in me Christus. Gal. 2. d

t ¶ *Et dabitur ei de auro*, &c.] Offerent ei mentis puritatem, tanquam aurum Arabicum splendore pulcherrimo rutilans.

[a] Iudicabit pauperes populi,[b] & saluos faciet filios pauperũ [c] & humiliabit calumniatorẽ.[d] Et permanebit cùm Sole, [e] & ante lunam generationis generationum.[f] Descendet sicut pluuia in vellus,[g] & sicut stillicidia stillantia super terram. [h] Orietur in dieb. eius iustitia & abundantia pacis:[i] donec auferatur luna.[k] Et dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarũ.[l] Coram illo procident Æthiopes: [m] & inimici eius terram lingent. [n] Reges Tharsis & insulæ munera offerent: reges Arabum, & Saba dona adducent. Et adorabunt eum omnes reges terræ: omnes gentes seruient ei.[o] Quia liberabit pauperẽ à potente: [p] & pauperem cui non erat adiutor. Parcet pauperi & inopi, & animas pauperum saluas faciet. [q] Ex vsuris & iniquitate redimet animas eorum: [r] & honorabile nomen eorum corã illo.[s] Et viuet, [t] & dabitur ei de auro Arabiæ,[u] & adorabunt de ipso semper: [x] tota die benedicent ei. [y] Erit firmamentum in terra in [z] summis montium: superextolletur super Libanum fructus eius, [a] & florebunt de ciuitate [b] sicut fœnum terræ. [c] Et erit nomen eius benedictũ in secula: [d] ante solem permanet nomen eius. [e] Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ, omnes gentes magnificabunt eum. [f] Benedictus Dominus Deus Israel: qui facit mirabilia solus.[g] Et benedictum nomen maiestatis eius in æternum, [h] & replebitur maiestate eius omnis terra, fiat, fiat.

[i] ¶ Defecerunt hymni Dauid filij Iesse, Psalmus Asaph.

PSALMVS LXXII.

QVàm bonus Israel Deus, his qui recto sũt corde. [l] Mei autem pene moti sunt pedes: pene effusi sunt gressus mei. Quia zelaui super iniquis, pacem peccatorum videns. a Quia

a ¶ *Iudicabit*, &c.] Vt pro eo pauperes facti, cœlestibus regnis locupletentur.

b ¶ *Et saluos faciet filios pauperum*, &c.] Qui per eos conuersi sunt.

c ¶ *Et humiliabit*, &c.] Largito iustis præmio, humiliat diabolum, qui nunc eis calumniator existit.

d ¶ *Et permanebit*, &c.] Cum claritate paterna. Nam huic soli aptari ista non possunt: quia cum hoc mundo dissoluetur.

e ¶ *Et ante*, &c.] Prior enim stabit ante omnem congregationem Ecclesiæ, manebitque in sempiternum.

Iud. 6. g f ¶ *Et descendet*, &c.] Sicut enim in vellus Gedeonis pluuia descendens cum terra arida defecit: ita & hic illapsus est in vterum virginalem per infusionem Spiritus sancti.

g ¶ *Et sicut stillicidia*, &c.] Arida enim terra humani corporis cùm aduenit, nec vllum fructũ exhibere poterat sanctitatis: sed ipse eam prædicationis suæ stillicidiis fœcundatam, fructibus repleuit æternis.

F h ¶ *Orietur in diebus eius iustitia*, &c.] Quod in diebus Augusti Cæsaris est impletum, cum Dominus de thalamo virginali processit. Nam ita his diebus omnia bella quieuerunt, vt etiã illud impleretur, quod alius Propheta cecinit, dicens: *Conuerterunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces.* Dies autem eius sunt, cum concipitur, cùm nascitur, cùm nutritur. Dies eius sunt, cùm opera patris operatur, cùm patitur, cùm ad inferna descendit, cùm resurgit, cùm se discipulis præbet, cùm cœlos ascendit. Esa. 2. a

i ¶ *Donec*, &c.] Eleuetur Ecclesia.

k ¶ *Et dominabitur à mari vsque*. &c.] Totum hunc mundum sua passione acquisitum atque subiectum Christo Domino Propheta testatur.

l ¶ *Coram illo*, &c.] Peccatis tenebrosi.

Esa. 49. g m ¶ *Et inimici*, &c.] Iuxta illud: *Te adorabunt, & puluerem pedum tuorum lingent.*

n ¶ *Reges Tharsis, & Insulæ*, &c.] Omne hic mundiale imperium, honores & ordines, ad Christum Dominum accedere, eique colla submittere, bonorumque morum dona deferre, Propheta pronunciat, quod ex magorum muneribus intelligimus inchoatum. Ipsi enim gentium regumque typum tenuisse monstrantur.

o ¶ *Quia liberauit pauperem*, &c.] populum fidelem à potestate diaboli.

p ¶ *Et pauperem cui non erat adiutor. Parcet pauperi*, &c.] Qui abiectis mundi diuitiis pœnitentiam egerint, parcetur his, & saluabuntur.

q ¶ *Ex vsuris*, &c.] Ne de pereuntibus vsuris in terra constituant thesauros: sed in cœlo collocent sacculos, qui non veterascant. Sed & vsuræ peccata sunt, cùm malitia à Satana accepta multiplicatur.

r ¶ *Et honorabile*, &c.] Coram Deo patre.

u ¶ *Et adorabũt de ipso semper.*] Eo quod ab iniquitatibus liberati sunt.

x ¶ *Tota die benedicent ei.*] In vno Ecclesiæ corpore congregati.

y ¶ *Et erit firmamentum in terra.*] Magnum enim terræ labẽti attulit eius aduentus, passio ac resurrectio firmamentum.

z ¶ *In summis montium*, &c.] Super omnes enim altitudines seculi, eleuata est gratia baptismi, per quam peccata tolluntur.

a ¶ *Et florebunt*, &c.] Id est, de cœlesti Hierusalem.

b ¶ *Sicut fœnum*, &c.] Fœnum duplam habet rationem: Est fœnum, quod arescens decidit, & est fœnum floridum & viridi coma perdurans, de quo ornantur coronæ sanctorum. Sãcti ergo per baptismum renati florebũt de cœlesti Hierusalem bonorum operum ornamento splendidi. *Sicut fœnum terræ.* Non illius terræ maledictioni subditæ: sed illius melle ac lacte manantis.

c ¶ *Et erit nomen eius benedictũ in secula*, &c.] Ab his quos sibi transtulit perpetualiter benedicetur. 11

d ¶ *Ante Solem permanet nomẽ eius*, &c.] Potestas scilicet nominis eius: Iuxta illud: *Ante luciferum genui te.*

e ¶ *Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ: omnes gentes*, &c.] Hoc enim Euangelista commemorat, Domino sic dicente: *Prædicabitur hoc Euangelium in vniuerso mundo.* Sed & omnes gentes venient, & adorabunt coram te Domine. Psal. 109. a Matt. 24. b

f ¶ *Benedictus Dominus*, &c.] Fecit enim in veteri Testamento, facit & in nouo: cùm dignanter vocat ea, quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt.

g ¶ *Et benedictum nomen*, &c.] Iuxta illud: Et erit credentibus in me nomen nouum, quod benedicetur in terris, id est, Christianum. Ioan. 7. f Ioan. 2. g

h ¶ *Et replebitur*, &c.] Cum effuderit Spiritum sanctum super omnem carnem: quod iam in Actibus Apostolicis legimus fuisse completum. Qui & nunc in nobis paracletum, id est, cõsolatorem dignetur infundere, vt intelligere possimus eum pro redemptione nostra corpus assumpsisse terrenum, suscepisse mortem, penetrasse inferos, & redisse victorem ad cœlos. Ioan. 2. e Actor. 2. e

i ¶ *Defecerunt*, &c.] Sciendum quod septuagesimus primus Psalmus secundi libri finis sit: vnde & in extremo habet, fiat, fiat, pro quo nos in superioribus demonstrauimus, Amen amen in Hebræo dici. Etiam hoc diligentius obseruandum, quod defecerunt hymni Dauid filij Iesse, ad finem septuagesimi primi Psalmi pertineat: id vero quod sequitur, Psalmus Asaph, initium sit sequentis.

PSALMVS LXXII.

QVam bonus, &c.] Bonus enim est his, qui eum visuri sunt, sicut Dominus inquit: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.*

l ¶ *Mei autem pene moti*, &c.] Stabilitas sanctitatis eius

E a ¶ *Vt annuntiem omnes prædicationes tuas in, &c.*] Per contemplationem enim spei, quam in Deum habet, spectat se induci in cœlestis Hierusalem portis, ad capescendam futuram beatitudinem cum electis eius. In quorum nos consortium, non meritorum inspector, sed veniæ largitor admittat Christus Dominus, Amen.

[a] Vt annuntiem omnes prædicationes tuas in portis filiæ Sion.

b ¶ Intellectus Asaph.

PSALMVS LXXIII.

VT [c] quid Deus repulisti in finē, iratus est furor tuus super oues pascuæ tuæ. [d] Memor esto congregationis tuæ, quam possedisti ab initio. [e] Redemisti virgam hæreditatis tuæ: [f] Mōs Siō in quo habitasti in eo. [g] Leua manus tuas in superbias eorū in finem: [h] quanta malignatus est inimicus in sancto. [i] Et gloriati sūt qui oderunt te, in medio solennitatis tuæ. Posuerūt signa sua signa, & nō cognouerūt, sicut in exitu super summum. Quasi in sylua lignorum securib. exciderunt ianuas eius in idipsū, in securi & ascia deiecerunt eam. [k] Incenderūt igni sanctuarium tuum, in terra polluerūt tabernaculum nominis tui. Dixerunt in corde suo cognatio eorum simul: quiescere faciamus omnes dies festos Dei à terra. Signa nostra nō vidimus: iam non est propheta, & nos non cognoscet amplius. Vsquequo Deus improperabit inimicus: irritat aduersarius nomen tuū in finē? [l] Vt quid auertis manum tuam & dexterā tuam: de medio sinu tuo in finē. [m] Deus autē rex noster ante sæcula: [n] operatus est salutem in medio terræ, [o] Tu confirmasti in virtute tua mare: tu contribulasti capita draconū in aquis. [p] Tu confregisti capita draconis: [q] dedisti eum escam populis Æthiopū. [r] Tu dirupisti fontes & torrentes: tu siccasti fluuios Ethan. [s] Tuus est dies, & tua est nox: [t] tu fabricatus es auroram [u] & solem. [x] Tu fecisti omnes terminos terræ: [y] æstatem & ver, tu plasmasti ea. [z] Memor esto huius: inimicus improperauit domino, & populus insipiens incitauit nomen tuū. [a] Ne tradas bestiis animas cōfitentes tibi, & [b] animas pauperū tuorū ne obliuiscaris in finem. [c] Respice in testamentū tuum: quia repleti sunt qui obscurati sunt terræ domibus iniquitatum. [d] Ne auertatur humilis factus confusus: pauper & inops

b ¶ *Intellectus Asaph.*] Ideo intellectus in titulo prænotatur, quia duplex captiuitas sequitur, carnalis videlicet, & spiritualis.

PSALMVS LXXIII.

VT c *quid Deus, &c.*] Immensum dominicæ pietatis donum est, qui sic repellit, vt reuocet, irascitur, vt emendet.

d ¶ *Memor esto, &c.*] Ecclesiasticæ vtique congregationis, quam patriarcharum siue prophetarum, vel vocationibus, vel sacrificiis figurasti.

e ¶ *Redemisti, &c.*] Virga hæreditatis Dei Christus est, sicut Hieremiæ videnti vigilantem virgā dicitur: Bene vides, quia vigilo ego super populū meū. Et iterum: *Egredietur virga de* Hier.1.a. *radice Iesse, flos de radice eius ascendet*, & ipsum gentes de- Esa.11.a. precabuntur. Hæc ergo virga liberata est à persequentibus inimicis.

F f ¶ *Mons Sion, &c.*] Siue in assumpto corpore, siue in ecclesia. Vtrumque enim ad montē pertinet sanctum.

g ¶ *Leua manus tuas &c.*] Qui ecclesiam tuā impugnare conantur.

h ¶ *Quanta malignatus est &c.*] Vt hos malis consiliis homines persecutores eorum efficeret.

i ¶ *Et gloriati sunt &c.*] Instinctu enim diaboli gloriantur, cùm in odiū Dei sanctos martyres pœnis affligunt.

k ¶ *Incenderunt, &c.*] Facta sunt quidem hæc secundum historiā, vel cum Nabuchodo- 4.Reg.25.c. nosor eos abduxit in Babyloniam, vel cum Titus Vespasianusq; succensa ciuitate cum templo, multitudine gladio prostrata, reliquum vulgus captiuum abduxit. Sed & modo cauendum est, ne quod tunc contigit Hierosolymæ, Christianæ nunc eueniat plebi, sicut superius isto versiculo, quē præteriuimus quomodo dixit: Posuerunt signa sua, & signa nō cognouerunt, sicut in exitu desuper. Sic Babylonij in arrogantiam victoriæ tumore sublati, in templo tuo signa sua posuerunt, quomodo solent super portarum fornices de hostibus trophæa constitui. Quod Symmachus planius interpretatus est, dicens: Posuerunt signa sua manifestè in edito in introitu portarū. Ergo habeat vnusquisq; nostrū in corde suo vexillū crucis, non aduersarij signum, ne eius securi succidaturà gratia, sed falce euangelica purgetur ad gloriā. Non succēdatur in cōcupiscentiis, sed accendatur à spiritualib. sacramentis. Non polluatur vitiis, sed virtutib. repleatur. Nec existimet Deum aliquid non posse cognoscere, sed confiteatur nihil oculis eius abscondi. Postremo non præbeat cōsensum in improperiis diaboli, sed glorificet nomen Dei sui.

G l ¶ *Vt quid auertis manum tuam, &c.*] Sinus Dei est sanctuarium eius, sicut per alium ait prophetam. Sicut enim pastor gregem suum fouet, & fœtus in sinu portat: sic Dominus plebem suam vegetat. Tunc ergo ab hoc sinu vel in- Esa.40.c. spectionem, vel potentiam suam auertit, cùm peccauerimus in eum.

m ¶ *Deus, &c.*] Sicut per Salomonem ex sapientia, quæ est Eccl 24 b Christus, dicit: *Condidit me in initio viarum suarū, ante sæcula fundauit me.*

n ¶ *Operatus, &c.*] Siue in Iudæa, quæ medium terræ dicitur, siue in vtero virginali.

o ¶ *Tu confirmasti, &c.*] Sæculum vel quæ in eo sunt.

p ¶ *Tu confregisti, &c.*] Potentiam dæmoniorum in baptismo subiecisti. *Tu confregisti capita draconis in aquis*, id est, diaboli.

q ¶ *Et dedisti, &c.*] Vt versa vice ab his deuoraretur, siue cōminueretur per signū crucis. quos prius deuorauerat in persuasionibus vanis.

r ¶ *Tu dirupisti, &c.*] Apostolos, vel reliquos prædicatores.

s ¶ *Tuus est dies, &c.*] Claritas euangelij, vel obscuritas legis; quia te vtraque pronuntiant.

t ¶ *Tu fecisti, &c.*] Hominem illum, per quē sedētes in tenebris, lucem viderunt magnam. H

v ¶ *Et lunam.*] Ecclesiam, quæ in obscuritatibus sæculi lucet.

x ¶ *Tu fecisti, &c.*] Iussu enim tuo cuncta creata sunt.

y ¶ *Aestatem & ver tu plasmasti ea.*] Quanquam & tempora anni & omnia elementa mundi Deus fecerit, tamen secundum allegoriam ver dicimus, cum iusti in hoc sæculo bonis operibus florent. Æstatem, cum fructum laboris sui percipiunt.

z ¶ *Memor esto huius, inimicus, &c.*] Stant tui martyres in agone, improperat diabolus, exacerbat gentilis populus. Tu Domine memor esto eorum, qui ob amorem nominis tui talia patiuntur.

a ¶ *Ne tradas bestijs animas, &c.*] O diabole, ô ministri diaboli, qui non vultis corpora deuorare, sed animas. Tunc enim anima deuoratur ore bestiæ, cùm conniuentiam præbet diabolicæ voluntati.

b ¶ *Animas pauperum tuorum, &c.*] Et si ad horam subduntur tribulationibus, non pereant, sed probati manifesti fiant.

c ¶ *Respice in testamentum tuum: quia repleti sunt, qui obscurati sunt terræ, &c.*] Dumi interpretantur spinæ. Hi ergo qui obscurauerunt persecutionibus suis terram tuam, repleti sunt sentibus iniquitatis. Tu verò Domine, qui per testamentum tuum, siue vetus siue nouum (quia vtrumque à te processit, & quasi vnum habetur) promisit protegere tuos, succisis nunc spinis erue nos.

d ¶ *Ne auertatur, &c.*] Non obliuiscatur à te, qui in tribulationibus multis atteritur.

e ¶ *Pauper & inops laudabunt nomen tuum.*] Cùm promissa tua perceperint.

A a ¶ *Exurge Deus, &c.*] Pro his improperiis, quæ tu vel sustinuisti pro nobis, vel nunc ecclesia sustinet.

b ¶ *Memor esto, &c.*] Vt in iudicio confundantur.

c ¶ *Ne obliuiscaris voces inimicorum, &c.*] Qui te vtique præsentibus pressuris inuocant, consolentur à te.

d ¶ *Superbia, &c.*] Nisi enim eorũ superbia ascendat, hi non humiliantur. Sic enim & Dñs in Apocalypsi dicit: (Apoc 22.) *Impius impie agat, & iniquus amplius faciat iniquitatẽ.* Ecce ego venio citò, & merces mea mecum. Nos quoque supplices deprecamur, domine, vt ereptos nos ab spinis iniquitatum, à superbiæ ruinosæ coturno, post mũdi contemptum attollere digneris in cœlum.

e ¶ *In finem, &c.*] Asaph interpretatur synagoga. In Hebræo non habet in finem, sed habet victoriam. Et LXX. interpretes non valde errauerunt, si quidem victoria perfecta est. Benè dixit, in finem ne corrumpas. Hoc verbum moltis modis interpretatur. Dicit & Dauid ad aliquem de amicis suis: ne corrumpas eum, hoc est, Saul. Videte quid dicat. Et in alio loco legimus: quoniam benedixit Dauid Dominum, quia custoditæ sunt manus eius, id est, ne interficiat Saul. Et nos ergo, quando non interficimus aliquem, custodiuntur manus B nostræ. Alij dicunt quoniam iste psalmus à Dauid compositus est, & ab Asaph cantatus est. Alij autem quoniam ipse Asaph & composuit & cantauit. Ergo secundum LXX. hoc dicit O Domine, qui me custodisti vt non mitterem manum meam super Christum tuum Saul, vsque ad finem custodi me.

inops laudabunt nomen tuũ. [a] Exurge Deus, iudica causam tuam: [b] memor esto improperiorum tuorum: eorum quæ ab insipiente sunt tota die. [c] Ne obliuiscaris voces inimicorum tuorum: [d] superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper.

e ¶ In finem ne corrumpas, psalmus cantici Asaph.

PSALMVS LXXIV.

Confitebimur tibi Deus confitebimur, [g] & innocabimus nomen tuũ. [h] Narrabimus mirabilia tua: cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea: ego confirmaui columnas eius. Dixi iniquis, nolite inique agere, & delinquentibus, nolite exaltare cornu. Nolite extollere in altum cornu vestrum, nolite loqui aduersus Deum iniquitatem. Quia neque ab oriente, neque ab occidente, neque à desertis montibus: quoniam Deus iudex est. Hunc humiliat, & hunc exaltat: quia calix in manu Domini vini meri plenus mixto. Et inclinauit ex hoc in hoc, veruntamen fex eius non est exinanita: bibent omnes peccatores terræ. Ego autem annuntiabo in sæculum: cantabo Deo Iacob. Et omnia cornua peccatorum confringam, & exaltabuntur cornua iusti.

k ¶ In finem in carminibus psalmus Asaph, canticum ad Assyrios.

PSALMVS LXXV.

Notus [l] in Iudæa Deus: in Israel magnum nomen eius. [m] Et factus est in pace locus eius: [n] & habitatio eius in Sion. [o] Ibi confregit potentias arcuum: [p] scutum, gladium & bellum. [q] Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis: [r] turbati sunt omnes insipientes corde.

PSALMVS LXXIV.

Confitebimur, &c.] Hic confitebimur non pœnitentiam significat, sed gloriam.

(Ioan 17. a) g ¶ *Et inuocabimus, &c.*] Nomen Dei, pater est: Antea enim ignorabatur. Dicit enim Dominus: *Pater, reuelaui nomen tuum hominibus.* Omnis enim filius nomen est patris.

h ¶ *Narrabimus, &c.*] Hoc dicit ecclesia, hoc dicit multitudo credentium. Narrabimus mirabilia tua. Iste versus cum prioribus iungitur: iste autem qui sequitur, ex persona Domini dicitur. Sic enim interpretati sunt veteres.

i ¶ *Cum accepero tempus, &c.*] Nunc enim non est iudex, sed erit. Si enim esset nunc iudex, peccatores non erigerentur, & in sæculo non obtinerent diuitias. Hoc vos scandalizat: quoniam iusti fugiunt, & peccatores persequuntur? Hoc vos scandalizat, quoniam iniquitas regnat in mũdo? Audite Dominum dicentem: Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Tempus enim iudicij reseruatum est. In præsenti non est iudicium, sed certamen. Non enim iudicat pater quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Audiens autem hoc, ne scandalizeris, & dicas: quia maior est ille qui accipit (Ioan. 5. b) ab eo qui dat: sed vide quid dicat in euangelio: *Neque enim iudicat pater quenquam, sed omne iudicium dedit filio: quoniam filius hominis est.* Reddit causam quare accepit iudicium: quoniam filius hominis est. Audis filium hominis, & dubitas quare accepit?

a ¶ *In finẽ in carminib. psalmus Asaph, cantici ad Assyrios.*]

PSALMVS LXXV.

C *Notus l in Iudæa Deus, &c.*] Antequam illuminaret crux mundum, & antequam videretur Dominus in terra, notus erat in Iudæa Deus: in Israel autem magnum nomen eius. Quando autem venit Saluator, in omnem terram exiit sonus eius, & in fines orbis terræ verba eius. (Psal. 18.)

m ¶ *Et factus, &c.*] Quod Hebraicè dicitur in Salem שלם. Videtur ergo secundum literam dicere Hierusalem, quæ ante vocabatur Salem, & postea Iebus, & deinde dicta est Hierusalẽ, in qua fuit rex Melchisedech. (Psal. 109.) Legimus: *Tu es sacerdos in æternum, secundũ ordinem Melchisedech.* Non dixit secundum ordinem Aaron, sed Melchisedech. Quid voluit dicere: tu es sacerdos in æternũ, secundum ordinem Melchisedech? Manifestum est quod in illo loco de Christo dicitur. Sed quid ait: secundum ordinem Melchisedech? Aaron victimas obtulit, Aaron hostiarum sanguinem fudit. (Gen. 14. d) Melchisedech nihil horum fecit, sed tantummodo panem & vinum obtulit. Hoc ergo fecit Melchisedech, & propterea dicitur, secundum ordinem Melchisedech. In Hebraico habet: Et factum est in Salem vmbraculũ eius. Videte quid dicat secundum Tropologiã, non est vmbraculum Domini, nisi vbi pax est. D Vbi zelus atque discordia, ibi non est protector Deus. Dicamus & secũdum LXX. Locus Dei non est, nisi in anima quæ pacem habet. (Ioan. 14. d) Quæ ergo anima non habet pacem, sciat se non esse locum Dei. Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Hæc est Saluatoris hæreditas.

n ¶ *Et habitatio, &c.*] Secundum literam possumus dicere Hierusalem & Sion, quoniam ibi fuit templum. Secundum Tropologiam vero, & Anagogen dicimus: quia in Sion habitatio Dei sit. Sion interpretatur specula. In quacunque ergo anima notitia scripturarum est atque doctrina, ibi inhabitat Deus.

o ¶ *Ibi, &c.*] Vbi? In Hierusalem & Sion. Hierusalem interpretatur pax: Sion specula. Videamus ergo quæ sit pax, & quid sit specula. Dupliciter interpretemur: Aut humana anima, in qua sit pax Dei, & contemplatio, aut certe ecclesia, aut certe scriptura sancta. Ibi enim pax est, & ibi habitatio, & specula Dei. Ibi confregit fortitudines arcuum: Illas sagittas ardentes quas mittebat diabolus.

p ¶ *Scutum, gladium, &c.*] Bellum illud, de quo dicitur in alio loco: Dissipa gentes quæ bella volunt. Et quid sequitur? (Psal. 67. a) Sela, quod interpretantur LXX. diapsalma, & Hebraice dicitur, semper. Videte ergo quia semper confringit Dominus scutum, & gladium, & bellum.

q ¶ *Illuminans, &c.*] Dupliciter interpretamur montes. In veteri testamento prophetas: in nouo testamento apostolos. De istis montibus dicit: *Leuaui oculos meos in montes,* (Psal. 120. a) *vnde veniet auxilium meum.* In istis montibus & ciuitas Dei (Mat. 5. b) posita est. *Non potest ciuitas abscondi super montem posita.* Nos omnes sedebamus in tenebris & in vmbra mortis: & illuxit nobis Dominus de montibus æternis, hoc est, de prophetis & apostolis.

r ¶ *Conturbati sunt omnes, &c.*] Hunc versum de infidelibus possumus dicere.

a ¶ Dor-

E a ¶ *Dormierunt somnum*, &c.] Verè hæc vita somnus est & diuitiæ. Quando enim videmur eas tenere, statim amittimus, sicut illud quod scriptum est in propheta. Esa. 29 c Sicut cum aliquis dormit sitiens, si inuenerit aquam, bibit: postea cùm vigilauerit, ipsa sitis manet: ita sunt & diuitiæ in hoc mũdo: dum tenemus, amittimus.

b ¶ *Dormitauerunt*, &c.] Secundum Tropologiam dicamus. Denique Pharao ascendit equos, & dormitauit & periit. Ægyptij habebant equos, sed perierunt. Inde & præceptum Deut. 17 d est in lege, vt non Hebræus habeat equos. 3. Reg. 10 d Denique Salomon non habebat equum de Hierusalem aut de Iudæa, sed emebat sibi de Ægypto. Psal. 19 b Semper equi in Ægypto venduntur. *Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine Domini Dei nostri inuocabimus*. Isti ergo qui ascenderunt equos, dormitauerunt ac perierunt. Habet & dominus noster equos, habet & montes lucidos. Econtrario & diabolus habet montes tenebrosos. Sicut ergo sunt montes lucidi & montes tenebrosi: ita sunt & equi boni & equi mali. Diximus de equis malis, dicamus & de equis bonis. 4. Reg. 6 b Illo tempore quando Eliseum venerunt, vt illum comprehenderent, exiit puer & vidit exercitum in circuitu Assyriorum, & dixit Eliseus: *Nolite timere, quoniam plures nobiscum sunt quàm cum illis*. Et ibi scriptum est: *Domine aperi oculos pueri tui vt videat. Et apertis oculis vidit puer currus & equos*. Hi erant auxiliatores. F Videte ergo quid dicat currus & equos. Nemo hominum erat super ipsos, sed erant soli currus & equi. Hoc est quod vult dicere. Multitudo angelorum ipsi & currus erant, ipsi & equi: ascensor autem erat dominus. Propterea dicit in Abac. 3 b cantico Habacuc: *Et equitatio tua salus*. Hoc ad Deum dicitur. O si nos essemus equi Dei, & super nos dignaretur Deus ascendere. Illi ergo contrarij equi dormitauerunt, & ascensores eorum.

a Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt oés viri diuitiarum in manib. suis. Ab increpatione tua Deus Iacob: b dormitauerunt qui ascenderunt equos. Tu terribilis es, & quis resistet tibi, c ex tũc ira tua. d De cœlo auditum fecisti iudiciũ: e terra tremuit & quieuit. Cùm exurgeret in iudicium Deus, vt saluos faceret omnes mansuetos terræ. f Quoniam cogitatio hominis cõfitebitur tibi, & reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi. Vouete & reddite dño Deo vestro, omnes qui in circuitu eius affertis munera. g Terribili, & ei h qui aufert spiritum principum, terribili apud reges terræ.

¶ i In finem pro Idithun, psalmus Asaph.

PSALMVS LXXVI.

VOce k mea ad Dominum clamaui, voce mea ad Deum, & intendit mihi. In die tribulationis meæ Deum exquisiui: l manibus meis nocte contra eum, & non sum deceptus.

c ¶ *Ex tunc ira tua*.] Ex quo tempore ira Dei? Quando populus clamabat ad Aaron in eremo dicens: Exod. 32 a *Fac nobis Deos quos sequamur*. Hic enim Moyses qui eduxit nos de terra Ægypti, nescimus quid ei acciderit. Eduxisti eos de terra Ægypti, & continuo te negauerunt.

d ¶ *De cælo auditum*, &c.] Locutus es de cœlo, audiuit omnis populus, & contremuit, & tamen in te non crediderunt.

e ¶ *Terra*, &c.] Israël autem nec timuit nec quieuit.

Psal. 18 d f ¶ *Quoniam*, &c.] Hoc est quod dicitur in alio loco: *Ab occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo*. Alienis à te quos submittit diabolus Et quid sequitur? *Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero*. Si me non vicerint malæ cogitationes, tunc ero mundus in conspectu tuo. Et quod statim sequitur: *Et emundabor à delicto maximo*. Vide quid dicat. Si me cogitatio non vicerit, & ad opus non perduxerit, à magno peccato liberatus sum. Iob. 14 a Sap. 7 & 25 b *Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi*. Nullus est enim mundus in conspectu Dei, ne si vnius quidem diei fuerit vita eius. *Astra non sunt munda in conspectu Dei, & aduersus angelos suos peruersum quid excogitauit*. Hoc totum quare? Quoniam si astra non sunt munda, si in angelis peruersum inuenitur: quanto magis in cogitatione hominum? Vbi sunt illi qui dicunt: recede à me quia mundus sum? Quotidie quid patimur: quid sit in cogitationib. nostris, nouimus, & erubescimus dicere. Multi sunt qui opera mala non fecerunt: alij sunt qui nec locuti sunt: cæterum qui in cogitatione non peccauerit, nullus hominum reperitur. Propterea nunc dicit: *Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi*.

g ¶ *Terribili*.] Cui? Deo.

h ¶ *Et ei*, &c.] Quando videmus aliquos potentes, verbi causa, imperatores, præfectos, & in sæculo isto nimium potentes, dicamus & nos ad Deum: Qui aufert spiritum principum. G Spiritum possumus & de anima dicere, possumus & de superbia dicere. Intelligamus & aliter: qui aufert spiritũ principum. Principes hic intelligimus sanctos. Ac si dicat: Princeps fuit Salomon, principes fuerunt cæteri sancti, princeps fuit etiam & apostolus Iudas: & quoniam peccauerunt, Deus tulit ab eis Spiritum sanctum. Nemo ergo dicat: ego episcopus sum, ego presbyter sum, aut diaconus, aut monachus: ego princeps sũ in isto sæculo: potens est Deus tollere spiritum principũ. Denique vt sciatis, quia tollit Deus spiritum: recessit spiritus Dei à Saol bonus, & suffocabat eum 1. Reg. 16 b spiritus malignus. Sequitur: *Et suffocabat eum spiritus Dei malus*: ergo malum habet spiritũ Deus? Nequaquam, sed ideo recesserat spiritus Dei, vt postea suffocaret eum spiritus malus. Propterea spiritus Dei dicitur malus. Denique sanctus Dauid sciens quia spiritus tolleret principum, rogat Deum & dicit: Psal. 50 *Spiritum tuum sanctum ne auferas à me Terribili apud reges terræ*. Et secundum literam intelligitur. Rom. 6 b Cæterum præstet Deus nobis, vt reges terræ simus. Prou. 21 a Reges terræ, vt imperemus carni nostræ. Vnde dicit & Apostolus: *Non regnet peccatum in mortali vestro corpore*. Et in alio loco scriptum est: *Cor regis in manu Dei*. Iuliani persecutoris cor in manu Dei fuit. Saul cor in manu Dei fuit. Manasse cor in manu Dei fuit. Achab cor in manu Dei fuit, & omnium impiorum regum Iuda corda in manu H Domini fuerunt. Videtis quoniam secundum literam stare non potest. Reges ergo sancti sunt, & illorum cor in manu Domini est. Et nos ergo petamus Deum, vt reges simus, vt imperemus carni nostræ, vt subiecta sit nobis. 1. Cor. 9 d Vnde dicit Apostolus: Ideo *castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte aliis prædicans, ipse reprobus efficiar*. Imperet anima nostra, seruiat corpus, & statim veniet Christus, & habitabit in nobis. Apoc. 3 d Deniq; quid dicit ipse in euangelio? *Veniã, inquit, & stabo ante ostiũ, & pulsabo: & si quis mihi aperuerit, intrabo & cœnabo cum eo*. Quotidie stat ante ostium pectoris nostri Christus, intrare desiderat. Aperiamus ei, ingredietur in nos, & hospes noster erit & conuiua, hoc est, & nobiscum comedet: cui est gloria in sæcula sæculorum, Amen.

i ¶ *In finem*, &c.] In Hebræo per Idithun, vt significet non pro eo, sed per eum psalmum fuisse cantatum. Quod autem sequitur, Asaph psalmus, in veteribus exemplaribus non habetur.

PSALMVS LXXVI.

V*Oce k mea*, &c.] Videte quomodo in tribulatione est, & Dominum & Deum deprecatur, & tamen vnus Deus est. Voce mea ad Dominum clamaui. Clamor eo tempore necessarius est, quando longe est ille qui clamat. Ergo iste quod dicit, hoc est, quoniam propter peccata mea longe sum à te: propterea clamo vt me exaudias. *Voce mea ad Dominum & intendit mihi*. Psal. 119 Ipsum est quod dicit & in alio loco: Ad Dominum, cum tribularer, clamaui, & exaudiuit me. *In die tribulationis meæ Deum exquisiui*. Difficilẽ rem dicit: Nos quando tribulamur, in terram deiicimur: nihil aliud nisi de tribulatione cogitamus. Iste vero in tribulatione commonetur, vt Deum deprecetur. Ac si apertè dicat: Filium perdidi, incensa est domus mea, ad mendicitatem veni: non quæro illud quod perdidi, sed dominum quæro. Matt. 6 d Si enim istum inuenero, in isto inuenio omnia. *Quærite primum regnum Dei, & hæc omnia apponentur vobis*.

l ¶ *Manibus meis nocte contra eum, & non sum deceptus*.] In

A Hebræo aliter habet: Manus mea nocte extenditur, & non quiescit. *Manibus meis nocte contra eum.* Subauditur clamaui. Videte ergo quod & opera nostra nobis tacentibus clamant ad Dominum: propterea dicitur: *Factum est verbū Dñi in manu Aggei prophetæ.* Aggæi 1.a Non ei fit in ore, hoc est, in sermone: sed in manu, hoc est, in opere. *Manibus meis nocte*, hoc est, clamaui, manibus clamaui: Propterea dicitur & ad Moysen: *Quid clamas ad me?* Exod 14.d Et certe non est scriptū ibi quia clamaret Moyses ad Deum: sed quoniam cor ipsius clamabat: Abba pater. Inde est quod dicitur in Hieremia: *Non siluit pupilla oculi mei.* Threni 2.f Videte ergo quod & pupilla oculi nostri non tacet, sed quotiescunque lacrymas proferimus, totiens clamamus ad Deum: *Manibus meis nocte contra Deum.* Psal 133.a Id est, quod dicitur: In noctibus extollite manus vestras in sancta, & benedicite Domino. In nocte istius sæculi, & in tenebris, cum alij ad vitia properarent, ego opera mea ad te solum leuabam. *Et non sum deceptus*: Quoniam sic clamaui & opere clamaui. Non sum deceptus. Dupliciter intelligitur. Aut consecutus sum quod volebā: aut certè non sum deceptus ab insidiis diaboli, qui me circūuenire cupiebat. In Hebræo autem scriptū est: Manus mea in nocte extenditur, & non quiescit. Semper extenditur manus virtutibus, nonnunquam peccatis contrahitur.

ceptus. [a] Renuit cōsolari anima mea: [b] memor fui Dei, & delectatus sum: [c] & exercitatus sum, & defecit spiritus meus. [d] Anticipauerūt vigilias oculi mei: [f] turbatus sum, & non sum locutus. [f] Cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mente habui. [g] Et meditatus sum nocte cum corde meo: exercitabar, & scopebam spiritum meum. [h] Nunquid in æternum proiiciet Deus: [i] & nō apponet vt complacitior sit adhuc? Aut in finē misericordiam suam abscindet: à generatione in generationē: Aut obliuiscetur misereri Deus: [k] aut cōtinebit in ira sua misericordias suas? [l] Et dixi, nūc cœpi. [m] hęc mutatio dexteræ excelsi. [n] Memor fui operum Domini: [o] quia memor ero ab initio mirabilium tuorum. Et meditabor in omnib. operibus tuis, & in adinuētionib. tuis exercebor. [p] Deus in sancto via tua: [q] quis Deus magnus sicut Deus noster, [r] tu es Deus qui facis mirabilia. [f] Notā fecisti in populis virtutem tuam: [t] redemisti in brachio tuo populum tuū: [u] filios Iacob & Ioseph. [x] Viderūt te aquæ Deus: viderunt te aquæ, & timuerūt: [y] & turbatæ sunt abyssi. [z] Multitudo

B a ¶ *Renuit*, &c.] Quantum in peccatis meis est, spe me nulla poteram consolari.

b ¶ *Memor fui*, &c.] Quantum in peccatis meis fuit, nullam inuenire potui consolationem. Rursum cogitaui de Deo, & in misericordia ipsius delectatus sum. In Hebraico aliter habet: Memor fui Dei, & conturbatus sum. Consideraui mansuetudinem ipsius, consideraui pietatem, considerauimundinam; & videns meipsum immundum, vehementer conturbabar.

c ¶ *Exercitatus*, &c.] In Hebræo melius habet Loquebar in memetipso, & defecit spiritus meus, siue desperatione, siue desiderio Dei.

d ¶ *Anticipauerunt*, &c.] In Hebræo aliter habet: Prohibebā conspectum oculorū meorū, constupebam, & nō loquebar. Quod dicit, hoc est: Considerans peccata mea, oculos Psal. 49.a ad cœlum erigere non audebam: *Peccatori enim dicit Deus, vt quid tu enarras iustitias meas?* Propterea stupebam, timebam, loqui non poteram. Hoc iuxta Hebræos. Anticipauerunt vigilias oculi mei: Antequam aliquis vigilaret, ego vigilabam. Legimus & in Daniele: *Et ecce*, inquit, *Hir*, id est, Dan 4.a *vigil.* Psal 120.a Non dormitauit neque dormiet, qui custodit Israel. Ergo monachus qui non vigilat, hunc versum non potest dicere.

e ¶ *Turbatus sum*, &c.] Hoc est, quod dicit Apostolus: *Sol non occidet super iracundiam vestram.* Turbatus sum quasi homo: non sum locutus, quasi Christianus. Iracundia cœpit Ephes.4.f in corde meo, sed iracundiam in verba non protuli.

f ¶ *Cogitaui dies*, &c.] Quantum pro peccatis meis est, desperabam, & renuerat consolari anima mea. Cœpi cogitare ab initio mundi, quando hominem fecit Deus vsque ad annum meum, ab Adam vsque ad tempus meum.

g ¶ *Meditatus sum nocte cum corde meo, & scopebam*, &c.] Non cogitabam de iracundia: non cogitabam de inimico meo, sed tota mea cogitatio de Deo erat. Nox quæ solet esse vel ad quietem, vel ad libidinem, mihi erat cogitatio de virtutibus. Meditatus sum nocte cum corde meo, & scopebam spiritum meum, hoc est, fodiebam quasi agrum, vt ibi mitterem semen doctrinæ Domini. C

h ¶ *Nunquid*, &c.] Hæc erat tota cogitatio mea: Deus hominem fecit de terra, & promisit ei vitam æternam: quomodo ergo de paradiso eiectus est?

i ¶ *Et non*, &c.] Hoc est, vtrāque generationem proiiciet, & prioris populi, & sequentis. Et si proiecerat Iudæorum populum, nunquid & gentium proiiciet?

k ¶ *Aut continebit*, &c.] Non potuit pulchrius dicere: quamuis se teneat vt non misereatur: tamen vincit illum misericordia sua.

l ¶ *Et dixi*, &c.] In Hebræo aliter habet: Et dixi, imbecillitas mea, id est, hoc quod patior, non est de crudelitate Dei, sed de peccatis meis.

m ¶ *Hæc*, &c.] Vt Dominus misereatur, vt det gratiā suam vniuerso mundo, vt non retineat in ira sua misericordias suas. Hæc mutatio dexteræ excelsis: Nisi dextera eius, hoc est, filius eius mutatus fuerit, & hominis corpus acceperit: nos misericordiam accipere non possumus. Et dixi, nunc cœpi, hæc mutatio dexteræ excelsi. *Qui cum in forma Dei esset constitutus, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed exinaniuit semetipsum formam serui accipiens.* Philip 2.a

n ¶ *Memor*, &c.] Quæ fecerat Moysi, quæ fecerat sanctis.

o ¶ *Quia memor ero ab initia*, &c.] Tota mea cogitatio de virtutibus tuis est. Considero quomodo illis misertus es, & D de me non despero.

p ¶ *Deus*, &c.] Quicunque ergo sanctus non est, via Dei in eo non est. Via Dei quæ est? *Ego sum via & veritas.* Ioan.14.a Hoc Saluator dicit. Via ergo Dei filius est: via autem Dei non est nisi in sancto. Volumus vt Christus habitet in nobis, simus sancti. Dei enim via in sancto est.

q ¶ *Quis Deus*, &c.] Sicut enim sunt dij multi, & domini multi. Hoc loquitur Apostolus: *Deus stetit in synagoga deorum: Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes.* 1 Cor 8.b Psal. 81.a Et ad Moysen: *Dedi te Deum Pharaonis.* Exod.7.a Sancti dij dicuntur. Illi secundum gratiam dij: tu autem natura Deus es.

r ¶ *Tu es Deus*, &c.] Non dixit, qui fecisti, sed qui facis mirabilia. Quotidie facit Deus mirabilia, & operatur & filius & Spiritus sanctus. *Tu es Deus qui facis mirabilia.* Heri latro, hodie Christianus. Heri fornicator, hodie continens. Heri rapiebas aliena, nunc tua porrigis.

f ¶ *Notam fecisti*, &c.] Christus Dei virtus & Dei sapientia, mysterium quod à sæculis fuerat absconditum, nunc notum fecit in populis.

t ¶ *Redemisti*, &c.] Domine quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui reuelatum est? Redemisti in brachio Esa.53.a tuo populum tuum, id est, in Christo.

u ¶ *Filias*, &c.] Vtrumque populum, & Iudæorum, & Christianorum. Iacob in populo Iudæorum, & Ioseph in populo gentium. Denique Ioseph interpretatur lingua Hebræa augmentum. Illi ergo præcesserunt, & nos adiuncti sumus: propterea dicit, filios Iacob & Ioseph.

x ¶ *Viderunt te*, &c.] Interim dicamus secundum literam: hæreamus terræ propter simpliciores. Quando populus transiuit per mare rubrum, & per Iordanem, creatorem suum intellexerunt aquæ, & populus non intellexit.

y ¶ *Et turbatæ sunt abyssi.*] Mare vidit & fugit. *Iordanis conuersus est retrorsum.* Psal. 113.a

z ¶ *Multitudo sonitus aquarum*, &c.] Pro nubibus aquas habet in Hebræo. Quod ait:

a ¶ Vocem

a ¶ *Vocem dederunt nubes*.] Hoc interpretatus, quando visus est Deus in Sina monte.

b ¶ *Enim sagittæ tuæ perambulabant*, &c.] Et hoc interpretantur de fulgoribus, & dicunt: Quando tonitruat Deus, similem vocem facit rotæ. Videtis quomodo adhuc in terra hæream, & loquar secundum literam occidentem.

do sonitus aquarum: ᵃ vocem dederunt nubes. ᵇ Etenim sagittæ tuæ transierunt, vox tonitrui tui in rota. ᶜ Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ: ᵈ commota est, & contremuit terra. ᵉ In mari via tua, ᶠ & semitæ tuæ in aquis multis, & vestigia tua non cognoscentur. Deduxisti sicut oues populũ tuum, ᵍ in manu Moysi & Aaron. ᵃ Intelle-

c ¶ *Illuxerunt*, &c.] Hic quid facis tu Iudæe? in mari via tua, & semitæ tuæ in aquis multis. Et hoc fac, aut de mari dici, aut de Iordane. Et vestigia tua non cognoscentur. Hoc secundum literam, quomodo intelligis? Propter simpliciores secundũ literam diximus: reuertamur ergo ad intelligentiam spiritualem. *Viderunt te aquæ Deus*.

Apoc. 17 d Psal. 148 a Loquamur de reuelatione Ioannis. Aquæ, inquit, multæ, populi multi sunt. *Viderunt te aquæ Deus*. Quæ aquæ? *Et aquæ, quæ super cælos sunt, laudent nomen Domini. Viderunt te aquæ Deus*. Mentes & animæ puræ. Viderunt te aquæ & timuerunt. Timor non fuit de odio, sed de fide. Et turbatæ sũt abyssi. Dicamus aliquid secundum intelligentiam spiritualẽ. In principio Geneseos scriptum est: Et super aquas, inquit, ferebatur spiritus. Et deinde scriptum est: Super abyssos, inquit, ferebantur tenebræ. Videte ergo quid dicitur in principio Geneseos, hoc est, secundum intelligentiam spiritualẽ: Super aquas, inquit, ferebatur spiritus. Iam eo tempore baptismum significabatur. Non enim poterat esse baptismum sine spiritu. Super abyssos verò tenebræ. Ista est abyssus, ad quam dæmones postulant, ne mittantur à Iesu. Super abyssos ergo tenebræ. In aquis erat munditia, in abyssis tenebræ. Quæ sint abyssi, me tacente, intelligitis: quoniam dæmones Luc. 8 c formidant ire in abyssum. *Vocem dederũt nubes* Nubes, prophetæ: quæ Iudæis tacuerunt, nobis locuti sunt. Vocem dederunt nubes, etenim sagittæ tuæ trãsierunt. Prædicatio ser- F monis Christi in vniuersum orbẽ cucurrit. *Vox tonitrui tui in* Mat. 3 d *rota* Tonitruus propriè, grãdis vox est. Denique eo tempore quando Deus locutus est: *Hic est filius meus dilectus, in* Psal. 41 b *quo mihi complacui*: facta est vox tonitrui rotæ similis. Denique propterea scribitur: Abyssus abyssum inuocat in voce cataractarum tuarum: Hoc est, duo testamenta, nouũ & vetus. *Vox tonitrui tui in rota*. Vox prædicationis tuæ in rota. Propterea grandis vox dicitur: quia grandis est prædicatio. Vox tonitrui tui in rota, in rota, in toto orbe per circuitum. Non solum auditur in Iudæa quod tu loqueris, sed & auditur in sæculo. Hoc diximus generaliter. Dicamus autẽ specialiter de interiori homine. Rota modico quodam vestigio stat in terra, & non solùm stat, sed quasi percurrit: non stat, sed tangit & præterit: Denique cùm voluitur, ad altiora trãscendit. Ita & sanctus vir, quoniam in corpore est, necessitatem habet aliqua de terrenis cogitare, & quando venerit ad victum & vestitum, & cætera huiusmodi: habens victum & 1. Tim. 3 b vestitum, his contentus est, & tangens terram, ad altiora fe- Zach. 9 d stinat. Ille qui currit, & ad altiora festinat, in illo est sermo tuus. Legimus & in propheta: *Sãcti lapides voluũtur super terrã*. Videte quid dixit: sancti lapides voluuntur super terrã. Ezech. 1. Quoniam enim rotæ sunt, propterea voluũtur super terram, & ad altiora festinant. Vultis scire rotas plures? Legimus & rotam in rota. Legimus & in Ezechiele: Inuicem sibi hærent rotæ. Duæ rotę, sont verus & nouum testamentum. Ista rota in illa hæret, & illa in ista. Tamen videte quid dicitur & Eccl. 1 a in Ezechiele: *Et quocunque*, inquit, *ducebat spiritus, illuc sequebantur & rota*. Hoc & in Ecclesiaste dicitur: quod in consommatione mundi reuoluetur rota super lacum. Multa sunt quæ dicantur de rotis: sed ad reliqua festinat oratio. Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ; Apostolica prædicatio.

Esa. 66 a d ¶ *Commota*, &c.] Nisi terra nostra cõmota esset & cõturbata, nos Christiani non essemus. *Cõmota est & contremuit terra*. Super nullum enim requiescit spiritus Domini, nisi super humilem, & quietum, & trementem verba eius.

e ¶ *In mari*, &c.] Vbi fluctus, vbi amara aqua, vbi draco habitat, vbi pisciculi minuti hærent. *In mari via tua*. Qui eras in cœlo, descendisti in terram. Secundum literam possumus dicere: Eo tempore quo eduxit Moyses Israël, tu eras qui educebas. *In mari via tua* Deinde possumus & secundum historiam aliter dicere: maria tibi fuerunt via. Sed illud semel Exo. 14. fecit. Cæterum quotidie loquitur ad mare: Tace, obmutesce. Dominus te mitigat, vt nos per istud sæculum transire possimus. In mari via tua. Ille venit fons vitæ, vt dulcoraret mare, Mare amarum, mare mortuũ. Propterea iuxta Ezechielem: Ezech. 47. egreditur de templo Domini fõs aquæ viuæ, & vadit ad mare mortuum, quod nihil habebat viuens. Nulli enim pisciculi esse poterant in mari mortuo: nihil viuebat in mari mortuo. De templo Domini, hoc est, de sinu eius egressus est Saluator, & dulcorauit mare mortuum, & amaras aquas. *In mari via tua, & semitæ tuæ in aquis multis*. Propterea in mari via tua, vt tu faceres viam, & sequerentur te Apostoli tui.

f ¶ *Et semitæ tuæ in aquis*, &c.] Bonus pastor deduxit quasi oues populum suum.

g ¶ *In manu*, &c.] Hoc fecit secundum literam: Cæterũ quo- Rom. 7 c tidie facit in nobis. In manu Moysi, id est, in lege. Scimus autem quoniam lex spiritualis est. In lege tua spirituali & Aaron, hoc est, in sacerdotio. In lege tua spirituali, & in sacerdotio tuo spirituali, nos deduxisti populum tuum. Hoc secundum literã intelligamus de Moyse & Aaron. Eductus quidem est Moyses & Aaron, sed non introductus in terrã repromissionis. Successit ei Iesus. Videte quod scriptum est: Moyses in deserto mortuus est: Aaron mortuus est: Maria Zach. 11 b mortua est, & hoc est, quod scriptum est in propheta: *Et percutiam*, inquit, *tres pastores in mense vno*. Illi mortui sunt: neque enim potuerunt intrare in terram repromissionis. Viderunt tantummodo è contra terram repromissionis, & intrare non potuerunt. Iudæi viderunt terram repromissionis, H & intrare non potuerunt. Mortui enim in deserto sunt, & cadauera eorum sunt in solitudine: eorũ qui mortui sunt in deserto Nos filij sub Iesu duce venimus ad Iordanem, & intrauimus terram repromissionis, & venimus ad Galgala: & secundo circumcisi sumus spirituali circumcisione, & ablatũ est a nobis opprobrium Ægypti. Nunc ipse Iesus dux noster gladium tenet, & semper nos præcedit, & pugnat pro nobis, & vincit aduersarios, & septem diebus circuimus Iericho, hoc est, istum mundum. Canimus sacerdotalibus tubis, & circuimus Iericho, hoc est, istum mundum, & cadunt muri eius, & nos ingredimur, & victores existimus Deinde vincimus ciuitatem Ahi: venimus postea ad Iebus: venimus ad Azor: venimus ad alias ciuitates: vincimus aduersarios, quos sub Moyse vincere non potuimus. Gratias ergo agamus duci nostro Iesu: illo enim duce, illo pugnante, nos vincimus. ille imperauit Soli vt staret, & stetit; & istius typo ille magnus erat: ille imperabat, sed Dominus efficiebat. Ille victor extitit: Iosue 10 d ille, quod frequenter dixi, in spelunca quinq; reges interfecit. ille nos induxit in terrã repromissionis Illi agamus gratias: ille est filius Nun, quod nos legimus Naue. Ille est qui dicebatur Osee, quod nos Aue legimus: Non enim dicitur secundum Hebraicam veritatem Aue, sed Osee, id est, saluator. Verè saluator: saluauit enim nos, & eduxit de deserto, & induxit in terram repromissionis: cui sit gloria in sæcula sæculorum, Amen. Septuagesimus septimus psalmus. Præcipit scriptura diuina, quando ad diuitis prandium inuitati fuerimus, cum intelligẽtia mittamus manum nostram ad epulas. Igitur & nobis diues prandium præpositũ scripturarũ est. Venimus in pratum, vbi herbæ florent: hinc rosa rubet, inde candent lilia, diuersi flores sunt. Anima nostra huc illucque trahitur, vnde flores pulchriores capiat. Si rosam colligimus, liliũ relinquimus: si liliũ tulerimus, violæ nobis supersunt. Ita & in septuagesimoseptimo psalmo, qui mysticus est, & sacramentis plurimis inuolutus: quàcunq; aspexeris literam, flores sunt Flores diuersi, & non possumus totos colligere. Eligamus autem omne, quod possumus, è paucis, potest & cætera florum dignitas contemplari.

A a ¶ *Intellectus Asaph.*] Hoc titulo prænotatur. Ipse nos [illegible] intelligentiam prouocat. Asaph vnus fuit de cho- [illegible] sicut fuerunt & filij Core, & Idithun, & cæte- [illegible] Ergo de cæteris ex choro didascalis, & iste vnus est propheta. Quia ergo intellectus est simplex, & in psalmo narratur historia; necessitate compellimur omne quod scriptum est, secundum intelligentiam intelligere. Scriptum est: In terra Ægypti, in campo Taneos: interrupit mare, & eduxit eos in nube diei, & tota nocte in illuminatione ignis, & cætera. Videmus quia simplex narratur historia. Si ergo sic intellexerimus, vt scriptum est, sine causa titulus prænotatus est: *Intellectus Asaph.* Sin autẽ intellexerimus, vt titulus prænotatur, necessitate compellimur, aliud in litera habere, aliud in spiritu reperire.

a ¶ Intellectus Asaph.

PSALMVS LXXVII.

ATtendite popule meus legem meam: inclinate autem vestram in verba oris mei. Aperiam in parabolis os meum, & loquar propositiones ab initio. c Quanta audiuimus, & cognouimus ea: & patres nostri narrauerunt nobis. Non sunt occulta à filiis eorum, in generatione altera. Narrantes laudes Domini, & virtutes eius: & mirabilia eius quæ fecit. Et suscitauit testimonium in Iacob: e & legem posuit in Israel. Quanta mandauit patribus nostris, f nota facere ea filiis suis: vt cognoscat generatio altera. g Filij qui nascentur & exurgent, & narrabũt filiis suis. h Vt ponant in Deo spem suam. i & non obliuiscantur operum Dei: k & mandata eius exquirant. l Ne fiant sicut patres eorum. m generatio praua, & exasperans,

PSALMVS LXXVII.

ATtendite b *populi*, &c] Videtis quia bene supra scriptũ est: intellectus Asaph. Denique & ipsa prophetia sic incipit: *Attendite populus meus legem meam*: Non Moysi legem, sed legem meam. Inclinate
Luc. 8. a
Mat. 4. d
autem vestrã in verba oris mei. Hoc est, quod dicit in euangelio: *Qui habet aures audiendi, audiat. Aperiam in parabolis os meum.* Aperiam vobis quod Iudæis clausum est. *Aperiam in parabolis os meum. Et sine parabolis*, inquit, *non loquebatur eis: discipulis autem suis secreto soluebat parabolas. Aperiam*
B
in parabolis os meum. Quod illis in parabolis loquor foris, vobis intrinsecus aperiam. Et loquar propositiones ab initio. Pro propositionibus, in Hebræo habet, ænigmata. Ergo omne quod dicitur, ænigma est. Ænigma non est hoc quod dicitur, sed aliud quid significatur. Dicat mihi aliquis: Vim facis scripturæ. Cùm enim titulus habet: Intellectus Asaph, tu mihi ex persona Christi interpretaris hoc dictum. Ex persona Christi interpretemur hoc dictum, si Christiani sumus. Sumus autem Christiani, qui Christi baptis-
Mat. 13. c
mum accepimus, & non solùm confitemur: sed & profitemur, quia Christiani sumus. Debemus ergo credere euangelistis. Scriptum est in euangelio secundum Matthæum: Cum, inquit, locutus fuisset in parabolis Dominus noster atque saluator, & illi non intelligerẽt, & cætera, quæ scripta sunt in euangelio. Et postea Euangelista quid intulit? *Hæc, omnia, inquit, facta sunt, vt impleretur illud quod scriptum est: Aperiam in parabolis os meum, & loquar propositiones ab initio.* Vides ergo quòd Euangelista Matthæus hoc ex persona Christi intellexit. Cùm enim induxisset Dominum dicẽtem in parabolis, & illi non intelligerent: hoc, inquit factum est, vt impleretur quod scriptum est: Aperiam in parabolis os meũ, & loquar propositiones ab initio. Videretur nobis nihil remansisse quæstionis: sed diligenter attendite. Studij
Ioan 5. f
Matt 22. d
enim mei est non declamare more rhetorico, sed scripturarum sensus aperire. Denique & Dominus atque Saluator quid dixit: *Scrutamini scripturas*, & ibi inuenietis quomodo de me scriptum est. Et alibi dixit Iudæis: *Erratis, nescientes scripturas, neque virtutem Dei.* Videte quid dicat: Erratis. Quare? *Nescientes scripturas.* Quoniam autem nescitis scripturas, propterea nescitis Christum, qui est Dei virtus, & Dei sapientia. Dicitur ergo in Matthæo: *Hæc*, inquit *facta sunt, vt impleretur quod scriptum est in Asaph propheta.* Sic inuenitur in omnibus veteribus codicibus: sed homines ignorantes tulerunt illud. Denique multa euangelia, vsque hodie ita habent: *Vt impleretur quod scriptum est per Esaiam prophetam: Aperiam in parabolis os meum, & loquar propositiones ab initio.* Hoc Esaias non loquitur, sed Asaph. Denique & impius ille Porphyrius proponit aduersum nos hoc ipsum: & dicit: Euangelista vester Matthæus tam imperitus fuit, vt diceret, quod scriptum est per Esaiam prophetam: *Aperiam in parabolis os meũ, & loquar propositiones ab initio:*

C
ergo simpliciter dicamus, quomodo illud in euangelio scriptum est, sic scriptum est in Matthæo & Ioanne, quod Dominus noster hora sexta crucifixus sit. Rursum scriptum est in Marco, quia hora tertia crucifixus sit. Hoc videtur esse diuersum, sed non est diuersum. Error scriptorum fuit: Et in Marco hora sexta fuit: sed multi episemum Græcum ϛ, putauerunt esse γ, sicut & ibi error fuit Scriptorum, vt pro Asaph, Esaiam scriberent. Scimus enim quia prima ecclesia de imperitis congregata fuit gentibus. Ergo cum legerẽt in euangelio: Vt impleretur quod scriptum est in Asaph propheta: ille qui primus scribebat euangelium, cœpit dicere: Quis est ille Asaph propheta? Non erat notus in populo: Et quid fecit? Dum errorem emendaret, fecit errorem. Dicamus aliquid simile, & in alio loco in euangelio secundũ Matthæũ, quando Iudas retulit triginta argenteos, & noluerunt accipere sacerdotes, nec mittere in corbonam, quoniam erat pretium sanguinis, & emerunt inde agrum figuli in sepulturam peregrinorum: Pretium Christi sepultura nostra est, & vocatur ager ille Acheldemach, quod est ager sanguinis. Sanguinis ager non Iudæorum, sed nostra sepultura est. Nos enim peregrini fuimus & aduenæ, & non habebamus vbi requiesceremus. Ille crucifixus est, & mortuus est, & nos cum illo consepulti sumus: Vt impleretur, inquit, quod scriptum est in Hieremia propheta. Retulit, inquit, triginta argenteos, pretium quod appretiatum est, & cætera. Sicut scriptum est, inquit, in Hieremia propheta; hoc in Marco scriptum est Requisiuimus in Hieremia propheta, & hoc penitus inuenire non potuimus, sed inuenimus illud in Zacharia. Videtis ergo; quia & hic error fuit, sicut ibi.

ἐπίσημον.

Mat. 27. a

D

Zach. 11. a

c ¶ *Quanta audiuimus & cognouimus ea.*] Hi versiculi ab, Attendite populus meus legem meam, vsque in istum versiculum, Loquar propositiones ab initio, ex persona Christi dicuntur: & ipse Saluator loquitur. Iam cæteros versiculos vsque ad finem Psalmi, ex persona Apostolorum debemus accipere. Dicente ergo Domino: *Inclinate aurem vestram ad verba oris mei.* O Apostoli, quod, inquit, audistis in secreto, prædicate super tecta. Quid dicunt Apostoli? *Quanta audiuimus, & cognouimus ea*, & Patriarchæ & Prophetæ locuti sunt nobis.

Mat 10. a

d ¶ *Et patres nostri narrauerunt nobis*, &c.] Propterea illi locuti sunt, vt nos filij eorum sciremus.

e ¶ *Et legem posuit in Israel*, &c.] Illis carnaliter locuti sunt: sed nos ea spiritualiter intelligimus.

f ¶ *Vt nota facerent ea filijs suis.*] Hoc est, nobis. Propterea illis locutus est, vt nobis prodessent.

Psal. 44 d

g ¶ *Filij qui nascentur*, &c.] Pro patribus, inquit, tuis nati sunt nobis filij. Nos filij sumus illorum. Illi nobis narrauerunt, & nos narrauimus filiis nostris, filij eorum nos sumus.

h ¶ *Vt ponant in Deo spem suam.*] Vt iam non credant in idolis, sed in Deo credant.

i ¶ *Vt non obliuiscantur operũ Dei.*] Vt videant ordinem creaturæ, & ex creatura intelligant creatorem.

k ¶ *Et mandata eius exquirant.*] Non contemnant sicut Iudæi, sed exquirant sicut Christiani.

l ¶ *Nec fiant sicut patres eorum.*] Ne murmurent, sicut murmurauerunt quidam in deserto, & perierunt.

1 Cor 10. b
Mat. 16 a

m ¶ *Generatio praua*, &c.] Non ego hoc loquor, propheta tuus hoc loquitur de te. Generatio praua & exasperãs. *Generatio adultera & pessima signũ quærit: & signũ non dabitur ei, nisi signũ Ionæ.* Quare dixi praua? *Quia facti sunt in arcum peruersum.* Arcus enim nunquam extenditur in eum, qui se mittit, sed contra aduersarios. Ista autem generatio cùm esset recta à Deo, cõdita, & haberetur in manu Dei quasi arcus,

vt mitteret

[a]Generatio quæ non direxit cor suum: [b]& non est creditus cum Deo spiritus eius. [c]Filij Ephraim intendentes, & mittentes arcum: conuersi sunt in die belli. [d]Non custodierunt testamentum Dei, & in lege eius noluerunt ambulare. Et obliti sunt benefactorum eius: [e]& mirabilium eius quæ ostendit eis. [f]Coram patribus eorum, quæ fecit mirabilia in terra Ægypti, in campo Taneos. Interrupit mare, & perduxit eos, & statuit aquas quasi in vtre, & deduxit eos in nube diei [g]& tota nocte in illuminatione ignis. [h]Interrupit petrã in eremo: [i]& adaquauit eos velut in abysso multa. [k]Et eduxit aquam de petra, & eduxit tanquam flumina aquas.

E vt mitteret per eam sagittas, versa est quasi arcus peruersus, blasphemans in creatorem suum.

a ¶ *Generatio*, &c.] Vsque hodie peruersus est Israël.

b ¶ *Et non est*, &c.] Quoniam non recepit filium, propterea non recepit Spiritum sanctum. Denique Spiritus sanctus, quando descendit in specie columbæ, non descendit super turbas Iudæorum, sed super vnum Iesum. Si vis ergo Iudæe spiritum accipere, crede in Iesum: quoniam Spiritus sanctus sedet in Iesu.

c ¶ *Filij Ephraim intendentes*, &c.] O quanta mysteria, ô quanti flores. Non dico dies, sed & totus mensis ad intelligentiam istius psalmi non potest sufficere. In singulis verbis sensus sunt. Habemus & thesaurum in vasis istis fictilibus. Multi hoc interpretantur de corpore, & de Spiritu sancto, hoc est, habemus thesaurum in vasis fictilibus. Est quidem & ista intelligentia: sed ista multo melior est: quoniam habemus thesaurum preciosissimum in vasis fictilibus, hoc est, in verbis rusticis scripturarum. Filij Ephraim intendentes, & mittentes arcum, conuersi sunt in die belli, & cætera. Legimus in Regum libris: 3 Reg. 12 f quoniam sub Roboam filio Salomonis, Ieroboam filius Nabath scidit populum à reliquo populo, & decem tribus duxit in Samariam. Iudæ vero tribus, & Beniamin remanserunt sub imperio Roboam, & multi de tribu Leui, qui habitabant in Israël, sacerdotes & Leuitæ (sicut scriptum est in 2 Par 11 c Paralipomenon) reuersi sunt ad templum Dei, hoc est, in Hierusalem. Tres ergo tribus fuerunt, hoc est, Iuda, Iuda F ipsa regalis tribus, & Beniamin, & postea Leuitæ, qui veniebant de diuersis tribubus ad templum. Qui erant ergo in Samaria, de tribu Ephraim habebant regem. Quomodo enim qui regnabant in Iudæa, habebant regẽ de tribu Iuda, & genere Dauid: sic qui regnabant in Samaria, habebant regem de tribu Ephraim: & reges ipsorum vocabantur Ephraim. Legamus Osee prophetam, & omnem prophetiam eius cõ- Osee 7 c tra Ephraim reperiemus. Et dicitur ibi: *Ephraim*, inquit, *factus est quasi columba insipiens*. Vide quid dicat. Columba enim insipiens reliquit templum, & habitat in syluis. Columba semper in domibus habitat. Ephraim vero columba mea reliquit templum, reliquit domum, & habitat in syluis: habitat in desertis. Hoc interim secundum literam, debemus enim & historiam ponere. Nunc vero post literam, quasi per quosdam gradus debemus ad maiora conscendere. Dicamus ergo, filios Ephraim omnes esse hæreticos. Et isti enim recesserunt de domo Dei, & isti dimiserunt Dauid, & habitabant in desertis. Et dicuntur quidem columbæ: quia legunt ipsi scripturas, sed insipienter intelligunt. Multi sunt qui dicuntur filij Ephraim, intendentes & mittentes arcum. Vide omnes hæreticos, qui dereliquerunt Hierusalem, qui dereliquerunt templum Dei, qui habitant in Samaria. Vbi fecerunt vitulos aureos? In Bethel & in Dan. Et vide quid dicat: Fecerunt vitulos aureos in Bethel, in domo Dei, idololatræ facti sunt. Et fecerunt illud in Dan, hoc est, in iudicium suum, & in condemnationem. Dereliquerunt domum Domini, & nihil aliud nisi de auro cogitant. Dicat aliquis: quare fecerunt vitulos aureos? Noster thesaurus repositus est in vasis fictilibus. Ecclesiastici enim rustici sunt & simplices: omnes vero hæretici Aristotelici & Platonici sunt. Hier 51 a Denique vt sciatis, quoniam omnis eloquentia sæcularis, aurum dicitur, hoc est, quoniam lingua eorũ quasi propter splendorem eloquij aurum dicitur: *Calix aureus Babylon in manu Domini*. Videte quid dicat: Babylon confusio est. Ergo mundus iste, calix aureus est. De hoc calice aureo omnibus gentibus propinatur. Filij *Ephraim intendentes & mittentes arcum*. Quamcunque videris scripturam hæreti- Ioan 14 d corum, omnes superstitiones habent. *Reuersi sunt in die belli*. Nesciunt eum qui dixit: *Pacem meam do vobis, pacem meam* Psal 67 g *relinquo vobis*. sed ad verba sunt præparati. Habent verba, sed audient illud quod scriptum est: *Dissipa gentes quæ bella volunt*. Dicat aliquis, nostram esse sententiam: Videamus C consequentia.

d ¶ *Non custodierunt*, &c.] Consurrexerunt contra eum, qui eos regenerauit in baptismate.

e ¶ *Et mirabilium eius, quæ ostendit eis*.] Videre sensum scripturarum, quomodo de filiis Ephraim venit ad historias præteritas, vt illud quod scriptum est: Aperiam in parabolis os meum: loquar propositiones ab initio, parabolicè dictum ostendat.

f ¶ *Coram patribus eorum quæ fecit mirabilia in terra Ægypti in campo Taneos: interrupit mare & perduxit*, &c.] Dicat aliquis: Vim facis scripturæ: Simpliciter enim dicitur de populo Israel, quando eductus est de terra Ægypti: & propterea secũdum historiam dicitur. Et legimus decem tribus, quoniam dereliquerunt Deũ, & idololatræ effecti sunt, & quasi secuti sunt vitulos aureos. Videamus, Asaph propheta quo tempore fuerit. Vtique illo tempore, quando fuit Dauid quadraginta annis. Rursum Salomon alius quadraginta annis. Post octoginta annos sub Roboam, postea scissæ sunt decem tribus. Vides ergo quod dicitur, non dicitur de decem tribubus, sed de hæreticis prophetatur. Coram patribus eorum fecit mirabilia. Obliti ergo sunt hæretici patris sui, qui fecit mirabilia in terra Ægypti, in tenebris istius sæculi, quomodo illos liberauit. In ecclesia renati sunt: & postea vbi nati sunt, displicet eis ecclesia. In terra Ægypti in campo Taneos: vbi idololatria, vbi rex Ægypti, vbi equitatus, vbi Iamnes & Mẽbres, aduersarij Moysi, vbi idololatria. Nos omnes eramus in Ægypto, & à Domino liberati sumus. Interrupit mare, & eduxit eos. Ambulabat Dominus super mare, & fluctus maris H mitigauit. & nos perduxit. Interrupit mare, & eduxit eos. Vsque hodie, ô monache fidelis, quando educeris de Ægypto, interrumpitur mare, & sic educeris. *Statuit aquas quasi in vtre*: In Hebræo non habet, vtrem, sed, sicut aceruum. *Et deduxit eos in nube diei*. *Ecce Dominus venit in Ægyptum in nube leui*. Nubem leuem, aut propriè Saluatoris corpus debemus accipere: quia leue fuit, & nullo peccato prægrauatum est. Aut certè nubem leuem debemus sanctam Mariam accipere, nullo semine humano prægrauatam. Ecce Dominus venit in Ægyptum sæculi istius, super nubem leuem, virginem. *Et deduxit eos in nube diei*. Pulchrè dixit, diei: Nubes enim illa non fuit in tenebris, sed semper in luce.

g ¶ *Et tota nocte*, &c.] Et tenebræ non sunt absconsæ à te. Deut. 4 d
Sicut lux tibi, & nox tibi. Et tota nocte in illuminatione i- 1 Cor 3 a
gnis. *Dominus noster ignis consumens est*. Ignis consumens, Non dixit quid consumens, nobis intelligentiam dereliquit. Qui super fundamentum Christi ædificauerunt, lignum, Ioan 7 e fœnum, stipulam, Dominus illis ignis consumens est. Ignis duplicem habet naturam, & lucet & vrit. Si peccatores sumus, incendit: si iusti, lucet nobis.

h ¶ *Interrupit petram in deserto*.] Interrupta nobis est petra in eremo. Percussa est petra, & fluxerunt aquæ: Illa petra, quæ dixit: Qui sitit, veniat & bibat: de cuius ventre fluxerunt flumina.

i ¶ *Et adaquauit eos velut in abysso multa*.] In deserto, vbi aqua non erat, abundantia nobis aquarum facta est.

k ¶ Et *eduxit aquam de petra, & eduxit tanquam flumina aquas, & opposuerunt adhuc peccare ei: in ira excitauerunt*, &c.] O peruersitas cordis praui in Deum malè loquitur; & qui iustitiam esurire debuerat, carnes requirit & holera. Nam sicut Moyses percussit in eremo petram, & produxit Num 20 b
populo aquas: ita & Dominus, quem Paulus percussum Rom 4 d
ait propter peccata nostra, immensos nobis protulit fontes, Apostolos scilicet, quos petra monstrauit, & per quos fluxerunt torrentes. Torrentes autem doctores accipimus, per quos torrentes, id est, subsequentes ecclesiarũ doctores

A repleti sunt. Ex quorum nos prædicatione, sitim verbi Dei restinguimus. Sed & fontem baptismi nobis atque marty-
Exo. 19.f rij, eadem petra ostendit. De latere enim eius cùm percussus est, sanguis & aqua processit: quod baptismum, & martyrium figurauit. Torrentes autem doctores dicti: quia priusquam crederent, ab imbribus, & volutabris huius sæculi erãt repleti. Nunc autem baptismo abluti, à fonte vitæ perẽnis inundauerunt. Addit murmuratio Iudaica, dicens.

a ¶ *Nunquid & panem*, &c.] Difficilem putãt virtutem Dei, vt qui eduxerit aquam de saxo, quasi non possit manna dare de cœlo.

b ¶ *Ideo*, &c.] Vtique se ab eis, ne in terram repromissionis intrarent.

c ¶ *Et ignis*, &c.] Iacob non semper supplantator vitiorum intelligitur: nec Israël in omnibus videns Deum, accipitur. Apostolus autem docet esse Is-
1.Cor 10.d raëlem secundum carnem, de
Iudi. 5 f quo dicitur: *Et fornicatus est Israel.* Si n. vidisset mente Deũ, fornicatus vtique non fuisset.
Gen 33.b Sic de Iacob, cùm Esau pollutum idolis adorabat, dicens: *Video faciem tuam tãquam faciem angeli* Dei. Vel cùm impinguatus recalcitrauit, non erat sup-
B plãtator vitiorum. Ideo & hîc ita intelligẽdũ est, quia accensus est in Iacob, terrenus ignis concupiscentiæ; & ita in vltione diuina, super Israël carnalem ascendit.

d ¶ *Quia non*, &c.] Nec patrẽ, nec filium, qui salus mundi est, crediderunt.

e ¶ *Et mandauit nubibus desuper, & ianuas cœli aperuit. Et pluit illis manna*, &c.] Præstita hæc sunt Hebræis: sed & modò in ecclesia prophetis & apostolis præcipitur, vt nobis verbum prædicationis, quo anima spiritualiter pascatur, annuntient.

Ioan 6 c f ¶ *Panem cœli dedit*, &c.] Ipse hominibus cibum præbuit, qui dixit: *Ego sum panis vitæ, qui de cœlo descendi: qui manducauerit ex eo, viuet in æternum.* Ex hoc enim pane cœli sancti reficiuntur & angeli.

g ¶ *Cibaria misit*, &c.] Vt iam non literæ hordeo, sed spiritualis tritici dogmate satientur.

h ¶ *Et transtulit austrum de cœlo*, &c.] In ventis flatum Spiritus sancti demonstrat. Collatio autem multitudinis, quæ puluéri, vel arenæ maris assimilatur, terrenum & durum eorum arguit sensum.

i ¶ *Et ceciderunt in medio castrorum eorum: circa tabernacula eorum, & manducauerunt*, &c.] Castra, synagogas dicit. Tabernacula verò, corda eorum, in quibus hæc defluxerũt. Quod autem eos nimis indicat saturatos, ingluuiem eorum carnalem increpat: quod hi qui de Dei præceptis refici debuerant, de pulueris se carnibus senuunt satiatos.

k ¶ *Et desiderium eorum attulit eis, non sunt fraudati*, &c.]

aquas. Et apposuerunt adhuc peccare ei: in ira concitauerũt excelsum in inaquoso. Et tentauerunt Deum in cordibus suis, vt peterẽt escas animab. suis Et malè locuti sunt de Deo, & dixerũt: nũquid poterit Deus parare mensam in deserto? Quoniam percussit petram, & fluxerũt aquæ, & torrentes inundauerunt. [a] Nunquid & panem poterit dare, aut parare mẽsam populo suo? [b] Ideo audiuit Dominus, & distulit: [c] & ignis accẽsus est in Iacob, & ira ascendit in Israël. [d] Quia nõ crediderũt in Deo: nec sperauerunt in salutari eius. [e] Et mandauit nubibus desuper, & ianuas cœli aperuit. Et pluit illis mãna ad manducandum: [f] & panem cœli dedit eis. Panem angelorũ manducauit homo: [g] cibaria misit eis in abundantia. [h] Trãstulit austrum de cœlo, & induxit in virtute sua aphricũ. Et pluit super eos sicut puluerem carnes, & sicut arenã maris volatia pennata. [i] Et ceciderunt in medio castrorũ eorum, circa tabernacula eorum. Et manducauerũt & saturati sunt nimis: [k] & desiderium eorum attulit eos, non sunt fraudati à desiderio suo. [l] Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorũ, & ira Dei ascendit super eos. Et occidit pingues eorum: [m] & electos Israel impediuit. [n] In omnib. his peccauerunt adhuc, & non crediderunt in mirabilibus eius. Et defecerunt in vanitate dies eorũ, & anni eorum cum festinatione. [o] Cùm occideret eos, quærebant eum & reuertebantur, & diluculo veniebant ad eum. [p] Et rememorabant: quia Deus adiutor est eorum, & Deus excelsus redemptor eorum est. [q] Et dilexerũt eũ in ore suo: [r] & lingua sua mẽtiti sunt ei. [s] Cor autem eorum nõ erat rectum cũ eo, nec fideles habiti sunt in testamẽto eius. [t] Ipse autem est misericors, & propitius fiet peccatis eorum, & nõ disperdet eos. Et abundauit vt auerteret irã suam, & non accendit omnem iram suam. [u] Et recordatus est, quia caro sunt: [x] spiritus vadens & nõ rediens. [y] Quotiens exacerbauerunt eum in deserto, in iram concitauerunt eum in inaquoso. [z] Et conuersi sunt, & tentauerunt Deum, & sanctum Israel exacerbauerunt. [a] Nõ sunt recordati manus eius, die qua

Immensa pietas Domini, vt terreno victu esurientes pascat: sic & qui eum desiderauerit, cœlesti (quem superius diximus) pane replet. Ergo hi qui carnes tantùm & non Deum desiderauerunt, quid in sequenti pertulerint, videamus. C

l ¶ *Adhuc esca eorum erat in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos, & occidit*, &c.] Hæc de his qui Deum post acceptum manna dereliquerunt. Nam & nunc in ecclesia si quis carne & sanguine Christi reficitur, & declinat ad vitia, nouerit sibi Dei iudicium imminere, sicut Paulus apostolus
ait: *Qui acceperit corpus & sanguinem Domini indigne, iudicium sibi sumit & bibit.* 1.Cor.11.g

m ¶ *Et electos*, &c.] Impediũtur & nunc electi ecclesiæ: si non & ipsi quoque sacerdotes innocenter hæc sacramenta percipiant.

n ¶ *In omnibus*, &c.] Peccant quotidie iniqui, quoadusque deficiant, & cum festinatione deficiunt: quia sacerdotibus Dei obedire contemnunt: sicut & populus ille, qui contra famulum Dei Moysen murmurabat.

o ¶ *Cum occideret*, &c.] Flagellati in peccatis reuertebantur: excussoque infidelitatis somno, maturabant vt audirent verbum Dei. H

p ¶ *Et rememorabant, quia Deus adiutor est eorũ, & Deus*, &c.] Nullum posse intellexerunt adiutorium ferre, nisi illum qui eos de seruitute Ægypti liberauit.

q ¶ *Et dilexerunt*, &c.] Cum dicerent: omnia quæcunque præceperit Moyses, faciemus.

r ¶ *Et lingua*, &c.] Dicentes Moysi: Omnia quæcunque di- Exo 24.a
xerit Dominus, faciemus.

s ¶ *Cor*, &c.] Nam & Dominus testimonio vtens Esaiæ prophetæ, dicebat: Populus hic labiis me honorat: cor autem eius longe est à me.

t ¶ *Ipse autem*, &c.] Multitudo enim misericordiarum cõ- Esa 29.d
tinet eum, vt dum expectat pœnitentiam, non puniat delin-
quentem: quia non vult mortem peccatoris, sed vt conuer- Ezech 18
tatur & viuat.

u ¶ *Et rememoratus*, &c.] Scit enim quia caro semper resistit legi Dei.

x ¶ *Spiritus*, &c.] Nouit enim quia homo amisso spiritu, in puluerem reuertitur. Nam & Spiritus sanctus cùm recedit à peccatoribus: quamdiu in volutabris peccaminum sunt, non reuertitur ad eos.

y ¶ *Quotiens*, &c.] In incredulitate vtique atque ariditate cordis sui.

z ¶ *Et conuersi*, &c.] Erat tunc Moyses sanctus Israël: qui Deum & mente videbat & oculis, quem sæpius exacerbabant. Sed & nunc exacerbant, cùm audiunt, quod Christum Dominum in carne nasciturum annuntiat.

a ¶ *Nõ sunt recordati manus eius, die qua redemit eos de manu*

tribu-

E *tribulantis.*] Pharaonis vtique, qui figuraliter diabolus dicitur.

a ¶ *Sicut posuit in Aegypto signa sua, & prodigia sua,* &c.] Sicut enim tunc in decem signis, id est plagis, Moyses populum ex Ægypto liberauit: ita & Paulus apostolus, decem epistolis præscotis mundi tenebras oppressit.

gregem in deserto.] His plagis verberata Dominus Ægypto, eduxit populum suum de suprà scripta seruitute, quem sanguine suo redemerat, & collocauit eum in ecclesia, quæ prius sterilis fuerat ac deserta, de qua ait: *Multi filij desertæ magis, quam eius quæ habet virum.* Esa. 54. a G

qua redemit eos de manu tribulãtis.[a] Sicut posuit in Ægypto signa sua, & prodigia sua in cãpo Taneos.[b] Et conuertit in sanguinem flumina eorum, & imbres eorum ne biberet.[c] Misit in eos cynomyiam & comedit eos: [d] & ranã, & disperdidit eos.[e] Et dedit ærugini fructus eorũ: & labores eorũ locustæ.[f] Et occidit in grandine vineas eorum, & moros eorũ in pruina: Et tradidit grandini iumenta eorũ, & possessiones eorum igni.[g] Misit in eos iram indignationis suæ, indignationem & iram & tribulationem: immissionem per angelos malos.[h] Viam fecit semitæ iræ suæ, & nõ pepercit à morte animarum eorum: & iumenta eorum in morte conclusit.[i] Et percussit omne primogenitũ in terra Ægypti: primitias omnis laboris eorũ in tabernaculis Cham.[k] Et abstulit sicut oues populum suũ, & perduxit eos tanquam gregem in deserto.[l] Et deduxit eos in spe, & non timuerunt: & inimicos eorũ operuit mare.[m] Et induxit eos in montem sanctificationis suæ, montẽ quem acquisiuit dextera eius.[n] Et eiecit à facie eorũ gentes, & sorte diuisit eis terrã, in funiculo distributionis. Et habitare fecit in tabernaculis eorũ tribus Israel.[o] Et tentauerunt & exacerbauerunt Deum excelsum, & testimonia eius non custodierũt. Et auerterunt se, & nõ seruauerunt pactum, quemadmodũ patres eorum:[p] cõuersi sunt in arcum prauum.[q] In iram concitauerunt eum in collibus suis, & in sculptilibus suis ad æmulationem eum prouocauerunt.[r] Audiuit Deus & spreuit, & ad nihilũ redegit valde Israel.[s] Et repulit tabernaculũ Silo: tabernaculũ suum vbi habitauit in hominibus.[t] Et tradidit in captiuitatẽ virtutẽ eorũ, & pulchritudinẽ eorum in manus inimici. Et cõclusit in gladio populũ suum, & hæreditatem suã spreuit. Iuuenes eorum comedit ignis, & virgines eorũ non sunt lamentatæ. Sacerdotes eorũ in gladio ceciderũt, & viduæ eorũ nõ plorabũtur.

b ¶ *Conuertit,* &c.] Vana philosophorum verba, quæ in doctrinis Platonicis ecclesiæ paruulos interimebant, in vltionem diuinam illis conuersa est & in cruorem, vt qui sanguinem fuderant, id est, animas iugulauerant seducendo, sanguine deinceps potarentur.

c ¶ *Misit in eos,* &c.] In cynomyia Cynicorum sectam indicauit, quæ libidinem atque luxuriam summum prædicat bonum.

d ¶ *Et ranam,* &c.] In ranarũ vocibus, poëtarum carmina designantur: quæ per inflationem verbositatis, exterminationum fabulas intulerunt.

e ¶ *Et dedit,* &c.] In ærugine siue canicula, fornicationis forma monstratur. Nam sicut hæc lento repens conamine, crudelissimè arborum fructibus insidiatur: ita & hæc blande alliciens homines, iniquis eos atque occultis morsibus sæuissimè vorat.

F f ¶ *Et labores,* &c.] In locusta humani generis discordiæ cõfutantur. Quæ cum sine rege ordinatum ducat exercitum, humanum tamen genus semper dissidet ac discurdat.

f ¶ *Occidit in grandine vineas eorum,* &c.] In grandine castigatio diuina monstratur, in qua vel vineæ vel arbores flagellantur: hæ scilicet, quæ pro bonis fructibus tribulos protulerunt. Ab hac enim grãdine & iumenta occiduntur, vt eorum insipientia arguatur, qui diuinum nomen bestiis indiderunt. Ignis quoque ad depascenda vitia & illuminanda credentium corda mittitur, sicut Dominus ait: *Ignem veni* Luc. 12. f *mittere in terram, & quid volo, nisi vt accendatur.*

g ¶ *Misit in eos iram indignationis suæ: indignationem,* &c.] Vt qui diuinis plagis non arguebantur, diabolicis insidiis tunderentur. Qui autem sint angeli, ipse Dominus in euangelio declarauit: *Ite,* inquit, *in ignem, quem præparauit pater* Mat. 25. d *meus diabolo & angelis eius,*

l ¶ *Et deduxit eos in spe, & non timuerunt,* &c.] Collocatis his in spe æternitatis, operuit mare inimicos eorum, scilicet vt cùm hi abluebantur baptismo, diabolus cum suis exercitibus mergeretur.

m ¶ *Et induxit eos in montem sanctificationis suæ: in montem quem,* &c.] In ipsam ecclesiã, quam virtute gloriosæ resurrectionis suæ acquisiuit.

n ¶ *Et eiecit à facie eorum gentes & sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis, & habitare fecit in,* &c.] Eiectis peccati gentibus à cordib. humanis, data est eis possessio terræ viuentium: factumque est, vt vbi quondam sortilegus hariolusque habitauerat, nunc mente videns Deum inhabitet.

o ¶ *Et tentauerunt & exacerbauerunt Deum excelsum,* &c.] Ad Iudæos nunc sermo conuertitur, quos nec virtus, nec beneficia mollierunt diuina: sed sicut patres eorum occiderunt prophetas: ita & isti ipsum Dominum persequuntur. H

p ¶ *Conuersi sunt,* &c.] Arcus enim peruersus est, dum contra inimicos sagittam putamẽ iacere, sanciat tenentem. Sic & Iudæi, qui in Deum liberatorem suum, iniquas iaculantur verborum sagittas.

q ¶ *In iram concitauerunt eum in collibus suis, & in sculptilibus suis ad æmulationem,* &c.] Relicto enim eo, seruierunt idolis ac simulacris, adorantes etiam in montibus.

r ¶ *Audiuit Dominus,* &c.] Illum qui tantum nomine, & non visione Israël erat.

s ¶ *Et repulit tabernaculum,* &c.] Vel in tabernaculis Silo sub Eli, vel in Hierusalem sub Salomone. Sed his repulsis, elegit potius templum regis virginis incorruptæ, siue ecclesiæ sanctæ ex gentibus euocatæ.

t ¶ *Tradidit in captiuitatem virtutem eorum, & pulchritudinem eorum in manus,* &c.] Manifeste hîc excidium illud, quod in Hierosolymis sub Tito Vespasianoque actum est, præconauit. Et quia tanquam acta agenda prædixit, nouerit qui legit, quia apud Deum futura iam facta sunt. Sed vtinam & in nobis hæc Domino cooperante fiant, vt concupiscentia decidat, erecta potestate virtutum. Forma iniqui amoris corruat, erecta ecclesiæ pulchritudine. Interimatur populus vitiorum, viuificata numerositate virtutum. Respuatur terrena hæreditas, acquiratur regnum Dei. Iuuenculus, id est, incipiens peccatum, à virtute sancti spiritus exuratur, & virgo anima collætetur. Incentores vitiorum gladio, id est, verbo Dei trucidentur, vt exultent mentes ab his viduatæ cum Christo.

h ¶ *Viam fecit semitæ,* &c.] Habet viam diuina ira, cùm in peccati vltione quis traditus, non liberat animam suam à supplicio gehennæ. Vel cum insipientia, quæ iumentis est similis, in morte sempiterna concluditur.

i ¶ *Et percussit omne,* &c.] Sicut hæc gesta in Ægypto referuntur: ita & Dominus principatus & potestates, siue dæmoniorum, siue vitiorum in hoc mundo sacro sancto aduentu suo deleuit, ac triumphauit in ligno crucis suæ, & ab eorum corde depulit, qui calliditati diabolicæ dediti fuerant, quia Cham, calliditas interpretatur.

k ¶ *Et abstulit sicut oues populũ suum, & perduxit eos tãquã*

E

a ¶ *Et excitatus est tanquam dormiens Dominus, tanquam potens crapulatus à vino, & percussit inimicos suos in posteriora, opprobrium*, &c.] Vt dormiens, & quasi ebrius, habetur Dominus in cordibus iniquorum. Cùm autem pœnitentiam agere cœperint, excitatur. Et percussis vitiis vsque in posteriora temporum, traditisque in opprobrium sempiternum, vigilat in eis.

ruribus expositæ sunt, & tanta multitudo sanguinis est effusa, vt vix omnium sepeliri corpuscula possent. Circuitus autem in Hierosolymis, plorantis ecclesiæ intelligitur luctus, iuxta illud: *Rachel plorans filios suos, & noluit consolari quia non sunt.* Hier.31.

G

ᵃ Et excitatus est tanquam dormiens Dominus: tanquam potens crapulatus à vino. Et percussit inimicos suos in posteriora: opprobrium sempiternum dedit illis. ᵇ Et repulit tabernaculum Ioseph, & tribum Ephraim non elegit. Sed elegit tribum Iuda: montem Sion quem dilexit. ᶜ Et ædificauit sicut vnicornium sanctificium suum in terra: quam fundauit in sæcula. Et elegit Dauid seruum suum, & sustulit eum de gregib. ouiũ: de post fœtãtes accepit eum. Pascere Iacob seruum suũ, & Israel hæreditatem suam. Et pauit eos in innocẽtia cordis sui, & in intellectibus manuum suarum deduxit eos.

e ¶ Psalmus Asaph.

PSALMVS LXXVIII.

DEus venerunt gentes in hæreditatẽ tuam, polluerunt templum sanctum tuũ: ᵍ posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam. ʰ Posuerũt morticina seruorum tuorum escas volatilib. cœli: carnes sanctorum tuorum bestiis terræ. Effuderũt sanguinem ipsorum tanquam aquam in circuitu Hierusalem, & non erat qui sepeliret. ⁱ Facti sumus opprobriũ vicinis nostris: subsannatio & illusio his qui in circuitu nostro sũt. ᵏ Vsquequo dñe irasceris in finẽ: accẽdetur velut ignis zelus tuus. Effunde irã tuam in gentes, quæ te non nouerunt, & in regna, quę nomen tuum nõ inuocauerunt. ˡ Quia comederunt Iacob, & locũ eius desolauerunt. ᵐ Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarũ: citò anticipent nos misericordiæ tuæ: quia pauperes facti sumus nimis. ⁿ Adiuua nos Deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui dñe libera nos, & propitiᵘˢ esto peccatis nostris propter nomẽ tuũ. ᵒ Ne fortè dicant in gentibus, vbi est Deus eorũ, & innotescat in nationib. corã oculis nostris. ᵖ Vltio sanguinis seruorũ tuorũ, qui effusus est: ᑫ introeat in cõspectu tuo gemitus compeditorũ. ʳ Secundum magnitudinem brachij tui: posside filios mortificatorũ. ˢ Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: ᵗ improperiũ ipsorum quod exprobrauerũt tibi Domine. ᵘ Nos autem populus tuus & oues pascuæ tuæ: ˣ confitebimur tibi in sæcula. In generatione & generationem, ʸ annuntiabimus laudem tuam.

b ¶ *Et repulit tabernaculum Ioseph*, &c.] Non adhoc repulit tribuum Ioseph vel Ephraim, vt in æternum sperneret: sed noluit de ea suscipere carnem, eligens tribum Iuda, de qua B. Maria procederet, ex qua nasceretur ipse, vt dilectionis suæ montem, id est, ecclesiam eleuaret.

c ¶ *Et ædificauit sicut vnicornium*, &c.] Ipsam ecclesiam suam singulari virtute firmauit, vt immobilis in sæcula sempiterna persisteret.

d ¶ *Elegit Dauid seruum suum, & sustulit eum de gregibus ouium & de*, &c.] Omnia hæc ad Christum Dominum referenda sunt, quià paterno consilio, ad redemptionem nostram electus est de grege mortalium: carnem assumens, pascens Christianum populum, siue supplantaturem vitiorum, siue mente videntem Deum. Qui nunc ecclesiam suam suis voluntatibus inhærentem, in bonitate cordis sui pascere, & in cælesti Hierusalem collocare dignetur. Ipsi gloria cum æterno patre & Spiritu sancto, in sæcula sæculorum, Amen.

F

e ¶ *Psalmus Asaph.*] Iste psalmus vocem continet prophetæ, captiuitatem terrenæ Hierusalem deplorãns: quæ captiuitas non tantum ad illam ciuitatem, quantum ad animam, quæ sæpe ciuitas scribitur, referenda est.

PSALMVS LXXVIII.

DEus f *venerunt*, &c.] Apostolus dicit: *Vos estis templum Dei, & spiritus Dei habitat in vobis. Si quis violauerit templum Dei, disperdet illum Deus.* Ergo si increscentibus vitiis succumbit anima Christiana, tunc hæreditas, quæ Dei esse debuerat, aduersario subditur, & tunc templum Spiritui sancto dedicatum, coinquinatum à gentium criminibus disperditur. 1.Cor.3.

g ¶ *Posuerunt Hierusalem*, &c.] Sicut enim poma cùm maturescere cœperint, à suis custodiuntur, maturaque facilius deuorantur: ita & aduersarius noster irruentibus vitiis custodit sibi consentientem animam, donec eam ad plenum voluntatis suæ consensum adducens, valeat deuorare. Quamdiu enim in ea scintilla lucet fidei, acerba est dentibus inimici.

h ¶ *Posuerunt morticina seruorũ tuorũ escas volatilibus cæli*, &c.] Hæc quidem in Hierusalem ante aduentum acta sunt Saluatoris: sed passionem infantum figurauerunt: vbi carnes eorum bestiis atque volucribus, id est, persecu-

i ¶ *Facti*, &c.] Opprobrium fiunt sancti his qui prius fratres fuerant, & tunc separati ab ecclesia, timentes Deum persequuntur. Quod ad hæreticos refertur. Mat.2.

k ¶ *Vsquequo*, &c.] Ne nobis irascaris quæsumus Domine, qui te nouimus: sed in illos potius retorque furorem tuum, qui Christum tuum ignorant.

l ¶ *Quia comederunt*, &c.] Illum carnalem, qui seductus est astutia inimici.

m ¶ *Ne memineris iniquitatum nostrarum*, &c.] Præueniat nos quæsumus Domine misericordia, quæ est vnigenitus tuus, vt veniens propitietur iniquitatibus nostris, & eruat nos à peccatis. Pauperes enim facti sumus in mundo propter illum.

n ¶ *Adiuua nos Deus salutaris noster: propter gloriam nominis*, &c.] Tunc nobis vel adiuuas, vel propitiaris, si claritas nominis tui, quæ in gentibus benedicitur, nos morte sua à morte eripiat.

H

o ¶ *Ne quando dicant gentes, vbi est*, &c.] Gentes, siue nationes, potestates aduersæ sũt, quæ inualescunt aduersum nos, dicentes: Vbi est Deus verax vester? Sicut pagani martyribus sæpe dicebant.

p ¶ *Vltio*, &c.] Iudicium hîc inuocat, quo sanguis martyrũ exquiratur à Domino, qui in Apocalypsi ait: Quiescite modicum, donec impleatur numerus conseruorũ vestrorum. Apoc.6.

q ¶ *Introeat in conspectu*, &c.] Qui te per longas lacrymas requirentes, absului & tecum esse desiderant.

r ¶ *Secundum magnitudinem brachij tui, posside filios*, &c.] Eos scilicet, qui per martyrum exempla currentes, crucifixerunt se vitiis, & concupiscentiis.

s ¶ *Redde vicinis*, &c.] Vt non iudicij pœna damnentur, sed in hoc sæculu septuplam compositionem pœnitendo dissoluat. Sinus autem sæpe pectus hominis intelligitur, in quo anima requiescis.

t ¶ *Improperium ipsorum quod exprobrauerunt*, &c.] Tibi enim exprobrant, quia martyres tuos, in quibus habitas, contumeliis affligunt.

u ¶ *Nos autem*, &c.] Propter innocẽtiam autem quam gerunt, oues vocantur, vel quia Christum pastorem habent.

x ¶ *Confitebimur tibi*, &c.] Hoc est, à prophetis vsque in in euangelia.

y ¶ *Annuntiabimus laudem tuam.*] Quia tibi est cum æterno patre, & Spiritu sancto, honor & gloria, in sæcula sæculorum, Amen.

ᵃ In fi-

a ¶ *In fi-*

E

a ¶ *In finem pro his qui commutabuntur, &c.*] Iste psalmus vocem continet prophetæ deprecantis, narrantisque magnalia Dei.

PSALMVS LXXIX.

Qui b *regis*, &c.] A Deo regitur, qui mente videt Deū. Ergo hunc propheta intendere sibi deposcit.

c ¶ *Qui deducis*, &c.] Non illum Ioseph, cuius typum in alio psalmo repulit, sed illum qui triginta argenteis à discipulo venditus, paterna virtute ex inferno deductus est cum grege iustorum.

d ¶ *Qui sedes*, &c.] Super plenitudinem omnis scientiæ.

e ¶ *Appare.*] Huic mundo te videndum præbe.

f ¶ *Coram Ephraim*, &c.] Illum Ephraim Manassenque commemorat, quos alibi fortitudinem sui capitis dicit, id est, ecclesiam vel apostolos. Quod autem Beniamin in medio posuit, significat Paulum Apostolum, qui de tribu Beniamin descendit, cæteris apostolis sociandum. Philip. 3. a

g ¶ *Excita*, &c.] Quam Ægyptiis ac filiis Israel ostendisti.

h ¶ *Et venit vt saluos*, &c.] Vt sicut illos eruisti de Ægypto: ita nos salues à potestate dæmonum.

F

i ¶ *Deus converte*, &c.] Ad te cognoscendum.

k ¶ *Et ostende*, &c.] Ostende filium tuum, vt saluemur.

l ¶ *Domine Deus*, &c.] Non enim irascitur, si iusti etiam petamus, sed conscientia delicti, putat etiam ab oratione irasci.

m ¶ *Cibabis nos pane*, &c.] Sæpe ob desiderium Dei, siue recordationem peccati, lacrymæ nobis panes potusque fiūt. Quod autem ait: in mensura, illud indicat, vt in hac oratione, in qua peccatis absolui cupimus, vel Deum videre desideramus, victus tenuis accipiatur, si in precatione non in multiloquio proferatur.

n ¶ *Posuisti nos*, &c.] Iudæis atque hæreticis, qui in circuitu ecclesiæ obstrepunt, nosque impugnant. Esa. 14. b

o ¶ *Domine Deus*, &c.] Illum qui dixit: *Qui me videt, videt & patrem.*

p ¶ *Vineam de Aegypto*, &c.] Licet hæc synagogam figurauerint, ad ecclesiam referenda sunt, quæ a tenebris sæculi ad cœlestem dignitatem, eiectis vitiorum gentibus, fide fauente, translata est. Cui etiam via, id est, mandata, per quæ graderetur, largita sunt, plantatis in ea doctoribus, per quos in omnem terram euangeliorum sonus nunciatetur. Ipsa quoque à Domino super Cherubim residente custoditur, dirigitur, ac nutritur.

q ¶ *Operuit montes umbra*, &c.] Cum patriarchis atque apostolis claritatis suæ.

r ¶ *Extendit palmites suos.*] Non sumus vites, qui ex vinea illa fronduimus.

s ¶ *Vsque ad mare.*] Id est, vsque ad baptismum accessimus, qui prius in vanitate sæculi huius fluctuabamur. Mare enim Apocalypsis baptismum signat. Apoc. 4. b

t ¶ *Et ad flumen*, &c.] Vt qui in ea renascebantur, baptismo abluerentur. Hinc ad synagogam reuertitur.

v ¶ *Vt quid destruxisti*, &c.] Tunc enim munimen syna-

a ¶ In finem pro his qui commutabuntur, testimonium Asaph, psalmus pro Assyriis.

PSALMVS LXXIX.

Qui b regis Israel intēde: c qui deducis velut ouem Ioseph. d Qui sedes super Cherubim: e manifestare f coram Ephraim & Beniamin, & Manasse. g Excita potentiam tuam, h & veni, vt saluos facias nos. i Deus conuerte nos, k & ostende faciem tuam, & salui erimus. l Domine Deus virtutum, quousque irasceris super orationem serui tui. m Cibabis nos pane lacrymarum, & potū dabis nobis in lacrymis in mēsura. n Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris, & inimici nostri subsannauerunt nos. o Domine Deus virtutū conuerte nos: & ostēde faciem tuam, & salui erimus. p Vineam de Ægypto transtulisti: eiecisti gentes, & plantasti eam. Dux itineris fuisti in conspectu eius, & plantasti radices eius, & impleuit terram. q Operuit montes vmbra eius, & arbusta eius cedros Dei. r Extendit palmites suos s vsque ad mare, t & vsque ad flumen propagines eius. u Vt quid destruxisti maceriam eius, x & vindemiāt eam omnes qui prætergrediuntur viam. y Exterminauit eam aper de sylua, & singularis ferus depastus est eam. z Deus virtutum conuertere: a respice de cœlo & vide, & visita vineam istā. Et perfice eam, quam plantauit dextera tua, c & super filium hominis, quem d confirmasti tibi. e Incensa igni & suffossa: ab increpatione vultus tui peribunt. f Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ g & super filium hominis, quem confirmasti tibi. h Et non discedimus à te: viuificabis nos, i & nomen tuum inuocabimus. k Domine Deus virtutum conuerte nos: & ostende faciem tuam, & salui erimus.

l ¶ In finem pro torcularibus psalmus ipsi Asaph, quinta sabbati.

gogæ deposita est, cùm ei cæcitas contigit, donec plenitudo gentium subintraret. Rom. 11. a

x ¶ *Et vindemiant eam omnes*, &c.] Spoliatur ab his, qui per huius sæculi viam ad eum transeunt, dum Iudæos conuerti faciunt prædicando.

y ¶ *Exterminauit eam*, &c.] In apro atque singulari fero immanitas diaboli intelligitur, à quo exterminata est propter incredulitatem.

z ¶ *Domine Deus*, &c.] Synagogam ad ecclesiam.

a ¶ *Respice de cælo*, &c.] De qua superius sum locutus.

b ¶ *Et perfice eam*, &c.] Quam virtus, id est, filius tuus resurrectione sua fundauit.

c ¶ *Et super filium hominis.*] Filium virginis.

d ¶ *Quem confirmasti tibi.*] Quem deuicta morte, ad tuam dexteram collocasti.

e ¶ *Incensa igni*, &c.] Synagoga vtique cum Iudæis non credentibus.

f ¶ *Fiat manus*, &c.] Super populum, quem dextera, id est, Christus tuus saluauit.

g ¶ *Et super filium hominis*, &c.] Ipsum mediatorem saluatoremque nostrum.

h ¶ *Non discedimus*, &c.] Si tibi fide adhæreamus, tunc pane illo vitæ, quem de cœlo misisti, reficimur. H

i ¶ *Et nomen tuum*, &c.] Ipsum cui dedisti nomen super omne nomen.

x ¶ *Domine*, &c.] Ipsum qui est imago tua, ipsum qui est facies tua, qui est illuminatio vultus tui, in quo manes, & qui manet in te. Qui purificatis mentibus nostris dignetur illabi, seque nobis mundi Saluatorem ostendere, nosque inspectione sancta lauare. Ipsi gloria & imperium tecum, & cum Spiritu sancto, & nunc, & in sæcula sæculorum, Amen.

l ¶ *In finem*, &c.] In lege scriptum est, tres esse solemnitates, Paschæ, Pentecostes, & Scenopegiæ. Ante scenopegias, ante dies decem ieiunium erat, & ieiunium erat vsque ad vesperū. Eo tempore tubis canebāt, hoc est, ieiunabant & in ieiunio tubis canebant: post dies decem Scenopegiæ erant. Diligenter attendite: Tres solennitates in lege scriptæ habētur. Primum Pascha, deinde Pētecostes, deinde Scenopegiæ, Ante Scenopegias, ieiunium: in ieiunio autem tubis canebant. Animaduertite, scriptura quid significet. Tollite velamen, quod positum est ante oculos Moysi: & videte quoniam tabernacula non possumus fieri, nisi ante ieiunemus. Ipsum autem ieiunium nisi habuerit signum victoriæ, quod nostros aduersarios deterreat, non vincitur Amalech. Quoniā ergo tres sunt solennitates: Pascha, Pentecoste, Scenopegiæ: ideo & tres psalmi habent titulos, pro torcularib. Octauus psalmus, & octogesimus, & octogesimus tertius. Videtis ergo quomodo tres psalmi scripo sint in psalterio, qui pro torcularibus prænotantur. Videte quid dicat octauus psalmus, & octogesimus, & octogesimus tertius: & antequā de numero disputemus, dicamus quid sibi significare velint torcularia. Pro torcularibus. Torcularia non sunt alibi, nisi vbi vineæ & infinita vindemia, *Pro torcularibus.* Propterea dicit Dominus atque saluator: Torcular calcaui solus, & de gentibus vir non erat mecum. Propterea vineā de Ægypto Esa. 63 a · Psal. 79 b

A Hier. 2. d transtulit, & plantauit. Et dicit in Hieremia: *Ego te* Gen. 9. d *plantaui vineam veram totam, electam*: quomodo con- Cant. 5. a uersa es mihi in amaritudinem vitis alienæ? Et Noe Gen. 43. g vinũ bibit, & inebriatus est. Dicitur & à Salomone, dicitur etiam in mysterio: *Bibite amici, & inebriamini* Legimus & in alio loco, quoniam Ioseph ille vir sanctus, qui in typo præcessit Saluatoris, qui venditus est à fratribus suis, quem vẽdiderunt fratres sui, & regnauit in Ægypto. Sic Dominus & Saluator noster venditus est à Iudæis, & regnauit in Ægypto istius sæculi. Ille ergo Ioseph vir sanctus, ille præcipuus, qui crudelitatẽ pietate superauit, qui ideo venditus est in Ægyptum, vt Ægyptum pasceret, & fratres suos, qui eum vendiderunt. Ille igitur Ioseph imitauit fratres suos. Sed videte: Et inebriatus esse in meridie dicitur. Hoc verò secundũ literã stare non potest, vt vir sanctus inebriatus fuerit. Inebriatus est & Noe, sed verè fuerat inebriatus. Ioseph inebriatus fuit & Noe, & inebriatus est
Gen. 9. c in domo sua. Videte mysterium: Videamus ante quid significet in mysterio, & postea disputemus quid significet in sensu. Post diluuiũ mundi istius bibit Noe, & inebriatus est in domo sua, & denudata sunt fœmora eius, & eius apparuit turpitudo, & venit frater maior & irrisit: frater autẽ minor
Mat. 26. d texit. Hoc totum dicitur de Saluatore, quoniam dicebat in cruce passionis: *Pater, si possibile est, transeat à me calix iste.* Bibit & inebriatus est, & denudata sunt fœmora eius, & apparuit igominia crucis. Venit frater maior, populus Iudæorum, & irrisit, & minor populus de gentibus texit ignominiam. Propterea maledictus Chanaan, seruus erit fratris sui.
B Ecce maledictio illa vsque hodie perseuerat. Nos minor populus imperamus maiori populo Iudæorum. Sicut ergo Dominus in passione inebriatus est, sic & sancti in ardore fidei quotidie inebriantur in Spiritu sancto. Tu qui die hesterna
Act. 2. b aurum colligebas, hodie proiicis: nonne apud ignotos videris insanus? Denique & apostoli quando Spiritus sanctus descenderat super eos, & impleuerat eos, & loquebãtur linguis variis, propterea dicebantur musto pleni. Multa sunt quæ dicantur de vini mysterio, & de ebrietate. In finem pro torcularibus Asaph: Octauus psalmus, & octogesimus & octogesimus tertius. Nullus alius habere poterat torcularis numeros, nisi octauus, & octogesimus, & octogesimus tertius. Octauus dies resurrectionis in singulari numero. Rursum in octo decadibus, octogesimus al[...]s maior numerus. Videtis ergo quoniam hæc torcularia non præscribuntur, nisi in die resurrectionis octaua & octogesima. Dicat aliquis: Quare postea dicitur in octogesimo tertio, torcularia. Hæc torcularia ad trinitatis mysterium pertinent. Propterea & tres sunt chori didascali. In octauo psalmo, Dauid: in octogesimo, Asaph: in octogesimo tertio, filij Core. Octauus est Dauid: qui interpretatur, fortis manu. Prima enim nostra victoria, pugnam habet atque luctam. Propterea dicitur fortis manu Dauid. Secũda verò, hoc est, in octogesimo Asaph. Asaph autem interpretatur synagoga. In octauo ergo vincimus, & in octogesimo cum Domino congregamur. In octo-
4. Reg. 2. gesimo verò tertio filiorum Core. Core interpretatur, caluaria. *Ascende calue, ascende calue.* Hæc dicebant etiam pueri
Ibid. 2. b Eliseo: quoniam passus fuerat in loco caluariæ. Multa sunt quæ dicantur, quomodo Eliseus in Bethel irrisus sitã quadraginta duobus pueris. Ista sunt torcularia, de quibus dicit
Luc. 16. b & Saluator: *Facite vobis amicos de iniquo mammona, vt vos recipiant in æterna tabernacula.*

Psalmus LXXX.

Exultate [a] Deo adiutori nostro: [b] iubilate Deo Iacob. [c] Sumite psalmũ, & date tympanum: psalterium iocundum cum cythara. [d] Buccinate in neomenia tuba: in insigni die solennitatis nostræ. [e] Quia præceptum in Israel est, & iudicium Deo Iacob. [f] Testimonium in Ioseph [g] posuit illud: cùm exiret de terra Ægypti: [h] linguam, quam non nouerat, audiuit. [i] Diuertit ab oneribus dorsum eius: [k] manus eius in cophino seruierunt. [l] In tribulatione inuocasti me, & liberaui te: exaudiui te in abscondito tempestatis: [n] probaui te apud aquam contradictionis. [o] Audi populus meus, & contestabor te: [p] Israel audieris me, [q] non erit in te

Psalmus LXXX.

Exultate a Deo adiutori nostro.] Qui nos de tenebris Ægypti liberauit.

b ¶ *Iubilate Deo Iacob.*] Supplantatori vitiorum.

c ¶ *Sumite psalmum*, &c.] Hymnum de corde puro, vel mente, ac attenuatione peccatorum mundi.

C d ¶ *Buccinate in*, &c.] Illi canebant tuba in Pascha, Pentecoste, & Scenopegia Nos modo in ecclesia, licet omni tẽpore Deo canere debeamus, sed præcipuè in resurrectione, in remissione, & in domus innouatione, hoc est, cum resurgimus in Christo, cum remissionem accipimus, cùm domus pectoris nostri innouata fuerit post ruinam.

e ¶ *Quia præceptum*, &c.] Ipsius enim præceptum est atque iudicium, vt gratia saluemur, & non ex nobis.

f ¶ *Testimonium*, &c.] In Christo, qui pro nobis venditus est.

g ¶ *Posuit illud*, &c.] Vel in rubo, vel in igne, vel in aliis mysteriis. Exo. 3. a

h ¶ *Linguam*, &c.] Populus ille gentium, in ecclesia mandata, quæ prius ignorabat, accepit.

i ¶ *Diuertit*, &c.] Quando in Ægypto eramus, extruebamus ciuitates Pharaonu, lutum & lateres portabamus, & tota anima nostra quærebat paleas. Non habebamus frumentum, non habebamus cœlestem panem, qui de cœlo venit, necdũ acceperamus manna de cœlo, necdum nobis serpens fuerat in eremo suspensus, necdum petra aquam nobis miserat, necdum extendebamus manus, & cadebat Amalech. Sedebamus in luto, & faciebamus opera Ægypti, ciuitates Pharaonis extruebamus. *Diuertit ab oneribus dorsum eius.* Quàm grãdia antè habebamus onera: Propterea Moyses noster dicit: *Venite ad me omnes qui onerati estis peccatis, & ego reficiam vos.* Ibid. 2. & 13. Ioan. 6. d. Exod. 16. d Num. 21. b Exod. 17. b Mat. 11. d

k ¶ *Manus eius*, &c.] Cuius Israëlis. Alij sunt cophini Ægypti, & alij Iesu. Habet & Iesus cophinos suos, & duodecim cophinos de fragmẽtis impleuit Saluator noster. O rem mirã, & ingentia mysteria significantem. Quinque millia populi vescebantur in eremo, sine paruolis & mulieribus: in loco deserto non inueniuntur, nisi tantùm quinque panes: Locus enim desertus erat. Requiro te qui tantum literã sequeris. In deserto loco non inueniuntur nisi quinque panes, & duodecim cophini quomodo inueniuntur? Si desertus erat locus, vtique duodecim cophinos habere non poterat. Sed hoc totum significatur, quod populum suum Dñs in deserto istius sæculi eduxit de Ægypto: pauit panibus suis, & quodcunque supererat, in duodecim cophinis condidit, hoc est, in duodecim apostolis, vt quod perierat in duodecim tribubus, saluaretur in duodecim apostolis D Luc. 9. c Mat. 14. b

l ¶ *In tribulatione*, &c.] Prophetæ & psalmi ideo obscuri sunt, quoniã subitò cùm nescis, persona mutatur. Denique hucusque locutus est propheta, nunc subitò inducitur persona Dei loquentis ad populum. In tribulatione inuocasti me, & liberaui te. Quicunque in tribulatione es, securus esto, inuoca me, & exaudieris.

m ¶ *Exaudiui te in abscondito*, &c.] Tempestas illa quando te premebat, & quasi fluctibus huc illucque trahebat, ego eram in media tempestate.

n ¶ *Probaui te apud*, &c.] Secundum literam de Moyse & Aaron dicitur: quod ad aquam contradictionis offenderint Deum: Denique ideo non sunt ingressi terram repromissionis. Nobis autem dicit Deus: Probaui te apud aquam cõtradictionis. Simon probatus est ad aquam contradictionis, quia in hypocrisi accepit baptismum. Quicunque ergo in hypocrysi accipit baptismum, iste probatur ad aquam contradictionis. Exod. 17. a & Num. 20. c Act. 8. a

o ¶ *Audi populus*, &c.] Nobis loquitur Deus. Quodcunque populo dixit, etiam nobis loquitur.

p ¶ *Israel si audieris me.*] Quid quæris vt audiam? Videamus quid præcipiat.

q ¶ *Non erit in te*, &c.] Cui Deus venter est, Deus ei recens est. Quotcunque vitia habemus, quotcunque peccata, tot recentes habemus deos. Iratus sum, ira mihi Deus est. Vidi

mube-

E mulierem & concupiui, libido mihi Deus est. Vnusquisque enim quod cupit & veneratur, hoc illi Deus est. Auarus aurum Deum habet.

a ¶ *Nec adorabis Deum alienum.*] Noster Deus, virtus est: aliorum, vitia.

te Deus recẽs:[a] neque adorabis Deum alienũ. [b] Ego enim sum Domin⁹ Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti:[c] dilata os tuum, & implebo illud.[d] Et non exaudiuit populus meus vocem meam, [e] & Israel non intendit mihi. Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum: ibunt in adinuentionib. suis.[f] Si populus meus audisset me, Israel[g] si in viis meis ambulasset, pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem, & super tribulantes eos misissem manum meam.[h] Inimici Domini mentiti sunt ei, [i] & erit tempus eorum in sæcula.[k] Et cibauit illos ex adipe frumenti, [l] & de petra melle saturauit eos.

m ¶ Psalmus Asaph.

PSALMVS LXXXI.

DEus [n] stetit in synagoga deorum,[o] in medio autem eos diiudicat.

[a] Vsque

Gen 19.a b ¶ *Ego sum*, &c.] Nos sumus, qui educti sumus de terra Ægypti: si tamen exiuimus, si in eremo sumus, si terram repromissionis cupimus videre. Si reliquimus Sodomam, non respiciamus ad Sodomam. Saluati sumus in monte, non desideremus Ægyptias carnes, non dicamus: Quàm benè nobis erat in Ægypto, cùm manducabamus carnes in ollis, & allia, & cucumeres. (Num 11 b) Vis accipere Domini cibos? Vis comedere ipsum Dominum Deum tuum & Saluatorem? Audi quid dicat.

c ¶ *Dilata os*, &c.] Dilatate ora vestra, ipse est & Dominus, & panis. Ipse hortatur nos vt comedamus, & ipse noster cibus est. Quantumcunque dilataueris, tantum accipies. Non est igitur in mea potestate, sed in tua est. Si volueris, totum me accipies: si nolueris, accipe saltem partem.

Apoc. 3. d d ¶ *Et non*, &c.] Ego sto ante ostium & pulso. Vulo vt aperias & ingrediar, & non vis aperire.

e ¶ *Et Israel nõ*, &c.] Infelix est qui à Deo nõ corripitur. Si quis peccans non percutitur, iste miser est. Ideo dicit: Dimisi eos secundum desideria cordis eorum. Ideo eos dimisi, quoniam sæpe percussi, & disciplinam non receperunt. Rogaui, non audierunt: percussi, nõ senserunt dolorem. Dimitto eos in voluptatibus suis, vt saturati vitiis suis, vel sic agãt pœnitentiam. F

f ¶ *Si populus*, &c.] O clemẽtissime pater, ô misericors Deus. Rogauit, & nõ est auditus, quasi iratus dimittit filium lasciuientẽ. Iterũ videt perire, & dolet, quia perit. Et quid dicit?

g ¶ *Si populus meus*, &c.] Nunquid grande mihi erat liberare te de tribulatione? Nunquid non poteram maiestatem meam mittere, & eruere te de periculo? Sed quia dimisit te libero arbitrio, & stadium tibi proposui, & non coronatur, nisi qui pugnauerit: propterea victoriam tuo arbitrio derelinquo.

2. Tim 2. a h ¶ *Inimici*, &c.] In Hebraico melius habet: Inimici Domini negabunt eum, hoc est, Iudæi. Inimici enim ipsius negauerunt eum. Sed isti inimici qui negaturi sunt eum, ergo peribunt? ergo reliquiæ non erunt? Et quomodo iurasti Abrahæ, Isaac, & Iacob: quoniam semen ipsorum sit quasi stellæ cœli, & sicut arena maris? Quare promisisti patribus, & non reddis filiis? Inimici Domini negabunt eum. Sed quid dicit? (Gen 12. & 15 a & 16. c. & 35 b)

Rom 11. d i ¶ *Et erit*, &c.] Cùm introierit plenitudo gentium, tunc omnis Israel saluus fiet. In futuro credent, modò non crediderunt. Nunc dicam ad Iudæos. Solent sibi applaudere, & dicere: Et erit tempus eorum in æternum. Nos dicamus, verum est: credituri enim sunt de Iudæis. Denique legimus in Apocalypsi Ioannis, duodecim millia de singulis tribubus, hoc est, centum quadraginta quatuor millia credituræ, & hoc dicitur virginum esse. Vbi autem virginum tantus numerus erit, non virginum quantus erit? Ergo & nos dicamus Iudæis, & erit tempus vestrum in æternum, hoc est, in futuro sæculo. Sed ad te qui hodie non credis, quid pertinet? Et erit tempus eorum in sæculum. Inimicorum Dei quale tempus erit?

k ¶ *Et cibauit eos de*, &c.] Induxit eos in terram repromissionis: cibauit non manna, vt in deserto, sed frumento, quod cecidit, quod resurrexit. *Et cibauit illos ex adipe frumenti.* Videte mysterium scripturarum. *Ex adipe frumenti.* Frumentum adipes habet, nunquid & intestina habuit? Sed voluit largitatem & pinguedinem gratiæ spiritualis ostendere: & ideo adipes nominauit.

l ¶ *Et de petra melle saturauit eos.*] Ipse frumentũ est, ipse petra est, qui populum Israël satiauit aqua in deserto. Spiritualiter melle & non aqua saturauit eum, vt quicunq; crediderunt & acceperunt cibum, mel sentiant in ore suo. *Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua super mel & fauum ori meo.* Denique & Dominus noster post resurrectionem propterea fauum comedit, & de petra melle saturatus est. Ergo rem dico nouam: Ipsa petra mel comedit, vt nobis mel tribueret: & dulcedinem, vt qui in lege biberant myrrham, hoc est, amaritudinem, postea in euangelio comedant mel euãgelii: cui est gloria in sæcula sæculorum, Amen. G (Psal 118 e; Luc. 24 f)

m ¶ *Psalmus Asaph*] Iste psalmus hortatur, vt si volumus Dominum habitare nobiscũ, ea semper quæ illi sunt placita, faciamus.

PSALMVS LXXXI.

DEus n stetit, &c.] Multa sunt schemata. Frequenter enim sedemus, interdum stamus, interdum iacemus, interdum currimus, interdum ambulamus, ita & De⁹ describitur pro varietate hominum, & status ipsius diuersus inducitur. Si sancti sumus, & sumus similes Moysi, dicitur ad nos: *Tu vero hic sta mecum.* Hoc enim dixit Deus ad Moysen. (Exod 17.) Stabat enim Moyses super petram, propterea & Dominus stabat illi. Si verò prius sancti fuerimus & postea peccatores: iam non nobis stat Deus, sed ambulat, hoc est, mouetur de loco suo, qui nobis antè steterat. Postquam nos moti fuerimus, & ipse nobiscum pariter mouetur. Denique & Adam, quamdiu in paradiso fuit, & mandatum seruauit, stabat ei Deus. Postquam vero transgressus est, audiuit vocem Dei ambulantis in paradiso. H Vis scire, quia ambulabat ei Deus? Quid ei dixit? Adam vbi es? Qui ante stantem Deũ non fugerat, postea ambulantem fugit. (Gen. 3 b) Diximus de stante, diximus de ambulante: dicamus de sedente. Quandocunque sedens inducitur Deus, dupliciter inducitur. Aut quasi rex, aut quasi iudex. Si quasi rex, videtur sicut Esaias: *Vidi Dominum sedentem super thronum excelsum & eleuatum.* (Esa 6. a) Ibi quasi rex regnans inducitur. Quando verò quasi iudex inducitur, throni positi sunt, & libri aperti sunt, vt in Daniele scriptum est. (Dan. 7. c) Quid dicitur? *Throni positi sunt, & libri aperti sunt.* Hoc est, Dominus quasi iudex sessurus, & omnium opera relecturus. Libri qui modo complicati sunt, tunc aperientur. Omne quod facimus, quod loquimur, quod cogitamus, etiam de otioso verbo reddituri sumus rationem. Scriptum est in libris Dei. Putat aliquis libros esse in cœlo, vbi scribantur peccata nostra? Ego libros puto conscientias nostras, quæ tunc aperientur, & videbit vnusquisque quod fecit. *Nihil occultum, quod non reuelabitur.* (Mat 10. c; Dan 7. c) Propterea throni positi sunt, & libri aperti sunt. Quanta scripta sunt in libro meo, & ne fratri quidem meo, neque amico meo audeo cõfiteri. Sciunt angeli quid fecerim, sciunt throni, sciunt Seraphim, scit pater & filius & Spiritus sanctus. Diximus de Deo, quod aliis stet, aliis ambulet: aliis vero sedeat, aut quasi rex, aut quasi iudex: aliis verò dormiat. Si quando nos derelinquit tentationibus, licet simus sancti, tamen relinquimur tentationibus, vt probemur. eo tempore nobis dormit Dominus. Denique quid dicit psalmista: *Exurge, vt quid dormitas Domine?* (Psal. 43 d; Marc. 4 d) Et apostoli, quando erãt in naui, & nauis fluctibus tundebatur, dormiebat eis Dominus: Propterea enim nauis fluctibus tundebatur. Denique excitant eum, & euigilat, & statim tempestas quiescit. Diximus de quatuor schematibus Dei, quia aliis stat, aliis ambulat, aliis sedet, & aliis quasi dormit, aliis vero euigilat & consurgit. Deus stetit in synagoga deorum. Quia dii erant, propterea stabat ei Deus. In qua synagoga nostra diuersa Deus habet schemata: Aliis stat, aliis sedet, aliis ambulat, aliis dormit. Cùm ipse sit immutabilis, pro nostra varietate mutatur. Vide hominis dignitatem, *Deus stetit in synagoga deorum*, Largitur nobis nomen, vt largiatur & meritum,

o ¶ *In medio autem deos*, &c.] Quasi imperator in medio

A exercitus diiudicat. Deus deos diiudicat. Res formidabilis, res terroris plena Si deos diiudicat, de peccatore quid facit? Duos istos versiculos quasi propheta dixit: hoc vero quod sequitur.

ᵃ Vsquequo iudicatis iniquitatem : ᵇ & facies peccatorum sumitis. Iudicate egeno & pupillo : humilem & pauperem iustificate. Eripite pauperem, & egenũ de manu peccatoris liberate.ᶜ Nescierunt, neq; intellexerunt, in tenebris ambulant:ᵈ mouebũtur omnia fundamẽta terræ.ᵉ Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes. ᶠ Vos autẽ sicut homines moriemini : ᵍ & sicut vnus de principib. cadetis.ʰ Surge Deus, iudica terram:

a ¶ *Vsquequo, &c.*] Ipse Deus loquitur ad iudices, hoc est, ad principes populi. Specialiter isti versiculi, qui sequuntur, ad iudices dicuntur. Si sæculi iudices, manifestum est. Si vero ecclesiæ iudices, de episcopis intelligamus atque presbyteris. *Vsquequo iudicatis iniquitatem?* Qui iudicat iniquitatem, iudex iniquitatis est. Ille erat iudex iniquitatis, de quo dicitur in euangelio, qui dominum non timebat, & hominem non reuerebatur. (Luc. 18 a) *Vsquequo iudicatis iniquitatem?* Dedi vobis potestatem in gregem meum, & in populum Dei: debetis iudices esse, non lupi.

b ¶ *Et facies peccatorum, &c.*] Quando venerit ad vos iudicium, non consideratis causam, non consideratis iudicium, sed personas eorum qui habent causas. Ac si dicat: Si venerit pauper, habens iustum negotium, & venerit diues, habens malum negotium, vos personam aspicitis, nõ negotiũ. Hoc interim secundum vnam interpretationem. Cæterum est & alia interpretatio sacratior: Solet in theatris vnus homo frequenter diuersas habere personas: nunc ingreditur in mulierem, nunc in virum, nunc in regem: & qui in regem processerat, rursum in seruo procedit. Dixi exemplum, vt de carnali venire possimus ad spirituale. Et nos diuersas personas accipimus. Quando enim irascor, personam leonis assumo. Quãdo res alienas rapio, lupi personam assumo. Quãdo vero crudelis sum & interficio, assumo personam crudelis Sed quomodo qui sunt peccatores, in peccatis habent diuersas
B personas: sic è contrario qui sancti sunt, habent & ipsi diuersas personas, sed in bono. Quando eleemosynam facio, habeo personam quasi clementis. Quando verò benè iudico, habeo personam boni iudicis. Quando vero iniuriam patior, & humilis sum, habeo personam humilis. Infelix est qui plures in malo habet personas. Felix est qui diuersas personas habet in bono.

c ¶ *Nescierunt neque, &c.*] Qui? Mali iudices. Quos ego Deus vocabam, vitio suo mali iudices appellati sunt. Nescierunt me, neque intellexerunt iudicium meum, in tenebris ambulant. Quia dereliquerunt lucem, propterea in tenebris ambulant. Ego dixi: vos estis lux mundi, & vos declinastis à luce, & facti estis tenebræ. Quia ergo hoc fecerunt, videamus quid sequitur.

d ¶ *Mouebuntur omnia, &c.*] Videte, principes mali qualem habent retributionem Propter malos iudices, terræ fundamenta quatiuntur. Hoc interim diximus primum, secũdum literam : quoniam totius orbis concussio propter malos principes venit. Dicamus autem & aliter : Mouebuntur omnia fundamenta terræ. Ego malos iudices, qui fundamenta posuerunt in terram, & non in cœlum, subuertam, qui debuerunt fundamentum habere Christum: quem posuit architectus Paulus, & noluerunt, sed in terram posuerunt fundamenta sua. (1. Cor. 3. b)

e ¶ *Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes.*] Audiat Eunomius, audiat Arius: qui dicunt filium Dei similiter esse filiũ, vt nos sumus. Quod dij sumus, non est naturæ, sed gratiæ. *Quotquot enim eum receperunt, dedit eis potestatem filios Dei fieri.* (Ioan. 1 b) Propterea feci hominem, vt de hominibus dij fiant. *Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes.* (Exod 7. a) Videte quanta sit hominum dignitas, & dij vocamur & filij. Ego feci vos deos, sicut feci Moysen Pharaonis Deum, vt postquam dij fueritis, digni efficiamini esse filij mei. Considerate scripturam diuinam: *Non est personarum acceptio apud Deum.* (Act 10 e) Non dixit, ego dixi, dij estis, reges & principes, sed omnes, quibus æqualiter corpus dedi & animam & spiritum, æqualiter donaui & deitatem & adoptionem. Æqualiter omnes nasci-
C mur & imperatores & pauperes, æqualiter & morimur. Æqualis enim conditio est.

f ¶ *Vos autem sicut homines moriemini.*] Videtis ergo quoniam qui homo est, moritur. Deus enim non moritur. Et Adam quamdiu seruabat præceptum, & Deus fuit, non mortuus est. Postquam vero gustauit de arbore illicita, statim mortuus est. Denique dicit ei Deus : *In quacunque die gustaueris, morte morieris.* (Gen. 2. c) Melius habet in Hebræo: Vos autem sicut Adam moriemini. Sicut ille eiectus est de paradiso, sic & nos eiecti sumus.

g ¶ *Et sicut vnus, &c.*] Quoniam dixerat, filij excelsi omnes, non potest filius esse excelsi, nisi & ipse excelsus fuerit. Ego dixi, vt omnes vos excelsi sitis, vt ego excelsus sum. *Vos vero sicut vnus de principibus cadetis.* Quoniam excelsi eramus, propterea cecidisse dicimur. Vbi sunt qui dicunt, diabolum esse factum? Vbi sunt qui dicunt, malam naturam à Deo esse creatam? Secundum Hebræum hic duo dicuntur: Vos autem sicut Adam moriemini. Sicut pater vester noluit audire præceptum Domini, & cecidit: ita & vos moriemini. Ergo illud de Adam dictum est. Hoc vero quod sequitur: *Et sicut vnus de principibus cadetis.* Quis est iste vnus de principibus qui cecidit? Si volueris dicere Adam, iam in superioribus versiculis dictum est: *Vos autem sicut Adam moriemini.* Simulq; videte significantiã verbi. Vos autẽ sicut Adã moriemini. Quoniã Adam mortuus est, & nos morimur. Diabolus vero, qui princeps fuit, & cecidit, nõ mortuus est. Neque enim potest angelica dignitas mortẽ recipere, sed tantum ruinã. Idcirco dixit : Sicut vnus de principibus cadetis. Quomodo cecidit lucifer, qui manè oriebatur: Et ecce & hic cecidit, & ibi cecidit. Propterea cecidit: quia semper in cœlestibus versabatur. Iste est, cui dicitur in Ezechiel: *Tu es resignaculum similitudinis.* D (Ezech. 28) Videte quid dicat : *Resignaculum similitudinis.* Non dixit, tu es signaculum similitudinis, sed *resignaculum similitudinis.* Signauerat te Deus, & similem sibi fecerat. Tu vero postea resignasti te ad similitudinem & imaginem Dei, & tu conditus es. Denique dicitur in ipsa prophetia: In medio Cherubim nutritus es: inter lapides iaspidis & carbũculi fuisti in paradiso Dei, & cecidisti, inquit, & à monte Dei vulneratus es. Iste est princeps Tyri ex eo tẽpore quo cecidit : siquidem Tyrus lingua Hebræa dicitur צר Zor, hoc est, tribulatio. Ergo & iste princeps, qui primo erat in cœlo, nunc factus est princeps Tyri, hoc est, tribulationis istius sæculi. Sicut vnus de principibus cadetis. Quando dicit sicut vnus, ostendit esse & alios. Legite Apocalypsim Ioannis: Draco quando de cœlo cecidit, tertiã partem stellarum secum duxit. (Apoc. 12. a) Hucusque Deus locutus est ad homines, & rursum per prophetam loquitur.

h ¶ *Surge Deus, &c*] Surge, quia nauis nostra fluctibus tũditur. *Surge Deus, iudica terram* : quoniam mali iudices non iudicant, sed euertunt legem tuam, & pecora tua lacerant. Tu surge, qui verus iudex es. Quia ergo mali iudices mortui sunt, sicut Adam, & ceciderunt sicut vnus de principibus : propterea tu surge, tu iudica, tu salua creaturã tuam. Mercenarius enim cum lupũ viderit, fugit, relinquit oues, nõ potest ita dolere alieno, quomodo dolet patri & matri. Dicamus & aliter : Surge qui pro nobis passus es, pro nobis mortuus es : surge & salua nos. Dicamus aliter : Qui venisti humilis & contemptus: veni quasi iudex, & vindica nos. *Surge Deus, iudica terrã.* Videte significantiam proprietatesque sermonum. Non dixit: iudica cœlum, sed terram. Ergo terra iudicatur, non cœlum. Si ergo terra iudicatur, & non cœlum : ergo in cœlo peccata non fiunt : si autem fierent in cœlo peccata, diceret : *Surge Deus, iudica terram*, & cœlum. Et videte clementiam prophetiæ. Non dixit : interfice terram, sed iudica & salua Non dixit, iudica per angelos, iudica per ministros tuos. Illi enim si iudicauerint, non possunt misereri: quia executores sunt sententiæ tuæ. Tu vero si iudicaueris, poteris ipse misereri. *Surge Deus, iudica terram.* Imperator potest suã mutare sententiã, præfectus nõ potest.

Propte-

E

Propterea te iudicem deprecamur, non contemnentes, sed precantes. Homines etenim & angeli ad cōparationem tui crudeles sunt. Tu solus mitissim⁹ iudex es. Vultis scire quo-
Mat 13.b niam Deus clemens est iudex, & omnis homo crudelis est? Dormiēte patrefamilias inimicus homo zizania superseminauit. Serui volunt euellere, & dicit paterfamilias: Dimittite vt simul crescant, ne cum zizania de frumento euellitis, eradiceris simul & triticum.

a ¶ *Quoniam*, &c.] Propterea te iudicem deprecamur, quia omnib. gentibus misertus es. Quare non dixit: tu possidebis omnes gentes, sed, tu hæreditabis? Vbicunque hæreditas ponitur, ibi mors ante præcessit, Propterea hæredes & cohæredes dicimur. Hæredes dixit Christi, quia pro nobis mortuus est. Cohęredes, quia nobiscum regnaturus est. Tu hæreditabis: Misisti enim seruos tuos, reuertamur ad Apostolos, aliū in circumcisionē, aliū ingentes. Quamdiu Moysen miseras, quamdiu Esaiam, quādiu Hieremiam, quamdiu alios prophetas, notus erat in Iudæa Deus, in Israël magnum nomen eius. In modica terra nominis Dei notitia ferebatur. Misisti Petrum piscatorem, qui dimiserat rete, qui ab opere callosam habebat manum. Non misisti oratorem, non misisti philosophū: Misisti ho-
Rom 15.e minem rusticanum, hominem piscatorem. Iste piscator, iste rusticanus de Hierosolyma perrexit Romam, & rusticanus cœpit Romā, quam eloquentes capere non potuerunt. Rur-
F sū iuit Paulus apostolus, & de Hierosolyma prædicauit vsque in Illyricū, & prædicauit vbi nō erat prædicatū euāgelium, ne super alienum fundamentum poneret ædificium. Deinde dicit, quod de vrbe Roma iret ad Hispaniā. Videte Paulum persecutorē, qui in Iudæa fuerat persecutor, prædicar gentibus. Vbi sunt qui prædicant Alexandrum Magnū Macedonum Imperatorem, quod in breui spatio vicerit tātas gentes? Habuit exercitum, habuit & ingentes turbas, & non tale aliquid potuit, sed modicū quiddam. Iste vero Pau-
2.Cor.11.b lus quondam persecutor fuit, qui dicebat: *Et si imperitus sum sermone, non tamen scientia*. Qui solœcismos facit in loquendo, crucem Christi portat, & quasi triumphans omnes capit. Totum orbem subegit ab Oceano vsque in mare rubrū. Dicat aliquis: Hoc totum lucri causa fecerunt. Hoc enim dicit Porphyrius: Homines rusticani & pauperes, quoniam nihil habebant, magicis artib. operati sunt quædam signa. Nō est autem grande facere signa. Nam fecēre signa in Ægypto
Exod.7 b magi contra Moysen. Fecit & Apollonius, fecit & Apuleius: Infinita signa fecerunt. Concedo tibi Porphyri, magicis artibus signa fecerunt, vt diuitias acciperent à diuitibus mulierculis, quas induxerant: hoc enim tu dicis: quare mortui sunt? quare crucifixi? Fecerunt & alij signa magicis artib. sed pro homine mortuo nō sunt mortui, pro homine crucifixo non sunt crucifixi. Sciunt isti hominem esse mortuum, & moriuntur sine causa? Felix ergo nostra victoria, quæ in sanguine Apostolorum dedicata est. Fides nostra non probatur, nisi per illorum sanguinem. Benedicamus ergo Deum: cui est gloria in sæcula sæculorum, Amen.

b ¶ *Canticum Psalmi Asaph.*] Iste psalmus vocem prophetæ continet collaudantis Deum. Ait ergo:

PSALMVS LXXXII.

DEus quis similis erit tibi?] Quia nullus est similis tui: nullum alium auctorem, nisi te quærimus.

d ¶ *Ne taceas, neq; compescaris Deus.*] Nos tacemus, tu pro nobis loquere. Iusti vox est quæ dicit: Neque compescaris. De iustitia sua securus est.

e ¶ *Quoniam ecce inimici tui sonuerunt.*] Possumus secūdum Tropologiam de ecclesia interpretari, & hæresibus. Possumus autem secundum literam interpretari de populo Iudæorum, & de cæteris gentibus, quæ in circuitu expugnant

terram: ª quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus.

b ¶ Canticum psalmi Asaph.

PSALMVS LXXXII.

DEus[c] quis similis erit tibi?[d] ne taceas, neq; compescaris Deus. [e] Quoniam ecce inimici tui sonuerunt,[f] & qui oderunt te, extulerunt caput. [g] Super populū tuum malignauerunt consilium,[h] & cogitauerunt aduersus sanctos tuos. [i] Dixerunt, venite & disperdamus eos de gente: [k] & non memoretur nomē Israël vltra. [l] Quoniam cogitauerunt vnanimiter simul: [m] aduersus te testamētū disposuerūt: [n] tabernacula Idumæorū & Ismaelitæ. Moab & Agareni: Gebal, & Ammon, & Amalech: alienigenæ cum habitantib. Tyrū. Etenim Assur venit cum illis: facti sunt in adiutorium filiis Lot.

ª Fac

Iudæam. Quoniam ecce inimici tui sonuerūt. Vocem & detractionem aduersariorum sonitum voluit appellare. Quoniam ecce inimici tui sonuerunt. Videte quid dicat: Sonuerunt, hoc est, quasi cymbalum tinniens: sic sonuerunt aurib. meis. Sonus propriē dicitur, cùm auditur tantùmodo sonus, & vox non intelligitur. Ergo quod dicit, hoc est. Illi quidem loquebantur, & quasi volebant me arguere: cæterum ego non quasi vocem, sed quasi sonum audiebam. G

f ¶ *Et qui*, &c] Videte quid dicat: Ergo qui eleuat caput, odit Deum. Superbis enim Dominus resistit: humilibus autem dat gratiam. Et qui oderunt te, extulerunt caput. Si causam habes contra aliquē, si tibi detrahit frater tuus, & tu es humilis pro Christo, & ille superbus propter diabolū, tu imitaris eum, qui dicit: *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde*. Ille autem qui erigitur, illum imitatur, qui dicit: *In cœlum ascendam, super sidera cœli ponam thronum meum, ero similis altissimo* Et qui oderunt te, extulerunt caput. Iacob.4 & 1.Pet 5.b Mat.11.d Esa.14.e

g ¶ *Super populum*, &c.] Sufficit alicui, si populus Dei sit.

h ¶ *Cogitauerunt*, &c.] Hoc interpretatione non indiget. Legisse, intellexisse est.

i ¶ *Dixerunt: venite & disperdamus*, &c.] Et non sit gens, quia populus Dei est.

k ¶ *Et non memoretur nomen*, &c.] Non memoretur hic, qui sensu videat Deum.

l ¶ *Quoniam cogitauerunt*, &c.] Infelices nos, infelix populus Dei, non potest in bono tantam habere concordiam, quantam mali habent in malo. H

m ¶ *Aduersus te testamentum disposuerunt*, &c.] Videte hominum sacramenta.

n ¶ *Tabernacula Idumæorum & Ismaelitæ*, &c] Vndecim sunt, qui pugnant aduersus sanctum. Quoniam ergò pugnauerunt contra sanctos, ad perfectum numerum, id est, duodecim, venire non poterunt. Tabernacula Idumæorum. Non habent domus fundamentum, sed tabernacula, quæ citò pertranseunt. Idumæa dupliciter interpretatur, aut sanguinea, aut terrena. Videte ergo qui pugnant aduersus sanctos Tabernacula Idumæorum terreni & Ismaelitæ. Ismaelitæ interpretantur, obedientes sibi. Hoc est, quodcunque cor habuerit, & mala cogitatio, statim faciunt. Propte- Ezec.13.a
rea dicitur in Ezechiele: *Fili hominis loquere aduersus prophetas, qui sequuntur cor suū, & quodcunq; impellit cogitatio, faciunt*. Nos autem non debemus sequi cogitationem nostrā, nec dici Ismaelitæ, hoc est, obedientes sibi: sed Ismael, hoc est, obedientes Deo. Moab ex patre, hoc est, recedentes à Deo patre. Agareni, Proselyti. Qui cum deberent esse habitatores Dei, Proselyti facti sunt. Gebal interpretatur, vallis vana. Ge, dicitur vallis. Baal verò interpretatur, vana. Isti ergo, qui contra Dei populū sunt non sunt de monte, sed de valle vana. Et Ammon interpretatur, populus turbidus, hoc est, qui confidunt in multitudine, & non in simplicitate. Amalech interpretatur, lingens terram. Quicunque enim עמלק
pugnant aduersus populum Dei, non comedunt cœlestem panem, sed lingunt terram sicut serpens. Alienigenæ. Vbi dicitur, alienigenæ, in Hebræo habet, Philistum. Philisthim verò interpretātur, cadentes potione, hoc est, qui inebriati sunt de calice diaboli, & inebriati ceciderunt. Cum habitātibus Tyrum. Tyrus lingua Hebræa dicitur צר Zor: quod interpretatur, tribulatio & angustia. Qui debuerant esse peregrini in isto sæculo, facti sunt habitatores. Isti ergo qui expugnant populum Dei, habitant in Zor, hoc est, in angustia & tribulatione animæ suæ. Istæ ergo tantæ gentes, quæ pugnant aduersus sanctum, videamus quem habeāt principem: Saluatorem, an diabolū. Quid sequitur? *Etenim Assur venit cum illis*. Assur Nabuchodonosor aduersarius Dei,

A qui populum Dei duxit in captiuitatem, licet videatur gentes habere plurimas pro se dimicantes: tamen principem habent Assur, hoc est, diabolum. Facti sunt in adiutoriũ filiis Lot. Lot interpretatur, declinans. Dæmones antè fuerunt angeli, & posteà cum diabolo ceciderunt, & facti sunt satellites eius, sicut scriptũ est in Apocalypsi Ioãnis: Quia draco cecidit, & traxit secum tertiam partem stellarum. (Apoc. 12. a) Ergo quid dicit: Isti qui venerunt cum tantis gentibus, & expugnauerunt populum tuum, & venit cum eis Assur, & principem habent diabolum, facti sunt in adiutorium filiis Lot, hoc est, dæmonibus. Qui à te declinauerunt, hoc operantur quod & dæmones. Videtis quia difficillima loca sunt: videtis quia obscura sunt, & in singulis sermonibus magna sunt sacramenta, & necessitate compellimur in verbis Hebraicis, & plenis mysteriis diutius immorari. Neque enim nunc rhetoricum locum euentilamus, sed id quod à Spiritu sancto dictum est, interpretari nitimur. Nisi enim sic interpretemur, vt diximus, quid prodest ecclesiis Christi legere tabernacula Idumæorũ & Ismaelitæ, & cætera nomina? Quoniam ergo venerunt contra populum tuum, videamus ergo quid eis imprecetur psalmista.

[a] Fac illis sicut Madian & Sisaræ, sicut Iabin [b] in torrente Cison. Disperiunt in Endor: [c] facti sũt stercus terræ. [d] Pone principes eorum [e] sicut Oreb & Zeb & Zebee & Salmana. Omnes principes eorum [f] qui dixerunt, hæreditate possideamus sanctuarium Dei. [g] Deus meus pone illos vt rotam, [h] sicut stipulam ante faciem venti. Sicut ignis qui comburit syluam, [i] & sicut flãma comburens montes. [k] Ita persequeris illos in tempestate tua, & in ira tua [l] turbabis eos. [m] Imple facies eorum ignominia: [n] & quærent nomen tuum Domine. [o] Erubescant & cõturbentur in sæculum sæculi, & confundantur & pereant. [p] Et cognoscant quia nomen tibi Dominus: tu solus altissimus in omni terra.

[q] ¶ In finem pro torcularibus filiis Core psalmus.

PSALMVS LXXXIII.

QVam dilecta tabernacula tua Domine virtutum: concupiscit & deficit anima mea in atria Domini.

[a] Cor

(Iud. 7. & 8.) a ¶ *Fac illis*, &c.] Legistis in Iudicum libro: Iste est Madian, quem expugnauit Gedeon. Iabin & Sisara isti sunt, quos expugnauit Debbora & Barach.

b ¶ *In torrente*, &c.] Debbora & Barach interfecerunt Sisaram principem militiæ (Ibid. 4.) Ergo quod dicit, videte quid sit. Domine quantam habent superbiam: quoniam cum tanto veniunt exercitu, quoniam Nabuchodonosor habent princi- (B) pem Assyriorum, quoniam facti sunt in adiutorium filiis Lot, quoniam hoc agunt quod agunt dæmones, quoniam superbia eorũ vsque ad te eleuata est: propterea te deprecor, vt ad ignominiã suam, non à viro vincantur, sed à muliere.

c ¶ *Facti*, &c.] Qui? Madian & Sisara & Iabin. Isti tres facti sunt sicut stercus terræ. Madian interpretatur relinquẽs iudicium. Quicumque pugnat contra populum meum, non cogitat futurum esse iudicium. Sisara interpretatur equi visio. Isti qui pugnant contra populum tuum, non sunt de grege tuo & de pecoribus tuis, sed de equis qui insaniunt in feminas. Isti ergo equi semper parati in prælium sunt. Sicut Iabin. Iabin interpretatur intellectus. Qui sibi in sua sapiẽtia confidunt, & non in gloria Dei. Facti sunt vt stercus terræ. Illi qui gloriabantur in exercitu, qui habebant principẽ Assur, & dicebant: in cœlum ascendam, non solùm in terram ceciderunt sed in terra stercus facti sunt.

d ¶ *Pone principes eorum.*] Quorum? Qui pugnant contra populum tuum.

(Iud. 6 & 7.) e ¶ *Sicut Oreb*, &c.] Legisse vos puto historiam in Iudicum libro, quoniam Gedeon, qui vocatur alio nomine Hierobaal, pro populo Dei pugnans, hos quatuor reges vicerit, & interfecerit eos. Videte quales sunt principes Madianitarũ, qui reliquerunt iudicium Dei. Oreb & Zeb & Zebee & Salmana. Quis putat in istis verbis esse mysteria Saluatoris? Legunt hoc philosophi, & irrident. Legunt rhetores, & putant esse deliramenta. Non solùm autem rhetores, sed & Iudæi non habent clauem scientiæ: quoniam velamen positum est ante oculos eorum. Oreb interpretatur foramen, in quo coluber ingreditur. Zeb interpretatur lupus. Videte nomina principum aduersariorum Christi. Zebee, hostia, hoc est, quos lupus suffocauerit: Et Salmana, perfecti in malitia. Videte ergo nominum sacramenta.

f ¶ *Qui dixerunt*, &c.] Dixerunt, sed non perfecerunt, quia Dominus pugnabat pro populo suo.

g ¶ *Deus meus pone*, &c.] Videte clementiam prophetæ: Nõ precatur contra eos, sed pro eis. Videte quid dicat: Deus meus, qui Deus es omnium: meus propriè Deus. Deus meus pone illos vt rotam. Qui quasi fundamentum habent in malitia, non habeant fundamentum, sed vacillent, & non stent in malitia. (C)

h ¶ *Sicut stipulam*, &c.] Sicut stipulam, non sicut frumentũ. Sed stipulam quod dicit, hoc est, si quis est in eis stipula & palea, pereat. Sicut ignis qui comburit syluam. Non dixit arbores frugiferas, sed syluam, quæ non habet fruges. Si quis ergo stipula est, & non habet frumentum: si quis sylua est, & non habet fruges, hic pereat.

i ¶ *Sicut*, &c.] Superbia in eis pereat.

k ¶ *Ita persequeris illos*, &c.] Quid? Occides eos? Non: sed;

l ¶ *Turbabis eos.*] Vt saluentur.

m ¶ *Imple facies*, &c.] Vt confundantur. Quare hoc?

n ¶ *Vt quærent*, &c.] Videtis ergo quia non contra eos, sed pro salute ipsorum deprecatur. Denique & in sequentibus videte quid dicat.

o ¶ *Erubescant*, &c.] Pereant secundum hoc quod mali sunt, & saluetur quod bonum est. Denique videte, quoniam perditio hic non abolitionem sonat, sed salutem. Quid sequitur?

p ¶ *Et cognoscant*, &c.] Erigat se qui vult vt erigatur. Nos dicamus: tu solus altissimus in omni terra. Quantumuis aliquis exaltetur, nos habeamus Deum, quo excelsior nemo est: cui est gloria in sæcula sæculorum, Amen. (D)

q ¶ *In finem*, &c.] Tres sunt psalmi, qui pro torcularibus præscribuntur, octauus, & octogesimus, & octogesimus tertius. Octauus præscribitur Dauid: octogesimus verò præscribitur Asaph: octogesimus vero tertius filiis Core. Do vobis aliquam regulam, vt sciatis in scripturis quid obseruare debeatis. Quicunque psalmus præscribitur filiorum Core, nihil triste habet, sed semper læta significat. Quoniam enim Core, & Dathan, & Abiron fecerunt contra Moysen, & à Domino puniti sunt: filij Core, qui non sunt secuti patrem suum, æterno gaudio benedicti sunt. Quoniam autem Core interpretatur caluaria, manifestum est, quod caluaria significet locum resurrectionis: quicunque filius Core est, filius est resurrectionis. Quicunque autem filius resurrectionis est, nihil potest habere quod triste est.

PSALMVS LXXXIII.

QVàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum, concupiscit & deficit anima, &c.] Deinde dicitur: *Beati qui habitant in domo tua.* Videte tria esse tabernacula & atria, & ad extremum domum. Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum. Quæ sunt ista tabernacula? Videamus euangelium, an nobis aliquam significantiam præbeat. Loquitur Dominus, & dicit: *Facite vobis amicos de iniquo mammona, vt cũ defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* (Luc. 16. b) Videtis ergo quod iniquum mammona in isto sæculo deficit. Tamen considerate, quod iste iniquus iustitiam præparat. Mammona in lingua Hebræa diuitiæ nuncupantur: non aurum, vt quidam putant. De iniquo Mammona vera est & philosophi quædam sententia: Omnis diues aut iniquus, aut iniqui hæres est. (Mat. 19. c) Propterea dicit Dominus atque Saluator, quod diuites difficile ingrediuntur in regnum cœlorum. Dicat aliquis: Quomodo Zachæus ingressus est in regnum cœlorum, qui diues fuit? Sed dedit diuitias, & statim commutauit diuitias regno cœlorum. Non dixit, quicunque diuites fuerint, non intrabunt in regna cœlorum: sed dixit, quod difficilè diuites intrabunt in regna cœlorum.

Quàm

E *Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum.* Alij desiderant possessiones: alij seculi istius diuitias: alij parere in istius seculi Ecclesiis, & gloriam aliquam habere apud homines: mihi hoc solum desiderium est, videre æterna tabernacula. Illa mihi dilecta sunt tabernacula, vbi congregatio virtutum est, non vitiorum. Concupiscit & deficit anima mea in atria Domini, hoc est, solum desiderium: hic solus amor meus, vt videam atria tua. Videte ordiné. Primum desiderat tabernacula, tabernacula quæ non habent fundamentũ, tabernacula quæ cito mutãtur. Tabernaculum enim semper mutatur, & huc illucque transfertur. Cæterum atria non sunt quidem domus, sed tamen habent aliqua fundamenta, & de atrio intramus in domum. Iste ergo primum tabernacula desiderat, & postea deficit, & amore tabescit, vt videat atria, & cùm fuerit in atrio, tunc dicit: Beati qui habitant in domo tua.

[a] Cor meum & caro mea exultauerunt in Deũ viuum.[b] Etenim passer inuenit sibi domum, & turtur nidũ sibi vbi reponat pullos suos. Altaria tua Domine virtutũ: rex meus & Deus me⁹. [c] Beati qui habitãt in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te.[d] Beatus vir cuius est auxilium abs te: [e] ascensiones in corde suo disposuit, in valle lachrymarum, in loco quem posuit. [f] Etenim benedictionem dabit legislator: [g] ibunt de virtute in virtutem: [h] videbitur Deus deorum in Sion. Domine Deus virtutum exaudi orationẽ meam, auribus percipe Deus Iacob.[i] Protector noster aspice Deus, & respice in fa-

mus, non sumus in monte, non sumus in paradiso: nec in paradisi altitudine, sed in humilitate terræ, maledictæ terræ, maledictæ quæ nobis tribulos & spinas generat, quæ cibus serpentis est, de qua dicitur ad Adam: *Terra es, & in terram ibis.* Gen. 3. a Quàm diu ergo sumus in valle lachrymarum, non debem⁹ ridere, sed plorare. Propterea dicit & Dominus: *Beati flẽtes, quia ipsi ridebũt.* Matt. 5. a Interim ergo, dũ sumus in valle lachrymarum, seculum hoc lacrymarum est, non gaudij. Non debemus ridere, quoniam hoc seculũ & hoc tempus lacrymarum est, illud gaudij. In valle lacrymarũ, in loco quem posuit. Quid est, quod dicitur: in loco quem posuit. In loco, hoc est, in valle lacrymarum. In loco quem posuit. Deus nos posuit ad certamen, vt semper in hoc pugnemus. Locus ergo iste, hoc est, vallis lacrymarum, non est pacis, non est securitatis, sed certaminis atque bellorum.

Gal. 5. c a ¶ *Cor meum, &c.*] Difficile est, vt cor & caro alicuius in commune consentiant. Si enim secundum Apostolum spiritus pugnat contra carnem, & caro cõtra spiritũ: quomodo hic dicit, cor meum & caro mea exultauit? Hoc non potest dicere, nisi ille qui in amorẽ Dei tota mente defixus est: *Cor meum & caro mea.* Psal. 62. a Illud est, quod dicit & in alio loco: *Sitiuit in te anima mea: quàm multipliciter tibi caro mea.* Iste est caro, quæ desiderat Dominum, de qua in alio loco dicitur: Esa. 40. b *Et videbit omnis caro salutare Dei.* Eccl. 14. c Illa autem caro de qua dicitur. *Omnis caro fœnum,* non desiderat Dominum. *Cor meum & caro mea.* Vide mihi aliquem abstinentem, qui mortem carnis suæ, lucrum putat animæ suæ. Hæc autem carnis sunt ieiunia & iniuriæ. Denique & Apostolus quid dicit? 1. Cor. 5. b F *Quem tradidi satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus fiat.* Nisi 2. Cor. 12. c caro mortua fuerit, spiritus viuificari non potest. Propterea dicit & Apostolus: *Quando infirmor, tunc fortior sum.* Cõsideret se vnusquisque, quando ieiunio lassus est & defectus, quomodo anima vigeat, quomodo nihil aliud mens eius nisi de Deo cõsiderat, quomodo semper dicat: quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum.

b ¶ *Etenim passer inuenit, &c.*] Interim simpliciter interpretemur. Videte, quid dicat. Desidero, Domine, æterna tabernacula tua: concupiscit & deficit anima mea in atria Domini. Sedem aliquam & nidulum animæ meæ & corpori meo habere desidero. Aues quæ libere huc atque illuc vagantur: tamen postquam volauerint, habent locum & nidulos, vbi requiescant: Quanto magis anima mea & caro mea debet sibi locum præparare, vbi possit requiescere? Nunc altius aliquid ascendamus. In Domino confido: quomodo dicitis animæ meæ, transmigra in montes sicut passer? Videte ergo, quia nemo transmigrat in montes, nisi qui passer est. Et turtur nidum sibi. Cant. 2. c Iste est turtur, de quo dicit in Cantico canticorum: *Vox turturis audita est in terra nostra.* Turtur nidum sibi. Turtur est animal castitatis. Turtur non habitat in humilibus, sed sẽper facit nidos sibi in excelsis arboribus. Sicut ergo passer & turtur aues castissimæ nidos sibi in sublimioribus faciunt: sic ergo tabernacula & atria & domus non sunt in humili ista terra, sed in excelso, hoc est, in regnis cœlorum. Denique videte, quid dicat.

c ¶ *Beati qui habitant in, &c.*] In tabernaculo non habitamus, sed peregrinamur. Et in atrio quamdiu sumus, non inhabitamus, sed peregrinamur. De atriis enim transimus in domum. Cum autem venerimus in domum, quid dicitur? *Beati qui habitant in domo tua:* Domus quæ habet fundamẽtum. Quoniam de domo nobis exire non licet, de atriis licet. In valle lacrymarum in loco quem posuit. Vbi dicitur in valle, necesse est, vt e contrario intelligamus & montem. Ergo quicunque disponit ascensiones in corde suo, vbi positus est: In valle lacrymarum. Consideremus, quod in valle su-

d ¶ *Beatus vir, &c*] Nos quidem desideramus tabernacula & atria & domum tuam, sed hoc ipsum vt capere possimus, non est virtutis nostræ, sed auxilij tui.

e ¶ *Ascensiones, &c.*] Quis disposuit ascensiones in corde suo? Beatus vir cuius est auxilium à Domino: ille disposuit ascensiones in corde suo. Quicunque sanctus est, quotidie in priora extenditur, & præteritorum obliuiscitur. Propterea dicuntur & in Psalterio Psalmi graduum quindecim, & primus dicitur: *Ad Dominum, cum tribularer, clamaui.* Et in secundo: *Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi.* Et in tertio: *Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi:* & semper procedit, & proficit, & ascendit in sublimiora. Quod dicit, hoc est, ascensiones in corde suo disposuit. Felix est, qui quotidie proficit, qui non considerat, quid heri fecerit, sed quid hodie faciat, vt proficiat. Sanctus ascensiones in H corde suo ponit; peccator dissensiones. Quomodo, qui sanctus est, quotidie proficit: ita qui peccator est, quotidie decrescit. Beatus vir qui disponit ascensiones in corde. Videte consequentiam scripturarum.

f ¶ *Etenim benedictiones, &c.*] Dicat aliquis. In valle lacrymarum in loco quem posuit: ad agonem, hoc est, ad certamẽ: quare posuit ad agonem, quare pugnare nos voluit? Respõdit sibi ipsi Psalmista, & dicit: Propterea in loco isto pugnare nos voluit, vt possit tribuere coronas. Etenim benedictiones dabit legislator. Iste legislator, hoc est, agonitheta noster propterea nos pugnare voluit, vt nos possit benedicere. Videte consequentiam. Quæ sunt autem benedictiones istius agonithetæ?

g ¶ *Ibunt, &c.*] Hinc vincunt, vt ibi coronentur. Si hic vir fortis apparuerit, ibi robustior fit. Ibunt de virtute in virtutem. Ergo nisi hîc habuerimus virtutem, ibi virtutem maiorem habere non possumus. Neque enim dixit: ibunt de imbecillitate in virtutem, sed ibunt de virtute in virtutem. Vis ibi esse fortis? Ante hîc esto fortis. Vis ibi coronari? Hîc pugna. Ibunt de virtute in virtutem. Possumus & aliter dicere. Christus Dei virtus & Dei sapientia. Qui hîc habuerit virtutem, & ibi habebit ipsam virtutem. Ibunt de virtute in virtutem. Quid habebunt lucri, cùm ierint de virtute in vir- 1. Cor. 1. d tutem? Quid habebunt præmij?

h ¶ *Videbitur, &c.*] Beati mundo corde: quoniam ipsi Deũ videbunt. Sufficit victoribus: sufficit eis, qui pugnauerunt facies Christi, Deum videre, infinita corona est. *Videbitur* Matt. 5. a *Deus deorum in Sion.* Quanta lætitia est, quanta felicitas ire de virtute in virtutem; & hoc ipsum habere præmium, vt Christum videre mereamur.

i ¶ *Protector noster aspice Deus, & respice in faciem, &c.*] Videte, quid dicat: Et respice in faciem Christi tui. Et deprecatur homo, vt pater aspiciat in faciem filij. Sed vide, quid dicat. Quoniam dixit Apostolus: An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus. Et rursũ ipse Saluator dixit: *Qui vos recipit, me recipit.* Ergo hoc est, quod dicit: respi- 2. Cor. 13. b

in faciem Christi tui. [a] Quia melinr est dies vna in atriis tuis super millia. [b] Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum. [c] Quia misericordiam & veritatem diligit Deus: [d] gratiam & gloriam dabit Dominus. [e] Non priuabit bonis eos, qui ambulant in innocentia: [f] Domine virtutum, [g] beatus homo qui sperat in te.

h ¶ In finem filiis Core.

PSALMVS LXXXIV.

BEnedixisti Domine terram tuam: [k] auertisti captiuitatem Iacob, [l] Remisisti iniquitatem plebis tuæ: [m] operuisti omnia peccata eorum. [n] Mitigasti omnem iram tuam: auertisti ab ira indignationis tuæ. Conuerte nos Deus salutaris noster, & auerte iram tuam à nobis. Nunquid in æternum irasceris nobis: aut extēdes iram tuam à generatione in generationem. [o] Deus tu conuersus viuificabis nos, & plebs tua lætabitur in te. [p] Ostende nobis, Domine, misericordiā tuam, & salutare tuum da nobis.

[a] Au-

A ce in nos. In nobis enim respicis filium tuum, qui habitat in nobis.

a ¶ *Quia melior est dies vna in atriis tuis,&c.*] Videte, quid dicat: Dies vna. Putat aliquis sic intelligendum: Melius mihi est in regno cœlorum parum habere quàm hic totum, hoc est, in isto seculo. Est quidem & ista intelligentia non mala. Sed nos dicamus. Si possit fieri, vt aliquis vna die esset in regno cœlorum, & postea præcipitaretur, rectè diceret: Melius est dies vna in atriis tuis. Nunc vero quod dicit vna dies, hoc est, quod dicit in regno cœlorum. Vna illa dies non habet noctem & tenebras, sed semper lux est. Qui ergo vna die in regnu cœlorum fuerit, semper ibi est.

b ¶ *Elegi abiectus esse in domo Dei mei magis quàm, &c.*] Hoc est, quod etiam Saluator ait de Ioanne: *Amen, Amen dico vobis: quoniam inter natos mulierū non est maior Ioanne Baptista.* Deinde dicit, quia ipse est angelus. Et deinde dixit: Qui autem minor est in regno cœlorum, maior est illo. Sensus ibi iste est. Ioannes inter omnes homines maior est. Et si vultis scire, ipse est angelus. Iste autē, qui in terra angelus est. in cœlorum regno nooissimos est, hoc est, ab angelis minor est. Qui autem minimus est in regno cœlorū, hoc est, angelus: maior est isto, qui in terra omnibus maior est. Hoc est ergo, quod nunc Propheta dicit: Elegi abiectus esse in domo Dei mei, hoc est, minimus esse volui in regno cœlorum, quàm in isto seculo primus Elegi abiectus esse in domo Dei mei, quàm habitare in tabernaculis peccatorum. Tabernacula non habent fundamentum, sed pertranseunt. Tamen qui peccator est, nunquam incolit terram, sed inhabitat & possidet.

Matt. 11 b

B

c ¶ *Quia misericordiam & veritatem diligit Deus.*] Duo diligit Deus: misericordiam & veritatem. Si tantum misericors esset, omnes nos ad peccata prouocaret. Si tantum veritatem diligeret, nemo spem haberet pœnitentiæ Propterea duo quærit, vt ex altero alterum temperet. Si peccator es, audi misericordem Deum, & noli desperare, sed age pœnitentiam. Si verò iustus es, noli negligens esse, quia Deus clemens est: quoniam Deus & iustus est, & veritatem diligit.

d ¶ *Gratiam & gloriam,&c.*] Non dixit gloriam & gratiam dabit, sed dixit gratiam & gloriam dabit Dominus. Primùm donat peccata, & postea coronat.

e ¶ *Non priuabit bonis eos, qui ambulant, &c.*] Melius habet in Hebræo in perfectione. Innocentia enim non est perfecta virtus: quoniam qui innocens est, nisi habuerit prudētiam, non est perfectæ consummatæque virtutis. Propterea dicit etiam in Euangelio: *Estote prudentes vt serpentes, & simplices vt columbæ.*

Matt. 10 b

f ¶ *Domine,&c.*] Videte, quid dicat: Domine virtutum Ergo quando peccata aliqua habemus in nobis, Deus qui Dominus virtutum est, non est Dominus noster: quia Dominus non est peccatorum, sed iustorum.

g ¶ *Beatus vir &c.*] Ille sperat in Domino, qui conscientiam non habet peccatorum, qui oculos liberos ad cœlum leuat. Iste sperat, qui scit non offendisse se Dominum suum cui est gloria in secula seculorum, Amen.

h ¶ *In finem, &c.*] Psalmus hoc titulo prænotatur. Frequēter dixi, vbicunque titulus est filiorum Core, nihil triste est, sed semper lætum. Tristitia enim patris, filiorum gaudio consolatur Denique diligenter Psalmos relegite, & vbicunque inueneritis titulum filiorum Core, nihil triste reperietis: Frequenter dixi Core, quod interpretatur caluariæ locus: necesse est, vt lætum aliquid significet. Denique quis est iste Core? Qui de Hiericho ascendebat in Bethel. Bethel

C domus Dei. Diligenter animaduertite. Quicunque in Hiericho est, & vult ire ad domum Dei, necesse est, vt ascēdat. Ergo de Hiericho Core noster, hoc est, Eliseus, ascendit in domum Dei in Bethel, & egrediuntur de Bethel, hoc est, de domo Dei, hoc est, de synagoga vbi prius fuerat domus Dei, egrediuntur pueri quadraginta duo & illudunt Eliseum, & Core nostrum, & dicunt: *Ascende, calue, ascende calue.* Ille venit ad domum suā, & irridetur à paruulis Bethel. Verum Eliseus ille patientissimus, qui propterea venerat in Bethel, vt saluaret, respexit se aliquando: respexit, & iussit de saltu exire duos vrsos, & interfecerūt quadraginta duos pueros. Sic & Dominus noster, hoc est, noster Core, cum venisset in Bethel, & vellet ascēdere, irrisus à paruulis, iubet exire duos vrsos, hoc est, Vespasianum & Titum, & interfecerunt quadraginta duos pueros. Qui sunt isti quadraginta & duo pueri Ab Ascensu Christi vsque ad subuersionem Hierusalem, quadraginta & duo anni sunt. Diligenter aspicite, & sic inuenietis. Dedit itaque illis locum pœnitentiæ quadraginta & duos annos post resurrectionem suam, cum ad Bethel ascenderet. Sed quoniam illi irridebant: ascende calue, ascende calue, egressi sunt duo vrsi, & interfecerunt illos.

4. Reg. 2 d

PSALMVS LXXXIV.

BEnedixisti, &c.*] De aduentu dicitur Saluatoris. Hoc proprie secundum historiam: Cæterum secundū Tropologiam, cum dixerimus de historia, postea dicemus. *Benedixisti, Domine, terram tuam.* Hoc diximus de aduentu Saluatoris. Terra quę te offēderat, quę de idololatriis fuerat inquinata, te veniente saluata est. *Benedixisti, Domine, terrā tuam.* Loquitur peccator, postea veniam consecutus. *Benedixisti, Domine, terram tuam.* Licet tribulos & spinas attulerit, tamen creatura tua est, & ideo saluata est.

D

k ¶ *Auertisti, &c.*] Eorum qui in Christo crediderunt. Auertisti captiuitatem Iacob. Quicunque in peccatis est, captiuus tenetur.

l ¶ *Remisisti, &c.*] Non propter opera eorum, sed propter misericordiam tuam saluasti populum tuum.

m ¶ Et *operuisti,&c.*] Vsque ad finem de aduentu Saluatoris Psalmus est, sicut dixit: misericordia & veritas. Veruntamen prope timentes eum salutare ipsius, vt inhabitet gloria in terra nostra. Vere enim gloria Dei habitauit in terra nostra, & deinde iustitia de cœlo prospexit. Etenim Dominus dabit benignitatem. Quam benignitatem? Terra nostra dedit fructum suum. Maria terra nostra, caro nostra, dedit fructum suum. Iustitia ante eum ambulauit. Iustum fructum dedit terra virgo. Hoc interim diximus secundum historiā; nunc dicamus secundum Tropologiam. *Remisisti iniquitatem plebis tuæ.* Nemo dimittit, nisi quod debetur. Operuisti omnia peccata eorum. Virtutibus operuisti, & propterea peccata non parent. Ac si diceret: Iniquitatem operuisti iustitia: impudicitiam, operuisti castitate: nigredinem, operuisti candore.

n ¶ *Mitigasti, &c.*] Videte, quid dicat. Tu, quod in te fuit, auersus es ab ira propter clementiam tuam. *Conuerte nos Deus.* Tu auersus ab ira, nos auertisti à peccatis. *Conuerte nos Deus salutum nostrarum.* Quare non dixit salutis nostræ, sed salutum nostrarum? Si semel peccaremus, vna indigeremus salute. Multa peccauimus, propterea multis indigemus salutibus.

o ¶ *Deus tu, &c.*] Quamdiu ergo ad nos Dominus non cōuertitur, mortui sumus.

p ¶ *Ostende nobis, Domine, &c.*] Quod Saluator descendit, misericordia Dei est. Non venisset medicus, nisi ægrotarent pluri-

E

plurimi Quoniam ægrotabant plurimi, propterea venit medicus. Quoniam indigebamus misericordia, propterea venit Saluator.

a ¶ *Audiam, quid loquatur in me, &c.*] Multi putant, quando loquitur Moyses, & dicit: hæc dicit Dominus, & Esaias, & cæteri, & cum dicitur: factum est verbum Domini ad Esaiam, siue ad Ezechielē Prophetam: quoniam forinsecus sermo fiat, & per istas aures audiat Propheta, quod loquitur à Domino: Non est ita. Denique & Dominus noster, quid loquitur ad Pharisæos & Iudæos? *Qui habet aures audiendi, audiat.* Esaias ait: *Dominus addidit mihi auriculam.* Videte, quid dicat: Dominus addidit mihi auriculam. Quoniam nō habebā illam auriculam, quæ in corde est: addidit mihi, vt Dei possim audire sermones. Et nūc ergo Propheta quodcunque audit, audit in corde. Quando enim clamamus in cordibus nostris, Abba pater, & clamor ille silentij est, & silentium auditor à Domino: sic & Dominus loquitur ad cor nostrum, quod clamat Abba pater. Ideo ergo nūc dicit Propheta: *Audiam, quid loquatur in me Dominus Deus.* Tale quid & Habacuc Propheta dicit: *Stabo in contemplatione, & videam, quid respondeat mihi Dominus, & quid respondeam ad eum.* Et *audiam, quid loquatur in me Dominus Deus.* Ergo & hoc quod dicit, audiam, quid loquatur in me Dominus Deus: loquitur in corde: loquitur in sensu. Vultis scire, qualis sit clamor cordis? Vultis scire, quoniam clamor apud Deum non vocis, sed lacrymarum est. Dicitur & in lamentationibus Hieremiæ: *Non tacuit pupilla oculi mei.*

Io. 8 a — Esa. 3 b — Habac. 2 a — Thren. 2 f

b ¶ *Quoniam loquetur, &c.*] Proprie dicitur hoc de populo Iudæorum, qui in Christum credituri sunt, hoc est, de aduētu Christi. Dicitur & de fide populi Iudaici, hoc est, de Apostolis, & quicunque Apostolis crediderunt. Quoniam loquetur pacem in plebem suam. Pax non dicitur, nisi quando bellum non est.

c ¶ *Et super sanctos suos, &c.*] Hoc est, qui primum sequebantur carnem, & postea conuertuntur ad cor. Vt sciatis

F

quia de Iudæis dicitur iste versiculus, hoc est, de his qui crediderunt in Saluatorem: videte exempla, quæ diximus. Fac mihi Iudæum legere Leuiticum, & omnia illa sacramenta, quæ scripta sunt; & quomodo leprosus ingreditur in synagogam: quomodo gallina tollitur & obtorquetur illi collū. Deinde dicitur de sanguine, quomodo aspergatur: dicitur de aqua, dicitur de hyssopo, dicitur etiam, quomodo scindantur illi vestimenta, & sic ingreditur in synagogam ille qui leprosus fuerat. Si secundum literam legamus, quid nobis prodest, quod legimus? Si vero conuersi fuerimus ad cor, si spiritualiter intellexerimus: videbimus, quoniam leprosus non potest intrare ad populum Dei, nisi scindantur vestimēta eius, nisi quodcunque clausum fuerit, reueletur. Denique videte, quoniam iste leprosus nisi per sanguinem & aquam & hyssopum non ingreditur synagogam. Ergo & tu qui vsque hodie leprosus fuisti, non apparebat lepra tua antequam venires ad sacerdotem. Sed quoniam venisti ad sacerdotem, dissuit sacerdos vestimenta tua, & quod tectum videbatur & sanum esse, ostendit leprosum. Omnia peccata tua & lepram tuam posuit ante oculos tuos: & ideo te reducit in synagogam Dei per sanguinem & aquam. Per sanguinem, per passionem Christi: & per aquam, per baptismum. Ergo post lepram sanari non potens, nisi per passionem Christi & per baptismum. Et cum hoc feceris, dicitur & illud: *Asperges me hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super niuem dealbabor.* Vsque hodie in Ægypto es: quamdiu non veneris ad sanguinem & ad aquam, saluari non poteris. Vis vt exterminator, qui interfecit Ægyptum, non te interficiat? Tolle hyssopum, intinge in sanguine, asperge postes tuos. Exterminator cum viderit sanguinem in fronte tua, accedere non poterit. Hoc totum quare dixi? Quia scriptum est, & in eos qui conuertuntur ad cor. Ergo non poterit Deus loqui pacem plebi suæ, nisi eis qui conuertuntur ad cor.

Psal. 50.

d ¶ *Veruntamen prope timentes eum salutare, &c.*] Ostendo viam salutis, do misericordiam, licet nec dum conuersus es ad cor: tamen expecto: do locum pœnitentiæ. Et hoc totum quid est?

a Audiam, quid loquatur in me Dominus Deus: b quoniam loquetur pacem in plebem suam. c Et super sanctos suos, & in eos qui conuertuntur ad cor. d Veruntamen prope timentes eum salutare ipsius, e vt inhabitet gloria in terra nostra. f Misericordia & veritas obuiauerunt sibi, iustitia & pax osculatæ sunt. g Veritas de terra orta est: h & iustitia de cœlo prospexit. i Etenim Dominus dabit benignitatem: k & terra nostra dabit fructum suum. l Iustitia ante eum ambulabit, & ponet in via gressus suos.

G

e ¶ *Vt inhabitet gloria in terra nostra, &c.*] Propterea te ad pœnitentiam vocat, vt qui leprosus eras, habeas hospitem Christum.

f ¶ *Misericordia, & veritas obuiauerunt, &c.*] O quam præclara amicitia. Misericordia, & veritas obuiauerunt sibi. Peccator es: audi, quid dicat, misericordia. Sanctus es, audi, quid dicat, & veritas. Nec si peccator es, desperes: nec si iustus es, superbias. Dicamus aliter. Duo sunt credentes populi, vnus de gentium populo, & alius de Iudæorum. Iudæis repromissum est, quod veniret Saluator? nobis autem qui extranei eramus à lege Dei, non est repromissum. Misericordia igitur est in populo gentium, veritas in populo Iudæorum: quia quod repromissum est, venit, hoc est, quod repromissum est patribus, hoc completur in filiis. Iustitia & pax osculatæ sunt. Videte, quid dicat. Iustitia & pax osculatæ sunt. Ipsum est, quod supra dixit: Misericordia & veritas. Misericordia ipsum est quod & pax: veritas autem ipsum est quod & iustitia. Si quid enim ad pacem pertinet, hoc & ad misericordiā: & si quid ad veritatem, hoc ad iustitiam. Videte ergo, quid dicat: Iustitia & pax deosculatæ sunt, hoc est, misericordia & veritas amicitiam fecerunt, hoc est, & gentium populus & Iudæorum sub vno pastore Christo est.

g ¶ *Veritas, &c.*] Ego sum via, vita, & veritas. Ille qui dixit, ego sum veritas, de terra ortus est. Quæ est ista veritas, quæ de terra orta est? Exiet *virga de radice Iesse & flos de radice eius exiet.* Et in alio loco: Quoniam Deus *operatus est salutem in medio terræ.* Quid dicis Manichæe, qui negas carnem habuisse Saluatorem? Ecce *veritas*, id est, Saluator, *de terra*, hoc est, de Maria *ortus est*. Ioan. 14. a — Esa. 11 a — Psal. 73. c

h ¶ *Et iustitia, &c.*] Iustum enim erat, vt Saluator misereretur populo suo. Videte, quid dicat. O iusta iudicia Dei, & inuestigabiles viæ eius. *Veritas de terra orta est*, hoc est, Saluator. Et rursum: *Et iustitia de cœlo prospexit.* Iustitia ipse Saluator est. Quomodo de terra orta est? Quomodo de cœlo prospexit? *De terra orta est*, quod homo natus est: de cœlo prospexit, quoniam Deus semper in cœlis est, hoc est, natus quidem est de terra: sed ille qui de terra natus est, semper in cœlo est, hoc est, sic apparebat in terris, vt cœlum non derelinqueret. Deus enim vbique est, & vbique prospexit: quoniam donec peccabamus, auertebat oculos suos à nobis. Quod dicit, hoc est: Iustum est, vt figulus misereatur operibus suis, vt pastor misereatur gregi suo. Nos populus eius sumus, nos creatura eius sumus. Propterea ergo de terra ortus est, de cœlo prospexit, vt impleat iustitiam suam, & misereatur operi suo. Denique vt sciatis, quoniam iustitiam non crudelitatem sonat, sed misericordiam: videte, quid dicat.

H

i ¶ *Etenim, &c.*] Propterea prospexit de cœlo, vt misereatur operibus suis.

k ¶ *Et terra, &c.*] Veritas quidem de terra orta est. Hoc de præterito. Nunc de futuro dicitur: Et terra nostra dabit fructum suum. Nolite desperare: quod semel natum est ex Maria, quotidie & in nobis nascitur. Et terra nostra dabit fructum suum. Et nos possumus parere Christum, si volumus. *Et terra nostra dabit fructum suum*, de quo fiat cœlestis panis: de quo dicitur: *Ego sum panis, qui de cœlo descendi.* Hæc quidem omnia diximus de misericordia Domini: quoniam propterea venit, vt saluaret humanum genus. Veruntamen scire debemus, quoniam ipse iudicaturus est viuos & mortuos: ipse veniet ad iudicium. Ioan. 6. a

l ¶ *Iustitia ante eum ambulabit, & ponet in via gressus, &c.*] Nolite negligentes esse. Iustitia ante eum ambulabit, & ponet in via gressus suos. Videte, quid dicat: gressus suos, vbi nō sunt lapides, vbi nō sunt spinæ & tribuli, vbi æqualis est via, vbi ambulare potest, vbi non potest impingere. Et nos ergo faciamus in corde nostro viam Domino: de qua via laborabat & Ioannes, & clamabat in eremo, vt faceremus viam Do- Matt. 3. a

A mino: ergo & nunc dicitur: Et ponet in via gressos suos. Vbi inuenit viã, ambulat. Licet ante babebamus spinas & tribulos, licet & lapides: dicitur nobis in Esaia: *Et lapides de via proiicite*. Hoc autem propterea dicit: ne cum voluerit deambulare in via nostra, impingat pedem suum. Lapides qui in via sunt, & proiici iubentur, peccata nostra sunt. Non ambulat in corde nostro Christus, si peccatum aliquod fuerit: statim impingit in lapides. *Et ponet in via gressus suos.* Faciamus viam, & ponet in via gressus suos Iesus: cui sit gloria & honor in secula seculorum, Amen. (Esa 57.c)

Non ex persona Christi hæc Propheta loquitur: sed intelligitur de Iudæis. C

l ¶ *Non, &c.*] Obcæcauerat eos malitia eorum.

t ¶ *Et tu Domine Deus miserator, &c.*] Misericors, cum remittis: patiens, cum peccatorem, vt conuertatur, expectas: verax, cum promissa restitues.

a ¶ Oratio Dauid.

PSALMVS LXXXV.

INclina Domine aurem tuam, & exaudi me: quoniam inops & pauper sum ego. Custodi animam meã, quoniam sanctus sum: [c] saluum fac seruum tuum Deus meus sperantem in te. Miserere mei Domine, quoniam ad te clamaui tota die: [d] lætifica animam serui tui: [e] quoniam ad te Domine animã meam leuaui. [f] Quoniam tu Domine suauis & mitis, & multæ misericordiæ omnibus inuocantibus te. [g] Auribus percipe Domine orationem meam, & intende voci deprecationis meæ. [h] In die tribulationis meæ [i] clamaui ad te: [k] quia exaudisti me. [l] Non est similis tui in diis Domine, & non est secundum opera tua. [m] Omnes gentes quascunque fecisti, venient, & adorabũt coram te Domine: & glorificabunt nomen tuum. Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus solus. [n] Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in veritate tua: [o] lætetur cor meũ, vt timeat nomẽ tuum. [p] Confitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo, & glorificabo nomẽ tuum in æternum. Quia misericordia tua magna est super me. [q] & eruisti animam meam ex inferno inferiori. [r] Deus, iniqui insurrexerunt super me, & synagoga potentium quæsierunt animã meam: [s] & non proposuerunt te in conspectu suo. [t] Et tu Domine Deus miserator & misericors: patiens & multæ misericordiæ & verax. [u] Respice in me & miserere mei: da imperium tuum puero tuo: [x] & saluum fac filium ancillæ tuæ. [y] Fac mecum signum in bonum, vt videant, qui oderunt me & confundantur: quoniam tu Domine adiuuisti me, & consolatus es me.

z ¶ Psalmus cantici filiis Core.

PSALMVS LXXXVI.

FVndamenta [a] eius in montibus sanctis: [b] diligit Dominus portas Sion, super omnia tabernacula Iacob.

a ¶ *Oratio Dauid.*] Iste Psalmus vocem continet nostri mediatoris venientis ad passionem. In finem vero ipsius Prophetæ tenet orationem.

PSALMVS LXXXV.

INclina, &c.] Iuxta fragilitatem assumpti corporis ad patrem fundit orationem. Secũdum deitatem vero sanctum se dicit, sicut quondam dixerat ad Moysen: *Sancti estote: quoniam ego sanctus sum.* (Leuit 19.a & 20.b)

c ¶ *Saluum fac seruum tuum, &c.*] Formam serui suscepit, quam in omni tempore præsentis vitæ saluari precatur. Scit enim, quia & si spiritus prõptus est, caro autem infirma est.

B d ¶ *Lætifica animam serui tui.*] A tribulationibus præsentibus mœstam.

e ¶ *Quia ad te Domine animam, &c.*] Ad te eam resuscitari credens.

f ¶ *Quia tu Domine suauis & mitis, & multæ misericordiæ, &c.*] His qui te de puro corde inuocant, mitem te præbes, & copiosam misericordiam eis indulges.

g ¶ *Auribus, &c.*] Quoniam iusta peto.

h ¶ *In die, &c.*] Hoc est, in die passionis.

i ¶ *Clamaui ad te.*] De cruce.

k ¶ *Quia exaudisti me.*] Vt commendatum tibi restitueres spiritum meum.

l ¶ *Non est, &c*] Non reperitur in simulacris gentium, qui sic possit vt tu operari.

m ¶ *Omnes gentes, &c.*] Per passionem enim meam cognoscent magnitudinem virtutis tuæ. Hinc Propheta loquitur.

n ¶ *Deduc, &c.*] Si enim me ad Christum tuum, qui est via, deducas: nulla me fallacia retinebit.

o ¶ *Lætetur, &c.*] Cum à mœrore facinorum erutus fuero, tunc in te lætitia spirituali gaudebo.

p ¶ *Confitebor tibi Domine Deus, &c.*] Cur confiteatur nomini Domini, aut honoret eum, versiculus sequens exponit, dicens:

q ¶ *Eripuisti animam, &c.*] Non quod duo inferna sint, sed iste superiorem infernum, peccatum dixit: inferiorem vero, qui est verus infernus, in quo peccatores damnantur. Laudat ergo ob hoc misericordiam Domini, quod sit erutus à supplicio inferioris inferni.

r ¶ *Deus, iniqui insurrexerunt aduersus me, & synagoga potẽtium quæsierunt animã, &c.*] Vitiorum, seu dæmoniorum:

u ¶ *Respice in me, & miserere mei, &c*] Ad repugnandum potestatibus aduersis.

x ¶ *Et saluum fac filium ancillæ tuæ, &c.*] Ecclesiæ, in qua sum renatus.

y ¶ *Fac mecum signum in bonũ, &c.*] Muniat crucis tuæ signo, quod videntes potestates aduersæ, fugiãt confusæ, & discedãt à me. Hęc enim pro nostro populo Propheta rogat. Sed & nos precamur, Domine, vt crucis tuæ signo tutati, atque eius præsidio custoditi, mereamur ab omnibus diaboli insidiis liberari: quia tibi est honor & gloria cum æterno patre & Spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

z ¶ *Filiis Core Psalmus cantici.*] Inter psalmum & canticũ quid intersit, frequenter dixi. Psalmus ex Psalterio dicitur: Canticũ vero ex voce profertur. Psalmus refertur ad manus, hoc est, ad opera: canticum ad Theoriam.

PSALMVS LXXXVI.

FVndamenta eius in montibus sanctis.] Nõ prædixit cuius, & dixit: fundamenta eius in mõtibus sanctis. Qui loquitur, Propheta est. Filij sunt Core. Core quid interpretetur, frequenter dixi: caluaria, hoc est, filij resurrectionis. Fundamẽta eius, siue Dei, siue certè Ecclesiæ. Quæ sunt autem fundamẽta, nisi pater & filius & Spiritus sanctus? Hæc ergo fundamenta non sunt in vallibus, sed sunt in montibus, & non in montibus quibuscunque, sed in mõtibus sanctis. Loquitur Paulus: *Quasi sapiẽs architectus fundamẽtũ posui*, hoc est, fidẽ Trinitatis. Denique dicit & in alio loco: Expectabant enim ciuitatem habentem fundamenta: cuius artifex & conditor Deus. Fundamenta eius in montibus sanctis. Ideo dixit, in montibus sanctis: quia sunt & alij montes non sancti. Denique dicitur in Esaia: *Super montẽ tenebrosum leuate signũ*. Et in alio loco dicitur: *Qui es tu mons corrupte?* Dicitur & in Hieremia. *Date Domino Deo vestro gloriã, antequam offendant pedes vestri ad mõtes tenebrosos*. Videtis ergo, quia sunt & mõtes tenebrosi, & dicitur nobis à Hieremia, vt demus gloriam Deo, antequã offendant pedes nostri ad montes tenebrosos. Si enim pedes nostri impegerint ad illos montes, gloriam Domino dare non possumus: Fundamenta eius in montibus sanctis. Quos nos possumus dicere fundamenta? Apostolos. In illis erant fundamenta: ibi primum posita est fides Ecclesiæ, & ibi fundamẽta sunt posita. Et quia vnusquisque super ædificat fundamento: alius aurum, alius argentũ, alius lapides pretiosos: *Diligit Domin⁹ portas Sion super omnia tabernacula Iacob*. Istas portas diligit, quas videmus corruisse. Istas portas diligit, & istã Siõ diligit, quæ arata est sicut ager. Et videte, qui dicat. D (1.Cor.3.b; Heb.11.a; Esa 13.a; Zach.4.b; Hier.13.d)

a Glo-

b ¶ *Diligit Dominus portas Siõ, super omnia tabernacula, &c.*] Videte, quid dicat: Super omnes ciuitates Iacob, id est, Iudææ:

istam

E

Apoc 21.a Esa 61. Ezec. 48.d istam tantum diligit ciuitatem. Et quomodo videmus alias ex parte stare, & istam penitus corruisse: Legamus Apocalypsim Ioannis: legamus & Esaiam, vbi ædificatur ciuitas Hierusalem, & duodecim portæ ipsius dicuntur esse de lapidibus preciosis constructæ, & ipsa ciuitas de cœlo descendit, & dicuntur muri eius aurei, & dicuntur plateæ eius stratæ esse smaragdo, & dicuntur singulæ portæ ex singulis lapidibus preciosis. Hæ sunt totæ Domini diuitiæ: & hoc diligit Dominus quod & homines? Prohibet nos ab auaritia, & ipse de auaritia extruit ciuitatem? Ergo *diligit Dominus portas Sion*: Illas portas duodecim Sion: Manifestum est, quod de Apostolis scripsit. *Super omnia tabernacula Iacob*: super omnes veteres sanctos. Hoc interim diximus secundum vnum tropum. Dicamus autem & aliter: Diligit Dominus portas Sion. Mihi videntur portæ Sion esse virtutes. Sicut enim portæ mortis sunt vitia atque peccata: ita portæ Sion videntur mihi esse virtutes. Denique dicit in alio loco: *Qui exaltas me de portis mortis*. Si autem portæ mortis peccata sunt: ergo portæ Hierusalem virtutes sunt. *Super omnia tabernacula Iacob*. Videte quomodo Iacob, hoc est, vetus populus non habet fundamentum, nec domum fundamentis positam, sed tabernacula quæ cito pertransfeunt.

Psal. 9.c

[a] Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. [b] Memor ero Raab, & Babylonis, scientium me. [c] Ecce alienigenæ & Tyrus, & populus Æthiopum: hi fuerunt illic. [d] Nunquid Sion dicet homo, & homo natus est in ea: [e] & ipse fundauit eam altissi-

a ¶ *Gloriosa dicta, &c.*] Ergo hoc quod dictum est, fundamenta eius in montibus sanctis. possumus & de Deo dicere. Possumus autem & hoc dicere: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Quæ est ista ciuitas, vbi dicta sunt gloriosa? In omnibus Prophetis dictum est de hac ciuitate. Esaias dicit: *Exurge, exurge Hierusalem, induere fortitudinem brachij tui*. Iterum ipse Esaias: *Ego ciuitas firma, ciuitas quæ oppugnatur*. Dicit & Dauid: *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei*. Et in alio loco: *Domine, in ciuitate tua imagines eorum dissipabis*. Et Saluator gloriosa loquutus est de hac ciuitate: *Non potest abscondi ciuitas super montem posita*.

Esa 52.a
Esa. 27.a
Esa 60.
Psal 45.a
Ibid 72.c
Matt 5.b

b ¶ *Memor ero Raab, & Babylonis, &c.*] Quoniam dixit: *Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei*, & tamen ipsam ciuitatē Ecclesiam intelligimus de gentibus congregatam, propterea nunc de vocatione gentium dicitur: Memor ero Raab & Babylonis scientium me. Quicunque peccator est, securus sit. Dominus memor fuit Raab. Securum dixi, si reuertatur ad Dominum. Cæterum securitas sine lachrymis non habet remediū. *Memor ero Raab*, Raab illius meretricis, quæ suscepit exploratores Iesu: quæ erat in Hiericho, quo venerat Iesus, & misit duos exploratores. Hiericho mundus iste, qui in septem diebus subuertitur, vult interficere exploratores. Et cum ille cupiat interficere exploratores, sola meretrix Raab suscepit. Et suscepit eos non in inferiori loco, sed in cœnaculo. Dicamus ergo primum secundum quod vulgo dicitur: Neque enim debemus & illam interpretationem dimittere. Et suscepit eos non in inferiori loco, sed in cœnaculo. In domate, hoc est, in sublimitate fidei suæ: & abscōdit eos in lino, hoc est, in stupa lini. Hoc interim diximus secundum historiam, & videtis, quomodo de ipsa historia paulatim ad mystica ascendimus sacramenta. Iesus dux, qui populum eduxerat de Ægypto: Iesus, qui interpretatur Saluator, Moyse mortuo & sepulto in terra Moab, in terra Arabiæ, hoc est, legē mortua, in Euangelium cupit inducere populū suum. Emittit duos exploratores Hiericho. Duos exploratores, vnum in circuncisionem: alium in gentes, Petrum & Paulum. Hiericho quærit eos occidere: illa eos suscepit meretrix: ecclesia de gentibus congregata. Credit in Iesum, & quos volebat Hiericho interficere, ipsa saluat in domate suo. Et ponit eos in domate suo, in excelsa fide sua, & abscondit eos in lini calamo. Licet meretrix sit, tamen ponit eos in lino. Linum multo labore & diligentia in candorem venit. Scitis ipsi, quoniam linum de terra nascitur, & cum in terram natū fuerit, nigrum est, nullam speciem habet, nullum vsum. Primum ergo tollitur de terra, frangitur: deinde torquetur: postea lauatur: deinde tunditur: deinde plectitur, & multa cura & labore vix venit ad candorem. Ergo hoc dicitur, quod ista quidem meretrix suscepit exploratores in lino suo, vt illi exploratores linum ipsius verterent in candorem. Quid igitur? Dat illis cōsiliū, & sic dicit: *Expectate his tribus diebus*. Nō erat vna in dies, non duo, nisi tres dies. Videte, quid dicat. Expectate tribus diebus. Non nominat tres noctes, sed tres dies: quia illuminatum habebat cor. Et deinde dicit post tres dies. Et quid dicit: *Nolite*, inquit, *ire per campestria, sed in montana conscendite*. Ecclesiæ enim fides non est in vallibus, sed in montibus cōstituta. Hiericho ergo postea subuertitur ab Iesu, & ista sola meretrix reseruatur incolumis. Ergo hoc dicitur: *Memor ero Raab*, hoc est, quæ suscepit exploratores meos & ego in die iudicij memor ero eius. *Memor ero Raab*. Raab quid interpretatur diximus secundum historiam, dicamus & secūdum nominis interpretationem. Iuxta Anagogen Raab dupliciter interpretatur. Aut interpretatur latitudo, aut certe interpretatur superbia. Ergo videte, quid dicat. Illa quæ quondam ambulabat in lata & spatiosa via, quæ ducit ad mortem. Illa quæ superba erat, & habebat impetum ad ruinam, postea conuersa est in humilitatem. *Memor ero Raab & Babylonis*. Babylon interpretatur confusio. Videte, quid dicat: Non solum Raab memor ero, sed etiam Babylonis: quæcunque anima à vitiis peccatisque confusa est. *Et Babylonis scientiū me*. Videte, quid dicat: Licet aliquis Raab fuerit, licet Babylon fuerit: tamen memor ero, quicunque me scierit. Ergo si fuerimus Raab & Babylon, etiam debemus esse securi & dicere: Deus dixit, *Memor ero Raab & Babylonis*. Sed videte, quid sequitur: *Scientium me*. Fuerunt Raab & Babylon, sed postea conuersi sunt ad me. Memor ero Raab & Babylonis, scientium me. Illa quę quōdam erat in latitudine peccatorum, ascendit postea ad memoriam Dei. Hucusque quasi per ænigma locutus est, nunc vero apertius loquitur ad vocationem gentium. Videte enim, quid dicat.

F

Ios. 2.b

G

Matt.7.b

c ¶ *Ecce alienigenæ & Tyrus, &c.*] Alienigenas vocat ad distinctionem Israël. Nos enim sumus alienigenæ & Tyrus. Tyrus interpretatur tribulatio, hoc est xor, & populus Æthiopum niger, & in peccatorum sordibus inuolutus. Et populus Æthiopum. Hoc est, quod dicitur: Æthiopia præueniet manus eius Deo. *Ecce alienigenæ & Tyrus & populus Æthiopum*. Quod dicitur, hoc est. Illi qui ante alieni erant, illi erāt in tribulatione: qui erant positi in corde maris. Dicit. n. de Tyro, Tyrus posita in corde maris. Illi igitur, qui prius erant in mari, & fluctibus tundebantur, postea inuenti sunt in Ecclesia. Et populus Æthiopum, Nos quondam Æthiopes fuimus, Æthiopes vitiis atque peccatis: quoniam peccata nos nigros fecerant, sed postea audiuimus: Lauamini, mundi estote. Et diximus: *Lauabis me & super niuem dealbabor*. Nos ergo Æthiopes versi sumus in candorem. *Ecce alienigenæ & Tyrus & populus Æthiopum, hi fuerunt illic*. Vbi fuerunt. Vbi *gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei*.

H

Psal. 67.g

Esa. 1.d
Psalm 50.

d ¶ *Nunquid, &c.*] Lxx. interpretes ita transtulerunt: Nunquid Sion dicet homo. Sperauerunt ergo multi, nec intellexerunt *μὴν μῆτρ* quid est, & addiderunt *ρ*, & legunt *μήτηρ σιὼν ἐρεῖ ἄνθρωπος*. Et hoc propterea dicunt: quoniam sequitur: *& homo natus est in ea*. Sperauerunt etiam ita debere dici: *mater Sion dicet homo*: quoniam filius natus dicitur propterea errant in matris vocabulo. Dicamus ergo primum secundum quod vulgo dicitur: Neque enim debemus & illam interpretationem dimittere. Dicamus ergo & nos: *Mater Sion dicet homo, & homo natus est in ea*. Isti qui nati fuerunt in Ecclesia, alienigenæ, Tyrus & populus Æthiopum: isti sunt, qui nascuntur in Ecclesia, credunt in Ecclesiam, & nascuntur in Ecclesia. Nisi enim baptizati fuerint filij Ecclesiæ non erunt. Isti vero, qui baptizati sunt in Ecclesia, matrem appellant Ecclesiam. Dicamus & secundum Hebraicam veritatem: Nunquid Sion dicet homo, & homo natus est in ea? Quod dicit, hoc est, quis poterit nunciare Sion? quis ei poterit nunciare hominum: quoniam homo nascetur in ea, & ipse saluabit eam? Hoc est, nullus hominum potest ei nunciare: quia Sion Saluator in homine, qui in ea nascitur. *Et homo natus est in ea*. Quis est iste homo?

e ¶ *Et ipse fundauit eam, &c.*] Respondeant Ariani: quo-

A tiam dicunt altissimum solum patrem esse: ecce hic de filio dicitur: Et ipse fundauit eam altissimus. Non dixit filius Dei, qui erat in principio apud patrem Sed quid dixit. Homo natus est in ea & ipse fundauit eam altissimus? Si autem altissimus dicitur quanto magis verbum Dei.

tissim°. a Dominus narrabit in scriptura populorum & principum: horum qui fuerunt in ea: b Sicut lætantium omnium habitatio est in te.

c ¶ Canticum Psalmi filiis Core, in finem pro Mahalath ad respondendum intellectus Heman Israelitæ.

Psalmvs LXXXVII.

Domine d De° salutis meæ, in die clamaui e & nocte coram te. f Intret in conspectu tuo oratio mea, inclina aurem tuam ad precem meam. g Quia repleta est malis anima mea: h & vita mea in inferno appropinquauit. i Æstimatus sum cum descendentibus in lacum: k factus sum sicut homo sine adiutorio l inter mortuos liber. m Sicut vulnerati dormientes in sepulcris, quorum non es memor amplius: n & ipsi de manu tua repulsi sunt. o Posuerunt me in lacu inferiori: p in tenebrosis & in vmbra mortis. q Super me confirmatus est furor tuus, & omnes fluctus tuos induxisti super me. r Lōge fecisti notos meos à me: s posuerūt me abomina-

a ¶ *Dominus narrabit in scriptura*, &c.] Non dixit, qui sunt in ea, sed qui fuerunt in ea. Dominus narrabit Et quo modo narrabit? Non verbo, sed scriptura. In cuius scriptura? In populorum. Non sufficit in populorum, sed etiam principum dicit. Et quorum principum? Qui sunt in ea. Non dixit, hoc, sed qui fuerunt in ea. Videte ergo, quomodo scriptura sancta sacramentis plena est. Legimus Apostolum Paulum, legimus
1.Cor 13 a Petrum, & legimus illum dicentē: *An experimentum eius quæritis*,
Matt.10.d *qui in me loquitur Christus?* Et quod Paulus loquitur, loquitur Christus: *Qui. n. vos recipit, me recipit.* Domin° ergo noster atque Saluator, narrat nobis & loquitur in scripturis principū suorum. Dominus narrabit in scripturis populorum: In scripturis sanctis. Quæ scriptura populis omnibus legitur, hoc est, vt omnes intelligant. Quod dicit, hoc est. Sicut scripserunt Apostolis, sic & ipse Dominus, hoc est, per Euangelia sua loquutus est, non vt pauci intelligerent, sed vt omnes. Plato scripsit in scriptura, sed non scripsit populis, sed paucis. Vix enim intelligūt tres homines. Isti vero, hoc est, principes Ecclesiæ & principes Christi, non scripserunt paucis, sed vniuerso populo. Et principum, hoc est, Apostolorum
B & Euangelistarum, horum qui fuerunt in ea. Videte, quid dicat: Qui fuerūt, non qui sunt, vt exceptis Apostolis, quodcunque aliud postea dicetur, abscindatur, nō habeat postea auctoritatem Quamuis ergo sanctus sit aliquis post Apostolos: quamuis disertus sit, non habet auctoritatem. Quoniā *Dominus narrat in scriptura populorum, & principum horum qui fuerunt in ea.*

Psal. 125. b ¶ *Sicut lætantium omnium*, &c.] Propheta loquitur ad Ecclesiam, & dicit ei: Sicut lætantium omnium habitatio est in te. Quare non dixit, lætantium omnium habitatio in te, sed dixit: sicut lætantium omnium. Dicitur in alio Psalmo: *In conuertendo Dominus captiuitatem Sion, facti sumus sicut consolati*: & non dixit, consolati. Sic & in isto loco dicit: Sicut lætantium omnium habitatio in te. Hoc totum quare dixit? Quoniam in præsenti seculo quamuis aliquis sanctus sit, quamuis renunciet seculo, non habet perfectam victoriam. Denique dicit in Euangelio: *Beati qui lugent, quoniam*
Matt.5. *ipsi consolabuntur*. Si autem dictum est: *Beati qui flent, quoniam ipsi ridebunt*: manifestum est, quoniam in præsenti seculo non est certa lætitia: ergo lætitia nostra quasi lætitia est. Habitatio in te. Videte, quid dicat, vt aliquis nunquam recedat ab Ecclesia. Scire debemus, quoniam quod interpretati sumus de Ecclesia, potest & intelligi de anima nostra. Sienim Sion interpretatur specula, anima autem nostra non aliter, nisi semper sublimiora considerat, vera Ecclesia: verum templum Christi non est, nisi anima humana. Ecclesia Chri-
1.Cor 3 c sti non est alia, nisi anima credentium in Christum: *Vos*, inquit, *estis tēplū Dei, & spiritus Dei habitat in vobis. Fūdamēta eius in montibus sanctis*, hoc est, Dei fundamenta nō sunt, nisi in montibus sanctis, in dogmatibus animæ credentis. *Diligit Dominus portas Sion.* Habet Siō nostra plurimas portas, quas, si aperuimus, ingreditur ad nos sponsus, & dormit
Apoc 3.d nobiscū Denique ipse dicit: *Ecce ego sto ante ostiū, & pulso. Si quis mihi aperuerit, intrabo & cœnabo cū ipso. Gloriosa dicta sūt de te ciuitas Dei.* Ciuitas nō est vnū ædificiū, sed in multis ædificiis consistit. Sic & Sion nostra, nisi plures virtutes habuerit, ciuitas Dei non erit. *Memor ero Raab & Babylonis*

scientium me. Illa quæ quondam erat latitudine peccatorum, C
ascendit postea in memoriam Dei. Nunquid Sion dicet homo, & homo natus est in ea. Rem vobis miram loquor, sed veram. Sion nostra, in qua aliquotiens alienigenæ sunt, & Tyrus & Æthiopes: illa specula: illa meretrix: illa Raab: illa Babylon: illa quę diuaricauit pedes suos omni transeunti secundum Ezechiel: illa meretrix Ezech 16.b
si voluerit, virgo repente efficitur. Virgo fit, & concipit filium Dei, & generat: *A timore tuo,* Esa.26.a
Domine, concepimus, & parturiuimus, spiritum salutis tuæ fecimus super terram. Videte ergo, quoniā illa meretrix à Deo concepit & parturiuit Saluatorem. Spiritum salutis tuę fecimus super terram. Ergo anima nostra illa Raab, illa meretrix: potest concipere & parere Saluatorē. Et homo natus est in ea. Si volumus, quotidie nascitur Christus. Per singulas virtutes nascitur Christus. Si enim Christus Dei virtus, & Dei sapientia est: quicunque virtutem facit, virtutem generat. Et ipse fundauit eam altissimus. Ipse qui nascitur in te: ipse fundamentum dat Sion tuæ. Dominus narrabit in scriptura populorum. Manifestum est: quoniā, quod Dominus loquitur in scriptura, nulli ita loquitur quomodo Sion. Et tamen cum ista omnia fuerint: cum natus fuerit in ea Christus, non est certa & secura victoria, sed semper in periculo sumus. Sicut lætantium omnium habitatio est in te. Qui lætus est, ex ipsa hilaritate securus est Qui autem securus est, cito decipitur. Qui autem insidias reformidat, cito potest euadere, præstante Domino, cui est gloria in secula seculorum, Amen. D

c ¶ *Canticum*, &c.] Iste Psalmus passionis dominicæ continet sacramenta, ea proferens vsque ad consummationem, quæ idem Dominus passus pro mundi salute ad patrem locutus est.

Psalmvs LXXXVII.

D*omine*, d &c.] In illa claritate tecū degens, quam semper habui: pœnitentiam populis prædicaui.

e ¶ *Et nocte*, &c.] Inter tenebras Iudæorum.

f ¶ *Intret in conspectu tuo*, &c.] Quam in hoc corpore positus, profundo.

g ¶ *Quia repleta*, &c.] Peccatis populi pereuntis.

h ¶ *Et vita*, &c.] Cum pro his, qui pereunt, trador.

i ¶ *Æstimatus sum*, &c.] Sicut reliquos peccatores me in mortem redigere arbitrati sunt: nec resurgere crediderunt.

k ¶ *Factus*, &c.] Cum non est libertati meæ socius in inferno: nec adiutor ad liberandum.

l ¶ *Inter*, &c.] Nemo me in inferno vinxit: sed ego vinctorum catenam propria virtute laxaui.

m ¶ *Sicut*, &c.] Sicut satiati diuitiis seculi, & in stupris atque obscœnitatibus sepulti à te non memorantur: ita & ego à corde raptus sum Iudæorum.

n ¶ *Et ipsi*, &c.] A virtute tua separati.

o ¶ *Posuerunt*.] Cum latronibus & peccatoribus obnoxiis.

p ¶ *In tenebris*, &c.] Ad infernales angustias, in quibus mors sola dominabitur.

q ¶ *Super*, &c.] Iram & procellam macellationis furoris tui, quas in gentibus effusurus eras, super me induxisti, qui peccata eorum suscepi: sicut alibi ait: *Propter peccata populi* Esa.53.g
mei percussi eum.

r ¶ *Longe*, &c.] Angelos vel Apostolos, vt nullus præberet auxilium. Nam & ego poteram te rogare pater, vt exhiberes mihi *plus quam duodecim legiones angelorum*: sed silui, vt im- Matt.25.e
plerentur scripturæ.

s ¶ *Posuerunt*, &c.] Non noti, sed Iudæi.

E a ¶ *Traditus sum*, &c.] Non sum disiunctus à paterna diuinitate: sed nec de sepulcro statim prodij, vt dilatio resurrectionis, veritatem ostenderet mortis.

Ibidem f b ¶ *Oculi mei languerunt præ inopia*, &c.] Sensus vóque tenuitate, cum Apostoli relicto eo vel fugerunt, vel negauerũt: quia cum resurgere nescierunt, sicut ille dilectus discipulus. Nondum enim sciebat Scripturas: quia oporteret illum à mortuis resurgere.

Marc. 15 e c ¶ *Clamaui*, &c.] Dicens: *Eli, Eli, lamma azabthani.*

d ¶ *Tota die*, &c.] Extensus in cruce.

e ¶ *Nunquid*, &c.] Non illis qui viuentes mortui sunt: sed mihi qui in te viuo.

f ¶ *Aut medici suscitabunt*, &c.] Non aromata medicorum, sed tu pater me resuscitas. Neque illi, sed ego confitebor tibi in populis.

g ¶ *Nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam, & veritatem tuam*, &c.] Non te laudabit sepultus in diuitiis seculi, neque habitans in perditione peccati.

Ioan. 3 e h ¶ *Nunquid cognoscentur*, &c.] *Omnis enim, qui facit peccatum, odit lucem*: & à corpore terrenus oppresso vitiis, iustitia tua occultatur.

i ¶ *Nam ego ad te*, &c.] In orationis arcano.

k ¶ *Et mane*, &c.] Quia matutina me resurrectione clarificabis. F

l ¶ *Vt quid Domine repellis orationem meam: auertis faciem tuã à me*, &c.] Vt non transeat calix iste.

m ¶ *Pauper sum ego, & in laboribus*, &c.] A tempore carnis assumptæ.

n ¶ *Exaltatus*, &c.] In cruce.

o ¶ *Humiliatus sum.*] In sepulchro.

p ¶ *Et conturbatus.*] In morte.

q ¶ *In me*, &c.] Transierunt, & non perstiterunt.

r ¶ *Et terrores tui conturbauerunt me*, &c.] Ipsos quos superius in gentes me effusurũ pronunciaui.

s ¶ *Circundederunt*, &c.] Iudæi in fluctibus persecutionum.

t ¶ *Circundederunt*, &c.] Pharisæi cum sacerdotibus: Pilatus cum principibus & populis.

u ¶ *Elongasti*, &c.] Proximus est, qui facit misericordiam: qui mecum non est inuentus.

x ¶ *Et notos*, &c.] Præ confusione passionis etiam ipsi Apostoli elongati sunt à me. Hinc iam descendens ad infernum, de manu alligati fortis, spolia reportans, præuenit matutina eius oratio patrem: cum mane resurgens apparuit multis. Quem nos supplices deprecamur, vt plebem sua passione à laqueo inferni liberam, sua fortitudine roborare: ac de secundæ mortis nexibus dignetur absoluere, vt expediti ac liberi, regno eius mereamur adiungi, Ipsi gloria & imperium cum æterno Patre & Spiritu sancto in cuncta secula seculorum, Amen.

y ¶ *Intellectus*, &c.] Iste Psalmus in multis vocibus continetur. Habet enim vocem patris ad filium, filij ad patrem: Ecclesiæ, ipsiusque Prophetæ, vel Apostolorum. Ex prophetica ergo voce sic incboat ad patrem.

minationem sibi. [a]Traditus sum, & non egrediebar: [b]oculi mei languerunt præ inopia. [c]Clamaui ad te Domine: [d]tota die expãdi ad te manus meas. [e]Nunquid mortuis facies mirabilia: [f]aut medici suscitabunt & confitebuntur tibi? [g]Nunquid narrabit aliquis in sepulcro misericordiam tuam, & veritatẽ tuam in perditione. [h]Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua, & iustitia tua in terra obliuionis. [i]Et ego ad te Domine clamaui: [k]& mane oratio mea præueniet te. [l]Vt quid Domine repellis orationem meã, auertis faciem tuam à me? [m]pauper sum ego, & in laboribus à iuuẽtute mea: [n]exaltatus autẽ [o]humiliatus sum [p]& conturbatus. [q]In me transierunt iræ tuæ, [r]& terrores tui cõturbauerunt me. [s]Circundederunt me sicut aqua: tota die [t]circundederunt me simul. [u]Elongasti à me amicum & proximũ, [x]& notos meos à miseria.

[y] ¶ Intellectus Æthan Israëlitæ.

PSALMVS LXXXVIII.

MIsericordias [z]Domini in æternum cantabo. [a]In generatione & generationem: [b]annunciabo veritatẽ tuam [c]in ore meo. [d]Quoniam dixisti, in æternum misericordia ædificabitur: [e]in cœlis præparabitur veritas tua in eis. [f]Disposui testamentum electis meis: [g]iuraui Dauid seruo meo: [h]vsque in æternum præparabo semen tuum. [i]Et ædificabo in generatione & generationem sedem tuam. [k]Confitebuntur cœli mirabilia tua Domine: etenim veritatem tuam in Ecclesia sanctorum. [l]Quoniã quis in nubibus æquabitur Domino: [m]similis erit Domino in filiis Dei? [n]Deus qui glorificatur in consilio sanctorum: [o]magnus & terribilis super omnes, qui in circuitu eius sunt. [p]Domine Deus virtutum quis similis tibi: [q]potẽs es Domine, & veritas tua in circuitu tuo. [r]Tu dominaris potestati maris: [s]motum autẽ fluctuum eius tu mitigas. [t]Tu humiliasti sicut vulneratũ superbum: [u]in brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos. [x]Tui sunt cœli, & tua est terra: [y]orbem terræ & plenitudinem eius tu fundasti: [z]Aquilonem & mare tu creasti.

[a]Tha-

PSALMVS LXXXVIII.

G MIsericordias zDomini, &c.] Illas misericordias, quibus hominem peccato mortuum dignatus es visitare per filium.

a ¶ *A generatione*, &c.] A veteri in nouo Testamento.

b ¶ *Annunciabo*, &c.] Christum tuum.

c ¶ *In ore meo.*] In quo confessio fit ad salutem.

d ¶ *Quoniam*, &c.] Semper enim miseratio tua sublimatur, & nunquam destruitur.

e ¶ *In cœlis præparabitur*, &c.] In Apostolis prædestinatur. Hinc vox patris:

f ¶ *Disposui testamentum meum electi*, &c.] Doctoribus Ecclesiarum, vt acquisitos per gratiã populos, vel doceant vel informent.

g ¶ *Iuraui Dauid seruo meo*, &c.] Dei quippe iuratio, promissionis est confirmatio. Dauid seruo meo, id est, Christo Domino: qui ex genere Dauid carnẽ assumpsit.

h ¶ *Vsque in æternum præparabo semen tuum.*] In credentibus Ecclesiæ.

i ¶ *Et ædificabo in generatione & generationem sedem*, &c.] Ipsam Ecclesiam, in qua ceu rex sedebis in æternum. Iterũ Propheta ait:

k ¶ *Confitebuntur cœli mirabilia*, &c.] Apostoli enim prædicabunt Iesum Christum, & quę per eum operaris in congregationem sanctorum. H

l ¶ *Quoniam*, &c.] In Prophetis vtique.

m ¶ *Aut quis*, &c.] Multi sunt filij Dei per adoptionem: sed nullus vnigenito filio vero Deo potest assimilari.

n ¶ *Deus qui glorificatur*, &c.] Paracletus scilicet. qui in congregatione Apostolica adorandus erat, æqualis esse patri ac filio prædicatur. Nã & Dominus Iesus Christus cum patre & Spiritu sancto, vna subsistit omnipotentia.

o ¶ *Magnus*, &c.] Qui ei per innocentiam vitæ appropinquare meruerunt.

p ¶ *Domine Deus virtutum quis similis tibi*, &c.] Potentia & virtute.

q ¶ *Potens*, &c.] Hi, de quibus ipse, qui es veritas, ais: *Pater volo, vt vbi ego sum, & ipsi sint mecum.* Ioan. 17 d

r ¶ *Tu dominaris*, &c.] Huius seculi potestatibus.

s ¶ *Motum autem*, &c.] Tentationes quas commouent seruis tuis.

t ¶ *Tu humiliasti*, &c.] Diabolum, qui clauu crucis tuæ sauciatus, humiliatus est in spoliis.

u ¶ *Tu in virtute*, &c.] Satellites eius.

x ¶ *Tui sunt*, &c.] Apostoli, vel reliqui sancti: qui in terris positi, cœlestem vitam agunt.

y ¶ *Orbem terrarum*, &c.] Haud dubium est huius mundi plenitudinem à te procreatam. Sed & illam viuorum terram, in qua plenitudo sanctitatis te introducente inhabitabit, tu præparasti electis tuis.

z ¶ *Aquilonem & mare*, &c.] Aquilo antichristus intelli-

A gitur. De quo ait Deus ad Hieremiam: *Ab Aquilone pandetur malum super cunctos habitatores terræ.* Hier. 1. c

a ¶ *Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt: tuum brachium,&c.*] Hermon inquam anathema interpretatur: sicut in quadragesimo primo exposuimus Psalmo. Thabor vero, veniens lumen, vel veniat lux. Igitur iste, qui vel optatiuè, vel propheticè aduenire pronunciatur lumen, vetus intelligitur Testamentum. Ille vero, qui anathema, id est, perditionem profert, nouum Testamentum ostendit: in quo peccata anathematizari iubentur, dicente Domino: Nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. Exultent ergo ambo in nomine Domini: cum vel ille lumen mundi venire vaticinatur: vel iste eum in ipso mundo iam lucere, signis virtutibusque demonstrat.

[a] Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt: [b] tuum brachium cum potentia. [c] Firmetur manus tua, [d] & exaltetur dextera tua: [e] iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ. [f] Misericordia & veritas præcedēt faciem tuam: [g] beatus populus qui scit iubilationem. [h] Domine in lumine vultus tui ambulabunt, [i] & in nomine tuo exultabunt tota die: [k] & in iustitia tua exaltabuntur. [l] Quoniam gloria virtutis eorū tu es, [m] & in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum. [n] Quia Domini est assumptio nostra, [o] & sancti Israël regis nostri. [p] Tunc loquutus es in visione sanctis tuis, [q] & dixisti: posui adiutoriū [r] in potēte, [s] & exaltaui electum de plebe mea. [t] Inueni Dauid seruum meū: [u] oleo sancto meo vnxi eum. [x] Manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum. [y] Nihil proficiet inimicus in eo, [z] & filius iniquitatis non apponet nocere ei. [a] Et conscindā à facie ipsius inimicos eius, [b] & odientes eum in fugam conuertā. [c] Et veritas mea & misericordia mea cum ipso, [d] & in nomine meo exaltabitur cornu eius. [e] Et ponam in mari manum eius, [f] & in fluminibus dexteram eius. [g] Ipse inuocabit me; pater meus es tu: Deus meus & susceptor salutis meæ. [h] Et ego primogenitum ponā illum: excelsum præ regibus terræ. [i] In æternum seruabo illi misericordiam meam, & Testamentum meum fidele ipsi. [k] Et ponam in seculum seculi semen eius, & thronum eius sicut dies cœli. [l] Si autem dereliquerint filij eius legem meam, & in iudiciis meis non ambulauerint. Si iustitias meas prophanauerint, & mandata mea nō custodierint. Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Misericordiam autem meā non dispergam ab eis: neque nocebo in veritate mea Neque prophanabo testamentum meum: & quæ procedunt de labiis meis, nō faciam irrita. [m] Semel iuraui in sancto meo, [n] si Dauid mentiar: [o] semen eius in æternum manebit. [p] Et thronus eius sicut Sol in conspectu meo, [q] & sicut luna perfecta in æternum,

b ¶ *Tuum,&c.*] Fortitudo tua, cum ea, qua volueris, efficacia præualebit.

c ¶ *Firmetur,&c.*] Opera quæ facis in mundo.

d ¶ *Et exaltetur,&c.*] Maiestas tua, vel ecclesia in gentibus acquisita.

e ¶ *Iustitia,&c.*] Nisi quis prius iustitiam iudiciumque fecerit, non potest effici sedes tua.

f ¶ *Misericordia,&c.*] Vbi enim misericordia ac veritas comitantur: illic & inspectio faciei tuæ conuertitur.

B

g ¶ *Beatus populus qui scit,&c.*] Spiritualem vtique iubilationem, per quam mundi nequitiæ colliduntur: sicut quondam ad iubilationem Iesu & sacerdotum Hierico corruit, mundi figuram tenens. Iosue 16.

h ¶ *Domine in lumine vultus tui ambulabunt.*] In illuminatione vtique Spiritus sancti.

i ¶ *Et in nomine tuo exultabunt,&c.*] In nomine illo nouo, quod benedicitur in terris, id est, Christiano.

k ¶ *Et in tua,&c*] Sequentes atque custodientes eam.

l ¶ *Quoniam gloria virtutis eorum tu es.*] In te enim glorientur, & non in alio.

m ¶ *Et in beneplacito,&c.*] Sicut enim eis beneplacita fuerunt præcepta tua: ita tibi beneplacitum est, vt in te exaltetur virtus eorum.

n ¶ *Quoniam,&c.*] Carnis vtique.

o ¶ *Et sancti Israel regis,&c.*] Ipsius Domini nostri Iesu Christi, qui in Ecclesia regnat. Hinc iterum Propheta ad patrem loquitur.

p ¶ *Tunc locutus es in visione sanctis tuis.*] Prophetis, reliquisque electis.

q ¶ *Et dixisti,&c.*] Populo scilicet.

r ¶ *In potentem.*] Id est, super diabolum, qui opprimeret superbiam eius.

s ¶ *Et exaltaui,&c.*] Christum Dominum. Qui propterea electus de populo dicitur, quia carnem assumpsit ex homine.

t ¶ *Inueni Dauid,&c.*] Inuenit eum, elegit vtique, vt ex eius genere assumeret carnem. Quod autem ait seruum, Apostolus explanat: *Non rapinam arbitratus est esse se æqualem* Philip. 2. a *Deo: sed formam serui accepit.*

C

u ¶ *Oleo sancto meo vnxi eum.*] Non tristi & corrupto, sed pleno lætitia & sanctitate.

x ¶ *Manus enim mea auxiliabitur ei,&c.*] In assumpto corpore.

y ¶ *Nihil proficiet,&c.*] Diabolus scilicet.

z ¶ *Et filius iniquitatis non apponet nocere ei.*] Iudas traditor, qui merito filius iniquitatis, id est, diaboli dicitur: quia diabolus intrauit in cor eius, vt traderet Christum.

a ¶ *Et conscindam,&c.*] Iudæos vtique, qui sæpè à Domino cōfusi tanquam conscissi gladiis, discedebant à conspectu eius.

b ¶ *Et odientes eum,&c.*] De dæmonibus dicit iniquis, qui coram eo sæpius fugiebant, clamantes: *Quid venisti ante tempus torquere nos?* Scimus, quia tu es filius Dei. Matt. 8. d

c ¶ *Et veritas,&c.*] Veritas, quia ea, quæ à me audiuit, loquitur. Misericordia, quia sanat infirmos, tam in mente quàm in corpore.

d ¶ *Et in nomine meo exalta cornu eius.*] Fortitudo Ecclesiæ sanguine suo redemptæ.

e ¶ *Et ponam in mari manum eius,&c.*] Ostendam opera eius mundo.

f ¶ *Et in fluminibus dexteram eius,&c.*] Super principatus, & potestates mundi.

D

g ¶ *Ipse inuocabit me pater meus,&c.*] Sæpius eum inuocasse patrem Deum, in Euangeliis legimus, sicut illud est: *Pater, clarifica me apud temetipsum.* Et iterum: *Pater in manus tuas commendo spiritum meum.* Deus meus. Deum autem vocat, cum dicit: *Deus Deus meus, vt quid me dereliquisti,* & multa alia. Ioan. 17. a Luc. 23. f

h ¶ *Et ego primogenitum,&c.*] Est enim Dominus Iesus primogenitus ex mortuis, sicut ait Apostolus: Excelsus factus, cœlos ascendens: regna mundi cūcta subiciens. Col. 1. a

i ¶ *In æternum seruabo,&c.*] In Ecclesia, quam per misericordiam, & testamentum præceptorum suorum redemit, hæc in ea perpetualiter conseruantur.

k ¶ *Et ponam,&c.*] Congregatio enim sanctorum, quæ in Ecclesia est, in qua Deus tanquam in throno residet: sicut Sol fulgebit in regno patris.

l ¶ *Si autem,&c.*] Quod derelictores legis, iudiciorum oblitores, prophanatores iustificationum, mandatorumque transgressores, in virga, id est, in disciplina Dei corripiantur, & misericordia diuina non auferatur, illud ostenditur, vt nullus sine spe recuperationis ab Ecclesia arceatur: quia sicut seueritas diuina terret, arguente iustitia, ita pietas reparat, moderante clementia.

m ¶ *Semel,&c.*] In homine illo Dominico.

n ¶ *Si Dauid,&c.*] Nullo enim mendacio circunscribitur Deus, sicut ait Euangelista. *Iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant.* Matt. 5. b

o ¶ *Semen,&c.*] Populus acquisitus.

p ¶ *Et thronus,&c.*] Ipsam Ecclesiam in claritate futuræ beatitudinis permanere, iterum atque iterum promittit.

q ¶ *Et sicut,&c.*] Tota lucida, tota perfecta, nil obscuritatis continens in se.

E a ¶ *Et testis in cœlo fidelis.*] Ipse Christus dominus, qui fidele testimonium reddidit de opere patris in mundo, in cœlos est euehendus. Hinc ad patrem vox apostolica.

b ¶ *Tu vero repulisti & despexisti.*] Quia separamur à rege nostro dum patitur.

c ¶ *Distulisti, &c.*] Tradendo eum inimicis.

d ¶ *Auertisti testamentum serui tui.*] Per quod promiserat nos secum regnare.

e ¶ *Prophanasti in terra sanctuarium eius.*] Promiseras enim quod non dares sanctum tuum videre corruptionem, & nunc iam in sepulcro regitur.

f ¶ *Destruxisti,* &c.] Verba legis & prophetarum, in quibus retinebatur.

g ¶ *Posuisti,* &c.] Nos qui eum audiebamus cum doceret turbas.

Ioan. 14. a h ¶ *Diripuerunt eum, &c.*] Transeunt enim illum qui dixit: *Ego sum via, veritas & vita:* cum vel vestiméta eius diuidũt, vel corpus clauis & mucrone confodiunt.

Matt. 27. c i ¶ *Factus est, &c.*] Iudæis ac principibus sacerdotum, qui dicebant: *Vah qui destruis templum Dei, & post tridu*[illegible] *ædificas illud: descende de cruce.*

k ¶ *Exaltasti dexteram deprimentium eum.*] Cum humiliat eum in mortem.

l ¶ *Lætificasti, &c.*] Pilatum cum gentibus & Iudæis.

m ¶ *Auertisti, &c.*] Cum non profuit Iudæis sermo prædicationis illius.

F n ¶ *Et non es auxiliatus in bello.*] In conflictu vtique passionis.

[a] & testis in cœlo fidelis. [b] Tu verò repulisti & despexisti: [c] distulisti Christum tuum. [d] Auertisti testamentũ serui tui: [e] prophanasti in terra sanctuariũ eius. [f] Destruxisti omnes sepes eius: [g] posuisti firmamentum eius formidinem. [h] Diripuerunt eum omnes transeuntes viã: [i] factus est opprobriũ vicinis suis. [k] Exaltasti dexteram deprimentiũ eum: [l] lætificasti omnes inimicos eius. [m] Auertisti adiutoriũ gladij eius, [n] & non es auxiliatus ei in bello. [o] Destruxisti eum ab emundatione, [p] & sedem eius in terra collisisti. [q] Minorasti dies tẽporis eius: [r] perfudisti eũ cõfusione. [s] Vsquequo domine auertis in finem: exardescet sicur ignis ira tua, [t] Memorare quæ mea substantia: [u] nunquid enim vane constituisti omnes filios hominum: [x] Quis est homo qui viuet, & non videbit mortẽ: eruet animã suam de manu inferi. [y] Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ domine: sicur iurasti Dauid in veritate tua. [z] Memor esto domine opprobtij seruorũ tuorũ, [a] quod continui in sinu meo multarum gentium. [b] Quod exprobrauerunt inimici tui domine, [c] quod exprobrauerunt [d] cõmutationem Christi tui. [e] Benedictus dominus in æternum, fiat, fiat.

[f] ¶ Oratio Moysi hominis Dei.

PSALMVS LXXXIX.

Domine refugium factus es nobis, à generatione in generationem. [h] Priusquam gentes fierent, aut formaretur terra & orbis à sæ-

G z ¶ *Memor esto domine opprobrij seruorum tuorum.*] Qui eum expectant.

a ¶ *Quod continui in sinu meo multarum gentium.*] Quos congregaui tanquam in sinu: in vna domo credulitatis.

b ¶ *Quod exprobrauerunt inimici tui domine.*] Iudæi, Pharisæi, Sadducæique.

c ¶ *Quod, &c.*] Quid exprobrauerunt?

d ¶ *Commutationem, &c.*] Cum se ab his commutans ad gentes diceret: *Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.* Luc. 13. g

e ¶ *Benedictus dominus, &c.*] Ecce benedictus, ecce gloriosus, cum redit ex inferis, cum se præbet discipulis, cum ecclesiæ vota & pia desideria restituit, dicens sanctis: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi.* Qui nos à malis actibus commutare dignetur in bonos, ac sua pietate dignos effectos, Spiritu sancto repletos, in regno suo solita miseratione constituat. Quia ipsi est gloria & imperium cum æterno Patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen. Matt. vlt.

f ¶ *Oratio, &c.*] Quatnor sũt psalmi, qui oratione prænotantur: sextus decimus, & octogesimusquintus, & octogesimusnonus, & centesimus primus. In centesimoprimo dicetur. *Oratio pauperis cum anxiatus fuerit, & in conspectu Dei fuderit orationẽ suam.* In isto, oratio Moysi hominis Dei. Legimus canticum Moysi, quod in Exodo eo tempore quando populus mare transiuit rubrum, & demerso Pharaone & omni eius exercitu, Maria cecinit & Moyses. Deinde legimus & in Deuterotiomio, quod canticum illud scripserat in Deuterooomio. Si igitur psalmi isti & cantica ista Moysi sunt, quare in propriis voluminibus non habentur? Diximus ergo, quomodo centesimus primus psalmus inscribitur oratio pauperis, & alius est qui scripsit de ipso: & ille pauper qui pro nobis deprecatur, dominus est: qui cum diues esset, pauper factus est propter nos, & cętera. Sic & hic Moyses, quoniam à principio generis humani historiam ipse scripsit: ipse enim scripsit quomodo cælum & terra facta sint, quomodo & homo factus sit, de conditione hominis. Et iste psalmus de conditione hominis loquitur: quid sit homo, & quare natus sit. Qui ergo in Genesi scripsit de hominum conditione: ipse & nunc inducitur à Spiritu sancto disputare quid sit homo. H Exod. 15. Deut. 32. 2. Cor. 8.

o ¶ *Destruxisti, &c.*] Si enim alligata fuisset munditia eius, non vtique vestimenta eius nostra facinora inquinassent? sicut ipse ait: Aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, & omnia indumenta mea inquinaui. Nam & inter iniquos deputatus, & cum latronibus crucifixus est. Esa. 53. d

p ¶ *Et sedem, &c.*] Sanctorum animas super quas quiescebat: quæ conturbabantur de obitu eius.

q ¶ *Minorasti dies temporis eius.*] Dies illius sunt diminuti, vt velocius remearet ad patrem.

r ¶ *Perfudisti, &c.*] Confusione vtique mortis. Hæc dicebant apostoli, ignorantes eum à mortuis debere resurgere. Quod autem hoc nescirent, euãgelista commemorat. Nam de dilecto discipulo ait: *Nondum enim sciebat scripturas: quia oporteret illum à mortuis resurgere.* Et Petro quasi delyramẽta visa sunt verba resurrectionis huius. Thomas autem ait: *Nisi videro, non credam.* Ideo ergo talia loquebantur apostoli quasi exprobrantes patri: quia ignorabant eum ab inferno redire. His igitur succedens, ecclesia dicit. Ioan. 20. b Ibidem. f

s ¶ *Vsquequo Deus, &c.*] Quamdiu irasceris, vt eum à morte non reuoces.

t ¶ *Memorare domine quæ sit substantia mea.*] Nulla mihi est vitæ substantia, nisi in eum quem præstolor reuerti de tartaro.

v ¶ *Nunquid enim vane constituisti omnes filios hominũ?*] Si enim illos non vane, sed veraciter in spe resurrectionis constituisti, quanto magis filium tuum debes resuscitare?

x ¶ *Quis est homo qui viuet, & non videbit mortem: &c.*] Scio quia nullus homo carneus euadit mortem, neque animam suam seruabit ab inferis. Sed noui quia Deus sub velamento carnis latebat absconditus: quem mors & infernus non debeant retinere.

y ¶ *Vbi sunt, &c.*] Si hic non resuscitatur.

PSALMVS LXXXIX.

Domine refugium, &c.] Qui refugiũ quærit: aut ab æstu nimio quærit & calore, aut bestia illum persequitur, aut hostes illũ persequuntur vt interficiant. Et nos igitur in æstu sumus istius sæculi, & nos bestia persequitur, de qua dicimus: *Ne tradas bestiis animam confitentem tibi.* Et nos hostes persequuntur: propterea sub ius alas tuas refugimus. In generatione & generationem. Et in præterito, & in præsenti, & in futuro. Aliter. *In generatione & generationem.* Et in veteri populo Iudæorum, & in nouo Christianorum. Psalm 73. d.

h ¶ *Priusquã, &c.*] Subrepit in hoc loco hæresis. Si refugium factus est nobis antequam montes fierent, & formaretur terra, & orbis: ergo animæ erant antequam fieret orbis. Quid enim dicit scriptura? Domine refugium factus es nobis: in generatione, inquit, & generationem. A principio mundi: ante principium mundi. Hoc illi dicunt. Et ne putes me, inquit, dicere priusquam mootes fierent & formaretur terra & orbis: tu, inquit, refugium factus es nobis. Sa

A

autem refugium nostrum fuit antequam orbis fieret: ergo ante animæ fuerunt, qu m mundus fieret. Male distinguis hæresis. Quare calumniam facis Spiritui sancto? Sic loquere, quomodo Spiritus sanctus loquutus est. Sic ergo legendum est: Domine refugium factus es nobis, in generatione & generationem. Et hucusque distinctio. Rursum aliud principiũ: Priusquam montes fierẽt & formaretur terra & orbis: à sæculo & vsque in sæculũ tu es Deus. Tu es Deus antequã mõtes fierẽt: tu es Deus antequã formaretur terra & orbis.

a ¶ *A sæculo &c.*] Tu es semper: tu es æternus.

Ezec. 18 g & Ose 14 b — b ¶ *Et dixisti, conuertimini filij hominũ.*] O domine, vt hoc audeamus petere, & dicamus: *Ne auertas hominem in humilitatem*: tu nobis dedisti fiduciam, dicens: *Reuertimini ad me filij reuertẽtes, & ego sanabo contritiones vestras.* Et dixisti, conuertimini filij hominum.

c ¶ *Quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquam dies vna quæ præterijt.*

[a] à sæculo & vsque in sæculum tu es Deus. Ne auertas hominem, in humilitatem: [b] & dixisti, conuertimini filij hominum. [c] Quoniam mille anni ante oculos tuos tanquam dies hesterna, quæ præteriit. [d] Et custodia in nocte: quæ pro nihilo habentur, eorũ anni erunt. [e] Mane sicut herba transeat, mane floreat & transeat: vespere decidat, induret & arescat. [f] Quia defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati sumus. [g] Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo: [h] sæculum nostrum in illuminatione vultus tui. [i] Quoniã omnes dies nostri defecerunt, & in ira tua defecimus. [k] Anni nostri sicut aranea meditabuntur: [l] dies annorũ nostrorum in ipsis septuaginta anni. [m] Si autẽ in potẽtatib. octoginta anni [n] & ampli[o] eorũ labor & dolor. Quoniã superuenit mãsuetudo, & corripiemur. Quis nouit

d ¶ *Et custodia in nocte quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt.*] Debemus secũdum historiam scire, quia nox in quatuor vigilias diuiditur. Denique & in euangelio dicitur: In quarta autem vigilia. (Matt. 14 e & Mar. 4 f) Vna ergo vigilia tres horæ sunt. Nox ergo diuiditur in quatuor vigilias. Denique milites quatuor stationes habent, quando vigilant, & excubant, & seruiunt: Videte ergo quid dicat. O breuis nostra æternitas, Adam ille propagator noster, qui vixit nongentis & triginta annis. Etiam ille Mathusalem, qui vixit nongentis & & sexaginta quinque annis. Fac, quod vixerit mille: ad comparationem æternitatis tuæ, quod grande fuerit, breue est. Quid enim potest grande esse quod finem habet? (Gen. 5.) B Mille anni nostri antequam offenderemus, vna dies apud te erat. Quid dico vna dies? Vna vigilia noctis. Ne auertas hominem in humilitate Vide quid dicat: Dignatus es pro nostra salute descendere: (Ioan. 12 e) fudisti pro nobis sanguinẽ: ne patiaris perire nos, & mori in humilitate. Ipse dixisti: *Cum exaltatus fuero, omnia traham ad me.* Exaltatus es, & exaltasti nos: noli derelinquere vt contrahamur.

e ¶ *Mane sicut herba transeat, mane floreat & pertranseat: vespere decidat, induret & arescat.*] O mysteria scripturarũ. Mane sicut herba transeat. Loquitur dominus noster atque Saluator in euãgelio de fœno, quod in vna die oritur, & vna die arescit: Quomodo herba quæ viret, & floret, mane videtur quasi flos esse & virens: (Matt. 6 d) cæterum sol cùm venerit, & tetigerit illã, ad vesperam quasi demarcescit & decidit: sic & omnis vita nostra quasi flos videtur esse cùm viret & arescit. Vidistis ante decem annos adolescentulum. Nihil illo pulchrius: huc illucque currebat. Si eum nunc aspexeris, videtur in senectute quasi mortuus. Licet viuat senectute, tamen adolescentia perit. *Mane sicut herba transeat*, hoc est, iuuentus nostra: Ipsum est enim mane. Sicut herba transeat: mane floreat & transeat. Floremus in adolescentia: arescimus in senectute. Vespere decidat, induret & arescat.

f ¶ *Quia, &c.*] Nongẽtis triginta annis antea viuebamus, vsque ad mille fere veneramus. Ecce in breuem vitam vita nostra contracta est.

g ¶ *Posuisti, &c.*] Nihil te cælat, hoc est, peccata nostra, nec nox cælat nec inuolutũ tenebræ. Omnia apud te lucent.

h ¶ *Sæculum, &c.*] Melius habetur in Hebraico: Vita nostra in illuminatione vultus tui. Quicquid agimus: quicquid in secreto nos facere putamus, patet in oculis tuis.

i ¶ *Quoniam omnes dies nostri defecerunt.*] Cucurrit ætas, & dum ignoramus, grauiter perimus. Et hoc ipsum quod loquimur, de morte est, & non intelligimus.

k ¶ *Anni nostri sicut aranea meditabuntur.*] Videte quid dicat. Quomodo aranea quæ mittit fila, & hoc illucq; discurrit, & texit tota die, & labor quidem grandis est, sed effectus nullus est: sic & vita hominum huc illucque discurrit. Possessiones quærimus: diuitias apparamus: procreamus filios: laboramus: in regna sustollimus, & omnia facimus, & non intelligimus quia araneæ telam teximus.

C

l ¶ *Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta annis.*] Vbi sunt mille anni? In septuaginta annis contracti sumus. Si autem multum, octoginta. Si autẽ plus vixerimus, iam non est vita, sed mors.

m ¶ Si *autem in potentatibus octoginta anni.*] Quem enim inuenies octogenarium esse, & sanum? Dicit & Græca sententia: Senectus ipsa morbus est.

n ¶ *Et amplius eorum labor & dolor.*] Quicquid plus fuerit, nõ est vita, sed dolor. Hoc interim diximus secundum historiam. Cæterum dicamus secũdum Anagogen. Et omnis quidẽ psalmus recipit Tropologiã: & poteram nunc per singulos versiculos currere, & spiritualem intelligentiã in singulis dicere, sed hora excludimur. Vno tamẽ versiculo quasi gustũ vobis do spiritualis intelligentiæ, vt quicquid hîc tacuero, putetis hic dictũ esse. *Dies annorũ nostrorũ in ipsis septuaginta annis.* Septuaginta anni, septẽ decades su[illegible] octoginta anni, octo decades sunt. Videte ergo quomodo septimus & octauus numerus prædicatur. Et quomodo diximus: tu refugium factus es nobis in generatione & generationẽ, & in veteri & in nouo testamento: propterea nunc & septimũ & octauũ numerũ ponit. (Eccl. 11 a) Hoc dicit in Ecclesiaste, *Da partem septem & da partem octo.* Propterea & quindecim sunt graduum psalmi, hoc est, septẽ & octo: quindecim pariter nos ducunt ad regna cælorum Denique postquam septimus graduũ psalmus expletus est, quid dicitur in scriptura ipsius psalmi? Psalmus, inquit, Salomonis qui extruxerat veterem domum. Et quid dicit: *Nisi dominus ædificauerit domũ, in vanũ laborauerunt qui ædificant eam.* (D. Psal. 126 a) Quid ergo dicit ipse Salomõ: qui præscribitur in ipso titulo? Ego ædificaui templum, sed nisi octauus numerus ædificauerit, in vanũ est domus ædificata. Legimus & in euangelio secundum Matthæum: (Matt. 5.) Beati pauperes: beati mites: beati esurientes & sitientes, & cætera, & sunt octo beatitudines. Ergo dominus noster octonario numero cõclusit euangeliũ. Denique nusquã inuenimus octo pariter beatitudines, nisi in euangelio. Octonario numero, hoc est, in die resurrectionis. Dies annorũ nostrorũ in ipsis septuaginta annis Vultis ostendã vobis interim quod septimus & octauus numerus continent plurima sacramenta? Legamus Ezechiel. & in vna porta dicitur: *Et ingrediatur*, inquit, *per portã Oriẽtis in tẽplum quod ædificatur.* (Ezech. 40) In Ezechiel in extrema parte: *Et ascendet*, inquit, *sacerdos primum per septem & octo gradus.* Et fieri poterat, vt in ea porta & septẽ essẽt gradus & octo. Sed videte quid dicit: Orientalis porta, vnde lumẽ venit, dominus noster est atque Saluator. Vna quidẽ porta est, & nemo ingreditur in eã nisi sacerdos magnus. Et quid dicitur tibi? Porta hæc semper clausa erit. Non autem aperitur nisi sacerdoti Sic igitur & nouũ & verus testamentũ semper clausum fuit: non est apertum nisi Saluatori. Iste est enim qui habet clauem: qui *aperit, & nemo claudit*: (Ibid. 44.) qui *claudit, & nemo aperit.* Vna ergo porta habet septem & octo gradus. Et in veteri quidem testamento sacramenta sunt euangelica, & in nouo testamento sacramenta sunt legis. Audite maiora mysteria. Eo tempore, quando Salomon, hoc est, pacificus noster ascendit ad cælos (qui dicit: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis*: ipse est enim pax nostra, & pax quæ exuperat omnem sensum) ipse ædificauit templum Deo. (Ioan 14 d) Et vide ibi scriptura quid dicat. *Et erant*, inquit, *latomorum septuaginta millia, & eorum qui portabant octoginta millia.* (3. Reg. 5 d) Videte numerum, Latomi, qui lapides cædunt: qui quasi fundamenta ædificiorum præparãt: qui lapides ad ædificandum in templo Dei de terra tollunt:

ut: se-

testatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare? [a] Dexteram tuam sic notam fac, & eruditos corde in sapientia. [b] Conuertere domine vsquequo, & deprecabilis esto super seruos tuos. Repleti sum* mane misericordia tua: exultauimus & delectati sumus in omnib. diebus nostris. Lætati sumus pro diebus quib. nos humiliasti: annis quibus vidimus mala. Respice in seruos tuos, & in opera tua, [c] & dirige filios eorum. [d] Et sit splendor domini Dei nostri super nos, & opera manuum nostrarum dirige super nos: & opus manuum nostrarum dirige.

PSALMVS XC.

QVi habitat in adiutorio altissimi: [f] in protectione Dei cœli commorabitur. Dicet domino, susceptor meus es tu, & refugium meum Deus [g] sperabo in eum. Quoniam ipse liberabit me de laqueo venantium, [h] & à verbo aspero. [i] Scapulis suis obumbrabit tibi, [k] & sub pennis eius sperabis. [l] Scuto circũdabit te

E

in septimo numero ponuntur, in prophetis, in patriarchis. Illi enim humanum genus quasi de terra eiicientes, in templum domini præparauerunt. Isti vero, hoc est, octoginta millia: apostolica prædicatio & euangelica: isti qui cum Deo Saluatore & ipso Salomone grauia gentium peccata portabant. Hucusque videtur finitũ esse mysterium. Audite maiora mysteria. Et qui præerant, inquit, istis operibus & templo, tria millia erant. Non possunt esse maiores. Et qui præsunt operibus, nisi illi qui prædicant trinitatem? Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta annis. Multa sunt quæ dicantur, sed hora excludimur.

a ¶ *Dexteram tuam sic, &c.*] In quibusdam codicibus dicitur, eruditos: in aliis dicitur, compeditos. Aliud eruditus, aliud cõpeditus significat. Quid ergo dicit: Dexteram tuam notam fac. Quid tamdiu dexterã tuam contrahis? Deus quare auertis manum tuam in sinum tuum? in alio psalmo dicitur. Quid dicitur? Hoc est, in ægritudine positi sumus, in peccatis iacemus: mitte dexteram tuam, & eleua nos. Quare tamdiu dexteram tuam habes in sinu tuo? Eructet cor tuũ verbum bonum: mitte dexteram tuam, & libera nos. Notum nobis fac ministerium, quod absconditum fuit à generationibus. Dexteram tuam notam fac. Quid superbis Ari? Non dixit dexteram tuam fac. Deus enim sine dextera sua nunquam fuit. Sed quid dixit: Dexterã tuam, quæ semper fuit, & in sinu tuo fuit, notam fac. Quoniam illum permanẽtem in deitate sua nosse non possumus: assumat hominem, & sic intelligamus eum. *Dexteram tuam sic notam fac, & compeditos corde in sapientia.* Eos qui sapientiæ habent compedes, hoc est, qui compediti sunt in corde per sapientiam tuam. Non vobis sit molestum, quia obscurus est locus. Prophetæ habebant sapientiam: sed ipsa sapientia compediebat eos, non poterant volare sine Christo. Videte ergo quid dicat: Mitte dexteram tuam, hoc est, filium tuum: Notum nobis illum fac, vt & prophetæ qui quasi prophetauerunt vmbrã, incipiant dominum manifestius prædicare.

F

b ¶ *Conuertere domine vsquequo.*] Multũ peccauimus: auertis faciem tuam: non sunt digna peccata nostra tuis videri oculis. Propterea deprecamur, cõuertere domine vsquequo. Ecce iam tanta fluxerunt sæcula: semper te prophetæ venturum prædicauerunt gentibus, & adhuc non venisti.

c ¶ *Et dirige filios hominum.*] Qui praui sumus, à te dirigamur. *Et dirige filios hominum.* Propterea eos dirige, quia filij hominum sunt. Si enim essent filij tui, directi essent, Tu enim dixisti: *Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes. Vos autẽ vt homines moriemini, & quasi vnus de principibus cadetis.* (Psal. 81.b) Et in alio loco: *Non permanebit spiritus meus in hominibus istis: quia caro sunt.* (Gen.6.a) Quoniam homines sunt, propterea caro sunt. Ergo quia filij hominum, & perdidimus esse filij Dei, & praui facti sumus: propterea dirige nos, vt rursum tui efficiamur filij.

d ¶ *Et sit splendor domini Dei nostri super nos.*] Dicit & Apostolus ad Hebræos: Quoniam dominus atque Saluator splendor sit gloriæ patris. (Heb.1.a) *Et sit splendor domini Dei nostri super nos.* Hoc est, quod dicitur & in alio loco: *Signatũ est super nos lumẽ vultus tui domine.* (Psal.4.b) Signũ crucis, vexillũ nostrũ est. Hæc interim de psalmo diximus: & vt æstimo, diutius quã debueramus, immorati sumus. Intelligimus nos multo plura dixisse, quàm debuimus dicere: sed non possumus domini nostri verba reticere: non possumus inchoatum psalmum relinquere. Non est multum, quodcunque prodest animæ: nihil satis est, quod bonum est: si tamen bonum. Rogemus igitur dominum nostrum Saluatorẽ, vt splendor eius luceat

G

in cordibus nostris, vt eiiciat à nobis tenebrarum impugnationes, & sordidas cogitationes, & omnia peccata propellat de cordibus nostris, vt illuminet nostras tenebras, vt fugiant tenebræ, & habitet splendor lucis in cordibus nostris. Templum domini, & tabernaculum, & sancta-Sanctorum, semper lucernam habeãt ardentẽ: semper superluceat lucerna in domo domini. Si enim extincta fuerit lucerna, dominus in tenebris non habitat. Dicamus igitur & nos: *Lucerna pedibus meis verbum tuum domine*, cui sit gloria in sæcula sæculorum, Amen. (Psal.118.)

¶ Iste psalmus non habet titulum, eo quod de capite vel membris cantatur. Caput in cœlo: membra in terra. Et proprie intelligitur de ieiunio, & illa tentatione eremi. (Matth.4.) Præuidebat propheta, quod venturus erat Christus in carne, vt tentaretur à diabolo.

PSALMVS XC.

Q*Vi habitat in adiutorio altissimi.*] Adiutorium interpretatur, Ezras Denique βοηθὸς Ezras propheta dicitur. Iste qui reduxit populum de captiuitate Babyloniæ, & induxit in terrã repromissionis. (Exod.1.d) Qui ergo habitat in Ezras habitat in Iesu. Interim secundũ Tropologiam: Qui sibi ædificauit domum sine manibus, iuxta Apostolum, illam domum quam ædificauerat dominus etiam obstetricibus in Ægypto.

H

f ¶ *In protectione Dei cœli commorabitur. Dicet domino, susceptor meus es tu, & refugium meum Deus meus.*] Multi enim me persequuntur hostes: propterea tu es refugium meum Deus meus.

g ¶ *Sperabo in domino: quoniam ipse liberabit me de laqueo venantium.*] Non dixit, spero, sed sperabo. Quamdiu enim peccamus, non speramus. Si peccare desierimus, speramus. Quoniam ipse liberabit me de laqueo venantium. Multi sunt venatores in isto mundo, qui animas nostras venari conantur. Denique & Nemrod ille gigas, magnus in conspectu Dei venator fuit, (Gen.10.b.) & Esau venator erat: quoniam peccator erat, (Gen.27. Osee 36. Esa.40) & penitus non inuenimus in scripturis sãctis, sanctum aliquem venatorem. Piscatores inuenimus sanctos. (Psal.123.a) Quoniam ipse liberabit me de laqueo venantium. *Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. Laqueus cõtritus est, & nos liberati sumus.* Quis est iste laqueus qui cõtritus est? *Dominus*, inquit, *conterat satanam sub pedibus nostris velociter.* Et Apostolus dicit: *Vt liberemini à laqueo diaboli.* (Rom.16.c) Vides ergo quoniam iste venator est, qui animas nostras venari cupit ad perditionem? Multos habet diabolus laqueos, & diuersos habet laqueos. Auaritia diaboli laqueus est: ira, & detractio, &c.

h ¶ *Et à, &c.*] Quamdiu in sanctitate sumus, anima nostra tranquilla est. Quando vero de peccatis cogitare cœperit anima nostra, turbatur, & quasi quibusdã fluctib. cõcutitur.

i ¶ *Scapulis, &c.*] Sed hæc secundum illud Deuteronomij: (Deut.32.a) Dominus quasi pullos suos, alis suis protegit nos quasi aquila. Dicitur enim ibi, quasi aquila protegere pullos suos. Licet ergo possimus dicere hoc, quod Deus quasi pater nos protegit, & quasi gallina protegit pullos suos, ne rapiãtur ab accipitre. tamẽ & aliud possum* dicere: *Scapulis suis obũbrabit tibi.* (Matt.23.e) Exultabitur in cruce: extendet manus, & proteget nos.

K ¶ *Et sub pennis eius sperabis.*] Aspiciens, inquit, manus eius crucifixas, & si te serpens momorderit, sanaberis. Licet ambules in deserto istius sæculi: si te percusserit scorpio, si regulus, si aspis, si cætera venenata animalia, securus esto de sanitate: (Num.21.b) Serpens in eremo suspensus est.

l ¶ *Scuto circundabit te, &c.*] Scutum nostrũ rotundum est, hoc est, ex omni parte nos sepit. Non solum scutum est, sed & mur*. *Domine vt scuto bonæ volũtatis tuæ coronasti nos:* (Psalm.5.)

A Aliquos de scuto coronat. Videte quid dicat: Domine vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos. Quid ait? Proteges nos, & facies vincere, & post victoriam coronabis. *Scuto circũdabit te veritas eius*. Quoniam dixerat, à verbo aspero: & verbum asperũ possumus intelligere, & hæreticorum, & philosophorum, & Iudæorum dogma: & hoc quasi verbum asperum, non est verũ, sed mendax est. Propterea enim turbidũ est, quia mendax est. Propterea turbidum est, quia conturbat animas nostras per mendacium suum. Dominus ergo qui veritas est, & dicit: *Ego sum veritas*. (Ioan. 14.) scuto circundat nos veritas eius, ne ardentibus sagittis diaboli percutiamur. Propterea Christus qui est veritas, supponit scutum suum, vt scuto veritatis superet mendacium.

a ¶ *Non timebis à timore nocturno.*] Diabolus enim semper in tenebris est, & ad hoc vacat: Vt percutiat, inquit, in occultis innocentẽ. Vides ergo quod qui simplex est, innocens est, & semper in occultis percutitur. (Psalm 63 & 63. a.) *Non timebis à timore nocturno*. Quod dicit, hoc est: licet in errore fueris, quæ nox est: tamen non timebis, quia habes scutum veritatis.

te veritas eius: [a] non timebis à timore nocturno. [b] A sagitta volante in die, [c] à negotio perambulãte in tenebris: [d] ab incursu & dæmonio meridiano. [e] Cadent à latere tuo mille, & decẽ millia à dextris tuis: ad te autem non appropinquabit. Veruntamen oculis tuis considerabis, & retributionẽ peccatorũ videbis: Quoniam tu es domine spes mea: altissimũ posuisti refugiũ tuum. Non accedet ad tẽ malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. [f] Quoniam angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis. In manibus portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Quoniam in me sperauit, liberabo eũ: [g] protegam eum, quoniã cognouit nomen meum. [h] Clamauit ad me, & ego exaudiam eum: [i] cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum. [k] Longitudine dierum replebo eum. [l] & ostendam illi salutare meum.

a Psal.

b ¶. *A sagitta volante in die.*] Sagitta volans diaboli, videtur mihi sermo esse hæreticorum & philosophorum. Et isti enim lucem scientiæ promittunt, & dicunt se habere diem, & non possunt decipere, nisi lucem promiserint. Verum lux ista, quam promittunt, de ardentibus sagittis est. Et propterea dicitur: A sagitta voluntate in die.

B

c ¶ *A negotio, &c.*] Sagitta quidem volat quasi in die, sed negotium est perambulans in tenebris.

d ¶. *Ab incursu & dæmonio meridiano.*] Melius est dicere Græce ἀπὸ συμπτώματος, σύμπτωμα autem dicitur euentus, hoc est, quãdo non speramus, & aliquid noui euenerit. Aut σύμπτωμα dicitur, quando simul multi cadunt. Videte ergo quid dicat: Licet plures indocti fuerunt: tamen tu qui sanctus es, non inducaris. Do exemplũ, vt simpliciores possint intelligere quod dicitur: Si ieris in ciuitatem monachus solus, & cœperis deambulare, & audieris clamorem in circo, & aliquis tibi dixerit: veni & specta circus est, & cœperis ei tu dicere, non licet: non possum ire: si ille tibi ostenderit infinita hominum millia, & dixerit tibi, ducenta hominum millia ibi sunt: ergo illi omnes perituri sunt, & tu solus saluus eris: tu debes intelligere: quia symptoma diaboli est, hoc est, scire debes quia plures cadunt. Et dæmonio meridiano. Dicunt quidem multi: quia sunt dæmones & meridiani, & hoc vulgo dicitur. Cæterum ego dico simpliciter: quoniam dæmonium eo tempore potestatem habet in nos, quando peccamus. Siue mane peccauerimus, dæmon ingreditur in nobis, siue vespere, siue nocte: quacunque peccauerimus hora dæmon ingreditur in nobis. Videtis ergo quod friuolum est, quod vulgo dicitur. Quid ergo dicit à dæmonio meridiano? Quoniam Abraham angelos susceperat (Gen. 18. a & 43. d) in meridie, & Ioseph fratres suos ad prandium inuitauerat in meridie. Sãcti enim erant & Abraham & Ioseph, & propterea cõuiuium eorum in clara luce erat, & sole perfecto: Propterea pascunt in meridie. Et ego si plenã habuero sciẽtiã scripturarũ: licet hora tertia sit, tamen pasco vos in meri- (Gen. 1 b) die. Deniq; & spõsa in Cãtico cãticorũ dicit: *Vbi pascis*, inquit, *vbi cubas? In meridie?* Videtis quoniã spõsus nõ pascitur, non recũbit in hora tertia: sed in meridie. *Vbi pascis, vbi cubas*: vbi te inuenio? vbi delitiis frueris, vbi te possum inuenire ô sponse meus? Vis me inuenire? In meridie inuenies. Id est, in (2 Cor. 11 b) sciẽtia perfecta, in bonis operib. in claro lumine. Quoniã ergo habem⁹ nos meridiẽ: propterea etiã diabol⁹ trãsformatur in angelũ lucis, & ipse simulat habere se lucẽ: habere se meridiem. Quando hæretici quasi mysteria aliqua promittunt, quando regna cœlorum, quando continentiam, quando ieiunia, quando sanctitatem, quando renuntiationem sæculi, promittunt meridiem. Sed quoniam non est Christi lumen, non est meridies, sed dæmonium meridianum. C

e ¶ *Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis*] Singula verba scripturarum, singula sacramenta sunt. Ista verba, quæ rustica putantur à sæculi hominibus, plena sunt sacramentis. *Habemus* enim (2. Cor. 4. a) *thesaurum istum in vasis fictilibus*. Thesaurum, sensum diuinũ, habemus in verbis vilissimis. Cadẽt a latere tuo mille & decem millia à dextris tuis. Ex latere cuius? Ab eius cui dictũ fuerat: *Scuto circũdabit te veritas eius: nõ timebis à timore nocturno*: quis est iste? De quo supra dictũ est: *Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei cæli cõmorabitur*. Ab eo ergo qui habitat in adiutorio domini, cadẽt à latere eius mille, & decẽ millia à dextris eius: Dextera, sancti dicitur: sinistra non dicitur, sed, latus. Videte enim quid dicitur: *Et decẽ millia à dextris tuis*. Et quomodo dixeras: *Cadent à latere tu mille?* Quando enim dextera dicitur, & sinistra non nominatur: pro sinistra, latus nominatur. Nõ enim poterat iustũ esse, vt iustus haberet sinistram. *Qui te*, inquit, *percusserit in dexteram maxillam, præbe ei & alteram*. Non (Iud. 3. b) D dixit, & sinistram: Non enim est sinistra quæ præbetur, sed dextera altera. Ergo simpliciter dico: quoniam iustus duas dexteras habet. Denique & ille Aioth, qui scribitur in Iudicum libro, propterea duas dexteras habere dicitur: quia iustus erat, & interfecit illum pinguissimum regem. Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis. Plures sunt qui insidiantur dexteræ nostræ, & non sunt plures qui insidiantur sinistræ. Propterea à latere mille cadent, & à dextris decem millia. Vbi enim maior pugna, maior victoria. Pauci insidiantur lateri, plures insidiantur dexteræ.

f ¶ *Quoniam angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis.*] Istum locum diabolus super domino interpretatus est. Eo enim tempore quo tentauit dominũ: *Si*, inquit, *filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim de te, quoniam angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnib. viis tuis. In manibus portabunt te ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.* Diabolus nihil amplius dixit, nisi hoc: quoniã angelis suis mãdauit de te, vt in manibus portent te: ne forte ad lapidem offendas pedem tuum. Mediam partem diuisit. Hic enim dicitur: *Quoniam angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis.* Hoc non dixit, custodiant te: sciebat enim contra se esse. Poterat enim dominus ei respondere: Si custodit me dominus in omnibus viis: ergo & à te custodior. Tacuit ergo quod sciebat contra se esse, & posuit quod pro se erat. Verè diabolus quasi diabolus, interpretatur de saluatore, quod nõ est de saluatore. Si enim de saluatore est totus psalmus, sicut interpretatus ô diabole, & de ipso est quod dicitur.

g ¶ *Protegam eum, &c.*] Hoc est, ego pater protegam filium meum. Si sic interpretatur, diabole, quomodo tu intelligis, videamus si stet sensus: Protegam eum, quia cognouit nomen meum, hoc est, ego pater filium meum protegã.

h ¶ *Clamaui ad, &c.*] Hoc est, in die crucis

i ¶ *Cum ipso sum in tribulatione, eripiam, &c.*] Hoc est, eum faciam resurgere.

k ¶ *Longitudine, &c.*] Hoc est, in æternum viuet. Et hoc intelligamus de filio Dei, Longitudine dierũ replebo eum. Hoc quod sequitur, quomodo stat in Saluatore?

l ¶ *Et ostendã illi salutare meũ.*] Salutare Dei, filius Dei est.

Si

Si ergo de filio dicitur, quomodo potest stare? quia salutare
E Dei filius Dei est? Vides ergo quoniam male interpretatus es
ô diabole. Sed fac vt sic interpretetur tu dicis: Dixisti, quoniam angelis suis mandauit de te, vt in manibus portent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Dic quod sequitur. Quid taces? Super aspidem & basiliscum ambulabit, & côculcabit leonem & draconem Christus dominus noster, qui viuit & regnat in sæcula sæculorum, Amen.

[a] ¶ Psalmus cantici in die sabbathi.

PSALMVS XCI.

BOnum est cõfiteri domino, & psallere nomini tuo altissime. [c] Ad annuntiandum mane misericordiam tuam, & veritatẽ tuam per noctem. [d] In decachordo psalterio. cum cantico in cithara. [e] Quia delectasti me domine in factura tua: & in operib. manuũ tuarũ exultabo. [f] Quam magnificata sunt opera tua domine: [g] nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ. • Vir

a ¶ *Psalmus cantici in die sabbathi.*] Iste psalmus hoc titulo prænotatur. Non potest diem sabbathi agere, nisi qui sex dies trãsierit. Sex diebus laboramus: in septima die requiescimus. Ergo domino cantarẽ non possumus, nisi in die sabbathi. Quamdiu opera istius mundi facimus, hoc est, sex diebus, domino cãtare non possumus. Denique dicitur in Leuitico:
Leui.23.a *Non facietis in die sabbathi omne opus seruile.* Quicunq; ergò in sabbatho est, & in requie domini, opus seruile facere non debet, hoc est, quod ad mundum istum pertinet: sed illud debet opus facere quod ad sabbathum pertinet. Vultis scire quoniam in sabbatho operantur sacerdotes in templo domini? Non licet in sabbatho cuicunque ligna cædere. Denique vnus qui inuentus est in eremo, lapidatus est & occi-
Num.15.d sus. Deinde non licet ignem succendere, non licet etiam aliquid operis facere. Videtis autẽ quoniam omnia hæc quæ in mundo alicui facere non licet, in sabbatho, sacerdotibus solis licet. Nam & ligna cædunt, & ignem supponunt, & alia faciunt ministeria, & hostias immolant. Hoc totum quare dixi? Vt ostenderem scriptum esse in lege, debere nos cessare etiam in die sabbathi ab operibus mundi, & ea facere quæ ad Deum pertinent. Psalmus igitur cantici est in die
F sabbathi: quando non operamur mundo & operamur Deo. Videamus quid nobis sit cantandum in sabbatho, quando à mundi cessamus operibus.

PSALMVS XCI.

BOnum est confiteri domino, & psallere nomini tuo altissime.] Non dixit: bonum est psallere, & postea confiteri: sed video ordinem: Bonum est confiteri, & bonum est psallere. Primum age pœnitentiam, & lacrymis dele peccata & postea canta domino: *Bonum est confiteri domino.* Non hominibus, sed Deo illi confitere peccata, qui sanare potest. *Et psallere nomini tuo altissime.*

c ¶ *Ad annuntiandum manè misericordiam tuam, & veritatem tuã per noctẽ.*] Diligẽter intelligite quod dicitur: *Ad annuntiandũ mane misericordiam tuã, & veritatẽ tuam per noctem.*] Singuli versiculi & ad singulos referuntur. Bonũ est cõfiteri domino: ad annuntiandum mane misericordiã tuã. Si cõfiteris domino, annuntias manè misericordias domini. *Et psallere nomini tuo altissime.* Istum versiculũ refer ad hunc qui sequitur, & veritatem tuam per noctem. Quando enim confitemur domino, speramus misericordiam. Quando vero psallimus, operamur virtutes. Ad annuntiandum mane misericordiam tuam. Vbi sunt qui secundum literam scripturas intelligunt? Media die misericordiã Dei annuntiare non possumus? Et certe Christianorum & monachorũ est, maxime in noctib. peccata sua cõfiteri. Et quomodo nũc dicit: ad annuntiandũ manè misericordiã tuã? Quod dicit hoc est: Non possumus confiteri domino, & misericordiam eius consequi: nisi cœperit in corde nostro clarum lumen lucere. Nisi præcesserint tenebræ, & mane factum fuerit, misericordiam domini consequi non possumus. Tunc autem annuncias mane misericordiã domini, cum sol iustitiæ ortus in corde tuo fuerit. Et veritatẽ tuam per noctẽ. Veritas domini non annũciatur, nisi ad noctem: in die non potest annuntiari. Non enim possunt imbecilles ferre quæ magna sunt: neque possunt ea sustinere quæ pretiosa sunt. Vnde di-
Psalm.17.b citur & in alio loco de Deo: *Posuit tenebras latibulum suum,* hoc est, dominus posuit tenebras latibulum suum. Et veritas ergo domini annuntiatur in nocte: quasi quibusdã verborum tenebris obuoluitur. In ænigmate dicitur & in para- G
bolis: vt videntes non videant, & audientes non intelligant. Mar.4.b
Legimus in Osee, & dicitur ad prophetam: *Tu vade & accipe tibi vxorem: vxorem fornicariam,* Iudæi & gentiles ridẽt. Ose.1.a
Quare rident? Quoniam veritas in nocte posita est, non in die. Vultis scire quoniã veri- Exod.24.d
tas Dei in nocte est, & quasi in tenebris, & in parabolis posita est. Moyses ascẽdit in mõtem Sina, & ingressus est, inquit, in turbinem, & caliginẽ, & in tenebras, & ibi locutus est cum domino: Neque enim poterat Israel populus videre mysteria Dei: quia in caliginẽ Dei non intrauerat.

d ¶ *In decachordo psalterio, cum cantico & cithara.*] Simpliciter dico: Quotiescunque leuamus manus sine cogitationibus & disceptationibus, in decachordo psallimus domino. In decachordo psalterio, cum cantico in cithara nostra, & corpus, & anima, & spiritus, omnibus chordis composita sunt.

e ¶ *Quia delectasti me domine in factura tua, &c.*] Christianus quodcunque viderit, semper ædificatur. Monachum nihil destruet, nisi peccatum. Quodcunque aspexeris, ædificium tuum est. Vides cælum, vides solem, vides stellas, vides lunam: hoc ædificat te. Debes enim cogitare & dicere: Si sol, & luna, & cælum, & stellæ Deo seruiunt: quare ego non seruiam? Vides terram, vides animalia, & omnia quæ in terris sunt, & hoc confer cum animo tuo, & ædifica te, & dic animo tuo: Omnia in suo tempore currunt. Siquidem ver & æstas, autumnus & hyems, nunquam mutantur hæc tempora, sed secundum dispositionem domini omnia seruiunt. Cælum seruit, & terra seruit, & infelix ego homo non seruio. Veniamus ad minuta animalia, dimitto nunc de elephãtis: dimitto de leonibus, dimitto de diuersis animalibus, venio ad minuta animalia. Respice apem, respice formicam, H
vide corpus, & inquire sapientiam. Maior sapientia, quam corporis magnitudo. Apes & formicæ cogitant hyemem
esse venturam, & Monachus & Christianus non cogitant Pro.6.a &
iudicium esse venturum. Illæ cogitant quoniam fame peri- 30.d.e.
clitari possunt, si non laborauerint in æstate vnde viuant in hyeme: nos non cogitamus, quia sine opere torquebimur in gehenna. Hoc totum quare dixi? Quoniam nunc scriptum est: *Quia delectasti me domine in factura tua.* Quodcũque aspexero, delectat me. Intelligo enim factorem, & benedico Deum. *Et in operibus manuum tuarum exultabo.* Video arborem, & considero quomodo cortex arboris est quasi tunica, qua vestitur; & quasi germen viret. Et deinde video quomodo flos fit: quomodo flos cadat, & ipse flos vertatur in pomum. Video paulatim per singulos dies, in singula tẽpora mihi naturam operari, & in meos cibos crescere. Video quomodo Deus in omnibus mihi laborat, vt mihi nihil desit. Propterea exulto in te domine.

f ¶ *Quam magnificata, &c.*] In hoc loco Marcion & Manichæus erumpunt. Quid enim dicunt? Si omnia Deus fecit, & in vtilitatem hominum fecit: quid necesse fuit cimicem facere & pulicem? Ego tibi breuiter respondeo, vt ostendetetur ô homo; fragilitas tua. Qui enim cogitationem tuam in cælum ponis, respice: morderis à cimice, & contremiscis. Quid erigeris in cælum, & cogitatio tua transcendit in cælum? Ecce à pulice vulneraris. *Quam magnificata sunt opera tua domine.* Parua quidem corpora, sed magna ratio. Singula habent vtilitates suas. Ego sic miror dominum in elephãtis, quomodo & in formica: sic illũ prædico in camelo, quomodo & in culice. Vide culicem quomodo quasi punctum cuiusdam corpusculi est, & tamen vide in ipso puncto corpusculi, omnia esse membra diuisa. Habet sex pedes: habet duos oculos: habet os: habet & ventrem: habet & tubam vocis: habet & alas. Si consideraueris membra, corpus non inuenis, & tamen magnificatur Deus: quia sine corpore, membra sunt omnia.

g ¶ *Nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ.*] Quodcũque cogitauero, inuenire nõ possum. Abyssus iudicia tua,

A O profundum diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei. Dicam & ego cum Ecclesiaste: *Dixi, sapiens efficiar, & ipsa longius* Eccl. 7.e *facta est à me: longius multo quàm erat. Et profunda quis inuenire potest?* Ecclesiastes quod dicit, hoc est: Antequam cogitationem meam in opere ponerem, non videbam magnificentiam Dei. *Dixi, sapiens efficiar,* hoc est, dixi: debeo quærere rationes singularum causarum, *& ipsa longe facta est à me, longius multo quam erat.* Hoc est, sapientiã quã ante non inquirens, ignorabam: postea quærere cœpi, quã inuenire cœpi, quam inuenire non poteram.

[a] Vir insipiens non cognoscet, & stultus nõ intelliget hæc. [b] Cum exorti fuerint peccatores sicut fœnum: [c] & apparuerint omnes qui operantur iniquitatem. Vt intereant in sæculũ sæculi: [d] tu autem altissimus in æternum domine. Quoniã ecce inimici tui domine, quoniam ecce inimici tui peribunt & dispergentur omnes qui operantur iniquitatem. [e] Et exaltabitur sicut vnicornis cornu meum: [f] & senectus mea in misericordia vberi. Et despexit oculus meus inimicos meos, & ab insurgentib. in me malignã-tibus audiet auris mea. Iustus vt palma florebit: [g] sicut cedrus Libani multiplicabitur. [h] Plãtati in domo domini, in atriis Dei nostri florebunt.

[a] Adhuc

a ¶ *Vir insipiens non cognoscit, & stultus non intelligit hæc.*] Quicunque non est Christianus, & in operibus nõ intelligit creatorem, iste insipiens est.

b ¶ *Cum exorti fuerint peccatores sicut fœnum.*] Vidisti imperatores: vidisti præfectos: vidisti exercitus: vidisti victorias & triumphos: Heri fuit, & hodie non est.

c ¶ *Et apparuerint omnes qui operantur iniquitatem, vt intereant in sæculum sæculi.*] Heri apparuit quasi flos: hodie flos ipse non cõparet. Heri virebat herba: hodie siccata est. Vbi est illa pulchritudo? Nihil bonum est, nisi quod æternum est. Nihil bonum est, nisi quod perpetuum est. Quodcunque finem habet, nec inter bona numerandum est. Quid enim mihi prodest, si heri præfectus fui, & hodie fame morior? Quid enim mihi prodest, si anteriori die rex fui, & hodie in carcere morior? Omne quod præteritum est & finem habet, nihil est. Vnusquisque nostrum de sæculo venit ad hanc vitam. Alius matrem reliquit: alius, filios: alius, vxorẽ: alius, parentes. Recordemur infantiæ nostræ, recordemur adolescentiæ, recordemur quod aliquando habuerimus diuitias, & vnusquisque pro viribus suis habuit quod potuit. Ecce transiuimus ad hanc vitam. Vbi sunt illa omnia? Cogitata magis dolorem faciunt, quam voluptatem. Nihil est itaque bonum, nisi quod perpetuum est.

B

d ¶ *Tu autem altissimus in æternum domine, quoniam ecce inimici tui domine: quoniam ecce inimici tui peribunt & dispergentur omnes qui operantur iniquitatem.*] Si peribunt, quomodo dispergentur? Qui enim semel perient, dispergi non potest. Debuit dicere: Ecce dispergentur & peribunt. Quod ergo dicit, hoc est, inimici tui domine peribunt, cum omnia tibi subiecta fuerint: omnis qui inimicus tuus fuerit, postea efficietur amicus, hoc est, non peribit homo, sed peribit inimicus. Qui inimicus fuit, amicus erit, & sic peribit inimicus. Quoniam ecce inimici tui peribunt, & dispergentur omnes qui operantur iniquitatem. Quomodo si sancti simul sunt, gratiosum est: sic si peccatores simul fuerint, quasi pessima congregatio est. Quanto enim plures simul fuerint, tanto Gen. 11. peiores sunt. Denique eo tempore quo turris ædificabatur contra Deum, dispergebantur in vtilitatem suam. Consensus eorum malus fuit: dispersio vero profuit etiam illis ipsis qui dispersi sunt.

e ¶ *Exaltabitur sicut vnicornis cornu meum.*] Semper cor- Psalm 34.b nu in regno ponitur. In te inimicos nostros ventilabimus cornu. Denique nullum animal in templo immolatur domino, nisi quod cornu habet. Tria immolabantur domino in templo: immolabatur taurus: immolabatur aries: immolabatur hircus. Tria immolabantur, & vniuersa cornuta sunt. Nisi enim aliquis habuerit cornu, in quo inimicos ventilet, non est dignus immolari Deo. Propterea & dominus cornu dicitur, his qui credunt in eum: Et in cornibus crucis suæ ventilauit inimicos. Ibi confudit diabolum, & omnem eius exercitum. Christus quidem crucifixus erat in corpore: sed verè crucifigebat ibi dæmones. Non fuit crux, Gen. 28.c sed triumphus fuit, sed vexillum fuit. Propterea conscendit crucem, vt nos de terra in altum tolleret. Ego puto crucem saluatoris istam esse scalam, quam vidit Iacob. In ista scala descendebant angeli & conscendebant. In ista scala, hoc est, cruce descendũt Iudæi, & conscendunt gentiles. Et exaltabitur sicut vnicornis cornu meũ. Alij habebãt plura cornua: C ego vnũ solũ cornu habeo. *Mihi autẽ absit gloriari nisi in cru-* Galat. 6.d *ce domini: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.*

f ¶ *Et senectus mea in misericordia vberi.*] Senectus nostra oleo Dei indiget. Quomodo enim corpora nostra quãdo laboramus; loquor simplicius propter simpliciores fratres, qui non possunt intelligere sublimius; quomodo corpora nostra quãdo laborant, non reficiuntur, nisi vnctione olei: quomodo lumen quod in lucerna est, nisi oleũ miseris, extinguitur: sic & lumen senectutis meæ, oleo & misericordia Dei indiget vt crescat. Denique & apostoli ascendunt in montem Oliueti, vt quoniam lassi erant, & indigebant lucernæ ipsorum oleo domini, de oleo domini illuminantur. Vnde dicit & iustus: *Ego autem sicut* Psal 51.b *oliua fructifera in domo domini.* Et in alio loco dicitur: *Filij* Psal. 127.a *tui sicut nouella oliuarum in circuitu mensæ tuæ.* Nullus alius mons erat, de quo ascendit dominus regna cælorum, nisi mons Oliueti? Nunquid non erat mons sublimior, in Galilæa Thabor? Quid necesse fuit vt dominus de monte Oliueti conscenderet in regnum cælorum? Sed vide quid te scriptura doceat: Nisi tibi & lampadibus tuis oleum miseris, non poteris ascendere regna cœlorum. Debes esse in monte Oliueti, & non in valle oliuarum, sed in monte Oliueti. Di- D cat aliquis? Quæ est ista vallis oliuarum? Habet diabolus oliuas suas: habet philosophos: habet hæreticos: habent & ipsi oleum. Et ipsi lumen scientiæ promittunt, sed illa oliueta in perditionem deducunt. *Oleum autem peccatoris non im-* Psal. 140.b *pinguet caput meum.* Nos ergo rogemus dominum, vt senectus nostra, & omnis noster labor, & omnes tenebræ nostræ, oleo domini illuminentur. Diligenter attendo in scripturis, vbi primum legerim senectutem. Adam non gentis triginta annis vixit, & tamen senex non dicitur. Matusalem nongentis sexagintanouem annis vixit, & senex non dicitur. Venio vsque ad diluuium, & post diluuium per annos ferme tria millia, & nullum inuenio qui dictus est senex. Primus Abraham senex dicitur. Et certe multo minoris ętatis fuit quàm Matusalem: Sed propterea dicitur senex: quoniam senectus ipsius iuncta fuit oleo vberi. Denique scriptum est ibi. *Et mortuus est Abraham, nutritus in senectute* Gen. 25.a *bona, plenus,* inquit, *dierum.* Propterea in senectute bona, quoniã plenus dierum. Omne enim tempus vitæ ipsius dies fuerunt, & non nox. Hoc ipsum quod dictum est de Abraham, dictum est & de Isaac, & de Iacob. Qui enim simul seruierũt domino, rectè simul senes domini nuncupantur.

g ¶ *Vt cedrus Libani multiplicabitur.*] Lignum benè oleus, lignum vnde templi tecta contecta sunt. Vt cedrus Libani multiplicabitur lignum imputribile.

h ¶ *Plantati in domo domini, in atrijs Dei nostri florebunt.*] Alibi plantamur, regno cælorum florebimus. *Ego vero plan-* 1 Cor. 3.b *taui, Apollo rigauit: sed dominus incrementum dedit. Plantatus in domo domini,* hoc est, in ecclesia: non muris, sed in dogmatibus. *Regnum,* enim, *Dei,* inquit, *intra vos est.* Quicunque Luc 17. e plantatus fuerit in domo domini: si hic radices miserit, ibi flores afferet. *Plantati in domo domini, in atriis Dei nostri florebunt.* Ista sunt æterna tabernacula. Quæ sunt ista atria? Diuersæ in cælo mãsiones. Simulque videte quid dicat: *Plãtati in domo domini, in atriis Dei nostri florebunt.* Hic domus est: ibi atriũ est. Debuit vtiq; primũ dicere secundũ ordinẽ, atriũ; & sic domũ. Sed videte quid dicat: Hic licet videamur in domo esse, cum migrauerimus ad regna cœlorũ, ad cõparationẽ angelorum, & virtutum cæterarum, non sumus in domo, sed in atrio sumus: in initio sumus, nõ in perfectione. Non enim erimus Angeli, sed quasi angeli. Non tibi quasi parum videatur homo, si sicut angelus fueris. Matt. 22.c

a ¶ *Adhuc*

E

a ¶ *Adhuc multiplicabũtur, &c.*] Felix ille qui crescit quotidie, qui senescit ætate, senescit & virtutibus. Hæc interim de psalterio diximus: locuti sumus & de euangelio pauca, diximus quoque & de apostolo. Oremus dominum vt omne quod diximus nos, & quæ audistis, opere compleamus, & vbera vertamus in opera, vt qui hic plantati sumus in domo domini, in atrio Christi floreamus: cui sit gloria in sæcula sæculorum, Amen.

b ¶ *Laus cantici ipsi Dauid in die ante sabbathum, quando fundata est terra.*] Iste psalmus vocem continet prophetæ, virtutem atque magnificentiam domini decantantis.

PSALMVS XCII.

D*Ominus regnauit, decorem induit.*] Cum resorgens à mortuis, sanctorum sibi chorum adiunxit.

d ¶ *Induit dominus fortitudinem.*] Quia diabolum oppressit.

e ¶ *Et præcinxit se virtute.*] Quando multitudine angelica circundatus, remeauit ad patrem.

f ¶ *Etenim firmauit orbem terræ, qui non commouebitur.*] Instabilis enim & mobilis esset adhuc, nisi sua fuisset resurrectione firmatus.

F

g ¶ *Parata sedes tua.*] In animabus sanctis. Tu enim prælegisti eas ante constitutioné múdi, vt essent genus electum.

h ¶ *Ex tunc à sæculo tu es.*] Et à resurrectione, & ante constitutionem mundi.

i ¶ *Eleuauerunt, &c.*] Apostoli, quorum fluenta prædicationum, ariditates geoticum irrigauerunt.

k ¶ *A vocibus aquarum multarum.*] Detrahentium populorum.

l ¶ *Mirabiles elationes maris.*] In sæculi huius fluctibus.

m ¶ *Mirabilis in altis dominus.*] Gloriosus residens ad dexteram patris.

n ¶ *Testimonia tua domine credibilia facta sunt nimis.*] Per apostolos tuos.

Ephes. 5 F
o ¶ *Domum tuam decet sanctitudo domine in longitudine dierum.*] Ecclesiam tuá, quam exhibuisti tibi non habétem maculam aut rugam: in qua nos digneris mundos ac splédidos custodire: nec polluere baptismi gratiam, per quod in re renati sumus ad vitam: quia tibi est cum æterno Patre & Spiritu sancto, honor & gloria in sæcula sæculorum, Amen.

p ¶ *Psalmus Dauid, &c.*] Semper de titulo disputamus, vt ex titulo intelligatur & psalmus. Psalmus Dauid quarta sabbathi. Quarta sabbathi, in medio sabbathi est: quasi in corde sabbathi, hoc est, in medio hebdomadis. Dies enim quarta est, & quarta dies habet ex vtroque latere æquales dies. Habet enim ex vno latere, diem primum, secundum, tertium: & ex alio latere habet diem quintum, sextum, septimum. Videtis igitur quoniam dies quarta, hoc est, quarta sabbathi, ex vtroque latere duplici trinitate firmatur. Simulque considerandum: quia quartus numerus, virtute decimus est. Quomodo? Si enim computes, & ordinem facias, vnum, duo, tres quatuor, decimus numerus efficitur. Vidistis igitur quoniam quartus numerus efficit decimum, & considerate ex hoc: quia quatuor euangelia in decalogo computantur, vt quodcunque dicebatur in decalogo, hoc compleatur in quatuor euangeliis, vt non dissentiat lex vetus ab euangelica dignitate. Hoc interim diximus de titulo, nunc veniamus ad psalmum.

[a] Adhuc multiplicabuntur in senecta vberi, & bene patientes erunt vt annnntient. Quoniam rectus dominus Deus noster, & non est iniquitas in eo.

b ¶ Laus cantici Dauid in die ante sabbathum quando fundata est terra.

PSALMVS XCII.

DOminus regnauit, decorem indutus est: [d] indutus est dominus fortitudinem, [e] & præcinxit se. [f] Etenim firmauit orbem terræ, qui non cõmouebitur. [g] Parata sedes tua: [h] ex tunc à sæculo tu es. [i] Eleuauerunt flumina domine, eleuauerũt flumina vocem suã. Eleuauerunt flumina fluctus suos: [k] à vocib. aquarum multarũ. [l] Mirabiles elationes maris: [m] mirabilis in altis dominus. [n] Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: [o] domum tuam decet sanctitudo domine in longitudine dierum.

d ¶ Psalmus Dauid quarta sabbathi.

PSALMVS XCIII.

DEus vltionum dominus: Deus vltionum libere egit. Exaltare qui iudicas terram, redde retributionem superbis. [s] Vsquequo peccatores domine, vsquequo peccatores gloriabuntur? [r] Effabuntur & loquentur iniquitatem: [t] loquentur omnes qui operãtur iniustitiam. [v] Populum tuum domine humiliauerunt, & hæreditatem tuam vexauerunt. [x] Viduam & aduenam

PSALMVS XCIII.

G

D*Eus vltionũ dominus, Deus vltionũ liberè egit.*] Qui tãto tempore latuit, & non apparebat in populo, postea liberè egit. Qui antea ignorabatur, postea triumphauit in cruce. *Deus vltionum dominus.* Si Deus vltionũ dominus est, mihi vindictã & ego retribuã, dicit dñs: quid te cupis vindicare homo? Habes vltorem Deum. Dicit hoc & Apostolus: *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum. Si sitit da illi potum. Hæc enim faciens carbones ignis congregabis super caput eius.* Hoc non videtur pietatis esse, sed crudelitatis. Si enim bene illi facio, vt illi malefaciat Deus: non venit hoc de pietate, sed de crudelitate mentis. Quod enim dicit Apostolus: *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitis, da illi potum:* huc usque videtur misericordia. Hoc vero quod infert: *Hæc enim faciens, carbones ignis congregabis super caput eius:* non videtur misericordiæ esse, sed crudelitatis. Videris enim propterea pané dare, & aquã dare bibere, vt ille in sæculis torqueatur. Et hoc dicit Apostolus: & misericordiæ prædicator crudelitatem docet. Nõ igitur sic accipiendum, sed alio sensu. Si te percutit inimicus, tu ei præbe & alterã maxillam. Si tibi ille malefacit, tu illi fac bene. Si enim hoc feceris, *carbones ignis congregabis super caput eius.* Quod dicit, hoc est: mundabis eum à peccato: vincitur enim crudelitas illius patientia tua. Si sagittam dirigas in lapidem, & lapis durus fuerit: non solum non infigitur, sed resilit. Sic inimicus tuus si te percusserit, & repercussus non fuerit, patientia tua superatus, ad meliora conuertitur.

Deut. 32. A

Rom. 12. A

Matth. 5 F

H

r ¶ *Vsquequo peccatores domine, &c.*] Impatientia humana, non vult Dei habere patientiam. Miseri nos, qui volumus nobis Deum esse patientem, & inimicis impatientem. Si quando peccamus, patientem cupimus Deum: Si quando aliquis in nos deliquerit, in ipsum non volumus esse patiétem Deum. Vsquequo peccatores gloriabuntur? Non eis sufficit peccare, sed etiam in peccatis gloriantur. Prima infelicitas est peccare: secunda infelicitas, imo nimissima, non agere pœnitentiam. Isti ergo peccatores non solum non flectũt ceruicem, sed liberè post peccatum suum gloriantur.

s ¶ *Effabuntur & loquentur iniquitatem.*] Propriè hæc de hæreticis loquuntur.

t ¶ *Loquentur omnes qui operantur iniquitatem.*] Videte signum: Qui male loquitur, necesse est vt male faciat. *Ex abũdantia enim cordis os loquitur.* Vbicunque conscientia vulnerata est, ibi in ore facile peccatur.

Luc. 6 G

v ¶ *Populum tuum domine humiliauerunt.*] Semper Dei populus humiliatur: Dei populus opprimitur. Populum tuum domine humiliauerunt. Semper populus Dei humiliatur, & imitatur Deum, qui humilis fuit & mitis corde.

x ¶ *Viduam & aduenam interfecerunt, & pupillos occiderunt, & dixerunt: &c.*] Licet hoc manifestum sit secundum historiam: semper enim quicunque præsidio indiget, facile opprimitur; & quanto aliquis humilior fuerit, tanto ille magis qui opprimit, offendit Deum: tamen & secundum Tropologiam interpretemur: Dixeram enim de hæreticis hoc dici. Viduam & aduenam interfecerunt. Vidua illa quæ Deum virum habere desiuit, anima est peccatoris. Aduena est qui non est habitator, hoc est, qui non habitat. Ille qui nuper crediderat, repente scandalizatus perit. *Et pu-*

A

pillos occiderunt, & dixerunt: non videbit dominus. Miramur si pupilli dicuntur, vbi vidua est? Sicut enim vidua, anima peccatoris est, sic pupillos illos dicit, qui patrem amiserunt habere Deum. Et dixerunt. Quid dixerunt?

a ¶ *Non videbit dominus: nec intelliget Deus Iacob.*] Hoc dicat omnis qui opprimit sanctos. Illis hoc dicentib., videte Spiritus sãctus quid respõdeat.

b ¶ *Intelligite qui insipientes estis in populo, &c.*] Qui figulus est, ignorat vas suum? Qui aliũ facit audire, ergo ipse non audiet? Qui mihi dedit oculos, ergo ipse non videt? Qui autor est intelligentiæ meæ, ipse non intelligit? Iste locus aduersus eos maxime facit, qui Anthropomorphitæ sunt, qui dicunt Deum habere mẽbra, quæ etiã nos habemus. Verbi causa: Dicatur Deus habere oculos: oculi domini respiciunt omnia, manus Dei facit omnia; *Et audiuit*, inquit, *Adam sonũ pedum domini deambulãtis in paradiso.* (Gen. 3. b) Hæc simpliciter audiũt, & humanas imbecillitates ad Dei magnificentiam referunt. Ego autem dico, quod Deus totus oculus est, totus manus est, totus pes est. Totus oculus est: quia omnia videt. Totus manus est: quia omnia operatur. Totus pes est: quia vbique est. Ergo videte quid dicat: Qui plantauit aurem, non audiet? Non dixit: qui plantauit aurem, ergo ipse aurem non habet. Non dixit: ergo ipse oculos non habet. Sed quid dixit? *Qui plantauit aurem, non audiet, & qui finxit oculos, non considerat.* Membra tulit, efficientias dedit.

B

c ¶ *Qui corripit gentes, non arguet.*] Qui alios docet, ergo ipse non nouit?

d ¶ *Qui docet, &c.*] Subauditur, ergo ipse non habet scientiam.

e ¶ *Dominus, &c.*] Legimus in poëta sæculari: O curas hominum, ô quantum est in rebus inane. Et gentiles & philosophi istum versiculum ad cęlum leuant. Et quid dicunt: Nihil potuit prudentius dici: Ecce rusticanus noster Hebræus ante tanta sæcula hoc locutus est. Et quid dixit: *Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt.* Vultis scire quoniã cogitationes hominum vanæ sunt? Pater & mater nutriunt filium: promittunt sibi de illo felicitatem: mittunt ad studia: erudiũt: venit vsque ad adolescentiã: disponunt vt etiã militet. Cùm omnia cogitauerint per annos triginta, vna febricula venit, & tollit omnes cogitationes. Inimicum habeo, & dies iudicij est ad triginta dies, diebus & noctibus nihil aliud cogito, nisi quod illi respondeam: In lectulo meo sum, & cogitatio mea absenti respondet inimico: non est ibi inimicus, & verba respõdet inimico. Diebus & noctibus in cogitatione sum. Cum autem dies iudicij venerit, omnia illa quæ cogitaueram, pereunt: & quodcunque Deus dixerit, hoc loquor. Propterea & dominus in euangelio ait: Quando stabitis ante iudices, non cogitetis quid respondeatis: quia dominus dabit vobis in illa hora quid respondeatis. (Luc. 12. b) *Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt.* Vna cogitatio felix est, cogitare de domino.

f ¶ *Beatus homo, &c.*] Felix est, qui Deo magistro vtitur.

g ¶ *Et de lege tua docueris eum, &c.*] Videte quid dicat: Beatus homo, quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum, hoc est, scripturis tuis. Hoc autem quid prodest, vt doceatur ille de lege tua. Vt mitiges ei à diebus malis. Videtis igitur quoniam scientia, & exercitatio, & opera de scripturis, mitigant nobis dies malos.

h ¶ *Donec fodiatur peccatori fouea.*] Quando tu erudieris de lege domini, vnum tibi in duplex diuiditur. Tibi enim dies mitigat malos, & peccatori fodit foueam.

aduenã interfecerũt, & pupillos occiderunt. Et dixerunt [a] non videbit dominus: nec intelliget Deus Iacob. [b] Intelligite insipiẽtes in populo, & stulti aliquãdo sapite. Qui plantauit aurem, non audiet: aut qui finxit oculum, non cõsiderat. [c] Qui corripit gentes, non arguet: [d] aut qui docet hominẽ scientiã. [e] Dominus scit cogitationes hominũ: quoniã vanæ sunt. [f] Beatus homo, quem tu erudieris domine: [g] & de lege tua docueris eum. Vt mitiges ei à dieb. malis: [h] donec fodiatur peccatori fouea. Quia nõ repellet dominus plebẽ suã, & hæreditatem suam non derelinquet. Quoadusque iustitia conuertatur in iudicium, & quis iuxta illam? omnes qui recto sunt corde. [i] Quis consurget mihi aduersus malignãtes, aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatẽ? [k] Nisi quia dominus adiuuit me, paulominus habitasset in inferno anima mea. [l] Si dicebã, motus est pes meus: misericordia tua domine adiuuabat me [m] Secundũ multitudinem dolorũ meorũ in corde meo, cõsolationes tuæ lætificauerunt animã meã. Numquid adhæret tibi sedes iniquitatis: [n] qui fingis laborẽ in præcepto. [o] Captabunt in animã iusti, &

C

i ¶ *Quis consurget mihi aduersus malignantes, aut quis stabit mihi aduersus eos qui operãtur iniquitatem?*] Obscuri sunt psalmi, & semper personas mutant: & propterea obscuri sunt, & nimiæ difficultatis est scire in singulis versiculis quis loquatur. *Quis consurget mihi aduersus malignantes: aut quis stabit mecum aduersus operãtes iniquitatẽ?* Hos versiculos Saluator loquitur: Ego sanctus sum: in cruce subleuatus sum: mortuus sum: resurrexi, & ad cælos victor ascendi. Quis est putas de sanctis, qui mecũ resurget? Ergo quod dicit, hoc est: Propterea resurrexi, vt & alij mecum resurgerent. Quis resurget mihi? Quando dicit, quis, cæteros prouocat ad surgendum. Quomodo enim legimus in Esaia: *Quem mittam ad populum istum, & quis ibit nobis?* &c. (Esa. 6. b) Sicut Esaias ipse se offert: sic & dominus prouocat nos dicens: *Quis resurget mihi aduersus malignantes?* Quicunque resurrexerit, mihi resurget: de meo exercitu est. Aduersus malignantes, aduersus diabolum & exercitum eius. *Aut quis stabit mecum.* Videte ordinem. Non dixit primum, quis stabit & quis resurget: sed quis resurget & quis stabit. Primũ enim surgimus, deinde stamus. *Aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatem?* Quasi imperator stet, & dicat: Quis venit in exercitu meo?

k ¶ *Nisi quia, &c.*] Propterea domine resurgo: quia tu fuisti ad inferos, & resurrexisti. Detenta fuisset anima mea apud inferos, si non tua anima de inferis resurrexisset.

D

l ¶ *Si dicebam, &c.*] Considerans fragilitatẽ meã & imbecillitatem humanam, non putabã pedem meum firmo stare gradu: vbicunque ponebam pedem, lapsum timebã. Rursum cogitabam nomen tuum, & firmo stabam pede.

m ¶ *Secundum multitudinẽ, &c.*] Hoc ipsum & Apostolus loquitur: quoniam secundum labores & miserias, quas in isto sæculo patimur, habemus mercedem apud Deum in cælis. (2. Cor. 1. b) Magnitudo tribulationum, magnitudo præmiorũ est. Quot patimur vulnera, tot meremur & coronas. Hoc est, quod dicit: Quotiens egi pœnitentiam, totiens me consolatus es. Vnam fudi lacrymam, vnam merui consolationem. Decem fudi lacrymas, decem merui consolationes. Quantumcunque fuit pondus pænitentiæ, tantus fuit & consolationum numerus.

n ¶ *Qui fingit, &c.*] Nemo dormiens coronatur, nemo securus possidet regna cælorum: nemo referto ventre, potest digne de ieiuniis disputare. Videte ergo quid dicat: qui fingit laborem in præcepto. Omnia præcepta domini laborem habent. Sine labore non possumus possidere regna cælorum. Vultis scire quia ita est: Si vis, inquit, *perfectus esse: vade, vende omnia quæ possides, & da pauperibus, & veni sequere me.* (Matt. 19. a) Qui vult, inquit, consequi regna cælorum, diebus & noctib. oret, vigilet, ieiunet, iaceat in sacco, nõ in pluma, nõ in serico. Pænitentia non amat delicias: Quia cinerẽ, inquit, tanquam panem manducaui, & potum meum cum fletu miscebam. *Qui fingit laborem in præcepto.*

o ¶ *Captabũt, &c.*] Videte quomodo non videtur esse cõsonans, Quæ enim est cõsequẽtia: qui fingit laborẽ in præcepto, captabũt in animã iusti? (Psal. [illegible]) Sed quod auris carnea nõ intelligit, auris spiritualis intelliget. Quid ergo dicit: *Qui fingit laborẽ in præcepto.* Propterea, inquit, laboramus in præceptis domini diebus ac noctibus, vigilamus, oramus, ieiunamus: quoniam multos habemus aduersarios, qui captant animã iusti. Videte quid dicat: iusti captant animam non iniusti. Non enim volunt eos decipere qui decepti sunt, sed iustos. Vnde dicitur in Habacuc: *Esca eius electa.* (Habac. 1. d)

a ¶ Et

E a ¶ *Et sanguinem, &c.*]Solent aliqui dicere: Ille qui occisus est, non occideretur, nisi fornicator esset: aut aliquod peccatum habuisset. Ruina illum non occupasset, nisi fuisset peccator. Naufragium illum non oppressisset, nisi peccator fuisset. Videre ergo quid dicat sancta scriptura: Et *sanguinem innocentem condemnabūt*. Quamdiu in isto sæculo sumus, omnia incōmune patimur. Iustus & peccator æqualiter naufragantur: Æqualē habent carnē, & æquales conditiones carnis. Iustus & peccator æqualiter pereunt. Similis exitus, sed diuersa præmia iustus & peccator habent. Alius ducitur ad gehennā: alius ducitur ad regna cœlorū. *Et sanguinem innocentem condemnabunt*. Sufficit tibi ô iuste conscientia tua. Et si cōdēnatus fueris, sit sanguis tuos innocēs, & clamabit ad dominum.

b ¶ *Et factus est mihi, &c.*] Locus iste contra Arianos facit. Quoniā enim contradicunt domino Saluatori, quod factus dicitur: ecce nos dicimus: *Factus est mihi dominus in refugiū.* Nulli dubiū, quin de patre hoc interpretemur. Si autem de patre dicitur: Dominus factus est mihi in refugiū, hoc sensū intelligendum est: Dominus qui semper erat, mihi factus est in refugium. Sic & Saluator qui semper erat, mihi Saluator factus est.

c ¶ *Laus*, &c.] Iste psalmus vocem continet prophetæ, cohortantis homines ad Deum de toto corde transire. F

[a] & sanguinem innocentem condemnabunt. [b] Et factus est mihi Domin⁹ in refugiū, & Deus meus in adiutoriū spei meæ. Et reddet illis iniquitatē ipsorum, & in malitia eorum disperdet eos: & disperdet illos dominus Deus noster.

c ¶ Laus cantici ipsi Dauid.

PSALMVS XCIV.

VEnite exultemus domino: iubilem⁹ Deo salutari nostro. [e] Præoccupemus faciem eius in confessione, [f] & in psalmis iubilemus ei. [g] Quoniam Deus magnus dominus, [h] & rex magnus super omnes Deos: [i] quoniam non repellet dominus plebem suam. [k] Quia in manu eius sunt omnes fines terræ, [l] & altitudines montium ipsius sunt. [m] Quoniam ipsius est mare & ipse fecit illud, [n] & siccam manus eius formauerunt. [o] Venite adoremus, & procidamus, & ploremus ante dominum qui fecit nos: quia ipse est dominus Deus noster. [p] Et nos populus pascuæ eius, & oues manus eius. [q] Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Sicut in irritatione secundum diem tentationis in deserto. Vbi tentauerunt me patres vestri, probauerunt & viderunt opera mea. Quadraginta annis offensus fui generationi illi, & dixi: semper hi errāt corde. Et isti non cognouerunt vias meas, vt iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam.

r ¶ Canticum Dauid quando domus ædificabatur post captiuitatem.

PSALMVS XCV.

CAntate domino canticum nouū: cantate domino omnis terra. [a] Cantate

G stolus ad Hebræos: nec alia interponere præsumimus expositionē, qui ita ait: *Quidā enim exacerbauerūt, sed non omnes. qui profecti sunt ex Ægypto per Moysen. Quibus autem offensus fuit quadraginta annis? nempe illis qui peccauerunt: quorū & corpora prostrata sunt in deserto. Quibus autem iurauit non introire in requiem, nisi illis qui increduli fuerūt? Et vidimus quia non potuerunt introire propter incredulitatem. Timeamus ergo, ne forte accepta pollicitatione introeundi in requiem eius, existimetur aliquis ex nobis deesse. Etenim nobis nuntiatum est, quēadmodum & illis.* Igitur exhibeamus nos sanctos, vt introire mereamur per credulitatē in illam requiē, quam speramus accipere. Per Christum dominum nostrum: cui est cum æterno Patre & Spiritu sancto, honor & gloria in sæcula sæculorum, Amen. Heb.3.a Heb.4.a

r ¶ *Quando*, &c.] Iste psalmus hoc titulo prænotatur. Totum mysterium in titulo est. Totius vitæ nostræ sacramētum & salus in titulo est. Quando domus ædificabatur post captiuitatem, canticum Dauid. Iudæi locum istū sic intelligunt: Quando post Babyloniæ captiuitatē, sub Ezra & Zorobabel & Iesu filio Iosedech rursum ædificatum est tēplū, Dauid in spiritu ante quingentos annos sciebat rursum ædificandum esse templum. Hoc illi dicūt. Si hoc ita est, ô Iudæe, rogo vt interpreteris, quid sibi vult quod sequitur: Cantate domino canticum nouum, & deinde: Annunciate inter gentes gloriam eius? Quod est istud canticum nouum, quæ sunt istæ gentes? Videtis ergo quoniam secūdum literam interficientem pe- H

PSALMVS XCIV.

VEnite exultemus domino, &c.] Intelligamus quia ipse est dominus, & ipse morte sua contulit nobis salutem.

e ¶ *Præoccupemus faciem, &c.*] Priusquam nobis auersa facie irascatur, confitemur peccata nostra.

f ¶ *Et in psalmus iubilemus ei.*] Psallentes in cordibus nostris, Deo gratias agentes.

g ¶ *Quoniam Deus magnus dominus.*] Nullus enim æquatur magnitudini, id est, potentiæ eius.

h ¶ *Et rex manus*, &c.] Ipse enim omnia regit.

i ¶ *Quoniam non repellet dominus plebem suam.*] Quam proprio cruore redemit.

k ¶ *Quia in manu eius sunt omnes fines terræ.*] Pugillo enim, id est, potestate, concludit omnem latitudinem terræ.

l ¶ *Et altitudines montium ipsius sunt.*] Prædicationis apostolicæ, quas ipse inspirat.

m ¶ *Quoniam ipsius est mare, &c.*] Hæc & de sæculo intelligenda sunt, & de isto vero mari, ad confutationem eorum qui dicunt, aquas à Deo non esse creatas. Nam & Salomon ex persona sapientiæ (qui est Christus) ait: Prius- Prou.8.
quam produceret fontes aquarum, ego eram.

n ¶ *Et siccam manus eius formauerunt.*] Siue arua, siue humana corpora.

o ¶ *Venite adoremus, & procidamus, & ploremus coram domino qui fecit nos: &c.*] Coram illo prosterni, & ipsi peccata cum fletu & lacrymis confiteri, iterum atque iterum propheta hortatur: quem sciunt esse Deum omnium sæculorum.

p ¶ *Et nos populus, &c.*]Cuius sanguine vel redimimur vel alimur.

q ¶ *Hodie si vocem, &c.*] Euidentissime hæc pandit Apo-

nitus stare non potest. Ergo mystice interpretandum est: quando domus ædificatur post captiuitatem. Vtinam & mea domus ædificetur post captiuitatem. Multi de nobis capti sunt: multi ducti sunt in Babyloniam: multi iugum Nabuchodonosor suis portauere ceruicibus: multi missi sunt in caminum ignis, & arserunt: multi templum domini perdiderunt, & in illis domus Dei subuersa est. Infelix Iudas quando apostolus erat, domus Dei erat. Venit diabolus, & accepit buccellam, & statim intrauit satanas in illum, & domus eius subuersa est, & non est instaurata: quia non egit pœnitentiam. Si quis verò post peccatum agit pœnitentiam, istius domus post captiuitatem reædificatur. Oremus ergo & nos dominum, primum quidem, vt non subuertatur domus nostra, veniat Chaldæus & Assyrius, & templum Christi in nobis subuertat. Si autem subuersum fuerit quasi naufragio, secundo solatio per tabulam possumus saluari. Quando domus ædificabatur post captiuitatem. Quotidie domus ista Christi in pœnitentibus instruitur. Denique non dixit: quando domus ædificata est, ne tantum videretur fuisse præteritum: sed ædificabatur, vt quotidie hoc fieri demōstret. Hoc interim diximus de anima nostra. Cæterum possumus & aliter dicere: quando ecclesia Christi instruebatur post ruinam. Videamus ergo post istum titulum quid sequatur. Ioan.13.a

PSALMVS XCV.

CAntate, &c.] Felix pœnitentia: licet rueris, tamen si egeris pœnitentiam, noua domus Dei diceris. Cantate domino canticum nouum. Noua domus, nouum meretur canticum. *Cantate domino canticum nouum.* Cui cantate?

t ¶ *Cātate domino omnis terra.*] Si de tēplo Hierosolymæ

A

dicitur ô Iudæe, quomodo omnis terra prouocatur ad laudē? *Cantate domino omnis terra.* Iste locus & Iudæum vincit & Nouatianum. Cantate domino omnis terra Non Hierusalem, sed omnis mundus. Hic Iudæus occiditur. *Cantate domino omnis terra.* Nouatianus occiditur. Quomodo? Dicit enim Nouatianus: Sunt aliqua peccata, pro quibus debemus agere pœnitētiam. Ac si dicat: De mendacio, de periurio, de furto. Cæterum qui fornicatus fuerit, qui homicidium fecerit, iste agere non potest pœnitentiam. Audi quid dicat: *Cantate domino omnis terra.* Omnis autē terra, & adultera est, & homicida, & omnia peccata terrena sunt. Si autē vniuersa peccata terrena sūt: qualiacunque peccata habueris, age pœnitētiam, & saluus eris.

a ¶ *Cantate domino & benedicite, &c.*] Nomē domini saluator est: ex eo quòd in nobis factus est. Cantate domino.

[a] Cantate domino, & benedicite nomini eius: [b] annūtiate de die in diē salutare eius, Annuntiate inter gentes gloriā eius: in omnib. populis mirabilia eius. Quoniam magnus dominus & laudabilis nimis: terribilis est super omnes Deos. Quoniā omnes dij gentium dæmonia: dominus autem cœlos fecit. Confessio & pulchritudo in cōspectu eius: sanctimonia & magnificentia in sanctificatione eius [c] Afferte domino patriæ gentium: afferte domino gloriam & honorem: afferte domino gloriam nomini eius. [d] Tollite hostias, & introite in atria eius: [e] adorate dominum in atrio sancto eius. [f] Cōmoueatur à facie ei⁹ vniuersa terra: [g] dicite in gentib. quia domin⁹ regnauit. [h] Etenim correxit

b ¶ *Annuntiate, &c.* Quid vult dicere annūtiate de die in diē salutare ei⁹? Qui simplex est, sic intelligit: Omnib. dieb. laudate dominum, hoc est, diei succedat dies, hoc est laudasti hodie, lauda & crastino. Videtur quidē sensus esse simplex: sed mihi videtur aliquid sacramēti latere. *Annuntiate de die in diem salutare eius.* Non potest laudari Saluator, nisi in die. Debuerat enim dicere: Laudate dominū die ac nocte, si die ista die diceretur. Debemus enim dicere hoc, si secundum literam intelligimus. Si ergo in die laudamus dominum, iterū in nocte laudare non possumus? Videte ergo quid dicat: Quandocunque laudatis dominum,

B

semper illum in luce laudate: non in tenebris peccatorū, sed in luce virtutū. Sēper in anima tua sol Christi oriatur, vt sēper in te nascatur lumē nouū. Annuntiate de die in diē salutare eius. Dicamus & aliter: Duo sunt dies, non tres, non quatuor, non quinque. Duo sunt dies, vetus testamentū, & nouū. Et in illo Christus lucet, & in isto Christus lucet. Nolite eum tantum laudare in veteri testamēto, ne sitis Iudæi: Nolite eum tantū laudare in nouo testamento, ne sitis Manichæi. Laudate illum de die in diem, hoc est, in veteri & in nouo testamento, quæ duo dies vnā lucē faciunt. Propterea scribitur & in Leuitico: *Omne autem animal quod findit vngulam & ruminat, mundum est.* Si ergo vnam habet vngulā, non est mundum. Iudæus habet vnam vngulā, & propterea immundus est. Manichæus vnā habet vngulam, & propterea immundus est. Et quia vnam habet vngulam, non ruminat cibos suos: nec id quod semel in ventrem miserit, rursum educit ad guttur: & ruminat illud & tenue facit, vt quod grossum fuerat, rursum tenue mittatur in ventrem: hoc quidem pertinet ad sacramēta diuina dicere. *Omne animal quod findit vngulam & ruminat, mundum est.* Iudæus vnam vngulam habet: in vnum enim tantum credit testamentum, & non ruminat. Legit enim tantummodo literam, & nihil cōsiderat, nihil quærit intrinsecus. Ecclesiasticus vero vngulas findit & ruminat, hoc est, in vtrumque credit testamentum, & in vtroque testamento sæpe requirit. Et quodcunque latet in litera, in spiritu profert. Hoc totum quare dixi? Quia scriptum est: Annuntiate de die in diem salutare eius. Propterea & apostoli bini mittuntur: propterea non habemus vnum oculū, sed duos. Propterea duas habemus aures, propterea duas nares, propterea duo labia, propterea duas manus, duos pedes. Nihil in nobis vnum habemus, nisi quod turpe est. Et corporis nostri membra, duorum testamentorum sacramenta testantur. — Leuit. 11. a

c ¶. *Afferte domino patriæ gētium: afferte domino gloriam & honorē.*] Si de templo Hierosolymæ dicitur: quid sibi nunc vult, afferte domino patriæ gentium: afferte domino gloriā & honorem? Gentium multitudo, vocatio gentium, & ecclesiæ congregatio est. *Afferte domino gloriam & honorem.* Quando honoramus dominum in corpore nostro, gloriatur dominus in nobis. Afferte domino gloriam nomini eius. Gloria serui, gloria domini est. *Qui vos recipit, me recipit.* Felix seruus, propter quem dominus gloriatur. — Matth. 10. x

C

d ¶ *Tollite hostias &c.*] *Hostiam sanctam, viuā, placentem Deo.* Tollite hostias. Vos ipsi afferte hostias. Quas hostias? Vos ipsi estote hostiæ. Virginitas, holocaustum Christi est. Vniuersa castitas, siue in virginitate, siue in viduitate, siue in continentia, hostia Christi est. Rem nouam loquor, hostia castitatis ipsa se portat. Tollite hostias, & introite in atria eius. — Rom. 12. a & Phil. 4.

e ¶ *Adorate dominum, &c.*] Video plura atria: video vnum atrium. Tollite hostias, & introite in atria eius. Ecce plura atria. Rursum adorate dominum in atrio sancto eius: ecce vnum atrium. Videte ergo quoniā non potest de vno atrio veniri ad plura atria: sed de plurimis atriis venitur ad vnum atrium. Vultis scire hoc ipsum mysterium? Ecce in alio loco negotiator ille qui habebat plurimas margaritas, vēdidit plures, vt emeret vnā. Et in Michæa dicitur: *State,* inquit, *in viis domini: & inquirite,* inquit, *viā domini.* Nisi steterimus in viis plurimis, vnam viā inuenire non possumus. Quæ sunt istę margaritæ plures, Quæ sunt viæ plures? Quæ sunt ista atria plura, vt inueniamus vnam margaritam, & vnam viam, & vnum atrium? Abrahā, Isaac, & Iacob, Moyses, Ies⁹ Naue, Esaias, Hieremias, Ezechiel, duodecim prophetæ, Dauid, Salomō fuerūt atria, hoc est, atria nostra sunt. Primum in illa intramus, & de illis atriis postea venimus ad atrium euangelij, vbi inuenitur Christus. — Matt. 13. f Mich. 4. a

D

f ¶ *Commoueatur, &c.*] Videte quid dicat: Cœlū non mouetur à facie Dei: sed quicunque terrenus est, ille respicit dominum, & commouetur, & tremiscit.

g ¶ *Dicite in gentibus, &c.*] Nisi terra cōmota fuerit, & à suo terreno opere recesserit, dominus non regnabit in gentibus.

h ¶ *Etenim correxit orbem terræ, &c.*] Nunquam corrigitur, nisi quod ante rectum fuit, & postea deprauatum est. Sic igitur & nos, & omne humanum genus naturaliter intelligit Deum. Nullæ enim gentes sunt, quæ naturaliter non intelligant creatorē suū. Licet enim lapides & ligna venerentur: tamen intelligunt aliquid maius esse quā ipsi sunt, & in errore suo indicant se habere sapientiam, hoc est, nulla gens est quæ naturaliter non intelligat Deum. Denique gētiles idola colunt, hoc est, lapides & ligna venerantur: etsi forte rixam fecerint, etsi iuramētum aliquod inter illos venerit, non dicunt lapides isti vident, ligna vident: sed Deus videt, & Deus audit. Videte ergo quid dicat: Etenim correxit orbē terræ qui non cōmouebitur. Ideo venit Christus & correxit genus humanum, quod ante fuerat deprauatum, vt in æternum non moueatur. Crux enim ipsius, colūna est generis humani, In ipsa columna ædificata est domus eius. Ego crucē dico: non lignū, sed passionem. Cæterū crux ista & in Britannia est, & in India est, & in vniuerso orbe terrarū. Denique quid dicit & dominus in euangelio? Nisi tuleritis crucem meam, & quotidie secuti fueritis me. Videte quid dicat: Nisi anima vestra ita ad crucem fuerit pręparata, sicut mea fuit pro vobis, mei discipuli esse non potestis. Felix qui crucem, & resurrectionem, & locum natiuitatis Christi, & locum ascēsionis portat in pectore suo. Felix est qui Bethlehē habet in corde suo: in cuius corde Christus quotidie nascitur. Denique quid dicitur Bethlehē? Domus panis. Simus & nos domus panis eius, qui de cœlo descēdit. Quotidie nobis Christus crucifigitur: Nos mundo crucifigimur, & Christus in nobis crucifigitur. Felix est, in cuius corde quotidie Christus resurgit: si quotidie pro peccatis suis etiam leuibus agit pœnitentiam. Felix est qui de monte Oliueti ascendit ad regna cœlorum, vbi sunt Oliuæ domini vberes, vbi lumen Christi nascitur, vbi sunt Oliueta domini. Ego enim — Luc. 9. c

E enim quasi oliua vberis in domo domini. Accendamus ergo & nos lucernam nostram de ista oliua, & statim cum Christo ibimus ad regna cælorum. Etenim correxit orbem terræ, qui non commouebitur: qui prius pro peccatis tortuosus erat.

a ¶ *Iudicabit populos in æquitate.*] De futuro hoc iudicio dixit: in quo iterato adueniet iudicare de viuis & mortuis.

b ¶ *Lætentur cæli.*] Apostoli, vel reliqui sancti.

c ¶ *Exultet terra.*] Corpora scilicet cælestia.

d ¶ *Moueatur mare & plenitudo eius: orbis terrarū & vniuersi qui habitant in eo.* Seculū vtique vt in melius commutetur.

e ¶ *Gaudebūt campi & omnia, quæ in eis sunt.*] Animæ sanctæ, & præsertim virgines, quæ diuersis florum suauitatibus pollent.

f ¶ *Tunc exultabunt omnia ligna syluarū à facie domini*] Quia nō sunt obnoxia combustioni.

g ¶ *Quia venit.*] Primo aduentu ad redimendum.

h ¶ *Quoniā venit iudicare terram.*] Iterato ad iudicandum.

rexit orbem terræ qui non cômouebitur: [a] iudicabit populos in æquitate. [b] Lætētur cæli & [c] exultet terra, [d] commoueatur mare, & plenitudo eius: [e] gaudebunt campi, & omnia quæ in eis sunt. [f] Tunc exultabūt omnia ligna syluarum à facie domini, [g] quia venit: [h] quoniam venit iudicare terram. [i] Iudicabit orbem terræ in æquitate, & populos in veritate sua.

k ¶ Psalmus ipsi Dauid, quando terra eius restituta est ei.

PSALMVS XCVI.

Dominus regnauit, exultet terra: [m] lætentur insulæ multæ. [n] Nubes & caligo in circuitu eius: [o] iustitia & iudicium correctio sedis eius. [p] Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. [q] Alluxerunt fulgura eius orbi terræ: vidit & commota est

i ¶ *Iudicabit orbem terrarum in æquitate, & populos in veritate sua.*] Vt peccatores subdat pœnis: iustos præmiis muneret æternis. Qui nobis timorem nominis sui tribuēs, præ-
F stare dignetur, vt in illo tremendo iudicij tempore non collocemur in sinistro numero: qui nos redemptos eius sanguine confitemur, ipsi gloria cum æterno Patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

k ¶ *Psalmus ipsi Dauid quando terra eius restituta est ei.*] Legimus in Regum & Paralipomenon libris: quoniam Dauid bellicosus vir fuit, & vniuersas gentes in circuitu subiecerit, & in suā redegerit potestatem. Hoc interim secundum literam intelligamus huc modo: Psalmus Dauid quem cecinit domino: quādo victis aduersariis reddidit terræ suæ, hoc est, Iudææ pacem. Hoc secundum historiam. Cæterum si Dauid interpretatur fortis manu: Fortis autē manu nemo
Mat. 8. d est, nisi ille qui vicit omnes gentes, noster Dauid, ad quem clamabant dæmones: *Quid venisti torquere nos ante tempus,* fili Dauid? Iste psalmus ab eo compositus est, quando restituta est ei terra. Et egregie dixit quidam: quoniam terra ista quæ restituitur, corpora nostra sunt. Vere enim eo tempore debemus cantare domino: quando terra nostra composita est. Dicamus autem nos & aliter: Non enim nocet, si candē
Prou. 22. c. rem duobus & tribus modis intelligamus. Scriptum est enim in Salomone: *Assumes, inquit, ea in tabulis cordis tui tripliciter.* Non nocet diuersum aliquid dicere, cum vno spiritu dicitur. Quando terra eius constituta est. Terra ista, antequam Dauid noster omnes vinceret, non habebat pacē, sed vbiq; erat discordia. Alia gens colebat Iouem, alia Mercurium alia Iunonem, & omnes gentes diuersa idola habebāt. Vexillum crucis eleuatum est, & omnis terra constituta est.

CAPVT XCVI.

Dominus regnauit, exultet terra.*] Vniuersa terra & omnis orbis, qui dæmonibus & idolis fuerat ante subiectus, Deo nostro regnante lętetur. Dominus regnauit. Dominus creator qui nos fecit. ipse regnauit. O vos qui ante subiecti eratis sub dominio diaboli, nunc subiecti estis sub domino creatore.

m ¶ *Lætentur insulæ multæ.*] Benè dixit de animabus nostris, quæ variis cogitationibus, quasi variis hinc inde tunduntur fluctibus. Nos autem dicamus & insulas ecclesias. Deniq; dicitur & in alio loco: Conuertentur ad me insulæ multæ. Vultis scire quoniā insulæ dicātur ecclesiæ? Dictū est in propheta ex persona domini: Loquere (inquit) habitatorib. insulæ huius: *Lætētur insulæ multæ.* Quomodo enim insulæ in medio mari positæ sunt, sic & ecclesiæ quasi in medio mari seculi istius positæ sunt: & ita persecutionib., quasi diuersis tunduntur fluctib. Verum istæ insulæ tūduntur quotidie, sed non subruuntur. In mari quidem sunt, sed habent G
fundamentum Christum, qui moueri non potest.

n ¶ *Nubes & caligo.*] Ego puto nubem istam esse, de qua dicitur in euangelio: Et operuit, inquit, eos nubes lucida: Eo tempore quando transformatus est dominus, & apostoli Mat. 17. a
ceciderunt, operuit eos nubes lucida. Ego puto istas esse nubes: quibus mādauit dominus Esa. 5. b
ne pluant super Israel imbrē. Ego puto istas esse nubes, de quibus in alio loco dicitur: *Veritas tua vsque ad nubes.* Veritas domini illa, quæ dicit in euangelio: *Ego sum via, veritas, & vita.* Veritas Dei, Christus est. Veritas domini vsque ad nubes. Nubes apostoli sunt & prophetæ: istis mandatum est, ne pluāt super Israël imbrem. Ex quo enim (secūdum historiam, quod scriptum est in libro Iudicum) vellus illud siccatum est: pluuia in vniuerso orbe discurrit. Quod dicitur, hoc est: Israël siccatus est, & pluuia super omnem orbem discurrit. Nubes & caligo in Psalm. 35. b / Ioan. 14. a / Iudic. 6. g
circuitu eius. *Dominus venit in Ægyptum super nubem leuē.* Esa. 19. a
Videte quid dicat, dominus venit: Dominus atque Saluator in Ægyptū istam, in qua nos sumus: in locum tenebrarum vbi Pharao est, dominus venit. Non venit, nisi in nube leui. Nubes ista leuis quæ est? Videtur mihi sancta Maria, nullo humano semine prægrauata. Ista nubes leuis venit in mundū, & secū portat mūdi creatorē. Et quid dicitur ibi in Esaia? H
Dominus venit in Ægyptū super nubē leuem, & confringentur idola Ægypti. Venit dominus, & idola Ægypti commota sunt, & cōcussa atque destructa. Nubes ista destruxit Serapim in Alexandria; non imperator homo mortalis: sed nubes ista quæ venit in Ægyptū. Nubes & caligo in circuitu eius. Diximus de nube: dicamus de caligine. Dominus in caligine est. Dominus aut in lumine est, aut in caligine. In lumine incipientibus est. Incipiētibus enim simpliciter loquitur: qui vero perfecti sunt, illis mystice loquitur. Denique apostolis nō loquebatur quasi turbis, sed intrinsecus loquebatur. Et quid dicit? Qui habet aures audiendi, audiat. Ergo hoc quod dicit: & caligo in circuitu eius, hoc est, & mysteria in circuitu eius. Propterea dicitur & in Exodo. *Et omnis,* inquit, *populus stabat deorsum:* Moyses autem solus ingressus Exod. 19. a
est in mōtem Sina in caligine. Non enim poterat omnis populus Dei scire mysteria, quæ solus poterat nosse Moyses. Dicitur de Deo: *Posuit tenebras latibulum suum.* Psal. 17. b

o ¶ *Iustitia & iudicium correctio sedis eius.*] Quid vult dicere: correctio sedis eius? Debuit dicere: stabilitas sedis eius. Quando dicitur: correctio sedis eius, ostenditur quodcunq; corrigitur, prauum fuisse antequam corrigeretur. Iudicium ergo Dei antequam veniat ad iudicandum, quasi prauum videtur. Nunc videtur iniustum, & prauum esse iudicium. Quando enim iniqui homines ditantur, & sancti pauperes sunt: nonne videtur iudicium Dei esse prauum? Quando autem venerit ad iudicandum, vt reddat vnicuique secundum opera sua: eo tempore quasi corrigitur sedes eius. Denique vultis scire quia de die iudicij dicitur?

p ¶ *Ignis ante ipsum præcedet.*] Ignem istum qui sanctus est, non timeat: qui peccator est, timeat. Ignis iste sanctos purgat: peccatores cōsumit. Ignis ante ipsum præcedet. *Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem ardentem.* Psal. 103. a
Ego puto istos esse ignes, hoc est, angelos eius. Isti ergo angeli, hoc est ignis eius, præcedent ante eum. Iste ignis quos consumit? Quicunque est lignum, fœnum, stipula. Qui autē aurum, argentum est, & lapides pretiosi, mittitur quidem in ignem, sed mundior inuenitur.

q ¶ *Alluxerunt fulgura eius orbi terræ.*] Dicunt philosopi, quod fulgura ex nubium collisione generentur. Nisi enim prius sonitus auditus fuerit fulgura nō prospiciuntur. Hoc dicitur & de lapide ignario: qui nisi collisus fuerit, me-

B dius ignis non egreditur. Hoc diximus secũdum historiam, & paruulis adhuc loquimur. Diximus ergo naturam rerum, vt ex natura rerum, spirituale aliquid proferamus. Lapis qui vulgo vocatur ignarius: si solus est, ignem non potest mittere, sin autem cum alio lapide collisus fuerit, medius ignis excutitur. Fac mihi esse nubẽ Hieremiam, Esaiam, Eliã: nubem autem & Paulum & Petrũ, & cæteros apostolos. Istæ ergo nubes quãdo collisę fuerint inter se, emittunt medium ignem, & lucet orbi terræ. Alluxerunt fulgura eius orbi terræ: vidit & cõmota est terra. Apostolorum fulgura alluxerunt in toto orbe terrarum. Cõmota est. Illi loquebantur, & tonitruũ vocis eorũ vniuersus mũdus audiebat. Duo habebãt pariter, & grandẽ vocẽ, & splendida fulgura. Hæc fulgura credentes illuminabant: non credentes comburebant.

ta est terra. [a] Montes sicut cera fluxerunt à facie domini: à facie domni omnis terra. [b] Anountiauerunt cæli iustitiam eius, [c] & viderunt omnes populi gloriam eius. [d] Confundantur omnes qui adorant sculptilia: qui gloriantur in simulacris suis. [e] Adorate eũ omnes angeli eius: [f] audiuit, & lætata est Sion. [g] Et exultauerunt filiæ Iudæ: [h] propter iudicia tua domine. [i] Quoniam tu dominus altissimus super omnem terram: nimis superealtatus es super omnes Deos. [k] Qui diligitis dominum, [l] odite malum, [m] custodit dominus animas sanctorum suorum: de manu peccatoris liberabit eos. [n] Lux orta est iusto, [o] & rectis corde lætitia. [p] Lætamioi iusti in domino, & coositemini memoriæ saoctificatioois eius.

q ¶ Psalmus Dauid.

PSALMVS XCVII.

CAotate domioo canticum nouum: [s] quia mirabilia fecit. [t] Saluauit sibi dextera eius, [u] & brachium sanctum eius. [x] Notum fecit dominus salutare suum: [y] in conspectu geotium reuelauit iustitiam suam. [z] Recordatus est misericordiæ suæ, [a] & veritatis suæ domui Israel. [b] Viderunt omnes termioi terræ: salutare Dei

a ¶ *Montes sicut cera fluxerunt.*] Mihi videntur isti mõtes esse dæmonum potestates. Siue certe mõtes, superbi quique homines. Ignis iste non consumit humiles, sed quicũque montuosi sunt. Denique quando fulgur emittitur, difficile illos percutit, qui in valle sunt: sed semper illos qui in monte sunt.

B

b ¶ *Annuntiauerunt cæli iustitiam eius.*] Isti sunt cœli, de quibus & in octauodecimo psalmo dicitur: Cœli enarrant gloriam Dei. Cæli annuntiant iustitiam eius: terra non annuntiat. Quicunque cælum est, non timet iustum Deum. Quicunque de cælis est, non timet eius annuntiare iustitiã. Quicunque sanctus est, & cælum est, iste iostum Deum non timet. Peccator autem misericordem quærit Deum *Annuntiauerunt cæli iustitiam eius*, euangelistæ scilicet.

c ¶ *Et viderunt, &c.*] Quia etiam quibus non est annuntiatum de eo, intellexerunt Deum in carne venisse.

d ¶ *Confundantur omnes qui adorant sculptilia, &c.*] Vt dum in spe vana confunduntur, ad illam veram valeant peruenire.

e ¶ *Adorate eum omnes Angeli eius.*] Annuntiatores regni illius.

f ¶ *Audiuit, & lætata est Sion.*] Ecclesia quæ gloriam eius speculabatur.

g ¶ *Et exultauerunt, &c.*] Animæ confessorum.

h ¶ *Propter iudicia tua domine.*] Quia custodierunt ea.

i ¶ *Quoniam tu dominus altissimus super omnem terram: nimis superexaltatus es super omnes Deos.*] Et non solum super Deos, sed etiam super cœlos cœloruio.

k ¶ *Qui diligitis dominum.*] Qui solus est bonus.

l ¶ *Odite malum.*] Diabolum.

m ¶ *Custodit dominus animas sanctorum suorum: &c.*] Ne eis aliquid noceat.

n ¶ *Lux orta est iusto.*] Christus refulget in corde eius.

o ¶ *Et rectis corde lætitia.*] Quia quem expectabant, cernere meruerunt.

p ¶ *Lætamini iusti in domino, & confitemini memoriæ sanctitatis eius.*] Qui eum in recti cordis lumine contemplamini, iugiter collaudate, vel sanctitatem eius: quia vestrum memor fuit, vt sanctificaret: vel pietatem, qua vos in regno suo asciuit. Qui nobis præstare dignetur, vt eius lumine nostris codicibus oriente, mereamur ab eo de præsentibus eruui: cuius sumus baptismo à noxiis originalibus liberati. Ipsi gloria cum æterno patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

q ¶ *Psalmus Dauid.*] Iste psalmus vocem prophetæ continens, potentiam narrat dominici nominis ac virtutis.

PSALMVS XCVII.

C

CAntate Domino, &c.] Canticum nouum, est Dei filius crucifixus: quod nunquam auditum fuerat. Nouares, nouum haber canticum. Cantate domioo canticum nouũ. Homo quidem est, qui passus est: sed vos cantate domino. Passus est quidẽ quasi homo, sed saluauit quasi Deus. *Cantate domino canticum nouum.* Cãticum nouum, mereatur nomẽ nouum. Propterea dicitur & alibi: Et vocabitur, inquit, nomen nouum. Nouum nomen, nouũ meretur canticum. Et in Apocalypsi dicitur: *Qui vicerit,* inquit, *dabo ei calculũ, & nomẽ nouum scribã super eum.* Nomẽ nouum Christi annorum est. Cantate domino. Quare? Quid enim fecit? Quare enim nouũ mereatur canticum? Esa. 62. a / Apoc. 3. d

s ¶ *Quia mirabilia fecit.*] Signa fecit in Iudæis: paralyticos sanauit: leprosos purgauit: mortuos suscitauit. Hoc & alij fecerunt prophetæ. Vertit panes paucos in plures, & pauit infinitum populum. Hoc fecit & Eliseus. Quid ergo fecit noui, vt mereatur nouum canticum? Vultis scire quid nouum fecerit Deus? Quasi homo mortuus est, vt homines viuerent. Filius Dei crucifixus est, vt nos leuaret ad cælum. *Quoniam mirabilia fecit.* Vultis scire quoniam mirabilia fecit? Filius viduæ iacebat in cænaculo: venit ad eum Eliseus & contraxit se, & os ad os posuit, & manus ad manus, & pedes ad pedes. Si enim expandisset se, non reuersus esset filius viduæ: Ideo se contraxit, vt viuificaret. Cum esset in forma Dei: ideo accepit formam hominis: ideo se cõtraxit, vt nos faceret latiores. 3. Reg. 17. d / D / Philip. 2. b

t ¶ *Saluauit sibi, &c.*] Quod dicit, hoc est: Saluauit homines: non alienum, sed suum opus, hoc est, quod fecerat sibi, sibi ipse saluauit. Fecerat hominem in salutem, qui vitio suo perierat. Iste mortuus est, vt saluaret sibi hominem dextera sua. Dextera hic pro virtute ponitur, & brachiũ pro robore.

u ¶ *Et brachium sanctum eius.*] Licet & brachium & dextera Christus dicatur: *Dextera domini fecit virtutem, & brachium domini cui reuelatum est*: tamen hic de Christo dicitur. Psal. 117. c

x ¶ *Notum fecit Dominus salutare suum.*] Non dixit: ostendit, sed notum fecit. Quod dicit, hoc est: quod ante nouerãt Deum, & suo vitio obliti sunt. Ergo Deus veniens, sua gratia hoc quod perdiderant, manifestauit eis. Ergo hoc dicit: Ille quem nouerat Adam, quem nouerat Seth: quem nouerat Enoch: qui inuocauit dominum & sperauit in eum, & nouerat Noe, & postea oblitus fuerat humanum genus: venit iterum in mundum, vt homines qui postea obliti fuerãt, iterum cognoscerent. *Notum fecit dominus salutare suum.* In Hebraico legitur: *Notum fecit dominus Iesum suum.* Vbicunque enim salutare dicitur: in Hebraico, Iesus ponitur. Gen. 4. d / Gen. 5. a

y ¶ *In conspectu gentium reuelauit iustitiam suam.*] Nequaquam in sola Iudæa, sed in conspectu gentium. Iustum enim erat, vt saluator saluaret creaturam suam. *Reuelauit iustitiã suam*, quæ incredulitate hominum fuerat obscurata.

z ¶ *Recordatus est misericordiæ suæ.*] Conclusit omnia sub peccato, vt omnibus misereatur. Rom. 11. d

a ¶ *Et veritas, &c.*] Misericordiæ recordatur: veritatem implet. Recordatus est misericordiæ suæ, hoc est, in gentiũ populo. Et veritatem suam domui Israel. Hoc opere complens, quod Patriarchis promiserat.

b ¶ *Viderũt omnes fines terræ salutare Dei nostri.*] Non solus Israël vidit & Iuda, sed omnes fines: simulque secundum mysticum intellectum, fines terræ. Quamdiu in medio terræ sumus, Deum videre non possumus. Quando ergo quasi relinqui-

Dei nostri.[a] Iubilate Deo omnis terra:[b] cãtate & exultate & psallite. [c] Psallite domino in cithara: in cithara & voce psalmi:[d] in tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ. Iubilate in conspectu regis domini: [e] moueatur mare & plenitudo eius: orbis terrarum, & qui habitant in eo.[f] Flumina plaudent manu:[g] simul montes exultabunt à conspectu domini, [h] quoniam venit iudicare terram.[i] Iudicabit orbem terrarum in iustitia, & populos in æquitate.

k ¶ Psalmus Dauid.

PSALMVS XCVIII.

DOminus regnauit, irascantur populi: a qui

linquimus terrã, & in summitate sumus, tunc meremur videre Deum. Vultis scire quomodo fines terræ videãt Deum? Ezech. 1. Legimus in Ezechiele: Et rotæ, inquit illæ, quæ voluũtur, dicebatur eis, Gelgel, quod dicitur reuolutio. Gel enim volutio. Gelgel reuolutio. Rotę ergo illæ audiũt reuolutio. Quoniam rota quasi paruo quodam spatio terram tangit, & tota festinat ad cœlum: ideo dicitur, & in alio loco: Zach. 9. d *Sancti lapides voluũtur super terram.* Et quid dicitur in Ezechiele? Quocũque, inquit, ibat spiritus, illuc sequebãtur & rotæ. Et nos sequamur spiritũ sanctũ, vt dicamur rotæ. Et quid dicitur ibi? Et nõ, inquit, ibãt retrorsũ sed sẽper ibant ante se. Simulque considerare quid dicat: Nõ inquit reuertebantur, sed sẽper ante se ibãt. Prę teritorum enim obliuiscebãtur, & ad priora se extẽdebãt. Philip. 3. *Et plena erant*, inquit, *oculis*. Omnia enim rotarum istarũ plena erant lumine Dei. Non est istius temporis, vt de rotis, & de Cherubim, & de animalibus Ezechiel disputemus.

a ¶ *Iubilate Deo, &c.*]Non solum Iudæa, sed omnis terra iubilate Domino. Signa mittite victoris exercitus.

b ¶ *Cantate, &c.*]Cantate, cogitatione: psallite verbo, hoc est omnibus membris vestris. Psallat manus in eleemosyna: psallat pes vadens in opere bono.

c ¶ *Psallite domino, &c.*]Omnes chordæ vestræ vocales sint. Non potest esse cithara, si vna chorda defuerit. Quid tibi prodest, si sis castus; si sis largus in eleemosyna, & inuidiosus sis? Quid tibi prodest, si sex chordas integras habueris, & vnam ruptã? Si vna chorda defuerit, perfectus citharæ sonus esse non poterit.

F

d ¶ *In tubis ductilibus, &c.*]Legimus in Numerorum libro, duo genera esse tubarum. Vnum genus esse tubarũ Num. 10. ductile ex argento: aliud esse genus tubarum cornearum. Ergo hic vtrumque dicitur: *In tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ.* Quod dicitur, hoc est: Psalm. 11. b & 17. b Tuba ductilis ex argento, sermo Dei est; & eloquia domini, eloquia casta: argentum igne examinatum, purgatum septuplum. Rursum in voce tubæ corneæ, hic regnans inducitur vir Dei. In scripturis proprie cornu, pro regno dicitur, & pro potentia: sicur ibi scriptum est: *Erexit cornu salutis nobis.* Luc. 1. g. al. 43. b Et in alio loco scriptum est: In te inimicos nostros ventilabimus cornu. Ergo videte hic quid dicat. Duas habetote tubas: & argenteam, & corneam. Argenteam, vt habeatis sermonem: Corneam, vt habeatis virtutem. Vultis scire quoniam cornu semper in bonã partem ponitur. Legimus in Leuitico: Nullum animal offeratur, nisi quodcunque cornutum est. Tria genera animaliũ offeruntur: bos, qui cornu habet: & aries qui cornu habet: & hircus, qui cornu habet. Sine causa putas dici, vt nullum offeratur animal, nisi quod cornutum est? Et nos ergo quãdiu habemus cornu, meremur victima esse Dei. Si autem cornu nostrum fuerit excussum, quasi debiles sumus, & inter sacerdotes Dei venire non possumus.

e ¶ *Moueatur mare & plenitudo eius.*]Moueatur mare, & Exod. 15. d amaræ aquæ mutentur in dulces. Denique & Mara mutata est, & facta est in dulcem saporem. Aquam illam amaram non fecit aliud dulcem, nisi lignum crucis, quod missum erat in eam. Mihi videtur amarum mare, lex esse Moysi. Hoc מרה est quod dicitur Mara, hoc est, amara. Hæc amara aqua legis veteris, accepit lignum crucis, & effecta est dulcis.

f ¶ *Flumina, &c.*]Interrogemus Iudæos, qui secundum literam intelligunt: flumina ventrem habent: flumina voces habent: flumina pedes habent: flumina manus habent? Dicat aliquis: Non est scriptum de ventre, de pedibus. Sed dico tibi: ex vno membro intelligimus & cætera. Non enim possumus intelligere manus, sine pedibus, sine ventre, sine mẽbris cæteris. Flumina plaudent manu simul. Flumina quæ Hier. 2. biberunt de fonte Iesu. Me, inquit, dereliquerunt fontem aquæ vitæ. Flumina ipsa de fonte Christi currunt. Ille G Luc. 8. b fõs est, nos flumina sumus: si tamen meremur esse flumina. Christus fons est: sancti flumina sunt. Qui autem inferiores sunt, riuuli sunt. Alij vero torrentes sunt. Qui sunt torrentes? Qui ad horam habent aquas, & tentatione veniente, siccantur. *Flumina plaudent manu simul.* Non est vnum flumen, plura sunt flumina. Quot sancti sunt, tot & flumina sunt. Sed ista flumina non habent inter se dissensionem. Quoniam sunt flumina Christi, propterea habent inter se cõcordiam. Fuminaplaudent manu simul. Plaudent quia opera sanctorum, laus Dei est. Christus non voce laudatur, sed opere. Non audit vocem, sed opera. Ioan. 7. f *Flumina plaudent manu simul.* Propterea dicit & ipse in euangelio: *Qui sitit, veniat & bibat; & fluent*, inquit, *flumina de ventre eius.*

g ¶ *Montes exultabunt in, &c.*] Quid simile flumina & montes? Sed quoniã de perfectis sanctis dicit: non dixit, riuuli plaudent manu simul: sed, flumina plaudent manu simul. Videte ordinem: Moueatur mare & totus orbis. *Flumina plaudent manu simul.* Montes nihilominus, qui ad summam iustitiam peruenerunt. Dicam & aliter: Moueatur mare, quod ante fuerat immotum, moueatur in aduentu Christi. Moueatur mare, iam diximus, hoc est, lex Moysi. *Flumina plaudent manu simul*, hoc est, prophetæ. Montes exultabunt à cõspectu domini, hoc est, apostoli.

h ¶ *Quoniam venit iudicare terram.*] Nequaquam venit humilis tantum in carne, sed gloriosus venit in maiestate Matt. 13. g sua, *Quoniam venit iudicare terram.* Non dixit perdere, sed iudicare. Venit iudicare, vt zizaniam separet à frumento. H Venit, vt pisciculos malos separet à bonis.

i ¶ *Iudicabit orbem terrarum in iustitia, & populos in æquitate.*]Iustitia ponitur & æquitas. Primũ iustitia ponitur, & postea æquitas, εὐθύτης proprie dicitur, quæ prauum rectũ facit. Venit ergo iudicare in sua iustitia, vt quod prauũ est, in illo rectum fiat: cui sit gloria in sæcula sæculorum, Amen.

k ¶ *Psalmus Dauid.*] Iste psalmus vocem continet prophetæ sacerdotis domini, commonentis ad Dei omnipotentis gratiam referendam.

PSALMVS XCVIII.

D*Ominus regnauit, irascãtur populi.*]Tres psalmi idem habent principium: nonagesimus secundus, & nonagesimus sextus, & nonagesimus octauus. Sed cum idem habeant principium in versiculo, in fine diuersi sunt. Quãdo enim dicitur in nonagesimo secundo: *Dominus regnauit, decorem indutus est*: In nonagesimo vero sexto: *Dominus regnauit, exultet terra*: In nonagesimo antẽ octauo: *Dominus regnauit, irascantur populi*: videtur quasi ordo sibi esse contrarius. Debuit enim primum dicere: *Dominus regnauit, irascantur populi*; & postea dicere: *Dominus regnauit, exultet terra*; & in vltimo: *Dominus regnauit, decorem indutus est.* Verum diuersus ordo dat nobis aliquam intelligẽtiæ suspicionem. *Dominus regnauit, decorem indutus est.* Dominus regnauit & indutus est patriarchis, & prophetis, & populo credenti. Decorẽ indutus est: quia patriarchæ & prophetæ quasi Christi vestimẽtum fuerunt. Illud est perizoma, quod Hier. 13. a in Hieremia scribitur. Illud est perizoma, quod habuit circa lumbos suos Hieremias. Vultis scire quoniam sancti quasi perizoma vestimentũ Dei sunt? Propterea ipse Deus loquitur ad Hieremiã: *Sicut tu*, inquit, *posuisti lumbare istud ad lũbos tuos: ita & ego applicaui populum meum ad me.* Quomodo ergo vestimentũ circa hominem, sic populus circa Deũ. Verum quia hoc perizoma, verum quia hic decor, quo dominus fuerat indutus, trãs Euphraten expositus est in foramine petræ, & ibi computruit, & ab Assyriis ductus est in captiuitatem, dominus quid facit? Non est nudus: non potest esse sine lumbari: & non potest esse sine veste: priore populo perdito, facit sibi vestem de populo gentilium. Et quid dicitur? *Dominus regnauit, exultet terra.* Exultet terra

A uniuersa, hoc est, credentium populus. Denique vultis scire quoniam secundum lumbare, degentium populo dicitur? *Dominus*, inquit, *regnauit, exultet terra: Lætetur insulæ multæ*. Non vna insula Iudæa, sed insulæ multæ lætentur, hoc

Deut 17.b est, totus mundus. Dicat mihi aliquis: Da mihi exemplum de scripturis, vbi Iudæa sola insula dicta sit. Omoe quod loquimur, debemus affirmare de scripturis sãctis: *In ore enim duorũ & triũ testiũ, stabit omne verbũ*. Non habet tantã auctoritatẽ sermo dicentis, quantũ domini præceptum. Legimus

Ezech.27. in propheta Ezechiel: *Et tu*, inquit, *fili hominis loquere ad habitatores insulæ huius*, hoc est, Iudææ. Quoniam ergo vna insula dimissa est, nunc dicitur: lætentur insulæ multæ. Ergo lũbare dicitur in priori populo: Dominus regnauit, decorẽ indutus est. In secũdo populo de gentib. congregato: Dominus regnauit, exultet terra: lætentur insulæ multæ. Nunc in tertio dicitur: Dominus regnauit, irascantur populi. Siue de gentib. siue de Iudæis sunt: quicũque non credunt, irascãtur. *Quare fremuerunt gentes,*

Psal.2.a *& populi meditati sunt inania? Dominus regnauit, irascãtur populi*. Dominus passus est: dominus crucifixus est: dominus mortuus est: dominus resurrexit: dominus ad cælum victor

Luc.19.b ascendit. Dominus regnauit, irascantur populi. Qui sunt isti populi? Dicamus exemplum de euangelio: Quidam paterfamilias iuit accipere sibi regnum de longe. Quid longius,

B quam cælum à terra? Dereliquit terram: iuit ad cælos, vt acciperet sibi regnum. Et ciues, inquit, illi qui oderant eum, miserunt legationem dicentes: *Nolumus eum regnare super nos*. Verum ille accepit regnum, & venit ad ciues pessimos. Venit ad illos, qui regem eum nolebant habere. Et nunc dicit Spiritus sanctus ad ciues malos. Velitis, nolitis, dominus regnauit, irascãtur populi. O clementia Spiritus sancti: non dixit; pereant, sed irascantur. Vitium voluit significare, non pœnas. Illi irascuntur, & dominus deprecatur. Et quid dicit?

Matt.11.d *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis*. Regnum accepi à patre: imo homo quem suscepi, do quasi Deus, accipio quasi homo.

a qui sedes super Cherubim, moueatur terra. b Dominus in Sion magnus, & excelsus super omnes populos. Cõfiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile & sanctum est: d & honor regis iudicium diligit. e Tu parasti directiones: f iudicium & iustitiam in Iacob tu fecisti. g Exaltate dominum Deum nostrũ: & adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est. i Moyses & Aaron in sacerdotibus eius: k & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius. l Inuocabant dominum, m & ipse exaudiebat eos: in columna nubis loquebatur ad eos. n Custodiebant testimonia eius, & præceptum quod dedit illis. o Domine Deus noster tu exaudiebas eos: Deus tu propitius fuisti eis, & vlciscẽs in omnes adinuentiones eorum. p Exaltate dominum Deum nostrũ, & adorate in mõte sancto eius: quoniã sanctus dominus Deus noster.

q ¶ Psalmus in confessione.

PSALMVS XCIX.

IVbilate r Deo omnis terra: seruite domino in lætitia. s Introite in conspectu eius in exultatione. t Scitote quoniam dominus ipse est Deus:

a ¶ *Qui sedes, &c.*] Quãdiu terra immobilis est, sanari non potest. Non de terræ motu loquitur, quo videmus terras concuti, & omne mortaliũ timere genus: sed de nostra terra loquitur. Quæ quamdiu immota fuerit, sanari non potest. Quando vero mota fuerit & intremuerit, tunc recipiet

Esa.66.a sanitatem. *Super quem*, inquit, *requiescam, nisi super humilem & quietum, & trementem sermones meos?* Quoniam terra tremẽs cõmota est: propterea ille qui sedet super Cherubim, incipit sedere in terra tremente. Felix est qui solium Dei est. Felix est in quo Deus semper sedet. Diuersa sunt schemata. Aut enim sedemus, aut stamus, aut ambulamus, aut iacem⁹. Infelix est ille cui iacet Deus: iacet etenim cum iacẽte. Quomodo plãgit cum plangẽte, & ridet cum ridente: ita & iacet cum iacente. Quomodo sitit cum sitiente, & esurit cum esuriente, & nudus est cum nudo: sic & iacet cum iacente. Qui ergo vulneratus est & iacet, & ipse quodammodo iacere di-

Gen.3.b citur cum eo. Qui autẽ ambulat, & ille ambulat cum eo. qui ambulat, videtur quidẽ melior esse ab eo qui iacet: tamẽ necdum venit ad eius felicitatem qui stat. Denique & Adã quãdo se abscõdit à facie Dei, ambulabat ei Deus post meridiẽ. Dicat aliquis: Si Adã offenderat Deũ, & de paradiso fuerat eiectus: ergo imperfecta felicitate est, cuicũq; ambulat De⁹. Et ego dico: si Adam penitus occisus fuisset, & non ei datus fuisset locus pœnitentiæ, iacuisset ei Deus. Nunc vero quia datur ei locus pœnitentiæ: propterea ambulat ei Deus.

C b ¶ *Dominus in Sion magnus, &c.*] Ascendens ad cælos, excelsior est omnibus factus: vnde nos actusque nostros per singulos dies speculatur

c ¶ *Confiteantur nomini tuo magno, &c.*] Præparẽt se sancti ad confitendum nomini tuo, quod est sanctum, siquidẽ tu dixisti: *Sancti estote: quia ego sanctus sum.* Leui 19.a & 20.b

d ¶ *Et honor regis iudicium diligit.*] Debet se prius homo diiudicare, & proprio iudicio condẽnare mala sua, & sic honoret æternum regem Deum.

e ¶ *Tu parasti, &c.*] Sed proprio vino deprauati sunt.

f ¶ *Iudicium, & iustitiam in Iacob tu fecisti.*] Non solum in patriarchis: sed etiam in populo Christiano, qui meruit primogenita senioris.

g ¶ *Exaltate dominum Deum nostrum.*] Vt sit excelsus in cordibus vestris. Gen.27.

h ¶ *Et adorate scabellum pedum eius: quoniã sanctum est.*] Multæ de scabello opiniones sunt, sed hîc propheta corpus dominicum dicit: in quo maiestas diuinitatis tanquam super scabellum stat. Sanctum enim eum dici sæpe docuimus. Quod autẽ adorari debeatur, eo ascendente, apostoli docuerunt: cum adorantes egressi sunt in Hierusalem. Sed & ad crucem dominicam, & ad animam sanctam hæc referenda sunt. Act 1.b

i ¶ *Moyses & Aaron in sacerdotibus.*] Quanquam vnus legis, alter sacerdotij regulam teneat: tamen vterque aduentum domini sacerdotali præconio, vel in legalibus tubis, vel in vestis tintinnabulis nuntiauit.

k ¶ *Et Samuel inter eos, &c.*] Samuel Leuitici ordinis regulam tenet: quod Ephod illud lineum atque candidum fi- D
gurauit: ostendens candidum effici posse, qui per pœnitentiam nomen domini inuocans, lacrymis nigredinem peccati diluerit. 1 Reg.2.d

l ¶ *Inuocabant dominum.*] Apostoli.

m ¶ *Et ipse, &c.*] Locutus est dominus de nube filiis Israel: sed & deinceps affatus est apostolos de velamento carnis assumptæ: in quo diuinitas obumbrata latebat. Exod.26.c & 19.b

n ¶ *Custodiebant testamentum eius, & præceptum quod dedit illis.*] Nihil de his ad irritum deduxerunt.

o ¶ *Domine Deus noster tu exaudiebas eos: &c.*] Omnia enim quæ agere studuerunt, ad perfectum deduxisti: quia placita erant tibi.

p ¶ *Exaltate dominum Deum nostrum, & adorate in monte sancto eius, quoniam sanctus dominus Deus noster.*] Sanctos vos exhibete in ecclesia eius: sicut ipse eam exhibuit sanctã, *non habentem maculam aut rugam*. Qui nobis præstare dignetur, vt modum sacerdotalis ordinis cum sanctitate perfecta tenentes, quæ studemus agere de bono, ipse perducere dignetur ad effectum. Ephes 5.f

q ¶ *Psalmus pro confessione.*] Iste psalmus vocem prophetæ continet, qui fideles prouocat in laudibus dominicis incessabiliter exercere.

PSALMVS XCIX.

r ¶ *IVbilate Deo omnis terra: seruite domino in lætitia.*] Qui excusso à ceruicibus vestris legis iugo, non in mœrore veteris seruitutis: sed in libertate noui hominis exultatis.

s ¶ *Introite in conspectu eius in exultatione.*] Non iocis turpibus dissoluimini: sed omnia quæcunque facitis, in gloriam Dei facite.

t ¶ *Scitote quoniam dominus ipse est Deus: ipse fecit nos & non ipsi nos.*] Ab eo enim sumus non solum corporaliter

facta

E facti, sed etiam, in nouum hominem recreati. Et hoc non nostro merito, sed suo dono.

a ¶ *Nos populus eius, & oues pascuæ eius.*] Ipse est pastor bonus, qui animam suam pro ouibus suis posuit. Nos autem sumus oues: qui eum sequimur, & vocem eius audimus. Ioan. 10 b

b ¶ *Introite portas eius in confessione.*] Sicut enim ipse porta est patris, cum dicit: *Per me si quis introierit, saluabitur*: ita & apostoli portæ sunt eius, per quas ad eũ acceditur: quas nemo potest ingredi nisi se, peccata confitendo, purgauerit. Ibidem.

c ¶ *Atria eius in hymnis confitemini illi.*] Dilatatas ei mẽtes cum hymnis spiritualibus canticisque deferte.

d ¶ *Laudate nomen eius quoniã suauis est dominus.*] Nihil enim acerbum habet.

e ¶ *In æternũ misericordia eius.*] Qui nos redemit, & iugiter saluat.

f ¶ *Et vsque in generatione & generationẽ veritas.*] Qua populos iudicabit. Qui nobis præstare dignetur, vt ab ipso facti, ab ipso redempti: mereamur & in lætitia sempiterna iubilum exultationis cum gratiarum actione concinere. Ipsi gloria cũ æterno patre & Spiritu sancto in sæcula sæculorum, Amen.

g ¶ *Psalmus ipsi Dauid.*] Iste psalmus vocẽ cõtinet prophetæ, Dei misericordias enarrãtis. F

PSALMVS C.

Misericordiam[h] & iudiciũ cãtabo tibi domine.] Misericordiam audiãt peccatores, qui desperant de sua salute, qui sunt in pœnitentia. Iudicium audiant contemptores, qui dicunt: Misericors est dominus, peccemus, indulgebit nobis.

i ¶ *Psallam, &c.*] Vt intelligat quis quod psallit, & sensus ipsius contempletur psalmum, vt non vagetur mens eius foras, & corpore quidem videatur psallere: mens autem sine fructu sit. In via immaculata, vt ambulans in hoc mundo iustè agam, & maculam non habeam.

k ¶ *Quando veniens ad me.*] Quando autem intellectum recepero, & iuste egero: tunc cum fiducia dico ad dominũ: Quando venies ad me? Veniens autem, de secundo eius aduentu accipiendum est.

l ¶ *Perambulabam in innocentia cordis mei, &c.*] Nihil sic placet Deo, vt simplicitas & innocentia. Denique Spiritus sanctus in aliis volatilibus non complacuit nisi in columba propter simplicitatem, & in quadrupedibus in oue, propter mansuetudinem.

m ¶ *Non proponebam ante oculos meos rem iniustam.*] Non anteponebam aliquid domino: neque consentiebam iniquitati, sed tutus ad Deum eram.

n ¶ *Facientes præuaricationem odiui.*] Siue pater meus erat, siue mater, siue frater, aut soror, siue amicus: tamen si declinasset timore domini, hunc odio habebam: & omnino ad eum non accedebam. Non anteponebam propinquitatem aut amicitiam pietati domini.

o ¶ *Non adhæsit mihi cor prauum.*] Non erat in me aliquid difficile aut peruersum aliquid: sed æquitas & iustitia.

p ¶ *Declinantem, &c.*] Hoc est, si erat mihi amicus aut proximus, siue episcopus aut presbyter, siue in quacunque dignitate constitutus: tamen si peruertebat vias suas, sic eum fugiebam, vt penitus eius memoriam non facerem.

Deus: ipse fecit nos, & nõ [a] ipsi nos. Populus eius & oues pascuæ eius: [b] introite portas eius in confessione: [c] atria eius in hymnis, confitemini illi. [d] Laudate nomen eius quoniam suauis est dominus, in æternũ misericordia eius: [f] & vsq; in generatione & generationem veritas eius.

g ¶ Psalmus ipsi Dauid.

PSALMVS C.

Misericordiam [h] & iudicium cantabo tibi domine: [i] psallã & intelligam in via immaculata, [k] quando venies ad me [l] Perambulabam in innocentia cordis mei: in medio domus meæ. [m] Non proponebam ante oculos meos rem iniustam. [n] facientes præuaricationes odiui. [o] Nõ adhæsit mihi cor prauum: [p] declinantem à me malignum non cognoscebam. [q] Detrahentem secretò proximo suo: hunc persequebar. [r] Superbo ocnlo & insatiabili corde, cum hoc non edebam. [s] Oculi mei ad fideles terræ vt sedeant mecum: [t] ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat. Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiã: [u] qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum. [x] In matutino interficiebam omnes peccatores terræ: [y] Vt disperderem de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem.

z ¶ Oratio pauperis cum anxiaretur, & coram domino effunderet precem suam.

PSALMVS CI.

Domine [a] exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat. [b] Non auertas faciem tuam à me: [c] in quacunque die tribulor, inclina ad me aurem tuam. In quacunque die innocauero te, velociter exaudi me. [a] Quia

q ¶ *Detrahentem proximo suo, hunc persequebar.*] Intantũ non oportet consentire detrahenti, vt etiam quãtum in nobis est, persequamur talem, prouidentes in vtroq; vtilitatẽ, vt nec libenter audiamus: nec illum permittamus peccare. Tanta enim distantia est inter fornicãtem & detrahentem, vt ille qui fornicatur, se tantum occidat: ille autẽ qui detrahit, & se & illum qui audit, demergat in infernum. G

t ¶ *Superbo oculo & insatiabili corde cum hoc non edebam.*] Si quis erat superbus aut auarus: cum hoc penitus non edebã.

s ¶ *Oculi mei, &c.*] Non dixit diuites, aut imperatores, aut episcopos, aut presbyteros, aut diaconos: sed fideles, cum istis sedebã. Potest hoc dicere & episcopus sanctus vir: quoniam non ordinabam presbyterum illum, qui mihi obsequebatur, aut propinquum eum: sed eum quem sciebam fidelem. Et iterum idem potest dicere. Quoniam omnes clericos meos & laicos fideles habebam. Potest ex persona domini dici iste versiculus.

t ¶ *Ambulans in via immaculata: hic mihi ministrabat.*] Quoniam non ordinabam eos qui mihi propinqui erant, sed iustos & fideles.

v ¶ *Qui loquitur iniqua, &c.*] Intantum enim declinabam ab eo qui detrahebat proximo suo, vt nec illi crederem, nec auditem talem.

x ¶ *In matutino, &c.*] Benè dixit, peccatores terræ. Peccatures enim terreni sunt. H Hoc vult dicere, quod inmissiones diaboli, quas mihi suggerebat, eiiciebam de corde meo, & non suscipiebam. Cogitationibus enim malis eiectis, dæmones occiduntur. Iudæi hunc versum audientes, & sequentes literam occidentem, & desiderantes sanguinem fundere, si quis præuaricatus fuerit de lege, interficiũt eum. Siquidem non sunt contenti occisione prophetarum: sed & ipsum dominum crucifixerunt.

y ¶ *Vt disperderem de ciuitate domini omnes qui operantur iniquitatem.*] Vtinam & nos disperdamus de ciuitate domini operantes iniquitatem. Ciuitas domini, est ecclesia sanctorũ: congregatio iustorum. Disperdam, hoc est, arguam & increpem eum qui peccat, vt pœnitentiam agat, & disperdat iniquitatem de corde suo. Non enim dixit, vt abiiciatur; sed, vt saluetur.

z ¶ *Oratio pauperis cum anxiaretur, & in conspectu domini; &c.*] Iste psalmus in principio vocem prophetæ continet ex persona peccatoris: dein laus in ea dominicæ nominis continetur.

PSALMVS CI.

Domine [a] exaudi orationẽ meam, &c.] Quia de toto corde profertur.

b ¶ *Non auertas faciem tuam à me.*] Si quis in corde mundo orat, & non arguitur à sua conscientia, hoc potest dicere. Peccatur enim non audet dicere: non auertas faciẽ tuã à me, sed magis dicit: *Auerte faciem tuam à peccatis meis.*

c ¶ *In quacunque die tribulor, inclina ad me aurem tuam. In quacunque die innocauero te, &c.*] Pro præsentibus pressuris orat, vt ab his contemplatione diuina eripiatur.

A

a Quia defecerũt ſicut fumus dies mei: [b] & oſſa mea ſicut cremium aruerunt. [c] Percuſſus ſum vt fœnum, & aruit cor meũ: [d] quia oblitus ſum comedere panem meũ. [e] A voce gemitus me abhæſit os meũ carni meæ. [f] Similis factus ſum pellicano ſolitudinis. [g] factus ſum ſicut nycticorax in domicilio. Vigilaui, & factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto. Tota die exprobrabãt mihi inimici mei: & qui laudabant me, aduerſum me iurabant. [h] Quia cinerem tanquam panem manducabam: [i] & poculum meum cum fletu miſcebã, [k] A facie iræ indignationis tuæ: [l] quia eleuans alliſiſti me. [m] Dies mei ſicut vmbra declinauerũt, [n] & ego ſicut fœnum arui. Tu autẽ domine in æternũ permanes, & memoriale tuum in generatione & generationem. [o] Tu exurgens miſereberis Sion: [p] quia tempus miſerendi eius, quia venit tempus. [q] Quoniã placuerunt ſeruis tuis lapides eius: [r] & terræ eius miſerebuntur. [ſ] Et timebunt gentes nomen tuum domine, & omnes reges terræ gloriam tuam. [t] Quia ædificabit dominus Sion: [u] & videbitur in gloria ſua. [x] Reſpexit in orationem humilium, & non ſpreuit precem eorum. [y] Scribantur hæc in generatione altera: [z] & populus qui creabitur laudabit dominum. [a] Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo, dominus de cœlo in terram aſpexit. Vt audiret gemitus compeditorum, vt solueret filios interemptorum. [b] Vt annuntient in Sion nomen domini, & laudem eius in Hieruſalem. [c] In conueniendo populos in vnum, & reges vt ſeruiant domino. [d] Reſpondit ei in via virtutis ſuæ, paucitatem dierum meorum nuntia mihi. [e] Ne reuoces me in dimidio dierum meorum, in generatione & generationem anni tui. [f] Initio tu domine terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cœli. [g] Ipſi peribunt, tu autem permanes: [h] & omnes

a ¶ *Quia defecerunt, &c.*] Ac ſi dicat: Infantulus fui, & dum neſcio, veni in iuuenilem ætatem: & iterum in perfectã ætatem, & dum neſcio, ſenui. Et defecerunt ſicut fumus dies mei. Quidam autem putant ſe eſſe ſempiternos, & perſeuerant in ſuo peccato.

b ¶ *Et oſſa mea ſicut, &c.*] Oſſa dicit ipſam fortitudinem. Si ergo quod eſt in me forte hoc aruit, & infirmum factum eſt: quanto magis quæ per naturam infirma eſt caro?

c ¶ *Percuſſus ſum vt fœnum, &c.*] Sicut & alibi ſcriptum eſt: *Homo ſicut fœnũ dies eius.* Psal 102.a Sic enim vita hominum viret & cito areſcit.

d ¶ *Quia oblitus ſum, &c.*] Non dixit, non deſideraui manducare, aut contẽpſi mãducare. In tantum mihi venit memoria peccatorum meorũ, & talem pænitentiam egi, vt etiam obliuiſcar manducare: deſiderium Dei habens, & ipſum ſolum conſiderans.

e ¶ *A voce gemitus mei, adhæſit os, &c.*] Diſcant qui agũt pænitentiam, quomodo debeant agere pænitentiam. Ita enim exiccaui memetipſum vt ſine carne eſſem, & pelles meę cohærerent oſſibus meis. Carnem pro pelle dixit.

f ¶ *Similis factus, &c.*] Duo genera dicuntur eſſe horũ volatilium. Vnum in aquis eſt, & eſca eius piſces ſunt: & vnum in ſolitudine, & eſca eius venenata animalia, hoc eſt ſerpẽtes, & crocodili, & lacertæ. Dicuntur autẽ iſta volatilia Latine onocrotali. Illi ergo ſimilis factus ſum, qui eſt in ſolitudine: qui comedit venenata animalia, hoc eſt, eſca mea quaſi venenum erat mihi.

B

g ¶ *Factus ſum ſicut, &c.*] Scimus quia coruus niger eſt, & nihil habet in ſe album. Hyperbolice voluit dicere: quia factus ſum ſicut nycticorax. Si ergo in die niger eſt: quando magis in nocte? Sic ergo factus ſum propter peccata mea, memetipſum conſiderans.

h ¶ *Quia cinerem, &c.*] In cinerem intingebam panem meum, & ſic comedebam. Si ergo propheta hoc dicit: nos quid facimus?

i ¶ *Et poculum, &c.*] Nihil mihi erat ſuaue neque panis, neque poculum: ſed tantum cæleſtem panem deſiderabam, id eſt, Chriſtum.

k ¶ *A facie, &c.*] Et hæc omnia faciebam, conſiderans aduentum tuum, & futurum iudicium.

¶ l *Quia eleuans, &c.*] Hoc dicant qui aliquando fuerunt ſancti, & ceciderunt. Exaltati enim in virtutibus, poſtea ceciderunt. Siquidem ſancti dicunt, quia eleuans tenuiſti me.

m *Dies mei, &c.*] Si dies: quanto magis noctes? hoc eſt, ſi lumen: quanto magis tenebræ.

n ¶ *Et ego, &c.*] Quoniam ſicut fœnum: ſic pertranſit homo, & ſiccatur.

o ¶ *Tu exurgens, &c.*] Ex hoc verſiculo manifeſtum eſt, quod ex perſona Sion dictus eſt iſte pſalmus, & non ex perſona prophetæ. Sion autem eſt quæ in ſpecula poſita eſt: & ea quæ veniunt de longe proſpiciens. Hæc ergo Sion, quæ in alto poſita eſt, in ſublime cecidit. 1.Cor.10.c *Ergo qui ſtat, videat ne cadat.*

p ¶ *Quia tempus miſerendi eius: quia venit tempus.*] Aut

C

propter pænitentiam tempus eſt miſerendi: aut ſecundum aduentum Saluatoris ſignificat. Confidat ergo qui agit pænitentiam: quoniam venit tempus ſaluandi. Miſericors eſt enim dominus.

q *Quoniam placuerunt ſeruis tuis lapides eius.*] Lapides ſancti ſunt. Terra autẽ, hoc eſt, Psal 77.d peccatores: miſericordia domini indigent. Eccl.2.b

r ¶ *Et terra, &c.*] Vt fructum exhibeat ſanctitatis.

ſ ¶ *Timebunt gentes, &c.*] Quæ prius idola metuebant, & dæmoniorum nomina inuocabãt: nunc nomen tuum venerentur & timeant.

t ¶ *Quia ædificabit dominus, Sion.*] Eccleſiam ſuam ſuper fũdamentum apoſtolorum & prophetarum.

v ¶ *Et videbitur in gloria ſua.*] Cum omne corpus eius glorificauerit ad ſimilitudinem imaginis gloriæ ſuæ. Rom.8.ſ

x ¶ *Et reſpexit in orationem humilium, &c.*] Sed aduẽtu ſuo viſitauit mundum, qui olim deſiderabatur.

y ¶ *Scribantur hæc, &c.*] In nouo teſtamento.

z ¶ *Et populus qui creabitur laudabit dominum.*] Chriſtianus vtique, qui prius peccatis mortuus, in eo eſt recreatus.

D

a ¶ *Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo: &c.*] Reſpexit vt miſeretur. Deſcendit vt vincula quibus nexi eramus abſolueret.

b ¶ *Vt annuncient in Sion nomẽ domini, &c.*] Semper bonus nuntius, noua exhibet gaudia: ſicut angelus ad Mariam, *Spiritus,* inquit, *ſanctus ſuperueniet in te.* Luc.1.d Et iterum paſtoribus: *Ecce ego annuntio vobis hodie gaudium magnum: quia natus eſt vobis Saluator.* Ibid.2.b Sic & nunc in Sion vel in Hieruſalem nuntiatur: quia natus eſt in terris is qui mundo peccatis mortuo, vitam afferret.

c ¶ *In conueniendo populos in vnum, & reges vt ſeruiant domino.*] Conuenient in vna credulitate, vt ſeruiant redemptori.

d ¶ *Reſpondit ei in via virtutis ſuæ: paucitatem dierum meorum nuntia mihi.*] Reſpondit dominus Hieruſalem in die virtutis, id eſt, cum ad paſſionem accederet, & annuntiauit paucitatem dierum ſuorum, dicens: Quia venient Luc.19.g dies cum circundaberis ab inimicis, & eradicaberis, & reliqua.

e ¶ *Et ne reuoces me in dimidio dierum meorum: in generatione & generationem anni tui.*] Iniqui nec dimidiant dies. Iſte verè orat vt non reuocetur à dimidio dierum, ſcilicet vt Psal 54.d ad perfectum veniens virum, perennitate temporum cum domino perfruatur.

f ¶ *Initio tu domine terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cæli.*] Sicut enim in principio iſta creaſti: ita & nũc vel terram corporis noſtri in nouum reparas hominem: vel mentes noſtras cælorum dignitate componis. Sed de prioribus cælis ait.

g ¶ *Ipſi peribunt, tu autem permanes.*] Iuxta illud: *Cælum & terra tranſibunt, verba vero mea non præteribunt.* Matt.24.c & Mar.14.

h ¶ *Et omnes ſicut veſtimentum veteraſcent. Et ſicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipſe es, &*

anni

E *anni tui non deficient.*] Hoc est, qui eras in cœlis: ipsum te ostendis in terris. Idem in vtero Virginis: ipse in infernum descendens. Idem resurgens à mortuis: ipse regressus es in cœlum.

a ¶ *Filij seruorum tuorum habitabunt.*] Qoia tibi per apostolos sunt renati.

b ¶ *Et semen*, &c.] Vel prædicatio, vel virtus eorum in omni gente distenditur. Nos vero deprecemur dominum, vt exaudiat orationes supplicum, & mentibus nostris inferat lumen suum, vt eius magnificentiam enarrantes, mereamur sanctis eius consortes effici in cœlestibus regnis: cui gloria & imperium in sæcula sæculorum, Amen.

c ¶ *Psalmus David.*] Iste psalmus maxime circa pietatem atque misericordiam Dei commoratur; ait enim.

PSALMVS CII.

Psal. 99. a B*Enedic* d *anima*, &c.] Dicitur & in alio loco: *Et scitote, quoniam dominus ipse est Deus.* Et nunc dicitur: *Et omnia quæ intra me sunt, nomini sancto eius.* Si dixerimus: *Benedic anima mea domino*, & dominus, dominus est: quod nomen hic quærit dominus? Si dominus, dominus appellatur, quid dicit: *Et omnia quæ intra me sunt, nomini sancto eius?* Aduentus filij, nomen patris est. Ante aduen-
F tum Christi sciebatur Deus: pater ignotabatur. Denique ipse
Ioan 17. a dicit in euangelio: *Pater, reuelaui nomen tuum hominibus.* Nõ possumus in singulis versiculis immorari: quoniam longus est psalmus: sed breues senteotiolas debemus singulis versiculis coaptare: magis sensum exponentes, quam verba texentes.

e ¶ *Benedic anima*, &c.] Multas retributiones nobis præstitit dominus, grandia nobis beneficia præstitit: quia cœlum, quia terram, quia elemẽta omnia pro nobis fecit.

omnes sicut vestimentum veterascent. Et sicut opertorium mutabis eos & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.[a] Filij seruorum tuorum habitabunt:[b] & semen eorum in sæculum dirigetur.

c ¶ Psalmus ipsi David.

PSALMVS CII.

BEnedic [d] anima mea domino, & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius. [e] Benedic aĩa mea dño, & noli obliuisci oẽs retributiones eius. [f] Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: [g] qui sanat oẽs infirmitates tuas. [h] Qui redimit de interitu vitã tuã: [i] qui coronat te in misericordia & miserationib. [k] Qui replet in bonis desideriũ tuũ: [l] renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. [m] Faciens misericordias dominus, & iudiciũ omnibus iniuriã patientibus. [n] Notas fecit vias suas Moysi, filiis Israël volũtates suas. [o] Miserator & misericors dominus, lõganimis & multũ misericors. [p] Non in perpetuũ irascetur, neque in æternũ cõminabitur. Non secundũ peccata nostra fecit nobis, neq; secundũ iniquitates nostras retribuit nobis. [q] Quoniam secundum altitudinem cœli à terra, corroborauit misericordiam suam super timentes se. [r] Quantum distat ortus ab occidẽte, longe fecit à nobis iniquitates nostras. [s] Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est dominus timentibus se. [t] Quoniã ipse cognouit figmentum nostrũ. [u] Recordatus est quoniam puluis sumus: homo sicut fœnũ dies eius, [x] tanquã flos agri sic efflorebit. [y] Quoniam spiritus pertransiuit in illo, & non subsistit: & nõ cognoscit amplius locum suum. [z] Misericordia autem domini ab æterno & vsque in æternum, super timentes eum. [a] Et iustitia illius in filios filiorum, his qui seruant testamentum eius. Et memores sunt mandatorũ ipsius ad faciẽdũ ea. [b] Dominus in cœlo parauit sedem suam, & regnũ ipsius omnibus dominabitur. [c] Benedicite domino oẽs angeli eius: [d] potentes virtute, facientes verbũ illius: [e] ad audiendã vocẽ sermonum eius. [f] Benedicite domino omnes virtutes eius: ministri eius, qui facitis voluntatem eius.

a Benedi-

iniuriam patientibus.] Vt oppressis impiis, erigat pauperes suos. G

n ¶ *Notas fecit vias suas Moysi*: &c.] Eis qui legem spiritualiter intelligunt: vel eis, qui eum mentis oculis contemplantur.

o ¶ *Misericors*, &c.] Quia cito flectitur ad misericordiam.

p ¶ *Non in perpetuum irascetur, neque in æternum comminabitur. Non secundum peccata nostra fecit nobis: nec secundum iniustitias nostras retribuit nobis.*] Meliora enim quàm merebamur indulsit.

q ¶ *Quoniam secundum altitudinem cœli à terra corroborauit misericordiam suam super timenmentes se.*] Distat multum cœlum à terra: sed diuina misericordia iugiter suos & protegit, & confirmat.

r ¶ *Quantum distat ortus ab occidente: longe fecit à nobis iniquitates nostras.*] Vbi Deus appropinquat, elongantur delicta: vt iuxta Apostolum: *Vbi abundat peccatum, superabundet & gratia.* Rom. 5. d

s ¶ *Quomodo*, &c.] Miseretur pater filio, cum eum verberat vt emendet. Ita & dominus corripit nos interdum vt saluos faciat: non tamen in perpetuum derelinquit vt perdat.

t ¶ *Quoniam ipse*, &c.] Scit enim propheta genus humanũ tanqoam testam figuli de luto formatam, in honorem filiorum ascitum: ideoque considerans ei iudicium mortis pro delictis appropinquare, ait misericordiam deprecans. H

u ¶ *Recordatus est, quoniam puluis sumus: homo sicut fœnum dies eius.*] Ac si diceret: Non irasceris vt conteras: sed recordaris quod vasa figuli sumus: quæ semel coofracta, reparari non possunt: sed protinus decidunt & arescunt.

x ¶ *Tanquam*, &c.] Ad tempus.

f ¶ *Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis.*] Vt eas quasi nubem deleat.

g ¶ *Qui sanat*, &c.] Peccata quibus infirmaris. Multas infirmitates habet anima nostra. Qoot peccata, tot infirmitates. Deoiqoe & illa mulier in euangelio, quæ decem & octo
Luc. 13. b annis habebat spiritum infirmitatis, & caput sursum erigere non poterat. Videte quid dicat: Quando aliqois habet spiritum infirmitatis, contractus est: deorsum conspicit, terram intuetur, cœlum videre noo potest.

1. Cor. 6. & 7. d h ¶ *Qui redimit*, &c.] *Pretio*, inquit, *redempti estis: nolite fieri serui hominum.* Quod est maius pretium quàm creatorem pro creatura sua sanguinem fundere?

i ¶ *Qui coronat*, &c.] Præcurrente misericordia, dat victoriam; vt tribuat palmam.

k ¶ *Qui replet in bonis*, &c.] Coniungens te sanctis in cœlesti Hierusalem.

l ¶ *Renouabitur vt aquilæ*, &c.] Vt à veteri in nouum hominem muteris.

m ¶ *Faciens misericordias dominus, & iudicium omnibus*

y ¶ *Quoniam spiritus pertransiit in illo, & non*, &c.] Transeunte autem spiritu, omnis iocunditas viriditatis eius traditur obliuioni.

z ¶ *Misericordia autem*, &c.] Quia cum peccatores arguit, iustis misericordiam præbet.

a ¶ *Et iustitia eius in filios filiorum*, &c.] In operibus vtique bonis: quibus mandata Dei iugiter memorantur vt custodiantur ab ipsis.

b ¶ *Dominus in cœlo parauit*, &c.] Ascensionem dominicam prædicit, quæ post reparationem hominis facta est: per quã Christus dominus vniuersos mundi fines suæ dominationi subegit.

c ¶ *Benedicite dominum*, &c.] Nuntij veritatis.

d ¶ *Potentes*, &c.] Illico quæ fuerit locutus explentes.

e ¶ *Ad audiendam vocem*, &c.] Hoc est intelligere quæ præceperit.

f ¶ *Benedicite domino omnes virtutes eius, ministri eius qui facitis*, &c.] Qui virtute illius roborati, verbum ecclesiis ministratis.

A a ¶ *Benedicite*, &c.] Vos vtiqoe qui in eo viuitis. Quia omne opus quod factum est in eo, vita est. Ioan 1 a

b ¶ *In omni loco*, &c.] Nihil enim reperitur vbi non dominetur. Omnia continet, & se vbiqoe diffundit.

c ¶ *Benedic*, &c.] Hæc autem propheta non ad suam tantum animam: sed & ad nostras quoque animas loquitur, vt eum iugiter benedicāt qui bona largitur: qui peccatis propitiatur: qui de interitu redimit: qui in bonis omne desiderium complet: qui nunc nobis misereri dignetur vt pater filiis, delictorum mollibus hic remissis: cui est cum æterno Patre & Spiritu sancto honor & gloria in sæcula sæculorem, Amen.

d ¶ *Psalmus David.*] Iste psalmus ipsius creaturæ vocem cōtinet, laudantem ac benedicentem Deum. Sed hoc ipsum spiritualiter debemus aduertere.

PSALMVS CIII.

BEnedic, &c.] Vtdum benedicis illum, tu benedicaris ab illo. Prouocat semetipsum propheta in benedicendo Deo. Benedicere autem domino, hoc est: qui laudat dominum, semetipsum benedicit.

f ¶ *Domine*, &c.] Omnibus quidem es & Deus & dominus, sed mihi propriè: quia non sum seruus peccati.

B g ¶ *Magnificatus*, &c.] Vel in me: vel in reliquis sanctis tuis. Qui omnium Deus, meus specialiter Deus: quia non sum seruus peccati: quia merui vocari seruus tuus. *Magnificatus es vehementer* Cum video cœlū, terram, volatilia, quadrupedia, serpentes, & vniuersam creaturam tuam, miror, & magnifico creatorem.

[a] Benedicite domino omnia opera eius: [b] in omni loco dominationis eius, [c] benedic anima mea domino:

d ¶ Psalmus Dauid

PSALMVS CIII.

BEnedic anima mea domino: [f] domine Deus meus [g] magnificatus es vehementer. [h] Cōfessionē & decorē induisti: [i] amictus lumine sicut vestimento. [k] Extendēs cœlum sicut pellē: [l] qui tegis aquis superiora eius [m] Qui ponis nubem ascensum tuū. [n] qui ambulas super pennas ventorū. [o] Qui facis angelos tuos spiritus: [p] & ministros tuos ignē vrentē. [q] Qui fundasti terrā super stabilitatem suā nō inclinabitur in sæculum sæculi. Abyssus sicut vestimentū amictus eius: [r] super montes stabunt aquæ. [s] Ab increpatione tua fugient: à voce tonitrui tui formidabunt. [t] Ascendunt montes, [u] & descendunt cāpi: [x] in locum quē fundasti eis. [y] Terminum posuisti quē non transgredientur: [z] neq; cōuertentur operire terrā. [a] Qui emittis fontes in cōuallibus: [b] intermediū montiū [c] pertransibunt aquæ. [d] Potabunt oēs bestiæ agri: expectabunt onagri in siti sua. [e] Super ea volucres cœli habitabunt: [f] de medio petrarum [g] dabunt vocem. [h] Rigans montes [i] de superioribus suis. [k] de fructu operū tuorū satiabitur terra. [l] Producēs fœnū iumentis, & herbā seruituti hominum. [m] Vt educas panē de terra. & vinum lætificat cor hominis. [n] Vt exhilaret faciē in oleo, [o] & panis cor hominis confirmat. [p] Saturabuntur ligna cāpi [q] & cedri Libani, [r] quas plantauit: [s] illic passeres nidificabunt. [t] Herodij domus dux est eorum: [a] montes

C o ¶ *Qui facis angelos*, &c.] Vt inspirent hominibus eius facere voluntatem: quia carnalis homo non capit ea quæ sunt Dei.

p ¶ *Et ministros*, &c] Vt in aliis lumen veritatis infundāt, in aliis peccata consumant.

q ¶ *Qui fundasti*, &c. Discordare videntur hæc cum illo, vbi ait: Cœlum & terra transibunt. Sed hæc visibilis terra præterit: corporis vero terra quæ fructū exhibet sanctitatis, mysteriorum cœlestium pallio circundatur.

r ¶ *Super montes*, &c.] Super excelsam superbiam insipientes populi commorantur.

s ¶ *Ab increpatione tua fugient*: &c.] Vox enim tua est, cum dicis: *Pœnitentiam agite, appropinquauit regnum cœlorum.* Tāquam tonitruum verū, vt hi timeant cum minaris, cum ait: *Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis.* Matt 3 a Luc. 13. a

t ¶ *Ascendunt*, &c.] Sancti in spiritualem proficiunt intelligentiam.

u ¶ *Et descendunt*, &c.] Populi eorum doctrinis subditi, vt virtutum floribus repleantur.

x ¶ *In locum quem fundasti eis.*] In conuentum ecclesiasticum.

D y ¶ *Terminum posuisti, quem*, &c.] Catholicam vtique fidem, quam vsque ad terminum præsentis vitæ custodiunt.

z ¶ *Neque conuertentur operire terram.*] In flagitiis quibus prius vixerant.

a ¶ *Qui emittis fontes in conuallibus.*] Inter deserta gentium, baptismi gratiam tribuit.

Matt. 11. d Ibid. 17 a h ¶ *Confessionem*, &c.] Induisti confessionem dicens: *Confitebor tibi domine pater cœli & terræ.* Induisti decorem, illo de nube splendida respondente: *Hic est filius meus dilectus in quo bene complacui, ipsum audite.* Confessio dupliciter intelligitur. Aut in pœnitentia, aut in gloria Dei: Hoc est gloriam induisti, quemadmodum in euangelio ipse Saluator dicit: *Confitebor tibi pater*, hoc est, glorifico te: aut quia confitemur peccata nostra domino. In eo enim quod confitemur Deo peccata nostra: glorificamus eum. Et decorem induisti. Videte ordinem. Primum aliquis confitetur, & sic accipit pulchritudinem & decorem, & postea lumen. Hoc enim sequitur.

Psal 17 b Psal 96 a i ¶ *Amictus*, &c.] Contrarius videtur hic versiculus illi qui ait: *Posuit tenebras latibulū suum*: Vel illi qui dicit: Nubes & caligo in circuitu eius. Sed sciendū, quia de occultis mysteriis ista dicūtur. Nā de isti* lucis plenitudine tota terra refulget.

Gen 1. k ¶ *Extendens*, &c.] In modum enim libri cuiusdam, siue voluminis cœlum (cum maiestas Dei voluerit) vel extenditur vel plicatur: sicut euangelica testatur fides.

Psal 148 a l ¶ *Qui tegis*, &c.] Superiora cœli, iuxta Genesim, ab aquis teguntur: quia aquas super firmamentum positas dicit: quas multitudinem angelorum intelligimus: iuxta illud: *Aquæ quæ super cœlos sunt, laudent nomen domini.*

Act 1 m ¶ *Qui ponis*, &c] Dominus enim Iesus benedictis discipulis eleuatus est, & nubes suscepit illum, & intuebantur eum euntem in cœlum.

n ¶ *Qui ambulas*, &c.] Super omnem alacritatem ventorum dominus incedit. Sed & super sanctorum animas, quæ ad cœlestia tendunt, & inambulat & quiescit.

b ¶ *Intermedium*, &c.] Id est ecclesiarum.

c ¶ *Pertransibunt*, &c] Ipsius lauacri siue doctoris: irrigando donis cœlestibus populum

d ¶ *Et potabunt omnes*, &c.] Vt omnibus hæc gratia æqualiter ministretur; sicut ait Paulus: Sapientibus & insipientibus debitor sum. Rom. 1. b

e ¶ *Super ea volucres*, &c.] Qui excelsiorem ad intelligendum meruerunt sensum.

f ¶ *De medio*, &c.] Id est ecclesiarum.

g ¶ *Dabunt*, &c.] Ad collaudandum Deum.

h ¶ *Rigans montes.*] Hoc est apostolos.

i ¶ *De superioribus suis.*] De cœlestibus effundens super eos Spiritum sanctum.

k ¶ *De fructu*, &c.] De beneficiis largitionis tuæ.

l ¶ *Producens fœnum*, &c.] Vnicuique secundum propriam tribuens necessitatem.

m ¶ *Vt educas*, &c] A terreni corporis agro, quem à nobis assumpsit, mysterium proferens cœlestis panis ac populi salutaris, quo reficiatur ecclesia.

n ¶ *Vt exhilaret*, &c.] Exhilaretur enim oleo misericordię, iustorum facies coram Deo.

o ¶ *Et panis*, &c.] Ipse panis, ipse corda nostra confirmat: qui descendens de cœlo, vitam tribuit mundo.

p ¶ *Saturabuntur*, &c.] Siue rationabiles siue irrationabiles homines: sicut superius de bestiis atque onagris expositum*.

q ¶ *Et cedri Libani.*] Excelsiores merito sancti

r ¶ *Quas plantauit.*] In vnitate ecclesiasticæ fidei.

s ¶ *Illic passeres*, &c.] Sapientes ædificant.

t ¶ *Herodij domus dux*, &c.] Herodius maior est omnibus volatu-

[a] Montes excelsi ceruis: [b] petra refugiū herinaciis. [c] Fecit lunam in tempore: [d] sol cognouit occasum suum. [e] Posuisti tenebras, & facta est nox: in ipsa pertrāsibunt omnes bestiæ syluæ. [f] Catuli leonum rugientes vt rapiant, & quærāt à Deo escam sibi, [g] Ortus est sol & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur. [h] Exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam vsq; ad vesperam. [i] Quam magnificata sunt opera tua domine: [k] omnia in sapiētia fecisti, [l] impleta est terra possessione tua. [m] Hoc mare magnum & spatiosum manibus: illic reptilia, quorum non est numerus. Animalia pusilla cū magnis: [n] illic naues pertransibūt. [o] Draco iste quem formasti ad illudendum ei: [p] omnia à te expectant, vt des illis escam in tempore. Dante te illis colligent: aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate. Auertente autē te faciem, turbabuntur: [q] auferes spiritum eorum, & deficient: & in puluerem suum reuertentur. [r] Emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ. [s] Sit gloria domini in sæculum: [t] lætabitur dominus in operibus suis. [u] Qui respicit terram, & facit eam tremere: [x] qui tangit montes, & fumigant. [y] Cantabo domino in vita mea: psallam Deo meo quamdiu sum. [z] Iocundum sit ei eloquium meū: [a] ego vero delectabor in domino. [b] Deficient peccatores à terra, [c] & iniquitas vt non sint: benedic anima mea domino.

d ¶ Halleluia.

PSALMVS CIV.

CONfitemini [e] Domino, & inuocate nomen eius: [f] annuntiate inter gentes opera eius. [g] Cantate ei & psallite ei: [a] narra-

E volatilibus, qui aquilam vincit & comedit. Igitur talis homo, qui in domo Dei habitat, ducatum præbeat ad vincendum diabolum: quia aquila sæpe pro diabolo ponitur.

a ¶ *Montes, &c.*] Hoc animal serpentes occidit, & ipsos comedit. Ergo bene in montibus habitat, qui interficit intelligibilem serpentem: qui sapientior erat in paradiso præ omnib. bestiis: qui decepit Euā.

b ¶ *Petra refugium, &c.*] Qui timidus est, refugium habet petram: petra autem Christus est.

c ¶ *Fecit lunam, &c.*] Aiunt, quando crescit luna, crescere fructus omnes: & quando minuitur, iterum fructus minui. Ergo benedixit: fecit lunam in tempore. Aut aliter intelligamus, lunam ecclesiam. In proficiendo enim ecclesia, proficimus & cum ipsa: & cum persecutionem patitur & minuitur, & nos cum illa minuimur & persecutionem patimur.

d ¶ *Sol cognouit, &c.*] Si sol occidit, nos putamus nosmetipsos sempiternos esse? In hoc autem mirandum est: quomodo tantum lumē & tanta claritas, quæ operit vniuersum mundum lumine suo, in momento occidit. Oremus autem vt non nobis occidat sol iustitiæ.

e ¶ *Posuisti tenebras, &c.*] Et secundum literam ordinem habet: quoniā ideo facta est nox, vt homines requiescerent ab operibus suis, & bestiæ egrederentur ad pastionem. Secundū
F Tropologiam autem: quando nobis occubuerit sol iustitiæ, omnia nobis tenebrosa sunt: & tunc in nos pertranseunt bestiæ, & leo rugiens, volens rapere & deuorare nos.

f ¶ *Catuli leonum rugientes, &c.*] Benè dixit, à Deo: quoniam sanctos cupit decipere: ac si dicat, Iudam, Dauid, Salomonem, Petrum: sicut scriptum
Habac 3. d est: *Escæ eius electæ.*

g ¶ *Ortus est sol, &c.*] Ne tristetur ille qui cecidit, sed pœnitentiam agat. Oritur illi sol iustitiæ, & fugiunt ab eo omnes bestiæ & peccata, & efficitur talis, qualis & antea fuit, Iterum enim ortus est sol iustitiæ.

h ¶ *Exibit, &c.*] Postquam autem ortus fuerit sol iustitiæ, iterum eximus ad operationem nostram vsq; ad vesperum, hoc est, vsque ad consummationem. Oportet ergo nos omni tempore operari iustitiam.

i ¶ *Quam magnificata, &c.*] In excessum mentis venit propheta. Non inueniens quomodo laudaret dominum, dixit: Quam magnificata sunt opera tua domine. Excedunt humanum sensum tua opera.

Rom. 11.d k ¶ *Omnia, &c.*] In domino nostro Iesu Christo. Ipse enim est sapientia Dei secundum Apostolum dicentem: quod in ipso creata sunt omnia.

l ¶ *Impleta, &c.*] Et reuera omnia opera domini plena sunt sapientia. Quando enim videmus formicam scire quando hyems venit, & reponit sibi escam, & iterum culicem tam minutum, habere oculos, ventrem, & vniuersa membra sicut & nos habemus, & pulicem, & alia. Videmus autē Elephantem tam magnam bestiam habere oculos, nares, pedes, ventrem, sicut & nos in ipsis locis: Similiter autem & apem: quomodo faciat mel & ceram: Nonne sunt hæc miratione digna, & sapientia plena?

m ¶ *Hoc mare magnum & spatiosum, &c.*] Nonne est hoc miræ sapientiæ, quomodo in mari sunt reptilia quorum nō est numerus? Et pisces tam maiores quam minores: quomodo sint in profundo, & inde resumunt vitam, vbi si homo ceciderit, moritur, & ipsi si venerint in terram, moriuntur. G

n ¶ *Illic naues, &c.*] Quis ex nobis est nauis fortis, qui possit istud sæculum fugere, & non submergatur aut offendat in petram: sed habeat sensum qui eum gubernet, vt possit saluus fieri?

o ¶ *Draco, &c.*] Iudæi dicunt: draconem magnū fecit Deus, qui dicitur Leuiathan, & est in mari: & quando, aiunt, recedit Oceanus, draco vertitur. Nos autem dicamus: Iste est draco, qui de paradiso eiectus est: qui decepit Euā, & datus est in hoc mundo ad illudendum nobis. Quantos enim monachos & clericos præcipitauit.

p ¶ *Omnia, &c.*] Quia omnia Dei nutu viuunt.

q ¶ *Auferes, &c.*] Consummationem mundi significat: quando præcepto Dei omnia exterminantur; sicut scriptum est: *Terra es, & in terram ibis.* Gen. 3.d

r ¶ *Emitte, &c.*] In die consummationis. Si spiritus creat: ergo Deus est. Ita enim creat, quomodo & pater.

s ¶ *Sit gloria, &c.*] Ergo & nos qui glorificamus, sempiterni erimus.

t ¶ *Lætabitur, &c.*] Lætitia est enim domini, quando nos creatura ipsius, benedicimus eum in die resurrectionis.

u ¶ *Qui, &c.*] Tremet enim terra nostra in die iudicij. Significat autem peccatores terrenos. H

x ¶ *Qui, &c.*] Si montes fumigant, quāto magis terra? Sancti fumigāt: quoniā omnes per ignē saluabuntur. Nō enim haberent fumum, nisi ignis esset.

y ¶ *Cantabo, &c.*] Quemadmodum & alibi dixit: *Dimitte me vt refrigerer priusquam abeam, & amplius nō ero.* Dimitte me paululum temporis, vt agā pœnitentiam pro peccatis meis: quoniā in inferno nō est qui possit cōfiteri peccata sua. Psal. 38.c

z ¶ *Iocundum, &c.*] Iocundum sit ei, vt merito aliquis possit laudare & benedicere Deum. Optatiuo modo dixit, non imperatiuo.

a ¶ *Ego vero, &c.*] Beati qui post iudicium hoc dicunt.

b ¶ *Deficiant, &c.*] Non dixit vt peccatores pereant, sed ipsum peccatum, vt non appareat. Peccato autem non apparente, vtique iam non sunt peccatores: sed omnes iusti inueniuntur.

c ¶ *Et iniqui, &c.*] Scilicet iniqui, sed iusti.

d ¶ *Halleluia.*] Iste psalmus maxime patrum replicat historiam: sed spiritualiter debet intelligi. Omnia enim, quæ cōtingebāt antiquitus, in figura contingebant, vt nos erudiremur.

PSALMVS CIV.

COnfitemini e, &c.] Confitemini, & dicite: quoniam peccatores sumus. Tu autem misericors & miserere nobis. Et inuocate nomen eius. Vt non fingamus idola in cordibus nostris, sed dominum nostrum inuocemus, & ipse erit redemptio nostra. 1. Cor. 10.c

f ¶ *Annuntiate, &c.*] Erubescant Iudæi qui dicunt in Israël tantum facta esse mirabilia & opera eius.

g ¶ *Cantate, &c.*] Qui intelligit sanctas scripturas, & in lege domini meditatur iugiter, & mens eius contemplatur cœlestia: hic canit Deo. Qui autem habet in se omnes virtutes, hoc est, operarius est boni operis: hic quasi citharam componens virtutum, psallit domino.

[a] narrate omnia mirabilia eius: [b] laudamini in nomine sanctos eius. [c] Lætetur cor quærentiũ dominum: [d] quærite dominũ, & confirmamini: [e] quærite faciem eius semper. [f] Mementote mirabilium eius quæ fecit: prodigia eius, & iudicia oris eius. [g] Semẽ Abraham serui eius: filij Iacob electi eius. Ipse domin⁹ Deus noster: in vniuersa terra iudicia eius. Memor fuit in sæculum testamenti sui, verbi quod mandauit in mille generationes. Quod disposuit ad Abraham, & iuraměti sui ad Isaac Et statuit illud Iacob in præceptum, & Israël in testamentum æternum. Dicens, tibi dabo terrã Chanaan funiculum hæreditatis vestræ. Cum essent numero breui: paucissimi & incolæ eius. [h] Et pertransierunt de gẽte in gentẽ, [i] & de regno ad populum alterum, [k] Non reliquit hominem nocere eis, [l] & corripuit pro eis reges. [m] Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. [n] Et vocauit famẽ super terrã, & omne firmamẽtum panis contriuit. [o] Misit ante eos virum: [p] in seruum venundatus est Ioseph. [q] Humiliauerũt in compedibus pedes eius: [r] ferrum pertransiit animam eius: [s] donec veniret verbum eius. [t] Eloquium domini inflãmauit eũ: [u] misit rex & soluit eum, [x] princeps populorũ & dimisit eũ. [y] Constituit eum dominum domus suæ, [z] & principem omnis possessionis suæ, [a] Vt erudiret principes eius sicut semetipsum, & senes eius prudentiã doceret. [b] Et intrauit Israël in Ægyptum, & Iacob accola fuit in terra Chã, [c] Et auxit populum suũ vehementer, & firmauit eum super inimicos eius. [d] Cõuertit cor eorũ vt odirent populũ eius, & dolũ facerẽt in seruis eius: [a] Misit

A a ¶ *Narrate omnia*, &c.] In centesimosexto psalmo dicit: Qui descendunt mare in nauibus: facientes operationem in aquis multis. Ipsi viderunt opera domini, & mirabilia eius in profundo. Si in naui nostra corporali transierimus illæsi: & nusquam nos tempestas opprimat: nec in petram offenderimus, & frangamus nauem nostram, possumus narrare mirabilia Dei. Et reuera grande miraculum est, transire mundum istum sine macula.

b ¶ *Laudamini*, &c.] Prophetat enim de populo gentilium. Hoc est, vt simus & vocemur Christiani, ex nomine domini nostri Iesu Christi.

c ¶ *Lætetur*, &c.] Gaudeant monachi: quoniam quærentiũ dominum lætantur corda. Si quærentium, quanto magis eorum qui inuenerunt eum? Qui enim eum inueniunt, immobiles sunt.

d ¶ *Quærite*, &c.] Antequam quæreremus dominum, infirmi eramus. Nunc autem quærentes, firmi & fortes sumus. Si autem & inuenerimus: quanto magis perfecti erimus?

Exod 23 b e ¶ *Quærite*, &c.] Hebraica quidem scriptum est, ter in anno appareant coram domino. Et quæ iustitia hæc erat? quid autem grande aliquid faciebãt, ter in anno apparẽdo in conspe-

B ctu Dei? Ibi ad paruulos loquebatur: hîc autem propheta dicit credentibus in Deum, sem-

Luc 18.a

1 Thes 5.c per enim quærere; quemadmodum & in euangelio scriptum est: sine intermissione nos orare

oportere.

f ¶ *Mementote*, &c.] In Ægypto, & mari rubro, & in deserto.

Ioan 8.

1. Ioan 4 d g ¶ *Semen*, &c] Si quis est semen, non iam filius: secundum quod in euangelio scriptum est: *Si filij Abraham essetis: opera patris vestri faceretis.* Ergo quod gloriantur non sunt, & si semen sunt. Serui sunt sub timore constituti: non habentes perfectam charitatem, quæ foras mittit timorem. Nos filij sumus Iacob, eius qui supplantauit fratrem suum, & tetulit primitiua eius. *Multi autem vocati: pauci verè electi.*

h ¶ *Et pertransierunt*, &c.] Multi putant quod de captiuitate dicat Iudæorum Non est ita. De Abraham enim dicit. Exiit de terra Chaldæorum & venit in Mesopotamiam, & de Mesopotamia in terram repromissionis, & iterum in Ægyptũ.

i ¶ *Et de regno ad populum*, &c.] Multa regna transimus, vt perueniamus ad terram repromissionis.

Gen 12.&

20.a k ¶ *Non permisit*, &c.] Pharaonem vt noceret Abraham in Sara, nec Abimelech Isaac in Rebecca.

l ¶ *Et corripuit*, &c.] Et idipsum dicit, Pharaonem & Abimelech.

m ¶ *Nolite tangere*, &c.] De ipsis patriarchis dicit. Erubescant ergo Iudæi, qui dicunt: quoniam si non aliquis vngatur regali vnguento, non potest Christus vocari. Hoc enim dicunt quoniam dominus noster non est Christus: quia non est vnctus vnguento regali. Ecce ante legem patriarchæ non vncti regali vnguento, Christi dicuntur: Christi autem sunt qui Spiritu sancto vnguntur. Ergo & dominus noster iustè vocatur Christus. Quod illi negant, euntes contra scripturas.

n ¶ *Et vocauit famem super*, &c.] Sæpius euenit, vt quæ putantur contraria esse, hæc prouidentia Dei pro vtilitate fiãt. Nisi enim fratres Ioseph zelati fuissent eum, si non vẽdidissent eum: quomodo descenderet in Ægyptum? Si non fames facta fuisset, quomodo patriarchæ descenderent in Ægyptũ, C & cognoscerentur à fratre suo? Quomodo Pharao percuteretur decẽ plagis? Quomodo exirẽt de Ægypto? Quomodo in eremo de petra exirent aquæ? Quomodo mysteria quæ in deserto facta sunt in figura, nos ea spiritualiter intelligeremus? Si nõ Iudas dominũ prodidisset: quomodo nos saluaremur? Si nõ Iudæi crucifixissent & increduli fuissent: quomodo nos crederemus? Ioseph ergo iuit in Ægyptũ præparare hospitiũ & alimenta fratribus suis.

o ¶ *Misit*, &c.] Ipsũ dicit Ioseph.

p ¶ *In seruum*, &c.] Bene natus & sanctus vir venditur.

q ¶ *Humiliauerunt*, &c.] Quia noluit consentire dominæ Ægyptiæ. *Humiliauerunt in cõpedibus pedes eius*, sed non potuerunt iustitiam humiliare: Sedecim enim annorum cum esset, adamatus est à domina, & in tali ætate constitutus, quæ magis voluptati dedita est, noluit consentire iniquitati: sed magis timuit periculum animæ.

r ¶ *Ferrum*, &c.] Ferrum ipsũ dicit peccatum quod occidit animam. Aliter: Quia in periculo erat, accusatus à domina in tali crimine. Ardebat enim domina in eum, sicut scriptũ est: *Omnes adulterantes, sicut clibanus corda ipsorum.* Osee 7.a

s ¶ *Donec*, &c.] Verbum ipsius domini dicit: qui eũ liberauit.

t ¶ *Eloquium*, &c.] Nisi eum inflammatus esset Spiritu sancto, non poterat libidinẽ vincere. Spiritus enim domini inflammauit eum, & extinxit ignem libidinis. D

u ¶ *Misit*, &c.] Secundum literam Pharao misit & soluit eum. Aliter: Si aliquis tentatur à libidine, nisi dominus apparuerit & soluerit eum, non potest effugere peccatum.

x ¶ *Princeps*, &c.] Rex ac princeps, pater accipitur, vt illud: *Rex magnus super omnem terram*, & illud: *Dominus princeps noster: dominus iudex noster.* Ipsa ergo misit angelum suum, Psal 46.c qui reuoluit lapidem ab ostio monumenti, & dissoluit sudaria funeris eius. Ipse quoque paterna virtute, deuicta morte, Matt. 28 a ab inferno remissus est. Nihil hîc negligenter sentiendum, aut putandum: quia ab angelis suscitatus est *Minoratus est enim paulo minus ab angelis*, cum vt homo suscepit mortẽ. Nã Psal. 8.b in resurrectione vt deus verus, angelico vsus est ministerio. Regnũ hoc ac principatus, nec ad Pharaonẽ pertinebit, qui exterminator est, nec ad illũ qui tãtũ princeps coquorũ est.

y ¶ *Constituit*, &c.] Ecclesiæ eius sanguine acquisitæ.

z ¶ *Et*, &c.] Quam à diaboli abstraxit potestate.

a ¶ *Vt erudiret*, &c] Principes ac seniores erant populorum apostoli, & sui à proprietate dicti, non à principatu quos ipse sacris erudiuit eloquiis. Nam & ipsos sacerdotum principes ac populorum seniores sæpius docens, erudiuit in templo: cum eis diuinas aperuit scripturas.

b ¶ *Et intrauit*, &c.] Omnis qui cœperit Deum videre mente, vel vitia supplantare in tribulationem descendit, & inter gentes aduersas inhabitat.

c ¶ *Et auxit*, &c.] Quoniam in septuaginta quinque animabus descenderunt in Ægyptum, & sexcenta millia exierunt de Ægypto. Vide mysterium. Qui quondam erant numero breui: nunc autem aucti & firmati dicuntur. Augentur autem & confirmantur iusti à domino, ne eis aduersæ Deut 10.b præualeant potestates.

d ¶ *Conuertit*, &c.] Scilicet vt contemplarẽtur iniquitates eorũ.

a ¶ *Misit.*

E

[a] Misit Moysen seruum suum, Aaron quem elegit ipsum. [b] Posuit in eis verba signorum suorũ, & prodigiorum in terra Cham. [c] Misit tenebras, & obscurauit, [d] & non exacerbauit sermones suos. [e] Conuertit aquas eorum in sanguinẽ, [f] & occidit pisces eorum. [g] Edidit terra eorũ ranas: in penetralibus regum ipsorum. [h] Dixit, & venit cynomyia, [i] & cinifes in omnibus finibus eorum. [k] Posuit pluuias eorũ grandinem, [l] ignẽ cõburentẽ in terra ipsorũ. [m] Et percussit vineas eorũ, & ficulneas eorũ: & contriuit omne lignũ finiũ eorum. [n] Dixit, & venit locusta & bruchus: cuius nõ erat numerus. Et comedit omne fœnũ in terra eorum, & comedit omnem fructũ terræ eorum. [o] Et percussit omne primogenitum in terra eorum: primitias omnis laboris eorum. [p] Et eduxit eos cum argento & auro, & non erat in tribubus eorum infirmus. [q] Lætata est Ægyptus in profectione eorũ: quia incubuit timor eorum super eos. [r] Expandit nubẽ in protectionem eorum, & ignem vt luceret eis per noctẽ. [s] Petierunt, & venit coturnix: [t] & pane cœli saturauit eos. [u] Dirupit petrã, & fluxerunt aquæ: abierunt in sicco flumina. [x] Quoniam memor fuit verbi sancti sui: quod habuit ad Abraham puerum suum. [y] Et eduxit populum suum in exultatione, & electos suos in lætitia. [z] Et dedit illis regiones gentium, & labores populorũ possederunt. [a] Vt custodiant iustificationes eius: & legem eius requirant.

b ¶ Halleluia. Halleluia.

PSALMVS CV.

CONfitemini [c] domino quoniam bonus: [d] quoniam in sæculum misericordia eius. [e] Quis loquetur potentias domini: [a] auditas

a ¶ *Misit Moysen seruum suum: Aaron*, &c.] Legem vtique & sacerdotium.

b ¶ *Posuit in eis verba*, &c.] Attende o Iudæe, qui secundum literam dicta intelligis: Nunquid Moyses & Aaron in terra Cham acceperunt mandatum de signis, & non potius in terra Madiam? Aut in terra Cham fecerunt prodigia, & nõ in Ægypto? Sed vt intelligas hæc per legem & sacerdotium vsque hodie inter gentes incredulas agi: ideo propheta terram posuit Cham.

c ¶ *Misit*, &c.] Cœperunt eis exponere arcana mysteriorum Dei, & claritas mundanæ sapientiæ obscurata est. Sic enim alibi: *Comprehendam sapientes in astutia eorum.* 1.Cor. 3.d

d ¶ *Et exacerbauit*, &c.] Quia duri eis erant: sicut quosdam euangelium dixisse refert. *Durus est hic sermo: quis eum audire possit?* Ioan 6.f

e ¶ *Conuertit*, &c.] Vt qui seducendo sanguinem effuderãt paruulorum, ipsi deinceps pro aquis cruorem haurirent. Sed maxime hic versiculus hæreticos respicit.

f ¶ *Et occidit*, &c.] Qui inter fluctuosas huius mundi felicitates regnum esse putabant.

g ¶ *Et dedit terra*, &c.] In ranis, poëtarum carmina designantur: qui à catholica regula discrepantes, regum terrenorum corda, deceptionum fabulis replent.

F

h ¶ *Dixit*, &c.] In cynomyia, id est canina musca, quæ in cœno ac stercore volutatur, luxuriam indicat, quæ plerumque compressa pullulat. Sicut Petrus, inquit, Apostolus: *Canis reuersus ad vomitum, & sus lota à squalore cœni.* 2.Pet. 2.a

i ¶ *Et cinifes in omnibus*, &c.] In cinife, dialecticæ artis stimulus intelligitur: quæ licet paruum videatur habere seductionis aculeum, grauissime tamen sauciat mentes humanas.

k ¶ *Posuit pluuias eorum grandinem.*] Vt diuinis arguerentur verberibus.

l ¶ *Ignem*, &c.] Non illuminantem, sed vrentem: quia sanctus ignis iustos illuminat, peccatores exurit.

m ¶ *Et percussit*, &c.] In vineis ficulneisque ac reliquis lignis, omne humanum genus ostendit plagis cœlestibus verberatum, ob emendationis causam.

n ¶ *Dixit*, &c.] In fœno fructuque reliquo terræ, castigationem humanam docet. Datur enim potestas aduersæ parti, vt noceat hominibus, qui nolunt agere pœnitentiam, sicut Apocalypsis docet. Apoc.9.d

o ¶ *Et percussit*, &c.] Principalia vitia, quæ homines ceu primogenitos diligebant.

p ¶ *Et eduxit*, &c.] His plagis Ægyptum, id est, vel hoc sæculum, vel humanam carnem verberat. Sed educuntur animæ in argento confessionis lucidæ, & auro puritatis splendidæ: sublata omni infirmitate peccati.

q ¶ *Lætata est Ægyptus*, &c.] Cohabitante enim luce, non poterant opera tenebrarum exercere: quia omnis *qui male agit, odit lucem.* Ioan 3.e

r ¶ *Expandit nubem in protectionem eorum, & ignem vt luceret eis*, &c.] Nubem & ignem, Spiritum sanctum dicit: qui nos & ab æstu diei defendit, & in nocturnis tenebris illuminat.

G

s ¶ *Petierunt*, &c.] Ex hac enim coturnice saturatus Israël nauseat. Vnde cauendum est: ne qui se senrit liberum ex Ægypto, illuminatum à Spiritu sancto: rursum desideret ollas Ægypti, id est, concupiscentias carnis, quæ ei generant fatuitatem, vel vitia. Quia *nemo ponens manum in aratro, & respiciens retro, aptus est regno Dei.* Luc.9.g

t ¶ *Pane cœli*, &c.] Sicut enim illi de cœlis fluente manna refecti sunt: ita nos hodie in ecclesia, corpore agni accepto reficimur.

u ¶ *Disrupit petram*, &c.] Percussus est enim ille lapis pretiosus, angularis, & immensos nobis protulit fontes, qui nostros errores abluunt, & ariditates irrigant.

x ¶ *Quoniam memor*, &c.] Impleuit enim non de seminibus: sed de semine eius, id est, de Christo promissionem suam. Nam Deus natus ex Virgine: sua morte deuicit mortem: per quam nunc quod Abrahæ promissum erat in spe, ecclesia suscepit in specie.

y ¶ *Et eduxit*, &c.] Semper enim victores ac liberi, canticum in lætitia & exultatione concelebrant: sicut Moyses, Maria, vel Debbora.

z ¶ *Et dedit*, &c.] Animas sanctas & corpora, in quibus prius peccatum regnabat.

H

a ¶ *Vt custodiant*, &c.] Vt cum iustitia viuant, & mysteria legis diligenter intelligant. Et nos dominum deprecemur, vt deletis gentibus noxiis coram facie nostra, ipse dux nostri fiat itineris, vt in eo iugiter exultantes, in terram repromissionis mereamur induci: & in regno eius asciti, valeamus cum sanctis eius lætitia sempiterna gaudere: quia ipsi est cum æterno Patre & Spiritu sancto honor & gloria in sæcula sæculorum.

b ¶ *Halleluia*, &c.] Iste psalmus pœnitentes roborat, negligentes arguit, misericordiam repromittit. Hanc regulam debemus tenere. Vbicunque duo halleluia præscribuntur in psalmo, vt vnum de fine sciamus esse prioris psalmi, & alterum eius qui sequitur.

PSALMVS CV.

c ¶ *COnfitemini*, &c.] O vos qui grauiter peccatis, & desperatis de vestra salute, & putatis quoniam propter magnitudinem peccatorum non potestis veniam adipisci: ego vobis præcipio, hoc est, propheto: confitemini domino quoniam bonus. Grandia sunt peccata vestra: sed magnus est dominus, qui miseretur vestri. Confitemini ergo domino. Pœnitentiam agite, nolite desperare de salute vestra: benignus est dominus. Confitemini domino qui habetis grandia peccata. Nolite confidere in vestra virtute: sed in misericordia domini.

d ¶ *Quoniam*, &c.] Videte quid dicat in sæculum. *In inferno autem quis confitebitur domino?* Nemo est enim qui possit in inferno agere pœnitentiam. Dum estis in hoc sæculo: hortor vos agere pœnitentiam. Confitemini ergo domino: quoniam in isto tantum sæculo misericors est. Hîc misereri potest pœnitenti: quia ibi iudex est, non est misericors. Hîc misericors est: ibi iudex est. Hîc porrigit manum cadenti: ibi sedet iudex. Hoc autem totum dixi eos qui dicunt, quoniam in inferno est pœnitentia. Psal.6.b

e ¶ *Quis loquetur potentias domini.*] Nemo dignus est

A prædicare potentias patris nisi filius. Nemo potest potentiã patris loqui, nisi ille qui & ipse potens est. Potentias potentis ipse qui potens est, potest prædicare & loqui.

a ¶ *Auditas faciet*, &c.] Antequam dominus noster in euangelio prædicaret, laudes patris non erant auditæ in mũdo. Omne quod in lege veteri scribitur, si spiritualiter intelligatur, hoc potest de patre intelligi.

b ¶ *Beati*, &c.] Rectè Dauid id dicere poterat, & ipse iudicium fecerat & iustitiam: sed quoniam non fecit in omni tẽpore, propterea cecidit. Quid enim dicit? Beati qui custodiũt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore? Quid.n. prodest alicui viginti annis esse in continentia, & postea cadere? Secundum quod scriptum est in propheta: non proderit iusti- (Ezec 33.) tia iusti: In quacunque die errauerit, nõ eum liberabit nec saluabit. Et peccatum peccatoris non ei nocebit: in quacunque die conuersus & agat pœnitentiam. Neque iustus debet esse securus, neq; peccator desperare debet de sua salute. In vtroque enim eorum & timor est, & spes. Qui facit iustitiam. Iustitia dominus noster est. Iustitia enim domini: dominus noster dicitur, & saluator. Beatus ergo qui facit iustitiam, hoc est, qui facit Christum. Quomodo ergo facimus Christum,
B hoc est, iustitiam? Si iuste agimus, concipitur in nobis iustitia, & paritur ex nobis iustitia, & sumus mater iustitiæ. Felix est & beatus qui omni tempore & pater & mater est iustitiæ.

c ¶ *Memento nostri domine in beneplacito*, &c.] Quod dicit beatus Dauid, hoc est: Scio domine veterem legem? Beatitudo perfecta non est in veteri lege, sed in euangelio. Scio quoniam prior populus offendit te, & nouus populus creatur qui seruiat tibi. Scio quia veniet filius tuus, & saluabit omne genus humanum, & credent in eum qui electi erunt. Propterea ergo rogo, quoniam ego prius natus sum in veteri lege, vt imputes mihi mercedem cum nouo populo. Videtur nostra esse sententia hæc. Legamus ipsos versiculos, & inueniemus sensum esse quem diximus.

d ¶ *Visita nos in salutari tuo.*] Hoc est, in filio tuo, quando venerit.

e ¶ *Ad videndum in bonitate*, &c.] Hoc est, da nobis patrẽ cum apostolis. Quoniam nos quidem antecessimus eos in tempore: illi vero antecedent nos in spiritualibus, hoc est, vt videamus bonitatem tuam quam facturus es cum electis tuis.

f ¶ *Ad lætandum in*, &c.] Gens domini nos sumus: si tamen gens ipsius sumus. Populo, inquit, qui nascetur, quem fecit dominus.

g ¶ *Vt laudemur cum*, &c.] Hoc est, vt cum euangelio & nos habeamus partem, qui in veteri lege facti sumus participes. Abraham enim pater noster vidit diem tuum, & gau- (Ioan 8) sus est. Videamus ergo & nos, & gaudeamus cum hæreditate tua.

h ¶ *Peccauimus*, &c.] Filij secuti sumus patres. Hoc fecimus quod & patres nostri fecerunt. *Omnes enim sub peccato* (Gal 3.) *conclusit, vt omnibus misereretur.*

i ¶ *Iniuste egimus: iniquitatem*, &c.] Diligenter animaduertite quid dicat: *Peccauimus cum patribus nostris, iniuste egimus, iniquitatem fecimus.* Nunquid dixit impie egimus?

[a] auditas faciet omnes laudes eius? [b] Beati qui custodiunt iudiciũ, & faciunt iustitiam in omni tempore. [c] Memento nostri domine in beneplacito populi tui: [d] visita nos in salutari tuo. [e] Ad videndum in bonitate electorum tuorum: [f] ad lætandũ in lætitia gentis tuæ, [g] vt lauderis cum hæreditate tua. [h] Peccauimus cum patribus nostris: [i] iniuste egimus iniquitatẽ fecimus. [k] Patres nostri in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua, [l] non fuerunt memores multitudinis misericordiæ tuæ. [m] Et irritauerunt ascendentes in mare rubrũ. Et saluauit eos propter nomẽ suum, vt notam faceret potentiam suam. [n] Et increpuit mare rubrum, & exiccatum est: [o] & deduxit eos in abyssis sicut in deserto. [p] Et saluauit eos de manu odientium, & redemit eos de manu inimici. [q] Et operuit aqua tribulantes eos: vnus ex eis nõ remansit. [r] Et crediderũt in verbis eius, & laudauerunt laudẽ eius. [s] Cito fecerunt, obliti sunt operum eius: [t] & non sustinuerunt consilium eius. [u] Et concupierunt concupiscentiam in deserto, [x] & tentauerunt Deum in inaquoso. [y] Et dedit eis petitionem ipsorum, & misit saturitatem in animas eorum. [z] Et irritauerunt Moysen in castris: Aaron sanctum domini. Aperta est terra, & deglutiuit Dathan: & operuit super congregationẽ Abiron. Et exarsit ignis in synagoga eorum: flamma combussit peccatores. [b] Et fecerunt vitulum in Horeb, & adorauerunt sculptile. Et mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnũ. [c] Obliti sunt Deũ qui saluauit eos: qui fecit magnalia in Ægypto: [d] mirabilia in terra Chã: terribi-

C Aliud est peccatorem esse, & iniustum: aliud est esse impium. Peccator frequẽter vincitur infirmitate corporis: impius autem negat Deum. Propterea ergo quoniã ego non sum impius, sed peccator: propterea audeo rogare pro peccatis meis.

k ¶ *Patres*, &c.] Viderunt, & non viderunt. Viderunt carnalibus oculis, & spiritualibus oculis non viderunt. Non dixit, non viderunt: sed, non intellexerunt. Illi enim viderunt mirabilia, & non intellexerunt. Nõ enim ea spirituali contemplabantur intuitu.

l ¶ *Et non*, &c.] Qualiter eos de manibus inimicorum eripuisti. Sed hodie quoque mirabilia facis domine, cum nos à tenebris mundi ereptos dignaris illuminare.

m ¶ *Et irritauerunt*, &c.] Facta sunt enim hæc in Israel. Sed animaduertendum est: quia quod ibi fuit vmbra, in ecclesia veritas est est completa. Igitur baptismus, vel crux Christi, pereuntibus stultitia est. Irritatur ergo ab his Deus, cum non intelligunt. Eruditi autem tunc cognoscent potentiam Dei. Mare autem duas habet intelligentias: baptismum scilicet & sæculum.

n ¶ *Increpauit*, &c.] Desistit coram populo Dei procellorum sæculum, cum cognouerit fontem vitæ.

o ¶ *Et deduxit eos*, &c.] Tanquam si per sicca deserti gradiãtur: ita nullis sunt fluctibus occupati. (Exod. 14.)

D p ¶ *Et saluauit eos de manu odientium, & redemit eos de manu inimici.*] Liberatio ac redẽptio hominis: per passionem Christi facta est.

q ¶ *Et operuit aqua tribulantes eos*: &c.] Sic & nunc in nostro baptismo fit. Abluitur homo aquis, & perit diabolus cum satellitibus suis.

r ¶ *Et crediderunt*, &c.] Quia victores erant.

s ¶ *Cito fecerunt, obliti sunt*, &c.] Multi enim in ecclesia malè viuendo & non rectè sentiendo de Deo perdunt baptismi gratiam.

t ¶ *Non sustinuerunt*, &c.] Vt custodirent vitam quam prius elegerant.

u ¶ *Et concupierunt*, &c.] In solitudine istius sæculi.

x ¶ *Et tentauerunt*, &c.] Siccitas enim eis erat, quia non cognoscebant sancti Spiritus irrigationem, in columna nubis, quæ præcedebat eos.

y ¶ *Et*, &c.] Vt spirituali cibo poculoque reficerentur.

z ¶ *Et*, &c.] Legem vtique & sacerdotium stulti irritant: cum Dei præcepta per eos nuntiata non audiunt.

a ¶ *Aperta*, &c.] Facta sunt hæc secundum literam. Sed & nunc eos deuorat terra, & exardet ignis, qui terrena sapiunt & recedunt à mandatis Dei: quos non illuminat gratia Spiritus sancti: sed accendit flamma peccati.

b ¶ *Et fecerunt vitulum*, &c.] In Deo enim debuerat esse gloria eorum: sed relicto eo, simulacro muto & surdo dantes gloriam, dicebant: *Hi sunt dij tui Israel.* Sic & nũc si quis (Exod 32.) relicta ecclesia sortes phytonesque consulit: mutatur gloria eius & similis pecudi fit: sicut quondam Nabuchodonosor. (Dan 4.)

c ¶ *Obliti sunt Deum*, &c.] Vt ea plagis verberata populum liberaret.

d ¶ *Et mirabilia*, &c.] Cum deelictis gentibus, ipsos in eorum terra plantauit.

^a^terribilia in mari rubro.[b] Et dixit vt disperderet eos: si non Moyses electus eius stetisset in cōfractione in cōspectu eius. Vt auerteret irā eius ne disperderet eos,[c] & pro nihilo habuerūt terrā desiderabilē. [d] Non crediderunt verbo eius, [e] & murmurauerunt in tabernaculis suis, nō exaudierunt vocē domini. [f] Et eleuauit manū suā super eos, vt prosterneret eos in deserto. Et vt deiiceret semen eorum in nationibus, & dispergeret eos in regionibus. [g] Et initiati sunt Beelphegor, & comederūt sacrificia mortuorū. [h] Et irritauerūt eū in adinuentionibus suis,[i] & multiplicata est in eis ruina. [k] Et stetit Phinees & placauit, & cessauit quassatio. Et reputatū est ei ad iustitiā in generatione & generationem vsq; in sempiternum. [l] Et irritauerunt eū ad aquas cōtradictionis, & vexatus est Moyses propter eos: quia exacerbauerunt spiritū eius. [m] Et distinxit in labiis suis: [n] non disperdiderunt gentes quas dixit dominus illis. [o] Et cōmixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorū, & seruierūt sculptilibus eorū, & factum est illis in scandalū. [p] Et immolauerūt filios suos, & filias suas dæmoniis. [q] Et effuderunt sanguinē innocentem, sanguinem filiorum suorum & filiarū suarum, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaan. [r] Et infecta est terra in sanguinibus; & contaminata est in operibus eorū, & fornicati sunt in adinuentionibus suis. [s] Et iratus est furore dominus in populum suum, & abominatus est hæreditatem suā. [t] Et tradidit eos in manus gentium, & dominati sunt eorū qui oderūt eos. Et tribulauerunt eos inimici eorū, & humiliati sunt sub manibus eorum: [u] sæpe liberauit eos. [x] Ipsi autem exacerbauerunt eum in consilio suo, [y] & humiliati sunt in iniquitatibus suis. [z] Et vidit cū tribularentur, & audiuit orationem eorum. [a] memor fuit testamenti sui, [b] & pænituit eum secundum multitudinē misericordiæ suæ. Et dedit eos in misericordias, in conspectu omnium qui ceperāt eos. [c] Saluos fac nos domine Deus noster, & cōgrega nos de nationibus. [d] Vt confiteamur nomini sancto tuo, & gloriemur in laude tua. [e] Benedictus dominus Deus Israël: à seculo & vsque in sæculum, & dicet omnis populus fiat, fiat.

a ¶ Halle-

E

Exod 14. a ¶ *Et terribilia, &c.*] Vt Pharaone extincto, siccum populis præberet incessum.

b ¶ *Dixit, vt disperderet, si non Moyses electus eius stetisset in confractione, &c.*] Attende hæc ô sacerdos. Perierat enim populus, nisi Moyses confregisset iram omnipotentis Dei, & tu cum videris populum Dei delinquentem, cane tuba: annuntia eis delicta eorum, & sta in confractione ad Deum, vt auertatur furor eius ab eis.

c ¶ *Et pro nihilo habuerunt terram desiderabilem.*] Quia istam transitoriam diligebant.

d ¶ *Et non crediderunt in verbis eius.*] Quibus promisit regna cœlorum.

e ¶ *Et murmurauerunt in tabernaculis suis, &c.*] De murmuratione enim apostolus docet dicens:
1 Cor 10 d *Nolite murmurare sicut quidam ex ipsis murmurauerūt, & à serpentibus perierunt.* Non ergo murmuremus, ne nos dæmones venenosis morsibus sauciant ac depascant.

f ¶ *Eleuauit manum suam super, &c.*] Dispersi sunt enim Iudæi
Ephes. 4 e in diuersis partibus. Sed & ille dispergitur per diuersa, qui circunfertur omni vento doctrinæ, & in Deo in firma non consistit statione.

g ¶ *Et initiati sunt Beelphegor, &c.*] Qui Deo se consecrare debuerant, idolo consecrati sunt. Et qui panem viuum esurire debuerant, mortuorum sacrificia comederunt.

F

h ¶ *Et irritauerunt eum in adinuentionibus suis.*] Quia peruersi erant.

i ¶ *Et multiplicata est, &c.*] Ruina est cum parietes domorum ruunt: quæ tunc multiplicatur, cum fuerint à fundamentis euersi. Ergo isti cum fundamento, id est, cum ipsa legis litera in qua se putabant stare, diruti sunt: quia stabiliti non fuerunt super petram.

k ¶ *Stetit Phinees, & placauit, &c.*] Superius dixit Moysen in
Num. 25. confractione stetisse: hîc autem Phineen exorasse dicit. Quod diligēter ausculta sacerdos cui animæ commendatæ sunt: euan-
2. Tim. 4. gina gladium: interime fornicatores, hoc est, profer verbum: insta importune opportune, argue, increpa obsecra, cum omni patientia & doctrina, vt tibi reputetur ad iustitiam. Quia qui reddideris pretiosum ex vili, sicut os meum eris, ait dominus Deus.

l ¶ *Et irritauerunt, &c.*] Aquæ contradictionis, aquæ baptismi accipiomur: ad quas diabolo contradicitur & operibus eius. Post quas si quis se coinquinauerint vitiis, vexatur sacerdos, pro eo quod exacerbauerit spiritum Dei, per quem
1 Cor. 12 g Ephes. 4 g ille prædicat: sicut Paulus dicebat: *Quis vritur, & ego non vror?* De hoc etiam spiritu testabatur dicens. *Nolite contristare Spiritum sanctum Dei: in quo signati estis in die redemptionis.*

m ¶ *Et distinxit, &c.*] Vt iugiter supplicaret pro eis.

n ¶ *Non, &c.*] Idololatriam, vel diuersa facinora.

o ¶ *Et commixti sunt inter gentes, &c.*] Sicut enim sacerdoti exorāti pro populo ad iustitiam reputatur: ita his qui in desideriis phanaticis conuersabantur, in scandalum.

G

p ¶ *Et immolauerunt filios suos & filias suas dæmoniis.*] Sensus & animas suas.

q ¶ *Et effuderunt sanguinem innocentem, & sanguinem filiorum suorum & filiarum suarum, sacrificauerunt sculptilibus Chanaan.*] Tunc enim animæ sanguis effunditur, quando homo idolis deditus è Dei cultura recesserit.

r ¶ *Infecta est terra in sanguinibus, & contaminata est in operibus eorum, & fornicati sunt in, &c.*] Tabe enim iniquitatis inficitur terra, cum diuersis fornicationibus corpus hominis inquinatur. Ideo & ira Dei in impios sæuit, vnde sequitur.

s ¶ *Et iratus est furore dominus in populum suum, & abominatus est hæreditatem suam.*] Quia reliquit eum. Et quæ quondam fuerat plebs Dei: facta est caterua diaboli.

t ¶ *Et tradidit eos in manus gentium, & dominati sunt eorum qui oderunt eos, &c.*] Sed dices tu ô homo: Non est recta via domini: qui nos in tantis malis inclinari permisit. Sed quæso perspice: quia pro suis peccatores criminibus inclinātur & Deus tanta pietate præditus est, vt semper dignetur impartiri præsidium, sicut sequitur:

u ¶ *Sæpe, &c.*] Semper ille liberat, & tu non corrigeris? Adhuc plaga illata in ianuis astat, & tu non emendaris?

H

x ¶ *Ipsi autem, &c.*] Quod habuerunt, vt relicto eo Idola sequerentur.

y ¶ *Et humiliati, &c.*] Iam hi non à Deo, sed à suis delictis humiliantur. Sed præcurrit solita miseratio, dicente propheta.

z ¶ *Et vidit cum tribularentur, & audiuit, &c.*] Docet enim & te quod si conuersus ingemueris: protinus appropinquant celsis auribus eius preces humilitatis tuæ.

a ¶ *Memor, &c.*] Quod cum Abraham initium fidei nostræ pepit..

b ¶ *Et pænituit eum secundum multitudinem misericordiæ suæ, & dedit eos in misericordias in conspectu omnium, &c.*] Super pœnitentes enim pœnitet Deus de malitia, quam locutus fuerat vt faceret, & non fecit, constituens te in sino Abrahæ patris tui, cuius es fidem secutus. Ideo & propheta exultans ait.

c ¶ *Saluos nos fac domine Deus noster.*] Ne nobis vitia dominentur.

d ¶ *Et congrega, &c.*] Quia gens Hebræorum in regionibus est dispersa.

e ¶ *Vt confiteamur nomini tuo, &c.*] In filio vtique: quia nomen filij laus tua est.

f ¶ *Benedictus dominus Deus, &c.*] Merito benedictus in sæcula, per quem facta sunt sæcula, & non solum facta sunt, sed etiam redempta. Qui & nunc nos recreare dignetur in salutari, id est, in Christo Iesu domino nostro: cui est cum ipso & Spiritu sancto honor & gloria in sæcula sæculorum, Amen.

A

a ¶ *Halleluia.*] Iste psalmus omnem causam conditionis humanæ, quam vel delinquendo sumpsit, siue pœnitendo suscepit: siue multitudinem miserationum Dei (vt in præsenti ait: quis sapiens & custodiet hæc, & tunc intelliget misericordias domini) narrare dignoscitur: sed & repulsionem Iudæorum & vocationem gentium euidentissime pandit.

a ¶ Halleluia.

PSALMVS CVI.

CONfitemini [b] domino quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia eius. [c] Dicant qui redempti sunt à domino: quos redemit de manu inimici. [d] de regionibus congregauit eos, [e] A solis ortu & occasu: ab Aquilone & mari. [f] Errauerũt in solitudine in inaquoso: viã ciuitatis habitaculi non inuenerũt. Esurientes & sitientes, [g] anima eorum in ipsis defecit. [h] Et clamauerũt ad dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum eripuit eos. [i] Et eduxit eos in viam rectã, vt irent in ciuitatem habitationis [k] Cõfiteantur domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominum. Quia satiauit animam inanem, & animam esurientem satiauit bonis. [l] Sedentes in tenebris & vmbra mortis: vinctos in mendicitate & ferro. [m] Quia exacerbauerunt eloquia Dei, [n] & consilium altissimi irritauerũt. [o] Et humiliatum est in la-

PSALMVS CVI.

COnfitemini b. &c.] Ideo cõfitemini ei peccata vestra: quia bonus est, & peccata dimittit. Si autem bonus non esset, non vobis diceret, confitemini. Et confitemini ei: quoniam in sæculum misericordia eius. Hic est misericordia: cæterum supra iustitia est. *Quoniam in sæculum misericordia eius.* Quamdiu estis in sæculo, confitemini.

c ¶ *Dicant qui redempti sunt à domino:* &c.] Proprie de vocatione gentium loquitur. Iste enim psalmus eorum habet sacramentum, qui redempti sunt in domini passione Dicant qui redempti sunt. Ipse est enim saluator, & redemptor, & pretium. Dicant qui redempti sunt. Ipse redemit: ipse dat pretium sanguinem suum. Quare autem dedit pretium sanguinem suum? Vt redimeret nos de manu inimici. Captiui enim tenebamur in manu diaboli. Propterea autem ille venit & redemit nos, vt liberaret de diaboli manu. Quos redemit de manu inimici, vt destruat inimicum & defensorem. Inimicus homo superseminauit zizania. Inimicus autem diabolus est. Inimicus est ipse & possessor. Propterea manu sua nos tenet: non quia diligit, sed quia odit. *Quos redemit de manu inimici.* Grandis maiestas, & grandis potentia sanguinis domini, qui soluit manum diaboli. Quomodo enim sũt aliqua animalia, quæ stringunt aliquid intra se inclusum, quod dicunt & medici & physici, vt nisi fractum fuerit à se non diuidunt, nec dimittit illud quod intrinsecus clausum tenet: si autem missum fuerit oleum, statim dissoluitur, & quod strictum fuerat dissipatur, & diuiditur in partes: sic & manum durissimam diaboli soluit sanguis Christi. Nolebat nos dimittere diabolus: Sanguinem suum fudit dominus quasi oleum misericordiæ, & per ipsum nos liberauit.

B

d ¶ *De regionibus,* &c.] Vide quã grandis sit manus diaboli. Quos redemit de manu inimici. Hos autem quos redemit de manu inimici, in cunctis regionibus tenebantur in manu inimici. De regionibus congregauit eos. In toto orbe manus diaboli possidebat nos.

e ¶ *A solis ortu & occasu: ab Aquilone,* &c.] Videtur quidẽ quatuor dixisse climata: orientem, occidentem, meridiem, & Boream: hæc sunt quatuor climata mundi. Sed non ita psalmus continet. Hic enim habet: A solis ortu & occasu: Ecce duo climata. Ab aquilone hoc est, à septentrione: Ecce tria climata. Et mari. Mare vtique in occidẽte est Ergo videte quoniam occidentem bis nominauit, & meridiem nec semel. Quare igitur tria climata nominauit, & vnũ noluit nũcupare? Legimus in Habacuc: *Deus ab austro veniet.* De Saluatore dicitur: quoniã Deus natus est in austro. A situ enim Hierusalem: Bethlehem in austro posita est. Propterea dicitur, *Deus ab austro veniet.* Si autẽ Deus ab austro veniet: quomodo nunc dicitur; à solis ortu & occasu & ab aquilone? Auster & Notus tacitus est *A solis ortu & occasu.* Amẽ, amẽ dico vobis: quia multi venient ab oriente & occidente, & recumbent in sinu Abrahæ: Filij autem generationis huius longe erunt. *A solis ortu & occasu* vtique alienigenæ Et ab aquilone. Aquilo durissimus ventus est: nomine autem dexter vocatur. *Ab aquilone,* inquit, exardescent mala super terram. Mare legitur in Numeris & in Exodo, & in omni scri-

Habac 3.a

Matt 8

Hier. 1. c

C

ptura sancta: & vbicunque mare auditis, secundum climata semper intelligitur occidens. A situ enim Hierusalem mare hoc magnũ quod dicitur, in occidẽte est Videte igitur mysterium scripturarũ. In isto loco bis occidens nominatur & nec semel notus. Hoc quare dicitur? Quoniam populus Iudæorum in isto psalmo nõ scribitur vocandus, sed tantũ gentium. Denique quid dicit?

f ¶ *Errauerunt in solitudine in inaquoso: viam ciuitatis habitaculi,* &c.] Et vt sciatis, quia propriẽ de vocatione gentium scribitur, & de expulsione Iudæorum: in sequentibus ipsius psalmi scriptum est: Posuit flumina in desertum, videlicet, Iudæorum. Errauerunt in solitudine in inaquoso. Diximus quæ essent aquæ, diximus quæ essent flumina. Viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt, esurientes & sitientes. Exponamus quomodo gentium populus fuerit in deserto, vbi non erant aquæ, hoc est, in inaquoso: & quomodo viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt, esuriẽtes & sitientes. De quibus dicitur, non inuenerunt, manifestũ est quod quæsierunt viam ciuitatis habitaculi, sed non inuenerunt. Quæsierunt ergo viam per quam venirẽt ad ciuitatem: esurientes quæsierunt & sitientes.

g ¶ *Anima eorum,* &c.] *Defecerunt scrutantes scrutinio.* Defecerunt, quæsierunt, & non inuenerunt; & in esurie sua & siti, viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt. *Esurientes & sitientes* Multi fuerunt qui repromitterent istam viam, quæ deduceret ad ciuitatem. Promisit Socrates, promisit Plato, promisit Aristoteles. Hæmorrousa quæ fluebat sanguine, multos quæsiuit medicos, & à nullo sanari potuit. *Viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt* Doctrina illorũ magis famem faciebat veritatis, quam saturitatem. Hæmorrousa totam substantiam suam impendit in medicos. Esuriens fuit, & sitiens sanitatem, & anima eius in ipsa defecit. Sed quoniam perdiderat suam vniuersam substantiam, hoc est, ecclesia de gentibus congregata: quia anima eius in ipsa defecit, clamauit ad dominum cum tribularetur. Tactus fimbriæ domini, clamor credentis fuit.

Psal 61.b

Luc 8

D

h ¶ *Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur.*] *Ad dominum,* inquit, *cum tribularer clamaui, & exaudiuit me.* Tunc exaudimur à domino, quando non simplex vox, sed tribulatio clamat ad dominum.

Psal 119.a

i ¶ *Eduxit eos in viam rectam.*] Quia viam ciuitatis habitaculi non inuenerũt: propterea deduxit eos in viam rectã. Ergo ostendit quia ante inuenerũt quidem vias, sed prauas & non rectas. *Et deduxit eos in viam rectam.* Via deduxit eos in viam. Ipse dominus atque Saluator deduxit eos in viam rectam: fecit eos vt in se ambularent: Ipse & ductor, & via Et deduxit eos in viam rectam, vt per hanc viam, hoc est, per dominum Saluatorem in ciuitatem habitationis, in ecclesiam eius, quæ fundata fuerat super ipsum & petram, & viam atque ductorem. Simulque considerandum, quia in isto psalmo tertio dicitur.

k ¶ *Confiteantur Domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filiis hominũ. Quia satiauit,* &c.] Eos qui inanes erãt à grana sua, & famem verbi patiebantur, bonis cœlestibus satiauit.

l ¶ *Sedentes in tenebris* &c] Vinctum enim erat genus humanum catenis criminum, & carceri diaboli mancipatum. Et cur hoc accidit; Vide quid sequitur:

m ¶ *Quia,* &c.] Quæ mandauerat, non custodientes.

n ¶ *Et consilium altissimi irritauerunt.*] Quod dederat vt eligerent viam.

o ¶ *Et humiliatum est in laboribus cor eorum.*] Quia non exaltabantur in operibus Dei.

E a ¶ *Infirmati sunt, &c.*] Eo quod in Deum firmi non essent: nec eum requirerent, qui verus est medicus.
b ¶ *Et clamauerunt ad dominum, &c.*] Defecit post originale peccatum, humanum genus: iterata vice non obseruans legem traditam per Moysen, sed & de hac necessitate illud eripuit.

u ¶ *Et exaltati sunt fluctus eius.*] Sospensi sunt, ne nocerent, id est, kunus diabolicæ tentationis murus, quos iniqui commonent super iustos. G
x ¶ *Ascendunt vsque, &c.*] Eleuantur in superbiis suis ad sanctorum iniuriam.

c ¶ *Et eduxit eos de tenebris, &c.*] Et ob id.

d ¶ *Confiteantur Domino misericordiæ, &c.*] Et cui eius, vel misericordiæ confitendæ sint: vel mirabilia prędicentur, sequentia docent.

Luc. 1. g e ¶ *Quia contriuit, &c.*] Visitauit enim nos oriens ex alto, & illuminauit errorũ tenebras, disrupitque catenas legis, vt libero arbitrio seruiremus.

f ¶ *Suscepit eos, &c.*] Obseruauerat igitur diabolus validissimis seris suarum ædium æreas valuas: ne ab eius iure egredi valeret genus humanũ. Quæ omnia, vt diximus, sua Dominus visitatione contriuit, suscipiens eum in se.
g ¶ *Propter iniustitias, &c.*] Vt exaltarentur in eo.

h ¶ *Omnem escam abominata, &c.*] Sed vide qualiter eos liberauerit: quia omne verbum vitæ, quod prophetæ prænuntiauerunt, abominati sunt, & appropinquauerunt morti. F
i. ¶ *Tunc misit verbum suum, & sanauit eos.*] Ipsum filium, qui in principio erat verbum: qui in euangelio sanat omnem languorem, & omnem infirmitatem in plebe.

k ¶ *Et eripuit, &c*] In quibus se ipsi demerserant.

l ¶ *Confiteantur, &c.*] Quibus excelsus se humiliauit, quibus Deus homo factus est quibus immortalis pro mortalium vita subditur morti.

in laboribus cor eorũ, [a] & infirmitati sunt: nec fuit qui adiuuaret. [b] Et clamauerunt ad Dñm eum tribularentur, & de necessitatibus eorũ liberauit eos. [c] Et eduxit eos de tenebris & vmbra mortis, & vincula eorum dirupit. [d] Confiteantur Domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filiis hominum. [e] Quia contriuit portas æreas, & vectes ferreos confregit. [f] Suscepit eos de via iniquitatis eorom: [g] propter iniustitias enim suas humiliati sunt. [h] Omnem escam abominata est anima eorum, & appropinquaueruot vsque ad portas mortis. Et clamauerunt ad Dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberauit eos. [i] Misit verbũ suũ & sanauit eos, [k] & eripuit eos de interitionib. eorum. [l] Cõfiteantur Domino misericordiæ eius, [m] & mirabilia eius filiis hominũ. [n] Et sacrificẽt sacrificium laudis, [o] & annuntient opera eius in exultatione. [p] Qui descendũt mare in [q] nauibus: facientes [r] operationem io aquis multis. [f] Ipsi viderunt opera Domini, & mirabilia eius in profundo. [t] Dixit & stetit spiritus procellæ, [u] & exaltati sunt fluctus eius. [x] Ascẽdũt vsq; ad cælos, [y] & descẽdũt vsq; ad abyssos: [z] anima eorũ in malis tabescebat [a] Turbati sũt, & moti sunt sicut ebrius, [b] & omnis sapientia eorum deuorata est. [c] Et clamauerunt ad Dñm cum tribularentur, & de necessitatibus eorum eduxit eos [d] Et statuit procellam eius in aurã, [e] & siluerunt fluctus eius. [f] Et lætati sunt quia siluerunt, [g] & deduxit eos in portũ voluntatis eorũ. [h] Confiteantur Domino misericordiæ eius, [i] & mirabilia eius filiis hominũ. [k] Et exaltent eum in ecclesia plebis, [l] & in cathedra seniorũ laudent eum. Posuit [m] flumina in desertũ, & exitus aquarum in sitim. Terram fructiferã in salsuginem: à malitia inhabitantium in ea. [n] Posuit desertum in stagna aquarũ, [o] & terram sine aqua in exitus aquarũ. [p] Et collocauit illic esurientes, [q] & cõstituerunt ciuitatem habitationis. [r] Et seminauerunt agros & plãtauerunt vineas, & fecerunt fructum natiuitatis.

y ¶ *Et descenderunt, &c.*] Humiliantur in confessione Et vt intelligas figuraliter hoc de malis hominibus dici, sequitur.

z ¶ *Anima eorum, &c.*] Flõctus enim aquarum, animam non habent. Sed tabescit anima: cum verberata plagis cælestibus, se peccasse & sanctis iniuriam intulisse cognoscat.

a ¶ *Turbati sunt, &c.*] Nihil enim lætum, nihil stabile, nihil sobrium eorum sensum habebat.
b ¶ *Et omnis, &c.*] A sapientia veri Dei: sicut quondam draco Moysi deglutiuit dracones Ægyptiorum. Exod. 7.b
c ¶ *Et clamauerunt, &c.*] Vt relinquẽtes luxuriosam ebrietatem Dei sapientiam sequerentur.
d ¶ *Statuit, &c.*] Vt iam non cum igne & grandine, sed cum suaui sancti Spiritus flamine adueniret.
e ¶ *Et siluerunt, &c*] Pœnitentiam agentes, in tranquillitatem conuersi sunt.
f ¶ *Lætati, &c.*] Illis quiescentibus, hi lætantur. H
g ¶ *Et eduxit, &c.*] De his quiescentibus fluctibus, appo-suerunt integram voluntatem ad eum deduci: qui mitigans fluctus, verus est portus. *Et de necessitatibus eorum liberauit eos.* Ne ab his æstibus quaterentur.
h ¶ *Confiteantur, &c.*] Quibus protegit genus humanum.

i ¶ *Et mirabilia eius filiis, &c*] Quia mirabiliter hos compescuit fluctus.
k ¶ *Exaltent eũ in ecclesia, &c.*] In congregatione fidelium.

a Et

m ¶ *Et mirabilia, &c.*] Quia inferni æreas portas vectesque confregit: quia redijt victor ad superos: quia remeauit ad cælos.
n ¶ *Et sacrificent, &c.*] Cessent hirci & vituli: quia Deus sacrificium de puro corde requirit.
o ¶ *Et annuncient opera eius in exultatione.*] Cum gandio cunctis choris annuntient: qualiter eos sua visitatione saluarit.
p ¶ *Qui descendunt mare.*] Id est, sæculum.
q ¶ *In nauibus*] In ecclesiis, quæ Christum portant, & à fluctibus mundi tunduntur.
r ¶ *Facientes operationem in aquis multis.*] Io populis. Sed & ad apostolos hæc referenda sunt,

f ¶ *Ipsi viderunt, &c.*] In profunda enim caligine, per eorum prædicationem lumen veritatis illuxit: & viderunt, operante domino, in tenebris densissimis clarere lumen verissimæ Trinitatis.
Mat. 8. c t ¶ *Dixit & stetit spiritus procellæ*] Cessauit mundana tentatio. Sic & in naui dormiens Dominus, cum excitatus à discipulis fuisset, imperauit vento, & mare siluit.

l ¶ *Et in, &c.*] Non in illa cathedra, in qua scribæ & pharisæi sederunt: qui legentes legem, non intellexerunt in ea Dominum nuntiatum; sed in illa in qua eum vel prophetæ, vel patriarchæ, spirituali oculo contemplantes, cognouerunt in miraculis, vel oraculis cecinerunt.
m ¶ *Quia posuit flumina in desertum, &c.*] Meritò exaltandus, meritò laudandus: qui in ecclesia quæ prius fuerat deserta, & odio habita, posuit apostolos: qui eam & consolarentur alloquio, & alluuio fœcundarent. Dedit & in animas sitientium suum verbum, exitus prædicationum, & terram corporis, quæ prius spinas amaritudinis protulerat, fructibus repleuit æternis.
n ¶ *Posuit desertum, &c.*] Præbens in ecclesia baptismum.
o ¶ *Et terram sine aqua in exitus aquarum.*] Prædicatores in nationum ariditate constituens.
p ¶ *Et collocauit, &c.*] Vt bonis cælestibus reficerentur.
q ¶ *Et constituerunt ciuitatem habitationis.*] Animas suas exhibuerunt ab incentiuis vitiorum tutas, in quibus fructus spiritus habitaret.
r ¶ *Et seminauerunt agros, &c.*] Ad apostolos ista referun-

A tur, qui iacerunt semen in corda credentium, de quibus fructum æternitatis accipiant, hoc est, centesimum, sexagesimum, & tricesimum.

Gen. 41. & sequent. a ¶ *Et benedixit eis, & multiplicati*, &c.] Quia quæ erant placita ei, faciebant. Sic & in manu Ioseph benedixit omnia Deus, quia se à prauis cogitationibus & concupiscentiis custodiuit.

b ¶ *Et iumenta*, &c.] Irrationabiles inter eos homines non sunt minorati in inferius, sed in melius reparati. Igitur explicita vocatione ac redemptione gentium, reddit ad expulsionem Iudæorum, dicens:

c ¶ *Pauci facti sunt*.] Eo quod non fuissent in his multiplicata opera Dei.

d ¶ *Et vexati*, &c.] Quia insontem iniqui sunt persecuti.

e ¶ *Effusa est*, &c.] Vt qui Dominum contempserant, ipsi contemnerentur. Et seduxit eos, vana ipsorum simulacra, vnque quæ adorabant.

f ¶ *Et errare*, &c.] Sed docentes eos à via Domini deduxerunt eos in inuio satanæ. Denique deductis istis in inuio, videamus quid fecerit Deus plebi suæ.

g ¶ *Et adiuuit*, &c.] Populum Christianum dapibus satiauit æternis.

B h ¶ Et *posuit*, &c.] Vt audientes vocem veri pastoris, fide sequerentur.

i ¶ *Videbunt*, &c.] Quorum sunt prædicatione conuersi.

k ¶ *Et omnis*, &c.] Diabolus, vel Iudæi, siue hæretici: qui in excelsum iniquitatem loqui præsumpserant.

l ¶ *Quis sapiens*, &c.] Si enim sapienter consideres & spiritualiter intelligas, videbis in hoc psalmo quarto misericordias petitas & clementer indultas: quas & nobis pietate proflua, dignetur quæsitas indulgere, pulsatas aperire, petitas non negare. Ipsi gloria cum æterno patre & Spiritu sancto in sæcula sæculorum. Amen.

m ¶ *Canticum*, &c.] Canticum semper refertur in sensum: psalmus vero refertur in corporalia. Vt autem manifestius dicamus, canticum in theoriam refertur: psalmus autem in practicen, hoc est, in opera. Quoniam ergo in titulo scriptum est: Canticum psalmi: rectè & consequenter in secundo versiculo ait: *Cantabo & psallam in gloria mea*.

PSALMVS CVII.

P*Aratum cor*, &c.] Paratus sum non solum opere, sed etiam corde & sensu. Paratum cor meum in sensu: paratum cor meum in opere, hoc est, in practice. Quoniam nō solum corde & sensu: sed & in opere paratus sum. Propterea & secundo dico,

o ¶ *Cantabo & psallam in gloria*, &c.] Cantabo, hoc est, in corde meo, & psallam. Sicut psalterium ex multis chordis compositum est, & si vna chorda fuerit rupta, exterminatur psalterium: ita & in actibus nostris, si vnum mandatum prætergressi fuerimus psalterium nostrum rumpitur. Ideo dixit: *Cantabo & psallā in gloria mea*. In aliis codicibus legitur, in gloria tua. Sed melius est secundum Hebraicum legere, in gloria mea. Quod dicit, hoc est: Cātabo & psallam in gloria mea: Hoc domine quod tibi psallo, quod tibi canto: non tibi gratiam facio, sed mihi. In alio enim psalmo dicit: *Quoniam* Psal 15. a. *bonorum meorum non eges*. Quod ergo facio, pro me facio. Quod ergo seruio tibi, gloria mea est. Ieiunamus: Nunquid aliquid Deo donamus? Pro peccatis nostris hoc facimus. Iacemus in sacco. Quid ex hoc præstamus domino? Hoc tantùm illi præstamus, vt saluemus animas nostras. Ipse enim

[a] Et benedixit eis, & & multiplicati sunt nimis, [b] & iumenta eorum non minorauit. [c] Et pauci facti sunt, [d] & vexati sunt à tribulatione malorū & dolore. [e] Effusa est contemptio super principes eorum, [f] & errare fecit eos in inuio, & non in via. [g] Et adiuuit pauperem de inopia, [h] & posuit sicut oues familias. [i] Videbunt recti & lætabūtur, [k] & omnis iniquitates oppilabit os suū. [l] Quis sapiens & custodiet hæc, & intelliget misericordias Domini.

m ¶ Canticum psalmi ipsi Dauid.

PSALMVS CVII.

PAratum cor meū Deus, paratū cor meum: [o] cantabo, & psallā in gloria mea. [p] Exurge psalterium & cithara: [q] exurgam diluculo. [r] Confitebor tibi in populis Domine, [s] & psallam tibi in nationibus. [t] Quia magna est super cælos misericordia tua, [u] & vsque ad nubes veritas tua. [x] Exaltare super cælos Deus, & super omnē terram gloria tua, [y] vt liberentur dilecti tui. Saluum fac dextera tua, & exaudi me: a Deus

C hoc desiderat. Sicut bonus & misericors medicus: si aliquem sanauerit, gaudet quidem & ipse, & ille qui sanatus est: ita & Dominus noster.

p ¶ *Exurge*, &c.] O psalterium, ô cithara, facta es, & creata es, vt psallas Deo: exurge & psalle, quare iaces? O monache, qui stas corpore, quare iacet anima tua, & non psallis Domino? *Maledictus homo qui facit opus Dei negligenter*. Si psalterium es, si cithara es: quare surdus es, & non glorificas Deum? Hier. 48. b

q ¶ *Exurgam*, &c.] Deus in tenebris benedici & laudari non potest: sed in luce benedicitur. Rem dico miram: Et si noctè surgimus, Deum in luce benedicimus. Nunquā Christianis nox est: semper Christiano sol iustitiæ oritur. Et hæc quidem secundū Iudæos dicimus. Cæterùm secundum altiorē sensum, Dñs est qui canit: Paratū cor meum Deus, paratum cor meum. Paratus sum hîc: paratus sum in futuro. Saluo & in terris: saluo & in cælis, hoc est, & angelos saluo & homines. *Exurge psalterium & cithara*. Loquitur Dominus suo corpore: Psalterium & cithara, qui descendisti in infernum, & iacuisti: exurge, & lauda Dominum. Et vides quid dicit: Non ipse qui mouet citharam & psalterium laudat; sed ipsa cithara & psalterium, ipsa benedicunt patrem. Ille enim Deus est, & ab aliis benedicitur & laudatur. Corpus autem eius & homo quem suscepit, ipse laudat Dominum. Vt autem sciatis quoniam propheta ex persona Domini loquitur, & non ex memetipso hoc loquor: videte quid sequitur. D

r ¶ *Confitebor*, &c.] Populus autem hic intellige Iudæos.

s ¶ Et *psallam*, &c.] De nobis dicit. Iudæos enim illos dicit, qui primi ex Iudæis crediderunt. Et videte ordinem: Primū laudat Deum in populis, & postea laudat Dominum in nationibus. Primum enim ex Iudæis crediderunt, & postea crediderunt ex gentibus.

t ¶ *Quia*, &c.] Nō est creatura, q̄ nō indigeat misericordia Dei. Vniuersi misericordia Dei indigemus, Gabriel, Michael, Seraphim, Cherubim, potestates, dominationes, sūt quidē sanctæ, sed indigent misericordia creatoris sui. Nō detraho angelis, sed creatorē prædico: Siquidē ipsi angeli libēter audiunt prædicari eorū creatorem. Et aliter possumus dicere. Quoniam misericorditer tua de terra leuat ad cælos.

v ¶ *Et vsque*, &c.] Vbi sunt Iudæi, vbi sunt similes Iudæorum: qui secundum literam tantum sunt intelligentes? Quomodo vsque ad ad nubes est veritas Dei? Filius Dei dicit: *Ego sum via, veritas, & vita*: & descendit in terris, & cum hominibus conuersatus est: Et quomodo vsque ad nubes veritas tua? Manifestus est sensus, quod de apostolis loquitur & de sanctis, vt imbrem suum non pluant super Iudæos, sed super gentes, sicut scriptum est: *Mandabo nubibus meis, ne pluant super Israel imbrem*. In istis ergo nubibus, veritas Dei est. Si autem in istis nubibus veritas Dei est, quomodo Montanus dicit, & Cataphrygæ dicunt: Quod non est reuelatum apostolis, nobis reuelatum est? Ioan 14. a Baruc 3. d Esa 5. b

x ¶ *Exaltare*, &c.] Deus non exaltatur, nisi super cælos: nō exaltatur super terram. Quando terreni sumus, non exaltamus Deum. Si autem de terrenis facti fuerimus cælestes, tūc exaltamus Deum, & dominus noster quando erat in terra, non nos exaltauit. Dicat aliquis: Temerariè loqueris. Siquidem ipse dicit in euangelio: *Quando exaltatus fuero, omnia traham ad me*. Vide quid dicat. Quando exaltatus fuero in cælis, tunc omnia traham ad me. Pius quidem est iste sensus, sed ego aliud intelligo. Quando exaltatus fuero, quando crucifixus fuero, tunc omnes traham ad me. Ioan 12. e

y ¶ *Vt liberentur dilecti tui*] O mira intelligētia. Propterea

crucifi-

[a] Deus locutus est in sancto suo. [b] Exaltabor & diuidam Sicimam, [c] & conuallem tabernaculorum dimetiar. [d] Meus est Galaad, & meus est Manasses: [e] & Ephraim susceptio capitis mei. [f] Iuda rex meus: [g] Moab lebes spei meæ. [h] In Idumæam extēdam calceamentum meum: [i] mihi alienigenæ amici facti sunt. [k] Quis deducet me in ciuitatem munitam? [l] quis deducet me vsque in Idumæā? [m] Nonne tu Deus qui repulisti nos [n] & non exibis Deus in virtutibus nostris? [o] Da nobis auxiliū de tribulatione: [p] quia vana salus hominis.

E crucifigitur Dominus & exaltatur, vt liberentur dilecti eius. *Vt liberentur*, inquit, *dilecti tui*. Exaltare super cælos Deus. Factum est quod petiuimus. Ille exaltatus est, & nos liberati sumus.

a ¶ *Deus locutus*, &c.] Siue in templo, siue in vnoquoque sanctorum, siue in propheta. Auditur in Moyse: auditur in apostolo. Et verius dico: Locutus est, in filio suo. Quid ergo locutus est Deus? Hæc quæ sequuntur.

b ¶ *Exaltabor*, &c.] Propterea, inquit, crucifigor, vt diuidam Sicimam. Sicima interpretatur in nostra lingua, humeri. Humeri autem interpretantur, opera. Sensus ergo iste est. Propterea crucifigor, vt opera mea diuidam sanctis meis: Propterea crucifigor, vt iugum meum suaue, & onus meum leue imponam super ceruices hominum. Fecisti Domine quod pollicitus es. Exaltatus es, & diuisisti Sicimam.

c ¶ *Et conuallem tabernaculorum*, &c.] Verè Dominus & Saluator noster in hanc conuallem lacrymarum, in locum humilitatis nostræ subintrauit, hoc est, in istum mundum: in quo quantumuis quiuis sanctus fuerit, necdum cognoscit
1. Cor. 13. c secundum quod oportet nosse. *Ex parte* enim *cognoscimus, & ex parte prophetamus.*

d ¶ *Meus est*, &c.] Gaudet Dominus noster atque Saluator habens plures diuitias. Galaad interpretatur, transmigratio. Gaudet ergo quando populus ex gentibus migrauit, & venit ad eum. Manasses interpretatur, ex obliuione. Videte
Luc. 15. c igitur quid dicit: Filius ille qui accepit substantiam, & comedit eam, & oblitus mei erat nunc memoratus est mei.
F Et dicitur Manasses, hoc est, ex obliuione: quia non est oblitus, sed remeauit ad suum.

e ¶ *Et Ephraim*, &c.] Ephraim interpretatur, fructifer. Ephraim, inquit, susceptio capitis mei. Susceptionem posuit nunc pro corona. Quod enim in capite ponitur, corona est, & in scripturis diuersis nominibus vocatur. In alio loco
Psal. 99. a / Ibid. 100. a habet: *Scuto circundabit te veritas eius*. Et in alio psalmo: *Qui coronat te in misericordia & miserationibus*. Sicut enim ibi posuit scutum pro corona, ita & hic susceptionem posuit pro corona. Videte ergo quid dicit: Factus es Galaad, factus es Manasses, hoc est, migrasti ad Dominum, & post obliuionem remeasti ad patrem tuum. Esto Ephraim, esto fructifer. Habeto opera bona, & postea eris corona Domini

f ¶ *Iuda rex meus.*] Videte in quanta gloria est, qui agit pœnitentiam. Iudas enim confessio interpretatur.

g ¶ *Moab lebes*, &c.] Grande mysterium in paucis verbis agnoscitur. Rogo vos, diligenter animaduertite: Si quidem & mihi qui loquor, & vobis qui auditis, prodest. Moab in-
Deut. 23. a terpretatur, ex patre. Ab, dicitur pater: Mo, ex. Quis est iste ex patre? Qui perdidit patrē suum, qui reliquit suū patrem: qui nō remeauit ad patrem proprium: nec est dignus vocari Manasses. Quis est iste Moab? Inimicus Dn̄i, de cuius genere vsque ad quartā generationem & decimam, & vsque in sæculum non intrabit in ecclesiā Domini. Quis est iste Moab? Qui ex immunda commixtione nascitur in spelunca tene-
Gen. 19. d brosa. Ex Lot enim & filiabus illius nati sunt duo. Moab & Amon, & Moab maior est filius. Videte ergo quomodo in litera mysteriū absconditur. In tenebris, in spelunca: non in sole, non in luce. Moab ergo diabolus interpretatur, qui oblitus est patris sui. Denique & Abessalon, qui persecutus est patrem suum, & ipse interpretatur diabolus. Iste ergo Moab, quomodo lebes spei Domini est? Lebes interpretatur, olla. Quomodo olla spei Domini est? Ergo ne credibile est, vt Moab qui interpretatur diabolus, lebes spei Domini
1. Tim. 1. d sit? Quomodo spes Dn̄i est? Dicat Apostolus: *Quos tradidi satanæ, vt discāt nō blasphemare*. Diabolus quasi quæstionarius Domini est. Qui non rectè ambulant ad Deum, traduntur
Mat. 5. g diabolo. Quare? Vt pereant in æternum. Et vbi clementia Dei: vbi misericors pater: vbi est *qui facit solem suum oriri super iustos & peccatores, & pluit super peccatores & iustos?* G
Quod dicit, hoc est: Tradidi, inquit, peccatores diabolo, vt ab ipso cruciati, conuertantur ad me. Dicitur & in Hiere- Hier. 1. a
mia: *Quid vides tu Hieremia? Ollam succensam*, inquit. Videte ergo quoniam in ista olla mittuntur carnes. Hoc scriptum Eze. 24. a
est in Ezechiel. Et *mitte*, inquit, *carnes in ollam, vt molles fiant*. Vt dura conuertantur ad Deū, vt ex corde lapideo fiat cor carneum. Et vbi prius nō poterat scribi propter duritiam: postea scribatur propter mollitiem. Succendam, inquit, hanc ollā, & excoquam carnes & ossa, vsque dum amittant omnem humorē & illuuiem. Et videte postea quid dicatur: Et discāt, inquit, quia ego Dominus. Magna misericordia, & magnum sacramentum. Mittuntur carnes in ollam vt excoquantur, & discant quia Dominus est. Multa sunt quæ dicantur de Moab & olla, sed nunc longum est.

h ¶ *In Idumæam extendam*, &c.] Idumæa interpretatur, terrena & sanguinea. Misericors Deus non solum cælestia vult possidere, sed & terrestria.

i ¶ *Mihi*, &c.] De nobis dicit, qui ex gentibus credidimus.

k ¶ *Quis deducet me*, &c.] Nemo Domine. Tu es qui dicis.
Torcular calcaui solus, & de gentibus vir non fuit mecum. Om- Esa. 63. a
nes enim declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui fa- Psal. 13. a
ciat bonum, non est vsque ad vnum. Quis ergo deducet me in ciuitatem munitam? Nemo Domine. Siquidem & Petrus qui promiserat pro te mori, postea te negauit. Quæ est ista ciuitas munita? Infernus, vbi includuntur impij: vnde exire non licet. Et verè ex ista ciuitate, nisi Dominus victor non exiit alter. Et verè ciuitas munita est ista. Moyses de ista ciuitate exire non potuit. Iacob similiter intrauit in hanc ci- H
uitatem, & non est reuersus. Denique dicit ad filios suos:
Lugens descendam ad inferos. Ad inferos autem descendit: Gen. 37. g
quia necdum erat paradisus à latrone apertus. Munita est ista ciuitas ad egrediendum: aperta est autem ad introeundum.

l ¶ *Quis deducet*, &c.] Vbi locus est pœnarum & sanguinis. Idumæa enim interpretatur, sanguinea. Locus occisionis animarum, vbi multæ interficiuntur animæ. Nemo enim victor descendit in infernum, nisi tu solus Domine.

m ¶ *Deus qui repulisti nos.*] Non dixit: qui repellis nos, sed qui aliquando repulisti nos.

n ¶ *Et non exibis*, &c.] Hæc interrogatiuè legenda sunt. Et non exibis Deus in virtutibus nostris? Qui passus es pro nobis, quare non adiuuas nos: sed patens conculcari nos à diabolo crudelissimo? *Et non exibis Deus in virtutibus nostris.* Videte quid dicat: Non dixit: non existi, sed, non exibis Deus in virtutibus nostris. Hoc vult dicere: Quādo laboramus, tunc adiuuat nos Deus. Non est enim volentis neque currentis, sed miserentis est Dei. Videte quid dicat: Non ait: non est iacentis neque dormientis, sed miserentis est Dei. Sed vide quid dicit: *Non est volentis neque currentis, sed miserentis Dei*. Si non ergo voluerimus & cucurrerimus, Deus
nobis nihil proderit. Nostrum est velle & currere, & postea Rom. 9. c
Deus miseretur. Athleta enim dormiens perdit victoriam

o ¶ *Da nobis auxilium*, &c.] Non dixit: da nobis auxilium de delitiis, sed de tribulatione, sicut alius psalmus dicit. *Ad
Dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me*. Non di- Psal. 119. a
xit: cum essem in delitiis clamaui, aut dormiens clamaui. Vis exaudiri à Domino? Esto in tribulatione: clama, & exaudieris. Si quis ergo non est in tribulatione, auxilium Domini inuocare non potest.

q ¶ *Quia vana salus*, &c.] Maledictus homo qui spem Hier. 17. a
habet in homine. Nō est necesse hoc interpretari. Hæc sententia omnibus patet. Aliquis sperauit in imperatore, sperauit in principe, in patre, aut matre, vel in aliquo negotio: subito subtractus est spiritus eius in quē ille sperauit, & euanuit

A salus eius. Non dixit: vana salus hominis, sed salus eius qui sperat in homine.

a ¶ *In Deo, &c.*] Non habeamus spem, nisi in Domino tantùm: Non dicamus: si illud mihi eueniat aut illud, vnde habeo viuere? Respondeo tibi quod maius est. Si persecutio fiat, vnde habes viuere? Semper Christiano persecutio est, semper nuditas proposita est. Nemo ergo debet de vita ista desperare, nemo timeat, nemo debet dicere: Si senuero, vnde habeo viuere? si infirmus factus fuero, vnde viuo? Christũ habes, & times? Si volatilia cæli pascit, dubitas quod possit te pascere? Diabolus pascit suos homines, & Christus non pascet suos seruos? Diabolus facit iudices huius mundi diuites, & Christus non potest facere vt non mendices? Diabolus dat aurum, & gemmas: & Christus panem non potest dare? Nos omnem solicitudinem proiiciamus de cordibus nostris, & dicamus? In Deo faciemus virtutem. Ipse erit virtus nostra: ipse panis noster, ipse erit rector noster.

b ¶ *Et ipse, &c.*] Ipse nos coronat, ipse pugnat nobiscum: magis autem ipse vincet in nobis. Quid enim dicimus? In Deo faciemus virtutem. Quando enim fortes fuerimus, ipse ad nihilum deducet inimicos nostros. Non dixit: pugnabit aut occidet; sed ad nihilum deducet. Ideo eos ad nihilum deducet, vt si voluerint fortes eos faciat, & glorificet eos. Benedicamus ergo Deum: cui sit gloria in sæcula sæculorum, Amen.

B c ¶ *In finem, &c.*] Quod dicit, in finem: intelligamus non de præsenti dici, sed de futuro. Si autem de futuro dicitur, prophetia de Christo est.

hominis. [a] In Deo faciemus virtutem, [b] & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.

c ¶ In finem psalmus Dauid.

PSALMVS CVIII.

DEus [d] laudem meam ne tacueris: [e] quia os peccatoris & os dolosi super me apertum est. [f] Loquuti sunt aduersum me lingua dolosa, [g] & sermonibus odij circumdederũt me, [h] & expugnauerunt me gratis. [i] Pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi: ego autem orabam. [k] Et posuerunt aduersum me mala pro bonis: [l] & odium pro dilectione mea. [m] Constitue super eum peccatorem, & diabolus stet à dextris eius. [n] Cum iudicatur, exeat condemnatus: [o] & oratio

PSALMVS CVIII.

DEus d *laudem* &c.] Hoc est, Iudas me tradidit, Iudæi persecuti sunt, & crucifixerũt, & putauerũt me in finẽ perdere: Tu autem Deus laudem meam ne tacueris. Vniuersa ecclesia per singulos dies laudat Dominum, & completa est oratio Domini dicentis: Deus laudem meam ne tacueris. Vide cuius dignitatis sunt sacerdotes. Sacerdotes loquuntur, & in sacerdotibus Deus laudem filij sui non tacet.

Mat. 14 a — e ¶ *Quia os peccatoris, &c.*] Videamus quomodo os Iudæ proditoris apertum est in Dominum. Venit ad Dominum, vt eum tradat, & dicit. Rabbi, hoc est, magister. Ecce os peccatoris & os dolosi. Ego eum mea clementia volo saluare, & osculum illi porrigo & volo vincere malitiam eius, & ille permanet ad malefaciendum, vt me tradat. Specialiter intel- Ioan. 19 c ligitur de Iuda: generaliter autem de Iudæis, in eo tempore quo dicebant: *Crucifige, crucifige.* Tale os peccatoris in Dominum apertum est. Vt autem videatis quod de omnibus Iudæis dixit, ex consequentibus cognoscetis. Quid enim dicit?

f ¶ *Loquuti sunt, &c.*] Ego pro ipsis crucifigebar, & illi insultabant mihi. Vulnera mea medicina eorum erant, & videbar illis in derisum.

g ¶ *Et sermonibus, &c.*] Non vt credant, sed vt expugnent.

g ¶ *Et expugnauerunt, &c.*] Dupliciter intelligitur gratis, hoc est, sine causa. Nec enim peccaueram, & non merebar vt debellarent me. Quæ autem digna causa erat, vt expugnarẽt me? Quia sanaueram ægrotos eorum: quia mortuos resuscitaueram: quia alia signa feceram. Videte ergo quoniam gratis expugnauerunt eum. Et aliter intelligitur. Voluerunt extinguere & delere nomen meum, & tamen non potuerunt. Quando aliquis aliquem persequitur, & nihil proficit, & non implet desiderium suum, gratis persequitur.

i ¶ *Pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi, &c.*] Pro beneficiis, quæ eis contuleram, ipsi contumelias mihi faciebant. Ego autem quid faciebam? Orabam. Hæc

C sunt arma domini, hæc sint & nostra arma, oratio. Si quando ergo nos persequitur aliquis, & odit nos, dicamus: Pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi. Ego autem quid faciebam? Orabam. Vt eos vincerem? Absit. Dominus non orabat vt vinceret. Sed quid dixit? *Ego autem orabam.* Quid dicebam? *Pater, ignosce eis: quod enim faciunt, nesciunt.* Luc. 23 e

k ¶ *Et posuerunt, &c.*] In cruce positus, rogabam pro crucifigentibus me, & illi dicebant: *Vah qui soluis templum, & in tribus diebus illud reædificas. Salua temetipsum.* Si diligit te pater, veniat nunc, & liberet te. Ego pro ipsis ex mortuis resurrexi, & illi dicunt: *Discipuli illius venerunt nocte, & furati sunt eum.* Mat. 27 e & Mar. 15 a; Mat. 28 a

l ¶ *Et odium, &c.*] Considera ô Christiane: considera ô monache, si dominus persecutorem suum & proditorem osculo suscepit, & pro crucifigentibus eum orat: nos pro fratribus nostris quid facere debemus? Luc. 22 e; Ibid. 23 e

m ¶ *Constitue, &c.*] Quoniam rogaui pro ipsis in cruce, & viderunt vulnera mea? Dedi eis locum pœnitentiæ, & non agunt pœnitentiam, & me nolunt habere regem, habeant regem diabolũ? nolunt habere regem Iesum, habeant regem Barrabam, qui interpretatur, filius patris, hoc est, diaboli. Barrabbas iste quis fuit? Seditiosus & latro. Et verè Barrabbam habent regem, & vsque in hodiernum diem seditiosum & latronem, qui occidit ipsos Iudæos. Barrabbas latro, qui Ioan. 18 g sanguine delectatur, antequam Dominus crucifigeretur: antequam eum crucifigerent Iudæi, inclusus erat. Negauerunt Dominum, & Barrabbas dimissus est. Ex eo enim tempore Barrabbas cœpit in eos habere potestatem: & ille dæ- D mon qui eiectus fuerat de homine, & de illa generatione, & perambulabat in deserto, & locum inuenire non poterat: Luc. 11 c adduxit secum alios septem dæmones peiores se, & intrauit in synagogam: & facta sunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Denique & synagoga Iudæorũ antequã crucifigeret Dñm, erat quidem peccatrix, sed vnum tantùm habebat dæmonẽ. Crucifixit Dñm, & octo simul in eam dæmones ingressi sunt. Impletũ est ergo quod dixit: Constitue super eum peccatorem, & diabolus stet à dextris eius. Quoniam à dextris eius stetit, propterea synagoga siccam habebat manum dexteram, sicut scriptum est in Euangelio. Nos autem oremus, vt Dominus stet à dexteris nostris: diabolus Luc. 6 b autem à sinistris. Scriptum est in Zacharia: *Et ostendit mihi* Zach. 3 a *Dominus Iesum sacerdotem magnum, stantem coram Angelo Domini: & Satan stabat à dextris eius, vt pugnaret cum eo.* Si ergo à dextris diabolus stat, quomodo nunc de Iuda dicit: & diabolus stet à dextris eius? Sed videte quid dicit: Stabat diabolus à dextris Iesu, vt aduersaretur ei, hoc est, dexteræ eius aduersari volebat. Hic autem non dicit, quia pugnare vult: sed quia iam vicerat Iudam. Diabolus ibi contra dexteram desiderat pugnare: hîc autem dominatus est dexteræ Iudæ. Sed & hoc considerandum. In illo tempore stabat à dextris Dñi, vt aduersaretur ei, quando Iesus habebat vestmẽta sordida. Sic enim & ibi scriptũ est: *Et Iesus habebat vestimẽta sordida.* Quãdiu habet Dominus Iesus vestimenta sordida: tamdiu stat diabolus à dextris eius: quamdiu portat peccata nostra: in peccatis nostris aduersatur illi diabolus. Quando autem dicitur in Zacharia: *Tollite vestimenta eius sordida, & induite eum mutatoriis*: continuò dicit Iesus ad diabolum: *Increpet Dominus in te satanas: increpet te qui elegit Hierusalem.* Hoc totum ideo diximus: quia scriptum est: *Et diabolus stet à dextris eius.*

n ¶ *Cum iudicatur exeat condemnatus.*] Non veniat in iudicium, sed in condemnationem. Vbi enim iudicium est, ibi condemnatio: vbi autem condemnatio, iam manifesta est sententia.

o ¶ *Et oratio eius fiat in peccatum.*] Pœnitentia Iudæ, peius peccatum factum est. Quomodo peius peccatum factum est pœni-

oratio eius fiat in peccatũ. [a] Fiãt dies eius pauci, [b] & episcopatũ eius accipiat alter. [c] Fiant filij eius orphani, & vxor eius vidua. [d] Nutantes trãsferantur filij eius, & mendicent: & eiiciantur de habitationibus suis. [e] Scrutetur fœnerator omnem substantiam eius, [f] & diripiant alieni labores eius. [g] Non sit illi adiutor: nec sit qui misereatur pupillis eius. Fiant nati eius in interitũ: [h] in generatione vna deleatur nomẽ eius. [i] In memoriã redeat iniquitas patrum eius in conspectu domini, [k] & peccatũ matris eius nõ deleatur. Fiant cõtra dominum semper, & dispereat de terra memoria eorum, [l] pro eo quod nõ est recordat⁹ facere misericordiã. [m] Et persecutus est hominẽ inopem & mendicum, [n] & com-

E teoria Iudæ fuit, & suspẽdio periit. Et qui proditor domini factus est, hic & interemptor sui extitit. Pro clemẽtia domini hoc dico: quia magis ex hoc offendit dominum, quia se suspendit, quàm quòd dominum prodidit. Oportebat orationem ipsius esse in pœnitentiam, & versa est in peccatum. Vides hæreticum orantem, vides Iudæum, vides Manichæũ: licet ieiunẽt, licet orent; tamen oratio ipsorum vertitur in peccatum.

a ¶ *Fiant*, &c.] Dies eius pauci facti sunt: noctes verò creuerunt. Receptus est enim in dimidio dierum suorum. Sol ab ipso recessit: & ecce tenebræ ei multiplicatæ sunt.

Act. 1.d b ¶ *Et episcopatum*, &c.] Hoc & in Actibus Apostolorum manifestius interpretatum est. Non solum autem in illo tempore de Iuda dictum est: sed vsque hodie dicitur, & vsque in diem iudicij. Si ipse Iudas apostolatum perdidit, custodiãt se sacerdotes & episcopi, vt nõ & ipsi suum sacerdotium perdant. Si apostolus cecidit, facilius monachus potest cadere. Virtus nõ perit licet homo cadat & pereat. Tamen dominus denarios suos dat sub fœnore. Si ille non duplicauerit, accipietur pecunia eius, & dabitur habenti. Pecunia domini otiosa esse non potest.

c ¶ *Fiant filij*, &c.] Videte quia sacramenta sunt quæ dicuntur. Filios Iudæ quos putas? Iudæos: Et Iudæi dicuntur non ab illo Iuda sancto, sed ab isto proditore. Ex illo sancto nos sumus Iudæi spirituales: ex illo autem proditore, isti sũt Iudæi carnales. Denique duo sunt apostoli, qui vocantur Iudæ vocabulo. Vndecimus apostolus est, qui dicitur Iudas

F Iacobi. Duodecimus autem est, & nouissimus: qui vocatur Iudas Iscariotes. Ex illo Iuda Iacobi, nos dicimur Iudæi spirituales: ex isto autem Iscariote, illi dicuntur Iudæi carnales. Ille Iudas pater noster, dicitur Iacobi, hoc est, Iudas filius supplantatoris. Nos enim supplantauimus populũ Iudæorũ, & accepimus primitiua illorum. Illi autem ex Iscariote dicũtur: quod dubium est, an patrem significet, an villã eius. Cæterum quomodocunque interpretatus fueris, merces interpretatur & pretium. Igitur Iudas qui proditurus erat dominum & pretiũ accepturus, de pretio nomen accepit. Licet reddiderit pretium sacerdotibus Iudæorum: sed tamen illi condemnant eum, quoniam nolunt recipere pretium sanguinis. Videte dissensionem pharisæorum, & infelicitatem Iudæ. Si bene emistis sanguinem Iesu, quare non recepistis pecuniam vestram? Si autem non vultis recipere, quoniam pretium sanguinis est: ostenditis vosmetipsos iniuste & inique effudisse sanguinem. Sed vide quid faciũt: Ipsam, inquit, pecuniã non mittunt in corbonam, sed emunt ex ipsa agrũ & appellant eum Acheldemach, quod interpretatur, pretiũ

Mat. 27.a sanguinis. Quare illum emunt? In sepulturam peregrinorũ. Nos beati quibus de pretio sanguinis domini ager emitur.

Deut. 24.a *Et vxor eius vidua.* Synagoga, quæ prima facta est vxor Dei,

Hier. 3.a de qua dixit: *Et dedit illi libellum repudij.* Et iterũ: *Recepi eam, & dixi illi: Cõuertere ad me.* Illa ergo synagoga repudiũ accepit à Saluatore: & facta est vxor Iudæ proditoris. Denique quid fecit? Non accepit dotem, sed dotem marito suo dedit. Iterum autem ille miserrimus Iudas, qui prodidit dominũ, nõ vult accipere malam dotem: sed reddit meretrici vxori malã dotem, quam accepit ab illa. Et quid dicit? Displicuisti priori tuo marito, repudiauit te & proiecit: & dedit tibi libellum repudij. Ego nolo te habere in vxorem. Dedisti mihi pretium, & decepisti me. Et quæ interfecisti dominũ Deum tuum, interficies & me. Non possum enim in scriptura inuenire, quod Iudas habuerit aut vxorem, aut filios.

d ¶ *Nutantes transferantur filij eius & mẽdicent.*] Diligẽter considerate: siquidem difficilia sunt quæ sequuntur. Ex illo tẽpore ex quo Dominus crucifixus est, extunc semper mouentur Iudæi, non stant in suo loco. Denique dicitur & de

Gen. 4.a Cain. *Et exiit, inquit, Cain à facie Dei, & habitauit in terra Nod.* Nod autem interpretatur commotio. Quia egressus G fuerat à facie Dei Cain: rectè non stetit, sed habitauit in terra Nod, hoc est, in commotione. Ita igitur & isti, quoniam crucifixerunt Deum & dominum suũ nutantes transferentur. Non enim sunt in suis locis, sed in toto orbe diuisi sunt. Mẽdicitatem hic dicit diuitiarum spiritualium. Non enim habent prophetas, nõ habent legẽ, non habent sacerdotium, non habent sacrificium: sed verè mendici facti sunt.

e ¶ *Scrutetur*, &c.] Dedisti illi pecuniã dñe: dedisti illi sicut & alijs. Ille autem quid fecit? Nõ ligauit in sudario, & non infodit terræ, & negligens fuit: sed vbi habuit talentum & pecuniã domini, accepit pretium ab inimicis domini, & vendidit dominũ suum. Propterea tibi dico: Domine exige ab illo fœnus pecuniæ tuæ. Luc. 19.d

f ¶ *Et diripiant*, &c.] Fœneratur dominus, manifeste exigit, & quid factum est? Alieni diripient labores eius. Siue de omnibus Iudæis generaliter intelligimus: quia vastati sunt à Romanis. Siue specialiter, quod à dæmonibus direptus est Iudas, & ipse populus.

g ¶ *Non sit illi*, &c.] In illo tempore non habuit populus Iudæorum adiutorem. Respondete mihi ô Iudæi: Fuistis in Babylonia habuistis ibi prophetas, Daniel, Ezechiel, & reuera idololatræ eratis. Septuaginta annis fuistis in captiuitate, & postea venistis in propria. Ecce nunc quadringenti anni sunt, quare non est missus ad vos propheta? In illo tempore idola colebatis, & miserebatur vestri Deus. Nunc autem non colitis idola, quare dereliquit vos dominus? Ecce quadraginta anni sunt. Sed tunc dereliquistis dominum & idola colebatis: nunc autem Dominum crucifixistis, & interfecistis: & ideo non erit vobis adiutor. H

h ¶ *In generatione*, &c.] O prophetia, ô sacramentum prophetiæ. In generatione vna deleatur nomen eius. Post passionem Domini, quadraginta duo anni transierunt, & populus iste deletus est. Siquidem perfecta ætas, quadragesimo anno venit. Post passionem ergo Domini, quadragesimo secundo anno deleta est Hierosolyma. Videte ergo quoniam in generatione vna deletum est nomen eius. Sed & in hoc clementia est Domini. Crucifixerunt eum, & quadraginta duos annos dedit eis ad pœnitentiam. Ego simpliciter dico: Propterea interfecit eos post quadraginta duos annos: quia ex illis qui crucifixerunt Dominum, nemo remanserat ex eis. Iudas maledicitur, vt in Iuda Iudæi maledicantur.

i ¶ *In memoriam redeat*, &c.] Peccauerunt in deserto, dimisisti eis. Nunc reputat illis quod tunc peccauerunt: quoniam Dominum crucifixerunt. Siue aliter interpretemur: Et reputat illis crudelitatem homicidiorum eorum, & nihil eis dimittit.

k ¶ *Et peccatum*, &c.] Quæ est mater Iudæ? Hierusalem, quæ in sanguine gaudet: quæ occidit prophetas, & ipsum dominum suum.

l ¶ *Pro eo quod*, &c.] Videtis quanta clementia Domini est. Videt eum cum ministris venientem, videt eum venientem cum fustibus, & porrigit illi osculum. Ille venit ad prodendum, & dominus osculum dat: vt qui magistrum non timuit, vel clementia vinceretur. Luc. 22.f

m ¶ *Et persequutus est*, &c.] Qui cum esset diues, propter nos pauper factus, Dominus inopem se dicit & mendicum, & quis in diuitiis suis gloriatur? Habetis consolationem pauperes, & Dominus vobiscum pauper est. 2 Cor. 8.

n ¶ *Et compunctum corde*, &c.] Quid est, quod dixit, compunctum corde mortificare? Quod in Euangelio dixit: Tristis est anima mea vsque ad mortem. Et iterum quando

A dixit: *Pater si possibile est, transeat à me calix iste.* Aliter: Hoc dolebat mihi, & cõtristabar pro persequentib. me: quia nolebant pœnitentiã agere. Ego in cruce pendebam: & sanguine meo lauabam sordes eorum, & ipsi nolebant agere pœnitentiã. Hæc erant lacrymæ, hæc compunctio: quoniam persequẽtes me nõ potui saluare.

C Luc. 23. b Mat. 27 g Mar. 15 e ne fratres eius & sorores omnes apud nos sunt? Et iterum: Qui soluis tẽplum, & in tribus diebus ædificas illud. Et iterum: *Videamus si venit Helias saluare eum.* Ille vocabat: *Eli, eli*: quod est, *Deus meus, Deus meus*; & illi Heliam putabant. Videte ineruditos Iudæos. Filius Dei Heliæ auxiliũ petebat?

compunctum corde mortificare. Et dilexit maledictionem, & veniet ei: & noluit benedictionem, & elõgabitur ab eo. Et induit maledictionem sicut vestimentum, & intrauit sicut aqua in interiora eius: & sicut oleum in ossibus eius. Fiat ei sicut vestimentum quo operitur, & sicut zona qua semper præcingitur. Hoc opus eorũ qui detrahunt mihi apud dñm, & qui loquuntur mala aduersus animam meam. Et tu domine domine fac mecũ propter nomen tuũ: quia suauis est misericordia tua. [a] Libera me, quia egenus & pauper sum ego: [b] & cor meũ conturbatum est intra me. Sicut vmbra cum declinat ablatus sum, [c] & excussus sum sicut locustæ. [d] Genua mea infirmata sunt à ieiunio, [e] & caro mea immutata est propter oleũ. [f] Et ego factus sum opprobrium illis: [g] viderunt me, & mouerũt capita sua. Adiuua me domine Deus meus: [h] saluum me fac propter misericordiam tuam. [i] Et sciẽt quia manus tua hæc, & tu Domine fecisti eam. [k] Maledicent illi, & tu benedices: [l] qui insurgunt in me, confundantur: seruus autem tuus lætabitur. [m] Induãtur qui detrahunt mihi pudore, [n] & operiãtur sicut diploide cõfusione sua.

a ¶ *Libera, &c.*] Dominus se pauperem dicit, vt pauperes consolaretur. Cùm hominibus pauper factus est, vt saltem nemo pauperem despiceret.

b ¶ *Et cor, &c.*] Videte quid Psal. 76 a dicat: *Et cor meum conturbatum est intra me.* Ipsum est quod alibi dicit: *Turbatus sum, & non sum loquutus.* Quod turbo, hominis est, vincere autem turbationem & iram, hoc magnæ virtutis est. Propterea dicit & Psal. 4 a propheta: *Irascimini, & nolite peccare.* Irasci, hominum est: non remanere in ira, Christiani est.

c ¶ *Excussus, &c.*] Ego quidẽ veneram, vt protegerem po- Mat. 23. d pulum meum, & dixi: *Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt: quotiens volui congregare filios tuos sicut gallina congregat pullos suos sub alas suas.* Ego veneram vt gallina ad protegendum eos: illi autem inimicissima mente susceperũt me. Ego veneram vt mater, & illi quasi homicidam suum me B interfecerunt. Excussus sum. Quid est hoc? Persecuti sũt me, proiecerunt me. Persecuti sunt me de Nazareth. Veni in Capharnaum, persecuti sunt me. De Capharnaum iui in Bethsaidam, & inde me persecuti sunt. Veni in Hierusalem, nolebam recedere à populo meo, & inde me persecuti sunt, & sic me habebant quasi locustas. Et quid feci? Iratus sum, defendi memetipsum, maledixi eos, & dereliqui illos? Nec vnum horum feci: sed quid feci? Oraui pro ipsis.

d ¶ *Genua mea infirmata, &c.*] Habeto consolationem ô monache, ieiunando: siquidem & dominus hoc fecit. Ego dico quod quando ieiunat monachus, fortior fit ieiunio Et quando infirmantur genua eius ieiunio, tunc maximè roboratur.

e ¶ *Et caro mea, &c.*] Rem videor difficilem dicere, & secũdum literam interpretor, vt ædificem audientes: Ædificat enim me litera. Bonum est ieiunare, bonum est fugere delitias. Antequam veniam ad spiritualem intelligentiam, miror in litera, quod dicit oleum se manducare, Longe est à cæteris desideriis. Hoc totum dixi, quia dixit: Et caro mea immutata est propter oleum. Hoc aliter interpretatus sum. Cæterum quod dicit, hoc est: Oleum, imago claritatis est: oleum quasi esca est luminis. Ita igitur & Iudæi acceperunt à me oleum: acceperunt vitam, acceperunt lumen Ne quis existimet, quod oleum dicat pro misericordia: in Hebræo significat intelligibile oleum Immutatus est, non in gaudium, sed in tristitiam non vt pulchrior inueniatur, sed vt fœdior ap- Esa 53 a pareat. Propterea dicit: *Vidimus eum, & non habebat pulchritudinem.* Quare? *Quia caro ipsius immutata est propter oleum.* Non habebat delitias corporis, sed Dei spiritus. Et nos ergo quando ieiunamus, quando facies nostræ pallidæ sont: quãdo fœdi videmur, cognoscamus nosmetipsos tunc pulchriores apparere Christo. Tales diligit milites Christus, qui ieiu- 1. Cor. 4. b niis vacent. Annona nostra & esca, ieiuniũ est. Quare? Quia in ieiunio victoria est, & in victoria, triumphus. Denique & 2. Cor. 12 e Apostolus: non in saturitate, sed in infirmitate gloriatur. *Quando enim infirmor, tunc fortior sum.*

f ¶ *Et ego factus sum opprobrium illis.*] Vocabant enim me Ioan 8 f Samaritanum, & dicebant: *In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia.* Nonne hic est filius Ioseph fabri? Non

g ¶ *Viderunt, &c.*] Quare mouerunt capita sua? Quia & pedes iam mouerant.

h ¶ *Saluum me, &c.*] Dicit & Ioan. 10 d in euangelio: *Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum resumendi eam.* Et iterum: *Nemo tollit eam à me.* Et quomodo misericordiam petit? Ipse misericordiam petit, & ipse tribuit. Ipse vt homo rogat, & vt Deus tribuit.

i ¶ *Vt sciant, &c.*] Quid est quod dicit? Et sciant quia manus tua hæc, & tu domine fecisti eam? Intelligant Iudæi quoniam ipsi non præualuerunt in me: sed mea & tua voluntas facta est vt patiar, & ego volui pati, propterea dico secundum quod homo sum: Deus meus, vt facerem voluntatem tuam, volui: & tua volũtas erat, & mea vt patiar, non illorum. Ergo non insidiæ & fortitudo fecit: sed ego & tu volumus vt patiar. Tu enim percussisti pastorem tuum, & & oues dispersæ sunt. Hoc scriptum est in Zacharia: *Per-* D Zach. 13 e Mat. 18 a *cutiam pastorem, & dispergentur oues.* Quod vt patiar, mea voluntas fuit & tua. Quod tu voluisti, & ego volui. Oportebat venire scandalum, sed væ per quem venit.

k ¶ *Maledicent illi, &c.*] Vsque hodie hoc fit: Illi maledicunt in synagoga, & dominus benedicit in ecclesia.

l ¶ *Qui insurgunt, &c.*] Illi insurgunt in me; ego autem seruus tuus lætabor. Quare autem seruus tuus? Quoniam qui Phil. 2 a *cum in forma* Dei *esset*, *non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo: sed exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens.*

m ¶ *Induãtur qui detrahunt, &c.*] Valde nobis prodest intelligere quod dicimus. Clementia Dei in hoc apparet, in dicendo induantur. Non dicit, pereant: non dicit, deleantur in æternum. Sed quid dicit? Confundantur, hoc est, intelligant errorem suom & confundantur: & deficiant in pœnitentia. Qui induitur pudore, prope est saluti. Si qois enim verè confunditur, incipit pœnitere. Considerate ô monachi: si aliquando habueritis aliquid contra fratrem vestrum, semper pro ipso rogare debetis dominum. Dominus crucifigitur, & pro crucifigentibus rogat. Vos autem si audieritis Ephes. 5 f verbum malum, ne teneatis iram. *Sol non occidat super iracundiam vestram.*

n ¶ *Et operiantur sicut diploide, &c.*] Diplois, genus est pallij Denique & in Hebraico מעיל mail dicitur. Diplois ideo, quia duplex est pallium. Propterea ego dico tibi domine: Inimici mei sunt Iudæi: persecuti suot me, crucifixerunt me, fecerunt mihi omnia mala, blaspbemauerunt me. Indulge illis: quoniam ego qui passus sum, rogo pro ipsis Et quid rogo? Erubescant & confundantur, & sic saluentur. Nudauerunt me tunica mea, & suam perdiderunt. Da illis cõfusionem, da illis ignominiam, & habeant duplex pallium: hoc est, ne simplicem habeãt cõfusionem, sed duplicem, vt magis agant pœnitentiam. Non dicit contra Iudæos, sed pro ipsis dicit. Creator enim est & illorũ, & noster: nõ enim eos omnino eradicauit. Voltis scire? Petrus ex ipsis erat, & oẽs apostoli ex ipsis erãt. Nos in radicem ipsorum inserti sumus. Nos rami sumus, illi radix. Nõ debemus maledicere radicibus: sed debemus orare pro radicibus nostris. Qui inserti sumus in radicẽ deprecemur domioom, vt sicut hi rami salui

facti

E facti sunt, sic & radix saluetur. Forte aliquis dicat: Tu pro Iudæis oras blasphemis? Ora Dn̄m pro ipsis. Si. n. ipse persecutorum suorum miseretur, quanto magis mei miseretur? a ¶ *Confitebor Domino, &c.*] Hoc post resurrectionem dicitur, & de futura ecclesia cantatur.

sua. [a] Confitebor domino nimis in ore meo, [b] & in medio multorum laudabo eum. [c] Qui astitit à dextris pauperis, [d] vt saluam faceret à persequentibus animam meam.

e ¶ Psalmus David.

PSALMVS CIX.

DIxit dominus domino meo: sede à dextris meis. Donec ponā inimicos tuos, scabellum pedum tuorū. [g] Virgam virtutis tuæ emittet dominus ex Sion: [h] dominare in medio inimicorum tuorum. [i] Tecum principium in die virtutis tuæ: in splendoribus sanctorum: [k] ex vtero

b ¶ *Et in medio, &c.*] Non enim in Iudæa solum, sed in vniuerso orbe, in ecclesia laudabo te.

c ¶ *Qui astitit, &c.*] Diabolus ad dexteram Iudæ stetit. Cæterùm nobis dominus stetit ad dexteram.

d ¶ *Vt saluam, &c.*] Animam, inquit, saluabit. Et alibi dicit: Mat. 26. d *Tristis est anima mea vsque ad mortem.* Qui tristis est, sensum habuit. Insensibilis enim anima, sensum non habet. Insensibilis anima non habet sensum neque dolorem. Vbi enim dolor est & tristitia, ibi sensus est. Si ergo habuit tristitiam, & habuit dolorem: ergo habuit & sensum doloris. Si ergo voluerint nobis dicere: propterea non dicimus eum habuisse sensum, vt non videatur habere peccatum. Nos illis respondeamus. Habuit corpus sicut & nos: aut non habuit? Si dixerint, habuit: respondeamus illis: ergo habuit & passiones corporis nostri. Intelligat vnusquisque quod dico. Si autem negauerint eum habuisse passiones corporis: ergo dicimus illis, quod nec corpus habuit. Et nos dicamus illis: Sicut corpus habuit verum, sicut & nos, & non habuit peccatum corporis: ita & animam veram habuit, & peccata animæ non habuit. Nos ergo confiteamur verum corpus eum habuisse & veram animam. Si enim non suscepit dominus cūcta quæ hominis sunt, non saluauit hominem. Si autem suscepit corpus, animam autem non suscepit: ergo corpus sal-
F uauit, animam autem non saluauit. Nos autē volumus magis saluari animam nostram, quàm corpus. Suscepit ergo Iesus & corpus & animam, vt vtrunque saluet: vt perfectum hominem saluet, sicut & eum condidit. Si ergo dicunt illi: quia ideo dominus non accepit sensum, vt non peccaret: & hoc putant quod quicunque sensum habuerit humanū, vincere eum non potest. Dicāt nobis: Ioannes Baptista habuit sensum, an non habuit? Illo tēpore quo erat in deserto, peccauit? Vtique dicunt quia nō peccauit. Deniq; & Dn̄s noster
Mat. 11. b dicit: *Amen dico vobis: non fuit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista.* Petrus habuit sensum, an non habuit, & cæteri sancti apostoli? Si ergo apostoli vicerunt sensum humanum: dominus timuit accipere sensum, ne vinceretur ab illo? Et dum volunt glorificare Dominum, detrahunt illi. Quomodo illi detrahunt? Vt videatur timere Dominus, quod apostoli non timuerunt. Nos ergo gratias agamus omnipotenti Deo, & dicamus: In sensu tuo non habuisti peccatum.
Ioan. 14. d *Et venit princeps huius mundi, & inuenit in te nihil.* Ita ergo præstes nobis. Sicut in tuo sensu vicisti diabolum, ita & in sensu nostro vince diabolum: vt quemadmodum perfectos nos creasti, perfectos & salues nos. Tu enim es Creator, tu es Magister, tu es Dominus, tu es & qui pro nobis passus es: qui viuis & regnas in sæcula sæculorum, Amen.

e ¶ *Psalmus ipsi, &c.*] Iste psalmus vocem vatis continet de Christo loquentis. Ait ergo propheta.

PSALMVS CIX.

DIxit f *dominus domino: sede, &c.*] David est qui loquitur, propheta, vir sanctus, rex. Rex ergo quid dicit? Rex & propheta, quid dicit? Dixit dominus domino meo. Istum locum Saluator in Euangelio exposuit, dicens: Si Christus est, inquit, filius David, quomodo in spiritu vocat eum dominū? Vides ergo quid dicat: Si filius est David,
Mat. 22. d quomodo vos dicitis: *quomodo in spiritu vocat eum dominū?* Dicat aliquis: Ergo non est filius David? Hoc dicebat de Pharisæis, qui simplicem filium David confitebantur Christum. Ego ad Iudæum & Fotinum hoc ipsum dico: Si filius est David, quomodo vocat filium suum dominum? Qui autem dominum Deum confitetur, & Dei filium (verbi gratia, Manichæus qui negat illum filium David) apud illum probo quod filius David est. Nobis ergo qui filius Dei est, ipse est & filius David. Nō alius filius Dei, & alius filius
G David. Nō facio duas personas in Deo & homine: sed ipse qui filius Dei, ipse est & filius David. Dixit dominus dn̄o meo: sede a dextris meis. In Hebræo primum nomen domi- יהוה
ni, his literis scribitur: quibus de Deo tantùm scribitur. Secundum vero nomen domini אדני
his literis scribitur, quibus solent homines dominum vocare: quomodo & à quibusdam vocatur dominus à seruo, & reges vocantur domini. Vide ergo quid dicat: Dixit dominus domino meo. Huic domino, cui præcipitur vt sedeat. Deus non sedet: assumptio corporis sedet. Huic ergo præcipitur vt sedeat qui homo est, qui assūptus est. Hoc aduersus Arianos dicimus & aduersus eos qui dicunt: maior est pater, qui iubet vt sedeat, quàm ille cui iubetur. Omnia euangelia personant de persona hominis, & nunc non necesse est approbatio: quia omnia quæcunque vilia videntur, referuntur ad hominem, referuntur ad carnem. Nunc de psalmo dicamus.

g ¶ *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus, &c.*] Virgam in Hebræo non tam habet, quàm sceptrum, hoc est, insigne regiæ potestatis. Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Esa. 2. a
Sion: *Ex Sion enim egredietur lex: & verbum* Domini ex Hierusalem.

h ¶ *Dominare in medio inimicorum tuorum.*] Non dicit, interfice inimicos tuos, sed quid? *Dominare in medio inimicorum tuorum.* Inimicis tuis fac vt qui alieni fuerunt, tui esse incipiant. Dominare in medio inimicorum tuorum. Inimici tui, de quibus scriptum est in sexagesimoseptimo psalmo: Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. Isti sunt inimici,
qui in aliena erant potestate. Nunc ergo hoc precatur psalmista: Inimicis tuis dominare: dignare esse dominus inimicorum tuorum. H

i ¶ *Tecum principium, &c.*] Versiculus obscurus est. Videamus diem virtutis domini, vt cum scierimus diem, tunc sciamus quid sit principium: & hoc principium quomodo cum eo sit, & cum eo fuerit: quomodo hoc ipsum principium in die virtutis eius in splendoribus sanctorum est. Hoc ergo principium quod est cum Domino in die virtutis eius: ideo est cum Domino, vt splendeant sancti. *Tecum princi-* Ioan. 1. a
pium in die virtutis tuæ. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum: & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Pater principium, sed & filius principium. Principium enim non habet principium. Si enim habuerit aliud principium, iam ipsum desinit esse principium. Quicquid ergo dederimus patri, hoc damus & filio. Si enim pater in filio, & filius in patre: & omnia patris, filij sunt: & omnia filij, patris sunt: & principium patris, principium filij est. Ergo quod dicit, hoc est: eo tempore quo patiebaris, & di-
cebas: *Pater in manus tuas commendo spiritum meum*: quasi Luc. 23. f
de hominis loquebaris affectu, non quasi imbecillis rogabas. Tecum enim erat principium: tecum enim erat diuinitas: sed propterea deprecabaris auxilium, vt accepto auxilio, dares sanctis tuis: & illi splenderent. Hoc quod dicitur: accipiens dares, nulli scandalum faciat: secundum hominem loquitur. Si enim hominis corpus assumpsit, necesse est vt & hominis verba suscipiat. Homo est Christus, & vere homo est: secundum assumptionem carnis dicimus. Si ergo homo est secundum corpus, vides corpus & non scandalizaris, & miraris, si hominis verbis loquitur? Si autem te scandalizat vilitas corporis, & crux, & iniuriæ, & alapæ, & flagella, & omnis iniuria crucis: si te hoc scandalizat, reuertere ad principium, & non scandalizaberis. Dicit enim pater ad filium.

k ¶ *Ex vtero ante luciferum, &c.*] Miraris si Dominus noster atque Saluator qui verè hominem assumpsit, loquitur secundū hominem: cum ipse Deus pater qui non assumpsit hominē, loquitur quasi homo; *Ex vtero ante luciferum ge-*

A *nui te*? Non habeo vterum: sed nō possum me aliter indicare
patrem, nisi hominis verbis locutus fuero. Ex vtero ante Lu-
ciferum genui te. Ex vtero, de mea substātia. Ex vtero. Audi
Eunomi: audi Ari. Si creatura est Dñs, si factura, nūquid ar-
tifex generat opus suum? Nunquid artifex filiū vocat opus
suum? Artifex carpentarius fe-
cit scamnum: Nunquid de vte-
ro illius generauit? Nūquid di-
cit ei: de vtero meo genui te ô
scamnum? Non vtique hoc di-
Ioan 1.b cit. Sed quid dicit? Ego te feci
manu mea. Quando autē vte-
rus dicitur, filius significatur: &
filius non adoptatus. Vocātur
enim & filij adoptati. Quot-
quot enim receperunt eū, dedit eis potestatem filios Dei fie-
ri. Ibi dedit eis potestatem. Hîc verò de vtero generauit: de
sua natura, de suis visceribus, de sua substantia. Ex vtero,
hoc est, de medullis diuinitatis suæ. Totum quicquid pater
est in diuinitate dedit filio, quem generauit. Ex vtero ante
Psal 35.a luciferum genui te. Ante luciferum. Hoc schema, Græcè di-
citur συνεκδοχή, quod dicunt Grammatici à parte totum.
Quando ergo dicitur, ante luciferum, vnam creaturā nomi-
nat, & oēs indicat creaturas. Quando dicit, ante luciferum:
nos sic intelligamus, quasi diceret, ante lunā, ante solē, ante
omnem creaturā Ex vtero ante luciferū genui te. Ante luci-
ferum. Ante istum luciferum, qui videtur in mūdo, vera lux
genita est. Vnde dixit in alio loco psalmus: *In lumine tuo vide-
bimus lumen* Sermo est ad patrē: O pater in lumine filij vide-
bimus lumē Spiritum sanctū. *Ex vtero ante luciferū genui te.*

a ¶ *Iurauit*, &c.] Iurauit Dominus. Hoc quod dicit, iura-
uit: non ei qui ante luciferum genitus est: sed ei iurauit, qui
post luciferum natus ex Virgine est.

b ¶ *Tu es Sacerdos*, &c.] Superfluum est nos de isto versicu-
Hebr.7.a lo velle interpretari, cum sanctus Apostolus ad Hebræos
plenissime disputauit. Ipse enim ait: Iste est Melchisedech,
sine patre, sine matre, sine generatione. Et interpretatur ibi
diligentissime: quare sine patre, sine matre, sine generatio-
B ne. Et ab omnibus ecclesiasticis dictum est: quoniam sine
patre dicitur secundum carnem: sine matre dicitur secundū
Deum. Hoc solum ergo interpretemur: Tu es Sacerdos in
æternum secundum ordinem Melchisedech. Hoc solum di-
camus, quare dixerit secundum ordinem. Secundum ordi-
nem, nequaquam sacerdos eris secundum victimas Iudai-
cas, sed eris sacerdos secundum ordinem Melchisedech.
Gen.14.d Quomodo enim Melchisedech rex Salem obtulit panem &
vinum: sic & tu offeres corpus tuum & sanguinem, verum
panem & verum vinum. Iste Melchisedech ista mysteria
Ioan. 6.f quæ habemus dedit nobis. Ipse est qui dixit: *Qui manduca-
uerit carnem meam, & biberit sanguinem meum.* Secundum
ordinem Melchisedech tradidit nobis sacramentum suum.

vtero ante luciferum genui te.[a] Iurauit Domi-
nus, & nō pænitebit eum: [b] tu es Sacerdos in æ-
ternum secundū ordinem Melchisedech.[c] Do-
minus à dextris tuis: [d] cōfregit in die iræ suæ re-
ges [e] Iudicabit in nationibus, [f] implebit ruinas:
[g] conquassabit capita in terra multorum. [h] De
torrente

c ¶ *Dominus*, &c.] Rem nouam video. Dicitur in princi-
pio: *Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis*: & nunc
dicitur ad eum, dominus à dextris tuis. Si ipse ad dexteram
patris sedet, quomodo rursum pater sedet ad dexteram filij?
Quando.n. dicitur: *Dixit dominus domino meo, sede à dextris
meis*: manifestissimè dicitur, quòd ad dexteram patris sedet
filius. Quando autem dicitur: *Dominus à dextris tuis.* hoc
dicitur, quod ad dexteram filij sedeat pater. Hoc totum pro-
pterea dicitur, vt æqualis sit filius patri. Multa sunt quæ di-
cuntur. Peccatori autem diabolus stat à dextris. Cæterum
illa disputatio alia est. Quicunque peccator est, diabolus ei
stat ad dexteram. Sed dicet aliquis. Quomodo & Iesu filio
Zach.3.d Iosedech in Zacharia dicitur stare diabolus à dextris eius: &
diabolus stetit à dextris Saluatoris? Videtis quia quæstio est.
Sed eo tempore quando stabat diabolus ad dexteram Sal-
uatoris: Iesus, inquit, habebat vestimenta sordida. Nostra
peccata portabat, nostris vitiis inuolutus: propterea diabo-
lus stabat à dextris eius.

d ¶ *Confregit*, &c.] Hæc omnia tradita sunt mihi. In mo-
mēto, inquit, horæ, mōstrauit ei vniuersa regna terræ. Regna
Mat 4.a mūdi, diabolus mōstrat. Et quid dicit? Hæc omnia mihi tra-
dita sunt. Si cadens adoraueris coram me, erunt tua omnia.
In die ergo belli, in die certaminis, confringet reges iræ suæ.

C

e ¶ *Iudicabit in nationibus.*] Vide differentias: Reges con-
fringuntur: iudicabit nationes.

f ¶ *Implebit*, &c.] Dominus noster ascendit in crucem, & Luc 2.e
multæ ruinæ factæ sunt. *Iste positus est in ruinā, & resurrectio-* Num 13
nem multorum, & in signum cui contradicetur. Implebit rui- & 32.b
nas. Non credentium, qui non
crediderunt exploratoribus A-
postolis. Et Moyses enim misit
exploratores in mundum. Et
quia non credit populus ex-
ploratoribus, propterea ceci-
derunt in deserto. Vsque hodie
corpora non credentium ca-
dunt in deserto istius sæculi.

g ¶ *Conquassabit*, &c.] Imple-
bit ruinas non credentium: conquassabit capita eorum qui
dubij sunt eorum qui non habent perfectam fidem. Con-
quassabit capita in terra multorum, non omnium. Si enim
dixisset, omnium: nullus de nobis spem haberet. Multorum
dicitur, vt alij relinquantur.

h ¶ *De torrente*, &c.] Quis bibit de torrēte in via? Iste, cui di-
ctū est: Dixit dñs domino meo, sede à dextris meis. Iste, qui
audiuit: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinē Mel-
chisedech. Iste, qui confringit in die iræ suæ reges: qui iudi-
cat nationes, implebit ruinas: conquassabit capita in terra
multorū. Iste quid facit aliud? De torrēte in via bibit. Videa-
mus ante viā, vt postea videamus in via torrētē. Via, sæculū
istud dicitur, per quam ambulauit Denique scriptū est in e-
uāgelio: *Esto consentiens aduersario tuo dum es in via*, hoc est, Mat.5.d
dum ambulas in isto sæculo, & per viā vadis ad eum, qui ve-
ra est via. Vnde dicitur & in centesimo decimooctauo psal-
mo: *Beati immaculati in via.* Beati sunt, qui in istius sæculi
via immaculati sunt, & in isto mundo. Ergo sacerdos secun-
dū ordinē Melchisedech: quoniā venit in via sæculi, & am-
bulauit in via nostra: bibit & ipse de torrente: qui erat in sæ-
culo. Torrens non habet aquas naturales: non habet aquas
quæ semper fluunt: sed habet aquas de tempestatibus, de
pluuiis, de turbine, de procellis. Torrens nunquā est in mō- D
tibus: sed semper in vallibus in præcipitib. locis. Alienas a-
quas concipit & parturit, & tumens vadit. De torrēte in via
bibit. Torrens nunquā habet mūdā aquam, sed semper tur-
bidam. Hoc dicitur: quoniam sæculi istius aquæ semper tur-
bidæ sunt, semper plenę tempestatibus. Vultis scire quomo- Mat 26.d
do de torrēte turbido biberit? Et ipse dicit: *Tristis est anima* Ibid.
mea vsque ad mortem. Et dicitur in euangelio: *Et cœpit*, in-
quit, *contristari & conturbari.* Bibit ergo etiam Dominus
noster de torrēte istius sæculi aquas turbidas, aquas tristes,
aquas quæ non habent lætitiam. Tulit calicem, & impleuit
de torrente mundi; & quoniam turbidæ erant aquæ, dicit:
Pater, si possibile est, transeat calix iste à me. Bibit ergo de
torrente mundi istius: sed non bibit quasi in domo sua, sed
in via ad alia ire festinans. Bibit de torrente in via. Propterea
bibit de torrēte: quia in via erat. De torrente bibit. Si domi-
nus bibit de torrente mundi istius, quanto magis sancti?
Vultis scire quoniam sancti de torrēte bibunt. Dicit & in a-
lio loco: *Torrentem pertransiuit anima nostra.* De torrente in Psal.123.a
via bibit. Diximus de torrente, dicamus etiam & testimo- 3.Reg.17.b
nium. *Torrentem pertransiuit anima nostra.* Vultis scire & a-
lium torrentem? Elias sanctus propheta quando perseque- 3.Reg.19.b
batur eum Iezabel: quando accepit cibum, & quadraginta
diebus transiens, perrexit in eremum: Erat, inquit, in deser-
to, & bibebat de torrente Chobar. Verùm audientes tor-
rentes istius sæculi, nolite desperare. Frequenter hic torrens
deficit. Videtur quidē tumescere, videtur habere aquas mul-
tas: sed cito deficit, si sustineas. Et Elias bibit quidē in deser- Ibid.
to aquam: eo tempore quo erat in tristitia, quo erat in an-
gustia. Dimiserat Iudæam, & perrexerat in montem Sina:
persequebatur enim eum Iezabel, & propterea bibebat de
torrente Chobar. Verùm quia perseuerauit vsque in finem,
propterea defecit aqua torrētis. Et dicitur ad eum à domino
quoniam defecerat aqua torrentis: *Vade*, inquit, *ad viduā in
Sarepta Sydoniorū*, &c. Ecce bibit & Elias de torrente. Sed
ipse dominus atque Saluator bibit & calicem de torrente
Cedron. Sic enim scriptura refert, quando venerunt & cō-
prehenderunt eum. Venerunt, inquit, & comprehenderunt
cum

E eum in torrente &c. Videris quam humilis sit locus torrẽtis, quam confragosus. Cedrõ lingua Hebræa interpretatur, tenebræ. Videtis igitur quoniã torrentes istius sæculi in tenebris sũt. Dñs ergo cũ traditur, nõ traditur sursũ in mõte oliueti, non traditur in templo: sed traditur in torrente, & torrente tenebrarum, hoc est, Cedron. Omnes enim qui odio habent lucem, amãt tenebras. De torrente in via bibit. Quia ergo bibit dñs de torrente, & gustauit mortẽ: propterea exaltauit eum pater, & dedit ei nomen, quod est super omne nomen. Deinde nunc dicitur: *De torrente in via bibit*. Et quia bibit de torrente in via.

Ioan 12 e a ¶ *Propterea*, &c.] Et quid dicit? *Cum exaltatus fuero, omnia traham ad me*. Ille est exaltatus. & nos exaltauit. Istius caput exaltatum est: cæterum draconis capita conquassauit, & cõfracta sunt in mari: *Propterea exaltauit caput*. Non dixit: propterea exaltatũ est caput eius, hoc est, ab alio exaltatus: sed qui se humiliauerat, ipse exaltauit. Ipse enim dicit in euangelio: *Potestatem habeo animã* Ibid.10.d *meam ponendi, & potestatem habeo resumendi eam* Propterea exaltauit caput. Seipsum exaltauit, qui caput est omniũ. Aut certe quod dicit: exaltauit caput, nõ seipsum exaltauit Propterea exaltauit caput. Semper enim ille altus fuit. Sed quan- F do dicit: exaltauit caput, nostrum exaltauit caput: qui deorsum iacebamus in terra, qui curui non poteramus aspicere ad cœlum, sed ad terram. Vultis scire quoniam ipse exalta- Luc 13.b uit caput? Et illam mulierem quam ligauerat diabolus, ipse liberauit. *Exaltauit caput* eius, quæ semper incuruata fuit, & adorauit eum: cui sit gloria in sæcula sæculorum, Amen.

b ¶ *Halleluia*.] Psalmus iste, primus secundum ordinem scribitur literarum: licet multi vigesimum quoque quartum psalmum, & trigesimum sextum scriptum putent in Hebræo secundum ordinem literarum: sed in illis vel desunt aliquæ literæ, vel supersunt: nonnunquam quia cum vnus versus breuis sit, alius infinita longitudine maior est. Ex quo puto magis obseruatione hoc legentium quàm studio scriptoris effectum. Denique & Septuaginta Interpretes: quia aliquis in eis scrupulus nascebatur, in translatione Hebræas literas ponere noluerunt.

PSALMVS CX.

C *Onfitebor c tibi domine in toto corde meo*.] Si non fuisset simplex Dauid, & habuisset dolum, non dixisset: Confitebor tibi domine in toto corde meo. Non labiis tantum, sed toto corde.

d ¶ *In consilio iustorum & congregatione: magna opera*, &c.] Rectorum dicit eorum, qui ante peccatores erant, nunc vero iusti Non est enim mirari. Videtis elephantem & camelum, similiter & muscam & culicem, eandem mobilitatem habere, & spiritum, & membra.

Exod.16 g e ¶ *Escam dedit*, &c.] In fame pauit Eliam: in deserto populo Iudæorum manna pluit, & completum est quod dicitur: *Escam dedit timentibus se*. Hoc secundum literam. Escam au- Ioan 6.d tem dedit panem, qui de cœlo descendit: quo si digni sumus, pascimur. Quanti enim martyres fame corrupti sunt, & nunc sunt cum domino?

f ¶ *Sanctum & terribile nomen eius*.] Sanctum, sanctis: terribile, peccatoribus.

torrente in via bibit: [a] propterea exaltabit caput.

b ¶ Halleluia

PSALMVS CX.

C Onfitebor [c] tibi domine in toto corde meo: [d] in consilio iustorum & congregatione. Magna opera domini: exquisita in omnes voluntates eius. Confessio & magnificentia opus eius & iustitia eius manet in sæculum sæculi. Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator dominus: [e] escam dedit timentibus se. Memor erit in sæculũ testamẽti sui: virtutem operum suorum annuntiabit populo suo. Vt det illis hereditatem gentium: opera manuũ eius veritas & iudiciũ. Fidelia omnia mandata eius, confirmata in sæculũ sæculi. facta in veritate & æquitate. Redẽptionem misit dominus populo suo: mandauit in æternum testamẽtum suum [f] Sanctum & terribile nomẽ eius: [g] initium sapientiæ timor domini. Intellectus bonus omnibus facientibus eum: [h] laudatio eius manet in sæculum sæculi.

i ¶ Halleluia reuersionis Aggæi & Zachariæ.

PSALMVS CXI.

B Eatus [k] vir qui timet dominum: [l] in mãdatis eius volet nimis. [m] Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. [o] Gloria & diuitiæ in domino eius,

[a] &

g ¶ *Initium sapientiæ timor domini*.] Qui non timent dominum, non est in eis sapientia. Aut qui non habent sapientiam, non habent timorem. G

h ¶ *Laudatio eius manet*, &c.] Quoniam in titulo halleluia prænotatum est, iuste in laudatione finit psalmus. Siquidem halleluia interpretatur, laudate dominum.

i ¶ *Halleluia*.] Iste psalmus prouocat nos per timorem Dei in æternæ domus habitatione fundari.

PSALMVS CXI.

B *Eatus k vir*, &c.] Frequẽter dixi, quoniam omnia quæ in persona iusti interpretantur, referuntur ad Christũ. Si enim sancti, typus & figura Saluatoris sunt: si quis verè sanctus est, verbi causa: Isaac typus domini Saluatoris est: Ioseph, Salomon, Dauid, & cæteri sancti. Ergo & iste beatus vir, qui nunc describitur, refertur quidem ad virum iustum. Et vere de viro iusto dicitur: sed iste vir iustus, typus est viri iusti. *Beatus vir qui timet dominũ*. Interim diuisimus psalmum, nunc dicamus de viro iusto: *Beatus vir qui timet dominum*. Psalmus centesimus vndecimus alphabeticus est. Siquidem & centesimus decimus, & ipse sub alphabeto est. Primus versiculus ex Aleph scribitur: *Beatus vir qui timet dominum*. Secundus ex Bet: *In mandatis eius cupiet nimis*. Tertius, ex Gimel: Potens in terra erit semen eius, & vsque ad vicesimam secundam literam Tau. Singulos igitur versiculos, vestris orationibus disseramus. *Beatus vir qui timet dominum*: principium psalmi est, nondum dicit, Beatus vir qui diligit dominum. Virorum enim incipientium, est timere: perfectorum vero diligere. Si- 1.Ioan.4.d quidem *perfecta dilectio foras mittit timorem*. Ergo de principio dicit, hoc est, incipiente viro sancto. Videamus ergo ordinem psalmi: *Beatus vir qui timet dominum*. Qui timet dominum, quid facit? Audit verba Dei, doctus in lege est? Non hoc dicit Quid dicit? H

l ¶ *In mandatis*, &c.] Qui timet dominum qui beatus est, mandata ipsius libenter facit. In mandatis eius cupiet nimis. Videte quid dicat; Non dixit, mandata eius facit. Multi enim ex timore faciunt, & mercedem non habent. Qui enim gehennam timet, & propterea non fornicatur: non habet tantam mercedem, quantam ille qui propter dilectionẽ Dei facit. *In mandatis eius volet*, hoc est, vult nimis, hoc est, mãdata eius facere desiderat. Quomodo aliquis si in æstu b. sit, sitit: ita ille desiderat mandata domini. In mandatis domini volet nimis. Anxiè mandata eius non facit, sed vult, & vult non transitoriè, sed nimis. Tertius versiculus est.

m ¶ *Potens in terra erit*, &c.] Qui mandata Dei fecit voluntarie, dignus est, vt fiat pater sanctorum, breuiter dicimus, ne longius trahatur oratio.

n ¶ *Generatio rectorum*, &c.] Præstet dominus, vt & vos qui me auditis generatio rectorum sitis.

o ¶ *Gloria & diuitiæ in*, &c.] Gloria & diuitiæ. Putamus gloriam & diuitias sæculi dici. Ideo quis facit voluntatem Dei, & mandata eius, vt diuitias mundi istius consequatur: Et certe non facit mandata Dei, nisi diuitias mundi contem- Psal.111.a pserit. *Gloria & diuitiæ in domo eius*. Gloria credentium est, 1.Cor.14 sicut dicit Apostolus: *Nonne vos gloria mea estis* & diuitiæ. Diuitiæ, de quibus dicit ipse Apostolus: quod *diuites facti sitis in omni scientia & iustitia*.

K

[a] & iustitia eius manet in sæculũ sæculi. [b] Exortum est in tenebris lumen rectis: [c] misericors & miserator & iustus. [d] Iocũd[*] homo qui miseretur & commodat: [e] disponit sermones suos in iudicio: [f] quia in æternum non commouebitur. [g] In memoria æterna erit iustus: [h] ab auditione mala non timebit. [i] Paratũ cor eius sperare in domino, [k] confirmatum est cor eius: [l] non commouebitur, [m] donec despiciat inimicos suos. [n] Dispersit dedit pauperibus: iustitia eius manet in sæculum sæculi: [o] cornu eius exaltabitur in gloria. [p] Peccator videbit [q] & irascetur, [r] dentibus suis fremet & tabescet: [s] desiderium peccatorum peribit.

[t] ¶ Halleluia.

PSALMVS CXII.

LAudate [u] pueri Dominum: Laudate nomen Domini. [x] Sit nomen Domini benedictum, [y] ex hoc nunc & vsque in sæculum. [z] A Solis ortu vsque ad occasum: [a] Laudabile nomen Domini. [b] Excelsus super omnes gentes Dominus, [c] & super cœlos gloria eius.

[a] Quis

A a ¶ *Et iustitia eius manet in sæculum sæculi.*] Non dixit: iustitia manet in sæculum, & finem habet: sed manet in sæculum sæculi.

b ¶ *Exortum est in tenebris lumen rectis corde.*] Nos quondã errabamos in tenebris: sedebamus in tenebris, & vmbra mortis: sed lux orta est nobis, secundum Esaiam. Esa. 9. c

c ¶ *Misericors, &c.*] Misericors & iustus. Si peccator es, noli desperare veniam: misericors est. Si vero superbus es, & cõfidis tibi de clementia Dei, noli esse negligens: quia & iustus est. *Misericors & miserator & iustus.* Videte quid fecerit prudentia psalmistæ: Iustitia simplex est, misericordia duplex est *Misericors, & miserator & iustus.* Quia misericors est dominus & miserator, & vir iustus imitetur dominum suum, fit & ipse misericors.

d ¶ *Iocundus homo qui, &c*] Putat aliquis quod de auro dicat & argento, & de pecunia? Iusti in tantum non habuerũt quod aliis commodarent, vt ipsi cibum ab aliis acciperent. Ergo si non habuero quod dẽ, iam non sum iustus? Si non fecero eleemosynam, in iustorũ numero non habebor? Quanti sanctorum fecerunt eleemosynam, sed in sanctitate ruerunt. Perfecti non fecerunt eleemosynas: quia non habebãt vnde facerent. Eleemosynas non facere, crimen habentis est. Cæterum qui nõ habet vnde faciat eleemosynã, liber est. Quantumcunq; dare voluerit, tãtum dedit: quia voto dedit. Tamẽ B habent & sancti vnde faciant eleemosynas. Dicit & Petrus: Act. 3. a *Argentum & aurum non habeo: quod autem habeo, hoc do tibi. In nomine domini Iesu, surge & ambula.* Quid est maius, pecuniam dare, an debilem sanum facere? *Iocundus homo qui miseretur & commodat.* Quæ sunt istæ eleemosynæ: quid sit hoc quod commodat vir iustus, secundus versiculus ostendit.

e ¶ *Disponit, &c*] Non dixit: aurum suum, & argentum, & pecuniam disponit in iudicio, sed sermones suos disponit in iudicio, ista est misericordia: si vir sanctus doceat alios qui non sunt sancti. Disponit sermones suos in iudicio. Intelleximus ergo quæ sunt pecuniæ, quæ commodentur. Verum Mat. 7. a hoc quod dicit, disponit sermones suos in iudicio, hoc est, Psal. 118. b quod dicitur in euangelio: ne mittamus margaritas nostras ante porcos: Hoc est, vt sciat vnusquisque cui tribuit, quid possit accipere, quid non possit. Vnde vir sanctus dicit: *In corde meo abscondi eloquia tua, vt nõ peccem tibi.* Non ea dedi quibus libuit. Non sanctum tuum misi canibus, & margaritas dedi porcis. Grande igitur periculum est doctoris, verba domini porcis effundere. Multa sunt quæ dicantur de psalmo. Sed quoniam excludimur hora, benedicamus omnipotentem dominum, & qui habet tales pecunias, tribuat non habentibus. Qui verò non habet, libenter accipiat. Præstet autem dominus & mihi, vt & ego istas habeam diuitias, vt & non habẽtibus dem, & habentibus diuitias cumulẽ, vt beatitudinem istam, & dicens habeam & audiens. Beatus est enim qui in aures loquitur audiẽtis. Quid enim mihi prodest loqui, si alius verba mea non suscipiat: Quid prodest mittere Ioan. 2. a vinum: si statim quod mittitur, effundatur? Vides quod in euãgelio aqua illa in hydriã mittitur, & in vinum vertitur, & seruatur ne pereat. Miseretur, id est, in corde: & credit, in opere. Bonũ est tribuere substantiã terrenam: sed melius est in annũciandam misericordiam, id est, vt tradas in obliuionem, qui tibi male fecit, hoc est, vt indulgeas qui in te peccaAct. 26. b uit. *Disponit sermones suos in iudicio,* hoc est, iudex suimetipsius est, dicit apud semetipsum. Dominus dixit: si dimittis, dimittetur tibi: si das, dabitur tibi. Quia ille qui sic se iudicat hic in præsenti, Deus illum coronat in futuro.

f ¶ *Quia in æternum, &c.*] Iste talis non commouebitur: quia supra petram fundatus est. C

g ¶ *In memoria æterna erit iustus*] Ille iustus semper in memoria Dei est.

h ¶ *Ab auditu, &c.*] Ab illo, discedite à me maledicti. Mat. 25. d

i ¶ *Paratum cor eius, &c.*] Hoc est, sua spes semper in Deo parata est.

k ¶ *Confirmatum, &c.*] Animaillius in fide.

l ¶ *Non commouebitur.*] De ipsa side ad infidelitatem: quia super petram fundatus est, id est, super Christum.

m ¶ *Donec despiciat inimicos suos.*] Id est, vitia & peccata, omnes hæreses, vel potestatem inimicorum despiciat.

n ¶ *Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet, &c.*] Dispersit, hoc est, partitus est. Nõ dixit, totum da vni homini; sed dicit: *Vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus:* Quia per multos illa partitus est, vel dispersit: quia plus est oratio multorum, quam vnius hominis. Iustitia eius manet in sæculum sæculi, hoc est, opera illius ipsa permanent. Mat. 19. b & Luc. 18. d

o ¶ *Cornu eius exaltabitur in gloria.*] Hoc est, regnum ipsius, exaltabitur in gloria, hoc est, cum Deo erit.

p ¶ *Peccator, &c.*] Quomodo videbit, quia propheta dicit: *Tollatur impius ne videat gloriã* Dei. Tamẽ subsequitur: *Videant & confundantur.* Et alibi: *Videbunt in quem cõpunxerũt,* id est, visuri erunt illam formam serui & hominis, quem dignatus est suscipere de nostra humanitate, sed illam gloriam quam sancti habebunt, nec habebunt, nec videbunt, & quantum videbunt, ad illorum pœnam videbunt. D Zach. 12. c

q ¶ *Et irascetur.*] Hoc est, contra seipsos, eo quod non fecerunt bona. Sera pœnitentia erit illis. Dicturi erunt: *Isti sunt, quos in despectionem habuimus: ecce inter ipsos Dei seruos sunt reputati.* Nihil *profuerunt nobis abundantiæ diuitiarum: Sol non ortus est nobis.* Sap. 5. a

r ¶ *Dentibus suis, &c.*] Per stridorem dentium, frigus intelligitur, vt illud: *Ibi erit fletus & stridor dentium.* Quia & frigus & calor erit ibi, & nulla requies. Mat. & Luc. 13. f

s ¶ *Desiderium, &c.*] Hoc est, omnia bona quæ hic in præsenti habuerunt. Diligenter igitur audiamus verba Dei: cui sit gloria in sæcula sæculorum, Amen.

t ¶ *Halleluia*] Iste psalmus docet nos, vt deposita veteri malitia, tanquam modo geniti infantes in Dei laudibus gloriemur. Ait enim.

PSALMVS CXII.

L*Audate u pueri, &c.*] Hic pueri prouocantur ad laudẽ: de quibus in Esaia Saluator ait: *Ecce ego & pueri, quos mihi dedit dominus.* Ex ore quippe infantium & lactentium laus in Deum plena perficitur. Supr. 8.

x ¶ *Sit nomen domini benedictum.*] Cui omnis creatura benedicit: Forsitan non fuit antea benedictum? Fuit semper, sed tamen antea in vna gente Iudæorum tantummodo illi benedicebant, & credebant: sed modo in omnibus gentibus & creditur, & benedicitur.

y ¶ *Ex hoc, &c.*] Ex hoc, id est, quo inceperunt homines & credere, & laudare. Et nũc, hoc est, in præsenti & vsq; in sæculũ, hoc est, sine fine; Nam & antea semper fuit benedictũ.

z ¶ *A solis ortu vsque ad occasum.*] Id est, ab initio natiuitatis nostræ vsque ad mortem.

a ¶ *Laudabile nomen domini.*] Vt supra dixi.

b ¶ *Excelsus, &c.*] Nunquid antea non erat excelsus? Erat tãtum in Iudæa, modo super omnes gentes. Dicit per prophetam: Quoniam voluit reprobare Iudæos, & eligere gentes.

c ¶ *Et super, &c.*] Hoc est, super sanctos sua gloria.

a ¶ *Quis*

E

[a] Quis ſicut dominus Deus noſter, [b] qui in alris habitat: & humilia reſpicit in cœlo & in terra. [c] Suſcitans à terra inopem. [d] & de ſtercore erigens pauperem. [e] Vt collocet eum cum principibus: cum principibus populi ſui. [f] Qui habitare fecit ſterilem in domo: matrem filiorum lætantem.

g ¶ Halleluia.

PSALMVS CXIII.

IN [h] exitu Iſrael de Ægypto: domus Iacob de populo barbaro. [i] Facta eſt Iudæa ſanctificatio eius: [k] Iſrael poteſtas eius. [l] Mare vidit & fugit. [m] Iordanis conuerſus eſt retrorſũ. [n] Montes exultauerunt vt arietes, & colles ſicut agni ouium. [o] Quid eſt tibi mare quod fugiſti, & tu Iordanis quia conuerſus es retrorſum? [p] Mõtes exultaſtis ſicut arietes, & colles ſicut agni ouiũ. [q] A facie domini mota eſt terra: à facie Dei Iacob. [r] Qui conuertit petrã in ſtagna aquarũ, [s] &

Pſal. 85.b a ¶ *Quis ſicut dominus Deus noſter?*] Ac ſi dicat: Nullus talis. Vt illud, Quis ſimilis inter filios Dei? Et alibi dicit: *Non eſt ſimilis tibi in diis domine.*

b ¶ *Qui in altis, &c.*] In altis, hoc eſt, in ſanctis. Nunquid & Eſa 66.a in humilibus non habitat? Habitat quia & in humilibus reſpicit, vt illud: *Super quem reſpiciam, niſi ſuper humilẽ & trementem ſermones meos?* Quando ſunt alti ſancti? Quando contemplantur de cœleſtibus Et tunc ſunt humiles in terra: quando ſe humiliant in actiua, eleuantur in contemplatiua. Et illi qui hic in terra sũt humiles, apud Deum ſunt alti. Quare non dixit, in humilib. habitat: ſed dixit, reſpicit? Ideo, quia vbi reſpicit, ibi habitat: & vbi habitat, ibi reſpicit.

c ¶ *Suſcitans, &c.*] Et de capite, & de membris intelligitur. Suſcitans, hoc eſt, ſuſcitauit Deus pater Chriſtũ, qui inops & pauper pro nobis factus eſt. Et nos inopes, id eſt, ſine patre diabolo, ſiue matre gentilitate, ſuſcitamur à Chriſto.

d ¶ *Et de ſtercore, &c.*] Quod dixit, terra, hoc eſt, & ſtercus, & quod dixit inopȇm, hoc eſt Eccl.10.b & pauperem. Quia de terra & putredine peccatorum noſtrorum erexit nos, vt illud: *Quid ſuperbis puluis & terra.*

e ¶ *Vt collocet eum, &c.*] Collocauit Deus pater filium ſuũ in cœleſtibus in dextera ſua. Et dominatur ſuper principes, F id eſt, ſuper nouem ordines angelorum, ſecundum illud: Princeps militiæ, vel princeps virtutum ego ſum. Et inſuper ſanctós, & ſua membra collocauit cum ipſis nouem ordinibus angelorum.

Eſa.54.a f ¶ *Qui habitare fecit ſterilem in domo: matrem filiorum lætantem.*] Sterilis, hoc eſt, ſancta eccleſia Vnde in Propheta dicit: Lætare, &c.] Primitus ſterilis fuit ſancta eccleſia: quia non generabat filios, niſi paucos Synagoga habuit virum Deum, ſed tamen paucos generauit. Poſtea eccleſia, quæ ante ſterilis fuerat, in vno die vel duobus, grandes partus fudit, quando generauit octo millia credentium. Et in prophe- Act. 2.g & ſeq. Ibid. 49.f ta dicit: *Qui ſunt iſti, aut quis genuit illos mihi. Fac mihi ſpatium & vrbes vbi habitem.* Et dominus dixit: Ego faciam. *In omnem terram exiuit ſonus eorum*, hoc eſt, in totum mun- Rom.12.b dum. Qui habitare facit ſterilem in domo, hoc eſt, in eccleſia. Et ipſa eſt ſterilis, & ipſa eſt mater, & ipſi ſunt filij, & in ſemetipſa habitat. Hoc eſt ruitas eccleſiæ, vna res eſt, & multa membra: ſed vnum corpus multi ſunt ſunt, vt Paulus dicit, & ibi lætabitur in ſemetipſa, hoc eſt, in vnitate.

g ¶ *Halleluia.*] Iſte pſalmus vocem continet prophetæ, oſtendentis, vt quæ in eo hiſtorice narrantur, ſpiritualiter dicta intelligantur.

PSALMVS CXIII.

IN h *exitu Iſrael de Aegypto: domus Iacob de, &c.*] Iſte pſalmus ſecundum hiſtoriam commemorat, quando filij Exod. 14. Iſrael exierunt de Ægypto. Sed plus pertinet ad ſenſum, quando nos liberati fuimus de Ægypto: hoc eſt, de tenebris ignorantiæ peccatorum noſtrorum per baptiſmum. Domus Iacob de populo barbaro, Liberati fuerũt illi Iſraëlitici de populo barbaro, hoc eſt, de illis gentibus, quæ in Ægypto habitabant. Et ad ſenſum: Domus Iacob, ſupplantatores vitiorum intelliguntur. Liberati ſunt iſti, & nos ſpiritualis domus Iacob liberati ſumus ab illis infidelibus, qui in Gen.32.g infidelitate permanſerunt. Domus Iacob. Primitus fuit vocatus Iacob, poſtea Iſrael. Vnde dixit: *Vidi dominum facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea.* Et dominus dixit ad illum: *Iam non vocaberis Iacob, ſed Iſrael erit nomen tuũ.* Et nos

S.Hieron. Tom. 7.

primitus debemus eſſe Iacob, hoc eſt, ſupplantatores vitiorum, vt poſtea poſſimus eſſe Iſrael, id eſt, animæ videntes Deum, & oculis cordis contemplari Deum: ſecundum illud: Mat.5.a *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.* G

i ¶ *Facta eſt Iudæa, &c.*] In Iudæa primitus fuit ſanctificatio Dei. Sed Iudæa confeſſio interpretatur, id eſt, in illis qui confitentur fidem trinitatis, & veniunt ad baptiſmum, vbi eſt ſanctificatio Dei.

k ¶ *Iſrael poteſtas eius.*] Et poteſtas Dei eſt, vt Iſrael eſſe mereamur. id eſt, animæ videnter Deum, vocemur. Iſrael regnauit in ea.

l ¶ *Mare, &c.*] Mare vidit & fugit, quãdo Moyſes eum populo ſuo venit. Et quomodo Exod.14. vidit? Id eſt, intellexit voluntatem creatoris, & donauit locũ illi populo vt tranſiret. Aliter ſecundum ſenſum: Mare intelligitur gentilitas: vidit, ſanctos prædicatores, ſupplantatores vitiorum, & animæ videntes Deum: fugerunt, id eſt, nõ potuerunt reſiſtere apoſtolis: quia Deus in illis erat.

m ¶ *Iordanis, &c.*] Iordanem Ioſue 3.g conuerſum eſſe retrorſum non legitur in hiſtoria, niſi quãdo cum arca in ipſum intrauerunt: quaſi retrorſum ambulaſſet illa aqua, ſic ſterit quaſi murus, & illa alia aqua perambulauit in mare. Quid ergo intelligitur per hoc? Iordanis interpretatur, deſcenſio eorum. Illi intelliguntur, qui veniunt ad baptiſmum. Quando viderunt martyres pati perſecutiones multas, conuerſi ſunt in mare, hoc eſt, in gentilitate negauerunt. Poſtea dominus per ſuos prædicatores Zach 1.a vocauit illos: *Conuertimini ad me, & ego reuertar ad vos.* Et H conuerſi fuerunt poſtea multi ad Deum. Illa aqua perambulauit in mare: ij ſunt infideles, qui perambulauerunt in mare, id eſt, in mare perditionis.

n ¶ *Montes exultauerunt, &c.*] Exultaueruot ſancti prædicatores, quando viderunt illos conuerſos, qui antea blaſphemi fuerunt. Exultauerunt vt arietes, id eſt, principes gregũ: qui generant filios, id eſt, ſancti apoſtoli. Vnde vnus de illis dixit: *Per euangeliũ ego vos genui.* Vel prædicatores, altioris 1 Cor.4.d meriti intelliguntur, qui modo generant filios per prædicatio- Gal 4.c nem eorum. Vnde Paulus dixit: *Filioli mei, quos iterum parturio, donec Chriſtus formetur in vobis.*

o ¶ *Quid eſt tibi mare quod, &c.*] Propheta per ſemetipſum interrogat, & ipſe reſpondet: ac ſi dicat: Quid tibi fuit gentilitas quod fugiſti? *Et tu Iordanis*, hoc eſt, & vos Chriſtiani: quid fuit quod conuerſi fuiſtis retrorſum? Quare: Vidiſtis ſanctos prædicatores, id eſt, montes: vidiſtis arietes, hoc eſt, ſupplantatores vitiorum, & animas videntium Deum patrem, ideo fugiſtis?

p ¶ *Montes exultaſtis vt arietes, & colles ſicut agni ouium.*] Repetitio eſt.

q ¶ *A facie domini mota eſt terra, &c.*] Expoſuit hoc pro- Pſal. 96.b pheta alio loco cum dixit: Vidit & commota eſt terra. Et poſt paululum ait: *A facie domini*, & reliqua. *Mota eſt terra*, hoc eſt à præſentia Dei: quia Deus in ſuis prædicatoribus erat. Mota fuit gentilitas, à facie Dei Iacob, id eſt, à præſentia illius, quem adorauit Iacob.

r ¶ *Qui conuertit petram in ſtagna aquarum.*] Petra, Chriſtus: & ſecundum hiſtoriam, de petra exierunt flumina. An- Exod.17.b tequam Chriſtus veniret in carnem, non erumperant adhuc tantæ aquæ, hoc eſt, tanta doctrina Poſtea exierunt de Chri- Num. 20.b ſto quatuor flumina, quatuor euangelia, & irrigauerunt totum mundum.

A a ¶ *Et rupem*, &c.] Repetitio est. Rupes sunt qui & petra. Petra dicitor rupis. Et rupem in fontes aquarum. Doctrina multa de Christo. Mare rubrum, quod ideo dicitur, quia sicut sanguis erat illa aqua maris, quæ figurabat baptismum

b ¶ *Non nobis domine*, &c.] Dicunt illi boni Iudæi: Non nostrum meritum nos liberauit, sed tua potestas, vt nomen tuum glorificetur in omnibus gentibus. Vel prædicatores noui testamenti similiter dicunt. Quando faciunt virtutes, Deus per illos facit, vt nomen illius glorificetur, & laudetur per ipsum.

[a] & rupem in fontes aquarum. [b] Non nobis domine, non nobis: sed nomini tuo da gloriam. [c] Super misericordia tua & veritate tua: [d] ne quando dicant gẽtes, vbi est Deus eorũ? [e] Deus autẽ noster in cælo: omnia quæcumque voluit, fecit. [f] Simulacra gentiũ argentum & aurum, opera manuum hominum. Os habent, & non loquentur: [g] oculos habent, & non videbunt, Aures habent, & non audient. nares habent, & non odorabunt, Manus habent, & non palpabunt: pedes habent, & non ambulabunt: non clamabunt in gutture suo. [h] Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. [i] Domus Israël sperauit in domino: [k] adiutor eorum & protector eorum est. [l] Domus Aaron sperauit in domino: adiutor eorum & protector eorũ est. Qui timent dominũ sperauerunt in domino: adiutor eorum & protector eorum est. [m] Dominus memor fuit nostri, & benedixit nobis. [n] Benedixit domui Israël benedixit domui Aaron. Benedixit omnib⁹ qui timent dominũ: pusillis cũ maiorib⁹ [o] Adijciat dominus super vos: super vos & super filios vestros. [p] Benedicti vos à domino: qui fecit cœlũ & terrã. [q] Cœlũ cœli domino: terrã autẽ dedit filijs hominũ. [r] Non mortui laudabũt te domine: [s] neque omnes qui descendunt in infernum. [t] Sed nos qui viuimus, benedicimus domino: [u] ex hoc nunc & vsque in sæculum.

c ¶ *Super misericordia*, &c.] Tua misericordia & tua veritas hoc facit.

d ¶ *Ne quando*, &c.] Propter hoc facit Deus ista mirabilia, vt non dicant gentes, quod nõ potuisset Deus illos saluare. Vel modo in nouo testamento, similiter facit in sanctis suis.

e ¶ *Deus autem*, &c.] Deus in cœlo sursum. Dicunt sancti ad illos infideles, qui idola adorant: Vos vestros deos manu tangitis, & oculis carnalibus cernitis: sed noster Deus in cœlo est sursum. In cœlo & in terra omnia quæcunque voluit, fecit. In his qui cœlestem vitam agunt, & adhuc terrena carne clauduntur, impleuit voluntates suas.

B f ¶ *Simulacra*, &c.] Ideo dicitur simulacrum, quia ad similitudinem alicuius hominis mortui factum sit. Argentum & aurum. Quare non dixit, lapidea, aut ærea, aut fictilia, aut lignea, sed argentea & aurea? Quia præuidebat Spiritus sanctus: quoniam cum exinde increpati essent, quale responsum darent. Ideo posuit aurum & argentum: quia dicerent illi: Non adoro nec ligneum deum, nec lapideum, nec æreũ, sed deum aureum, & argenteum. Dicis illi? Si aurum aut argentum adorasses, non esset talis error. Et dicunt illi: Non adoramus aurum, nec argentum. Ille respondit: Non aurum & argentum, sed Deum meum adoro, qui est in illa imagine, & illam potestatem quæ in ipsa est? Dicis illi: Diabolus ibi est. Ille dicit: Absit. Non volo diabolum adorare. Quomodo non adoras diabolum: quia in alio psalmo legimus: *Omnes dij gentium dæmonia?* Dicit ille. Nec hoc adoro. Quid ergo adoras? Ego solem, lunam, stellas adoro. Isti sunt mei dij: illi me saluant. Dicis illi: Si sol est tuus deus, quare non semper tibi lucet? Dicis ad alterum, qui lunam adorat: Si iste, qui solem adorat, approbat quod integer est suus deus. Tu lunam quare adoras, quare crescit & decrescit tuus deus, & de nocte lucet. Quare non semper tibi lucet: Et in mare quãdo mergeris, tua luna & tuæ stellæ, cur te non liberant, & semper super te lucem dant. Quare addit: opera manuum hominum, argentum & aurum. De terra fodiunt illud homines, & cogunt illud & colorant, & sic euenit pulchrum. Ergo de tuis manibus facis deum tuum quem adoras. Ista ad reuincendum malos dicta sunt.

g ¶ *Oculos habent, & non videbunt. Aures*, &c.] Neque enim est spiritus in ore ipsorum. Dicis illi: Vel si bestiam adorasses, licet malum erat: sed tamen vel oculos habet, vel pedes: sed istud quod adoras nec videt nec audit. Quare addit: non clamabunt in gutture suo? Quia bestiæ clamant voce, sed confusus est clamor eorum. Non intelligis, neque potes per literas vel per syllabas comprehendere, quomodo vocem hominis comprehendis.

C h ¶ *Similes fiant illis qui faciunt ea*, &c.] Similes, hoc est si oculos non emendat: quia vidit illud aurum, illam imaginem. Sed & in anima similis efficitur, dum non emendat: quia nec videt, nec intelligit, nec discernit, dum plus errori credit. Ideo similis dicitur. *Et omnes qui confidunt in eis.* Non solum qui faciunt, sed etiam qui confidunt.

i ¶ *Domus Israel*, &c.] Domus Israël, duodecim tribus Israel. Aaron, tribus Leui non sperauit? Non sperauit in tales deos mortuos, sed in Domino. Domus Israel, animarum domus videntium Deum in domino sperant. Et Aaron, mons fortitudinis, id est, qui fortes & alti sunt in merito, in domino sperant.

x ¶ *Adiutor & protector*, &c.] Illi dij non prosunt, secundum Hieremiæ dictum: hominem non liberant de bello: regem non constituunt: sed iste illos defendit, & protegit, secundum Danielis dictum: vere ipse est Deus deorum, & ipse mutat tempora, & amouet reges, & constituit. Dan. 2. & 4.

l ¶ *Domus*, &c.] Exceptis istis, domus Israël & Aaron, omnes qui illum timent & amant, protegit illos & defendit.

m ¶ *Dominus memor, fuit nostri*, &c.] Memor fuit, quando liberauit filios Israël. Et nos quando quod promisit, impleuit opere. Misit filium suũ, qui carnem suscepit, & nos liberauit. Hoc dico Deum memorare. Et benedixit nos, hoc est, omni benedictione spirituali. D

n ¶ *Benedixit domui Israel, benedixit domui Aaron. Benedixit omnes timentes dominum*, &c.] Id est, altiores merito, & inferiores.

o ¶ *Adiiciat dominus super vos*,] Alios prædicatores. Primitus pauci fuerunt, postea multi effecti sunt in mundo prædicatores.

p ¶ *Benedicti vos à domino: qui*, &c.] Benedicti, hoc est, vos sancti benedicti estis à domino.

q ¶ *Cælum cæli*, &c.] Cœlum cœli, sicut dicit canticũ psalmi, & psalmus cantici. Istud cœlum subiectum est illi cœlo superiori, vbi est firmamentum & inde habet lumen. Et terra iterum subiecta est ad illud cœlum aëreum: exinde habet pluuiam & omnem necessitatem. Secundum sensum, cœlum altius, sancti apostoli: qui ab ipso Christo audierunt prædicationem, & illuminationem Spiritus sancti, acceperunt, & exinde fuerunt edocti. Cœlom iterum successores apostolorum: quibus illi prædicauerunt, & dominus illos in anima illorum illuminauit. Terram autem dedit filus hominum. Hi sunt illi simpliciores, qui tantum incarnationem credunt: qui lac edunt, & nutriuntur per prædicationem, & ipsi qui terreni erant, cœli efficiuntur.

r ¶ *Non mortui laudabunt te domine.*] Hoc est, peccatores. Peccator enim cum venerit in profundum malorum, contemnit.

s ¶ *Neque omnes qui descendunt in infernum.*] Hoc est, habitatores inferni. Prou. 18.

t ¶ *Sed nos qui viuimus, benedicimus dominum.*] Nos fideles qui viuimus, id est, qui fidem & opera habent, ipsi laudant Deum.

v ¶ *Ex hoc*, &c.] Ex hoc, id est, quo incipimus intelligere. Nunc, modo. Vsque in sæculum, sine fine.

a ¶ Hal-

E a ¶ *Halleluia.*] Iste psalmus vocem continet fidelis animæ à Deo peregrinantis, quæ post longos labores ab eo suscipitur.

a ¶ Halleluia.

PSALMVS CXIV.

Dilexi, [b] quoniam exaudiet dominus vocẽ orationis meæ. [c] Quia inclinauit aurem suam mihi. [d] & in diebus meis inuocabo. [e] Circundederunt me dolores mortis', [f] & pericula inferni inuenerunt me. [g] Tribulationẽ & dolorem inueni, & nomẽ domini inuocaui. [h] O domine libera animam meam : [i] misericors dñs & iustus, & Deus noster miseretur. [k] Custodiens paruulos dominus humiliatus sum, [l] & liberauit me. [m] Conuertere anima mea in requiẽ tuã: [n] quia dominus benefecit tibi. [o] Quia eripuit animam meam de morte', [p] oculos meos à lacrymis : [q] pedes meos à lapsu. [r] Placebo coram domino in regione viuorum.

PSALMVS CXIV.

Dilexi, b *quoniã*, &c.] Nõ dixit diligam, sed dilexi. Non promisit se facere, sed testatur se fecisse Dilexi. Quare dilexi? Quoniã exaudiet dñs vocem orationis meæ. Dilexi, transacti tẽporis est, exaudiet autẽ, futuri. Nñ.n. dixit, quoniã dilexi, quod exaudiuit me dominus, sed; dilexi quod exaudiet me dominus.

c ¶ *Quia*, &c.] Quoniam nos parui sumus & humiles, & nõ possumus nos extendere & exaltare, propterea dñs inclinauit aurem suam, & dignatur exaudire nos. Denique, quia nos homines sumus, & dij non possumus fieri: Deus homo factus est & inclinauit se, secũdũ illud quod scriptum est: *Et inclinauit cælos, & descendit.*

d ¶ *Et in diebus meis vocabo te.*] Hic quæritur, quomodo in diebus inuocet, & non inuocet in noctibus. Et quomodo di-
2.Reg.22.a cit in alio loco: *Media nocte surgebam ad confitendũ tibi*: cum sancti in nocte plus soleant orare? Et in alio loco dicitur: *In*
Psal.118 b *noctibus extollite manus vestras in sancta, & benedicite dominum.* Quomodo dicit, & in diebus meis inuocabo? Non di-
Psal.155 e xit inuocaui, sed inuocabo in futuro. Dum enim in hoc mundo sumus, in nocte inuocamus. In futuro in die inuocamus dominum: propterea dixit, in diebus meis. Peccatoribus enim nox est, mihi autem dies.

e ¶ *Circundederunt*, &c.] Videntur mihi dolores mortis, cogitationes esse fœdæ, quando anima cogitat, & peccare de-
F siderat: quando parturit peccata, vicina est morti.

f ¶ *Pericula*, &c.] O nos infelices, & miseros, & lugendos: quia semper nos peccatum quærit. Si autem semper nos quærunt peccata, ergo nos festinemus, vt non nos inueniát. Hæc autem distantia est inter dolores mortis, & pericula inferni. Dolores mortis malæ cogitationes sunt: pericula inferni, opera mala sunt. Et vt ita dicam, illud in theoria, istud in opere, hoc est, in practica. Ibi enim dolor & parturitio: hic autem periculum est vicinum morti

g ¶ *Tribulationem*, &c.] Nouam rem dicit. Non dicit requiem inueni, non dicit lætitiam inueni. Si autem dixisset: inuenit me tribulatio, inuenit me dolor, nõ erat quæstio. Nunc autem quid dicit ? *Tribulationem & dolorem inueni*:
Rom 5.a Hier 6.& 24. Quasi quærens sic inuenit. Non enim inuenitur nisi quod quæritur Sanctus non quærit requiem, sed tribulationem. Nouit enim quoniam tribulatio patientiã operatur: patientia autem probationem: probatio vero spem : spes autem nõ confundit. Tale quid & in Hieremia dicitur: *Tribulationem, inquit, & miseriam inuocaui*: Quoniam inquit, amaro tuo verbo ridebo, hoc est, in hoc sæculo quid aliud volo, nisi tribulationem, vt in futurum requiem habeam & felicitatem?
Exod 15 d Et propterea, inquit, nunc amaritudinem sustineo, vt postea dulciora promerear. Et populus domini de Ægypto egre-
Hier.15.d diens venit in Mara, quod interpretatur amaritudo, & de Mara in Sina, quod interpretatur tentatio. Et iterum Hieremias: *Solus sedebam: quoniam amaritudine repletus eram.*

h ¶ *O domine*, &c.] Proprietatem Hebraicæ linguæ Græcus & Latinus exprimere non possunt Pro (ô) in Hebræo habet אנא ana. Ana autem interpretatur rogo & deprecor. Et quod dicit, hoc est: Deprecor domine libera animam meam. Non est enim vocantis, sed deprecantis affectus. In ingenti enim periculo constitutus est.

i ¶ *Misericors dominus & iustus, & Deus noster*, &c.] Erige aures peccator. Misericors est dominus: sed noli esse negligens, sequitur enim, & iustus. Si multum peccatores: audi, misericors est dominus: si negligens es: audi, & iustus est. Sed videtur quasi æquale esse, misericors dominus & iustus, Verbi gratia: decem partibus est misericors, & decem partib. est iustus, & hoc propter simpliciores ita loquor. Dicat aliquis: Si pensentur peccata mea, nonne possum tanta habere bona, quanta habeo mala? Nunc autem dicitur: quod misericors est & iustus. Est misericors in peccatoribus: iustus in bonis. Incipiunt me grauare peccata mea, & vincit in sua misericordia. Propterea semel iustus posuit, & secundo misericors. Poterat & de præterito dicere. *Et Deus noster*, inquit, *miseretur*, vt semper eum misericordiam ostendat. G

k ¶ *Custodiens*, &c.] Si quis magnus est, & se exaltat, & superbus est: hunc non custodit dominus. Si quis se magnum putat, huius non miseretur dominus: sed si quis se humiliat, huius miseretur, & custodit eum dñs. Siquidem dicit: Ecce ego & pueri, quos mihi dedit dominus. Et iterum.

l ¶ *Humiliatus sum*, &c.] Dupliciter intelligimus: humiliatus sum, & saluauit me. Siue peccaui, & saluauit me: siue cum essem superbus, humiliauit me, & saluauit me.

m ¶ *Conuertere*, &c.] Quando dicitur conuertere In requiẽ tuam: ergo habuit antea requiem, quam perdidit. Nemo enim conuertitur, nisi qui pergit illuc vbi prius erat. Deus enim nos bonos creauit, & nostro arbitrio nos reliquit, & omnes cum Adam in paradiso posuit. Sed quia nostro arbitrio à beatitudine illa cecidimus, & venimus in vallem lachrymarum: propterea iustus animam suam hortatur, vt conuertatur illuc vnde descendit. *Conuertere anima mea in requiem tuam.* Locus enim iste, tribulationis locus est, terra pugnatorum est. Iste locus lacrymarum est, vbi non licet securum ambulare. Vbicunque enim aliquis fuerit, periculum est. Si in deserto, scorpiones sunt: si in ciuitatibus, ocul[9] meretricis pernicies est hominis: si in mari, latrones & piratæ. H Hæc omnia mystice loquor. Nec enim nunc periculum est sancto viro à latronibus interfici: siquidem martyres sanguine suo vicerunt. *Conuertere anima mea in requiem tuam.*

n ¶ *Quia dominus*, &c.] Quo, inquit, conuerteris ô anima? In paradisum. Non quia digna es, sed misericordia domini est. Vt exires de paradiso, tuo vitio factum est: vt autem redeas, misericordiæ domini fuit. Et nos dicamus animæ nostræ: Conuertere in requiem tuam. Requies nostra Christus est Deus noster. Si quando fuerimus in angustia, & cœperit nos cogitatio captiuare in peccatum, dicamus: Conuertere anima mea in requiem tuam.

o ¶ *Quia eripuit*, &c.] Nec dum rediit in paradisum, & iam se in securitatem redisse dicit. Dixit: conuertere anima mea in requiem tuam, & quasi securus dicit: quia eripuit animam meam de morte. Quomodo eripuit animam meam de morte? Pro me passus est Deus meus: pro me crucifixus est Deus Osee 13. d
meus, & dico: *Vbi est mors victoria tua: vbi est inferne stimulus tuus.* 1.Cor.15 g

p ¶ *Oculos meos à lacrymis.*] Ploraui vt rideam, luxi vt in Mat 5.a
sempiternum gaudeam. Qui in præsenti non plorat, in futuro lacrymabitur. Beati enim *qui lugent: quia ipsi consolabuntur*. E contrario autem dicitur: *Væ vobis qui ridetis: quoniam lugebitis.*

q ¶ *Pedes*, &c.] Quia non steterunt pedes mei super petrã: propterea pene moti sunt pedes mei, pene effusi sunt gressus mei. Liberati sunt pedes mei à lapsu. Quare? quia conuersa est anima mea in requiem suam.

r ¶ *Placebo coram domino in regione*, &c.] Videor, inquit, hominibus esse iustus, quare opera bona non habeo? Videor hominibus esse sanctus, quare verba bona non habeo? Hæc Dauid dicit: hoc sancti dicunt, hoc Apostoli loquuntur. Peccator enim hęc nõ loquitur. Quid loquitur iustus? Quia verba, & opera bona nõ habeo, & sanctus videor, & laudor ab

A hominibus. Ego autem noui conſciẽtiam meam: ſcio qualibus cogitationibus cor meũ fluctuat: ſcio quantæ mihi libidines veniunt, & video aliam legẽ repugnantem mẽti meæ, (Rom 7.d) (Pſal.18.d) & captiuantem me in lege peccati: propterea dico: *Miſer ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Et propterea dico: Ab occultis meis munda me, & ab alienis parce ſeruo tuo. Ab alienis. Nõ eſt meũ quod parturio. Nolo cogitare mala, & cogito. Nolo cogitare malum, & quaſi inuitus & captiuus in malam cogitationem trahor. Sed quoniam in mea poteſtate non eſt, aut cogitare, aut non cogitare quæ ſunt mala: propterea dico: aliena quidem ſunt quæ veniunt in cor meum. Sed quoniam quaſi neceſſitas mihi imponitur, propterea dico: ab occultis meis munda me. Aliena quidem ſũt peccata: ſed quia ſuſcipio ea, dico in alienis peccans, parce mihi ſeruo tuo. Hoc autem quare dixi? Quoniam dixit propheta: Placebo domino. Non dixit placeo, ſed placebo. Hic enim quod facio, non poſſum eſſe perfectus iuſtus. Propterea dicit & Apoſtolus: Ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus, & nunc per ſpeculum videmus in ænigmate. (1.Cor.13.c) (Iob.15.) Propterea nunc longo ſermone vſi ſumus: quoniam in præſenti ſæculo perfectus iuſtus nemo eſſe poteſt, neque Dauid, neque apoſtoli, neque aliquis ſanctorum. *Nemo eorum mundus à peccato, nec ſi vnius diei fuerit vita eius.* Siquidem apoſtoli & ſancti nõ auſi ſunt dicere, ſancti ſumus: nec auſi ſunt dicere placeo, ſed placebo. Qui in futurum ſollicitus eſt, de præterito quod non fecit, confitetur. Placebo domino. Vbi placebo? In regione viuorum. Hæc enim regio mortuorum eſt: alia eſt terra viuorum. Siquidẽ & Dauid in hac terra erat, & verè in terra repromiſſionis, dicens: Placebo domino in regione viuorum: confitetur hanc regionem non eſſe viuorum, ſed mortuorum. Vultis ſcire quæ eſt illa regio viuorum? (Luc.24.f) *Dominus dicit in euangelio: Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob*, & erant mortui. (B) (Luc.16.c) Et quid ſequitur: *Deus* inquit, *non eſt mortuorum, ſed viuorum* Igitur & iuſtus quid dicit? *Placebo domino in regione viuorum*, In regione Abraham, Iſaac, & Iacob. Hoc eſt, quando verè fuero in ſinu Abraham, tunc placebo domino.

a ¶ Halleluia.

PSALMVS CXV.

CRedidi, propter quod locutus ſum: [c] ego autem humiliatus ſum nimis, [d] Ego autem dixi in exceſſu meo: omnis homo mendax. [e] Quid retribuam domino pro omnibus, quæ retribuit mihi. [f] Calicem ſalutaris accipiam, & nomen domini inuocabo. Vota mea domino red-

a ¶ *Halleluia.*] Hunc pſalmum quinta & ſexta editio cum ſuperioribus copulant: Symmachus vero & LXX. interpretes diuidunt.

PSALMVS CXV.

CRedidi, b *propter*, &c.] In Hebraico centeſimus decimus quartus pſalmus, & centeſimus decimus quintus, vnus eſt pſalmus. Igitur dixit: credidi, propter quod locutus ſum. Quid credidiſti, quod locutus es? Pſalmus prior ita finiuit: Placebo coram domino in regione viuorum. Dicit ergo propheta: *Credidi, propter quod locutus ſum.* Quid credidi? Quoniam placebo coram domino in regione viuorum, Hoc credidi, & hoc locutus ſum. Quid autem locutus ſum:

c ¶ *Ego autem*, &c.] O magna intelligentia diuini ſermonis, Credidi, inquit, quoniam placebo domino: quoniã ero angelus: quoniam ero in cælis, & non fui ſuperbus; non ſum elatus, ſed humiliatus ſum nimis. Quoniam ero in regione viuorum: miſericordiæ domini eſt. Ego autem noui memetipſum. quia terra ſum & cinis. Propterea dico: ego autem humiliatus ſum nimis. Quid autem eſt terra & cinis;

d ¶ *Ego autem dixi*, &c.] In Hebræo aliter habet: *ego dixi in exceſſu meo: omnis homo mendacium*: quod dicitur ??. Placebo domino in regione viuorum: ſed ego ſcio memetipſum ſecundum conditionem corporis nihil eſſe. Non eſt enim veritas in ſuſtantia noſtra, ſed vmbra eſt, & quaſi mendacium. In ſubſtantia corporali dico, non in anima. Et quod dicit hoc eſt. Placebo domino in regione viuorum, Sed cogitans humanam vitam, & conſiderans diuerſos errores, non inuenio veritatem in hoc mundo. Siquidem ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus. (1.Cor.13.c) Propterea dico. Omne quod videmus, omne quod intelligimus, mendacium eſt. Quomodo igitur mendacium eſt? Mendacium hîc dixit quaſi vmbram, quaſi imaginem, quemadmodũ dicitur in alio loco: Veruntamen in imagine pertranſiet homo. C Eadem intelligentia & nũc dicitur: *omnis homo mendax*, hoc eſt, omnis homo vmbra. (Pſal 38.b) Hoc autem dicimus ſecundum Hebraicam veritatem. Loquamur autem & ſecundum LXX. interpretes. Dicat enim aliquis: qui ad me quod habetur in Hebraico? ego eccleſiam ſequor. *Ego dixi in exceſſu meo: omnis homo mendax.* Verum dicit Dauid, an mentitur? Si verum eſt, omnis homo mendax & hoc quod dicit, omnis homo mendax, verum eſt; ergo & ipſe mentitur: quia & ipſe homo eſt. Si autem & ipſe mentitur: ergo hoc quod dixit: omnis homo mendax, non eſt verum. Quocunque verteris, in contrarium venit. Et quoniam ipſe homo eſt: ergo ipſe mentitur, quod omnis homo mendax eſt: Ergo alio genere mentitur. Videtis ergo quia ſyllogiſmi ſũt philoſophorum. Denique ſecundum hanc ſententiam texitur ſyllogiſmus Ariſtotelis. Denique tu dicis: loquere ad alterum: ſi mentiris, & verum dicis quod mentiris: ergo mentiris. Videte quomodo in contrarium vertitur ſententia. Quid enim dicit: O tu qui mecum loqueris: ſi mentiris, & verum dicis hoc ipſum quod mentiris: ergo mentiris, & in eodem ſermone hi, vt verum dicat & mentiatur. Propterea lectum eſt in Apoſtolo, (Col.2.a) *Videte ne quis vos decipiat per philoſophiam & vanam deceptionem hominum, ſecundum elementa mundi.* Inuenerunt enim philoſophi ſuas deceptiones ex propria arte, quomodo in eodem ſermone & vera quis dicat, & mentiatur. Nos autem dicamus Dauid vera dixiſſe, quod omnis homo mendax. Quamdiu homines ſumus, mentimur: quando autem fuerimus dij, deſinimus mentiri. Vbi enim ſunt æmulationes & contentiones in vobis, nonne homines eſtis & ſecundum hominem ambulatis? (1.Cor 3.a) (Pſal 81.b) *Ego dixi, dij eſtis & filij excelſi omnes. Vos autẽ ſicut homines moriemini, & ſicut vnus de principibus cadetis.* Si quis igitur ſanctus eſt, Deus efficitur: D & quando factus fuerit Deus, deſinit eſſe homo, & iam non mentitur. (Rom 3.a) Quid enim dicit & Apoſtolus: *eſt autem omnis homo mendax: Deus autem verax.* Interpretemur aliter. *Credidi, propter quod locutus ſum.* Magiſter quãdo docet diſcipulũ, niſi prior ipſe crediderit quod docet, nõ poteſt alterũ docere. Dicit ergo ſe primũ credidiſſe, & ſic aliũ docere. *Ego autẽ humiliatus ſum nimis.* Quando autẽ adeptus ſum gratiam Dei, non ſum elatus in ſuperbiam, non me inflauit notitia. Sed quid feci? *Humiliatus ſum nimis.* Tamen quod docui ſermone, potui & humilitate docere. *Ego dixi in exceſſu meo omnis homo mendax.* Docebam, inquit, diſcipulum meum, & conſiderans contemplationem cæleſtem, & cogitans diuiniora: intellexi omne quod homo nouit, eſſe mendacium. Quid enim veritatis poteſt eſſe in hoc mundo, cum vmbra ſit vita noſtra ſuper terram? Si ergo qui docet diſcipulum, confitetur, quod omnis homo mendax eſt: quanto magis diſcipulus non debet ſe extollere, & æſtimare ſe aliquid eſſe?

e ¶ *Quid retribuam domino pro omnibus*, &c.] Quoniam dixi: placebo domino in regione viuorum, & hoc ipſum, credidi propter quod locutus ſum, & humiliatus ſum nimis: & dixi, omnis homo mendacium, omnis homo vmbra, omnis homo imago: pro tantis beneficiis quibus placebo domino in regione viuorum, quid habeo dignum quod illi retribuã? Ego terra ſum, ego cinis ſum: promiſit mihi quia placebo illi in regione viuorum, fecit me magiſtrũ *Credidi, propter quod locutus ſum.* Quid habeo dignum, quod illi pro tantis beneficiis retribuam? Quodcunque illi dedero, ipſius eſt, & magis illi reddo quam dono. Nihil aliud habeo quod ipſi retribuã, niſi pro ipſo ſanguinem fundam, niſi pro ipſo martyr exiſtam. Hæc eſt ſola retributio digna, pro ſanguine ſanguinem retribuere, vt liberati à Saluatore, pro Saluatore libenter ſanguinem profundamus.

f ¶ *Calicẽ ſalutaris accipiam, & nomen domini*, &c.] In Hebraico ita habet: *Calicẽ Ieſu accipiam.* Hoc ipſum & angelus interpretatur. (Luc.1.d) (Luc.22.e) (Mat.20.e) *Et vocabis nomen eius Ieſũ: ipſe. n. ſaluabit populũ ſuum.* Calicem ergo Ieſu accipiã. Quis eſt iſte calix Ieſu? Ta-

E

Luc. 22. e / Mat. 26. c — su? Pater, *si possibile est, transeat iste calix à me*. Et: *potestis*, inquit, *calicem meum bibere*. Et continuo sequitur: *Calicem quidem meum bibetis*. Hoc autem quare dixi? Vt intelligamus calicem passionis martyrium esse. Grandis res est martyriū. Quomodo grandis res? Quoniam retribuit domino quod accepit à domino. Christus pro ipso passus est, & ille pro nomine ipsius patitur. Quoniam diximus quod martyr nihil aliud habet quod retribuat dño, & dñs computat illi pro qualitate: quoniā videt seruum suū nihil aliud habere quod retribuat ei. Quid enim simile est? Deus pro hominib. passus est, dominus pro seruo, iustus pro peccatore. Quæ æqualitas? Sed quoniam nihil aliud habet seruus quod retribuat domino, Deus quasi clemens pro æquali accipit martyriū. Quasi si quis diues pauerit aliquē pauperem: euenerit autem eundē diuitē venire cum sua familia, & veniat casu in domū pauperis, & nō habeat pauper quod illi apponat, & familiæ ipsius, & solum illi dicat: intra in domum clientis tui, & ostendat voluntatem: quoniā nihil aliud habet quod det; & plus faciat pauper, sicut illa vidua, quæ duo minuta contulit. *Calicem salutaris*, aut *Iesu accipiam*. Et

Luc. 21. a — hoc ipsum martyrium, inquit, non est meæ virtutis, sed gratiæ Dei. Propterea non possum eum bibere, nisi nomen domini inuocauero. Iesus vincit, in suo martyre coronatur.

F

a ¶ *Pretiosa*, &c.] Respondeant nunc Iudæi: quomodo omne corpus humanum dicunt esse immundum in lege. Denique si quis moriatur apud Iudæos, siue propheta, siue qualiscunque sanctus: si quis eum tetigerit etiam sacerdos, vs-

Leuit. 19. & 21. — que ad vesperam immundus est. Hoc secundum literam in lege scriptum est. Dicamus illis: Si mortui corpus immundum est, quomodo nunc dicitur: pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Si pretiosum est corpus sancti morientis, quomodo immundum est: Ergo hîc de euangelista dicitur, de martyre prædicatur.

b ¶ *O domine*, &c.] Et iam dixi in centesimo quartodecimo psalmo, vbi habet: O domine libera animam meam, quod in Hebraico habet אנא ana, quod interpretatur rogo, aut deprecor. Et hic ita habet in Hebraico. Rogo domine: quia ego seruus tuus, ego seruus tuus. Videtur humilitatis esse quod dicitur. Grandis dignitatis est & meriti esse seruū dñi, & non seruum peccati. Quia non habeo, inquit, dñm hominē; quia non habeo dñm peccatū. Non enim regnat peccatū

Rom. 6. b — in mortali meo corpore, propterea seruus tuus sum. Grande meritum. Denique dicitur de Moyse. Sed non sicut seruus Moyses. Et Abraham, & Isaac, & Iacob dicuntur serui dñi. Propterea & Apostolus ita incipit: Paulus seruus Iesu Cristi.

c ¶ *Dirupisti vincula meæ: tibi sacrificabo*, &c.] Verè magnæ felicitatis est, ire ad dominum, vt non habeat conscientiam inquinatam. Quicunque sanctus moritur sua morte, licet sit sanctus qui misericordias operatus sit, fecerit signa, dæmones eiecerit, non vadit ad dominum securus: horrescit eius conscientia, quando videt dominum. Martyr autem si & post baptismum peccauerit: tamen secūdo baptismate martyrij ablutus securus vadit ad dominū. *Dirupisti vincula mea*.

Psal. 105. b — Catenis autem suorum peccatorum vnusquisque constringitur, sed in martyrio meo dirupisti vincula peccatorū meo-

Rom. 5. d — rum, & de vinculis plicasti mihi coronam victoriæ. *Vbi enim abundauit peccatum, superabundauit & gratia*. Tibi *sacrificabo hostiā laudis*. Post martyrium vbi sacrificat? In regione viuorum. Sacrificabo, inquit, tibi sacrificium. Quale sacrificium? Nunquid hircum aut vitulum? Illa Iudaica erant, & transierunt, *Sacrificabo tibi hostiam laudis*. Hæc est laus martyrum.

S. Hieron. Tom. 7.

G

Sicut enim martyres laudant dominum purè in regione viuorum; ita & monachi, qui die & nocte psallunt domino, debent eandem puritatem habere martyrum: siquidem ipsi martyres sunt. Quod enim faciunt angeli in cœlis, hoc monachi faciunt in terris.

reddam coram omni populo eius: [a] pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius. [b] O domine quia ego seruus tuus: ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ. [c] Dirūpisti vincula mea tibi sacrificabo hostiā laudis, & nomen domini inuocabo, [d] Vota mea domino reddam in conspectu omnis populi eius: in atriis domus domini [e] in medio tui Hierusalem.

f ¶ Halleluia

PSALMVS CXVI.

LAudate [g] dominum omnes gentes: [h] laudate eum omnes populi. [i] Quoniam confirmata est super nos misericordia eius; [k] & veritas domini manet in æternum.

g ¶ Halleluia. Halleluia.

PSALMVS CXVII.

COnfitemini [m] dño quoniam bonus: quoniam in sæculū misericordia eius, Dicat nunc Israël quoniam bonus: [n] quoniam in sæculum misericordia eius. [o] Dicat nunc domus Aarō: quoniam in sæculum misericordia eius. [p] Dicant nunc omnes qui timēt dominū:

[a] quo-

d ¶ *Vota mea*, &c.] Quæ sunt orationes martyrum? Quæ sūt orationes sanctorum? Tenebo, inquit, & non dimittam te. Adorabo, inquit, dominum: quē in euāgelio legens & inueniens crucifixū, in cælis video regnātem cum angelis In conspectu omnis populi eius. Coram omni cœtu sanctorum.

e ¶ *In medio*, &c.] Ipsius cælestis ciuitatis, quæ est mater nostra: cuius iam ciues & domestici facti sumus. Per ipsum dominū nostrum Iesum Christū, qui est pax nostra. Qui nobis præstare dignetur, vt compresso bello carnali, ac charitatis suę nobis pace largita filiiq; effecti in Hierusalē cælesti, sanctis suis mereamur adiūgi pro meritis. Ipsi gloria cum ęterno patre & Spiritu sancto in sæcula sæculorum, Amen.

f ¶ *Halleluia*.] Iste psalmus paruus habetur numero versuum, sed magnus est in spiritualis mysterij sacramento. Vocem tamen apostolicam tenet: qui iuxta normam euangelicam in quatuor versuum numero connectur.

PSALMVS CXVI.

H

L*Audate* g *dominum*, &c.] Qui relictis simulacris, accessistis ad eum per fidem. Quod autem omnes gentes laudaturæ atque adoraturæ essent dominum, hoc Magi ab oriente venientes inchoauerunt, offerentes munera nato homini regique ac domino, sicut Matthæus ait euangelista. Mat. 2. a

h ¶ *Et collaudate*, &c.] Qui ex Iudæis fuerunt conuersi, quod titulus ille prænuntiauit, quem super crucem dominicam Pilatus posuit, scriptum Hebraicè, Græcè, & Latine, rex Iudæorum, sicut Ioannes euangelista testatur. Ioan. 19. d

i ¶ *Quoniam*, &c.] Apud Deum futura iam facta esse sæpe testati sumus: Ergo tunc misericordia domini confirmata est, cum effudit super credentes Spiritū sanctum, iuxta promissionem quam Lucas euangelista commemorat, dicens: *Ecce ego mitto promissionem patris mei in vos: vos autem sedete in ciuitate quoadusque induamini virtute ex alto*. Act. 2. a / Luc. 24. g

k ¶ Et *veritas*, &c.] Permanet veritas domini, cum iusti in cælesti Hierusalem tanquam lapides viui ædificantur: Vel impij æterno igni & vermibus, qui nunquam moriuntur, his traduntur. Sicut Marcus euangelista ait: *Ignis eorum nō extinguetur, & vermis eorum non morietur*. Nos vero dominum supplices deprecemur, vel se laudandi tribuat efficaciam, & confirmet super nos misericordiam suam: mittens in nobis Spiritum sanctum, qui exurens noxia, illuminet profutura. Ipsi gloria cum æterno patre & Spiritu sancto in cuncta sæcula sæculorum, Amen. Mar. 9. g

l ¶ *Halleluia*.] Iste psalmus interdum vocem continet ecclesiæ Christi vocatione fundatæ: vel populi interempti pro Christi nomine Deum magnificantis,

PSALMVS CXVII.

C*Onfitemini* m *domino*, &c.] Confessio hæc non ad peccatorū remissionem, sed ad laudem pertinet Deitatis.

n ¶ *Dicat*, &c.] Illa domus, quæ prius cæcata erat delictis, nunc mente serena Dei gloriam contemplatur.

o ¶ *Dicat*, &c.] Quæ ante idolis immolauerat, nunc autem altissimi illecta bonitate, sacerdorium gerit animæ suæ.

p ¶ Dicant *nūc qui timent dominū quoniā bonus* : *quoniam in*

A *sæculum*, &c.] Vos qui prius simulacra muta & surda meruebatis: nunc omnipotentis domum cum timoris reuerentia misericordiam decantare.

a ¶ *[illegible]ibulatione inuocaui dominum, & exaudiuit me in*, &c.] In angustiis tribulationum exaudiuit me in latitudine gaudiorum.

v ¶ *Hæc porta domini: iusti intrabunt*, &c.] Dominus Iesus Christus porta est patris, per quam introitur ad eum, ipso domino sic dicente: *Ego sum ostium, per me si quis introierit saluabitur*. Et iterum: *Nemo venit ad patrem nisi per me*. Per hanc ergo portam venitur ad patrem, sed nemo in eam ingreditur nisi iustus. C Ioan.10.b

b ¶ *Dominus mihi*, &c.] Diabolus vtique & homo, & vir, sæpe in scripturis ponitur.

c ¶ *Dominus mihi*, &c.] Vel hæreticos, vel Iudæos.

Psal.49.c d ¶ *Bonum est sperare*, &c.] In solo Deo debemus sperare, & non in homine: cuius salus vana est. Nam alius propheta
Hier.17.a ait: *Maledictus homo qui ponit in homine spem suam*.

e ¶ *Bonum est*, &c.] Qui vitam largitur æternam.

f ¶ *Quam confidere in*, &c.] Quorum potestas cum hoc mundo dilabitur.

g ¶ *Omnes gentes circumdederũt me, & in*, &c.] Gentes scilicet tribulationum vallabant me, sed in nomine domini restiti eis.

h ¶ *Circumdantes circumdederunt me*, &c.] Cuius eram vexillo munitus.

B

i ¶ *Circumdederunt me*, &c.] Sicut apes fauum, vt auferrent dulcedinem quam in me Christus infuderat.

k ¶ *Et exarserunt*, &c.] Ipsi exarserunt in inuidia sua, dum me exurere non valuerunt.

l ¶ *Et in nomine*, &c.] Cum ea quæ mihi intulerant in eos refusa sunt.

m ¶ *Impulsus euersus*, &c.] Qui confidens in eum, ipsum solum adiutorem quæsiui.

quoniam in sæculum misericordia eius. [a] De tribulatione inuocaui dominum, & exaudiuit me in latitudine dominus.[b] Dominus mihi adiutor: nõ timebo quid faciat mihi homo. [c] Dominus mihi adiutor, & ego despiciã inimicos meos.[d] Bonum est confidere in domino: quam confidere in homine, [e] Bonũ est sperare in domino: [f] quam sperare in principibus. [g] Omnes gentes circuierunt me: & in nomine domini, quia vltus sum in eos.[h] Circundãtes circunderũt me: & in nomine domini, quia vltus sum in eos.[i] Circundederunt me sicut apes, [k] & exarserũt sicut ignis in spinis. [l] Et in nomine domini: quia vltus sum in eos [m] Impulsus euersus sum vt caderem, & dominus suscepit me.[n] Fortitudo mea & laus mea dominus, & factus est mihi in salutẽ.[o] Vox exultationis, & salutis in tabernaculis iustorum: [p] Dextera domini fecit virtutẽ: [q] dextera domini exaltauit me: dextera domini fecit virtutem. [r] Non moriar sed viuã, & narrabo opera domini. [s] Castigans castigauit me dominus & morti non tradidit me. [t] Aperite mihi portas iustitiæ ingressus in eas cõfitebor domino: [u] hæc porta domini, iusti intrabunt in eam. [x] Confitebor tibi quoniam exaudisti me, & factus es mihi in salutẽ. [y] Lapidem quẽ reprobauerunt ædificantes: [z] hic factus est in caput anguli.[a] A domino [b] factũ est istud, [c] & est mirabile in oculis nostris. [d] Hæc est dies quã fecit dominus exultemus & lætemur in ea. [e] O domine saluũ me fac, [f] o domine bene prosperare: [g] benedictus qui venit in nomine domini. [h] Benediximus vobis de domo domini: [i] deus dominus & illuxit nobis. [k] Constituite diẽ solennẽ [l] in condensis: [m] vsque ad cornu altaris. [n] Deus meus es tu, & confitebor tibi: [o] Deus meus es tu & exaltabo te. [p] Confitebor tibi quoniam exaudisti me, & factus es mihi in salutẽ. [q] Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia eius.

x ¶ *Confitebor tibi quoniam exaudisti me*, &c.] In qua vel vulnera peccati sanasti, vel aduersus iniquum hostem factus es in salutem.

y ¶ *Lapidem quem*, &c.] Dominus noster Iesus Christus lapis verus inuentus in legis litera: reprobatus est ab ædificantibus Iudæis, hoc est, literæ hærentibus.

z ¶ *Hic factus est in caput anguli*.] In caput connectens duos parietes: Vnum de circuncisione: alium de præputio in vno nouo homine, hoc est, in semetipso.

a ¶ *A domino*.] Patre.

b ¶ *Factus est*.] Mediator noster & eius.

c ¶ *Et est*, &c.] Non in illorum qui eum reprobauerunt, sed in nostris qui eum credendo suscepimus.

d ¶ *Hæc est dies*, &c] Hic lapis angularis ipse est dies salutis, in quo vel à morte surreximus, vel mœrore peccati deposito, in nouitate vitæ lætamur. D

e ¶ *O domine saluum*, &c.] Ad te venientem.

f ¶ *O domine bene prosperare*.] Prosperum facito iter illud: quo ad te post multos labores reuertar.

g ¶ *Benedictus*, &c.] Christus dominus in nomine patris, sicut ipse ait: *Ego veni in nomine patris mei, &c*. Ioan.5.d

h ¶ *Benediximus*, &c.] Sancti de cœlesti Hierusalem paruulos ecclesiæ benedicunt.

i ¶ *Deus dominus*, &c.] Resurrectione enim sua illuminauit tenebras nostras.

n ¶ *Fortitudo mea & laus mea dominus, & factus est*, &c.] Ipsi concinam: ipsum virtutem meam dicam: in ipso omnis laudatio mea consistit, qui mihi in hac tribulationis morte factus est in salutem.

o ¶ *Vox exaltationis*, &c.] In cordibus vtique martyrum reliquorumque sanctorum, qui facti sunt tabernaculum Dei per inhabitantem Spiritum sanctum in eis.

p ¶ *Dextera domini fecit virtutem*.] Vt mihi victoriam in passione tribueret.

q ¶ *Dextera domini* &c.] Ab humilitate diuersarum passionum virtute eius eleuatus sum.

r ¶ *Non moriar sed viuam & narrabo opera domini*.] Populus hæc martyrum loquitur, quorum victoriæ in omnibus ecclesiis concinuntur.

s ¶ *Castigans castigauit*, &c.] Castigat nos dominus ad emendationem in multis verberibus, vt probet & seruet à perpetua morte.

t ¶ *Aperite mihi portas iustitiæ, & ingressus in eas confitebor*, &c] Beatus est ille ecclesiæ vel martyrum populus: cui portæ aperiuntur iustitiæ, id est, vitæ æternæ, in quibus iugiter Deum confiteatur & laudet.

k ¶ *Constituite*, &c.] Exhibete vos templa & aras Deo: in quibus & sacras celebretis solemnitates.

l ¶ *In condensis*.] In virtutibus multis: in quibus vel ipse dominus, vel eius angeli frequentantur.

m ¶ *Vsque ad*, &c.] Vsque ad ipsum dominum, qui est fortitudo animæ, quam eius altare fecisti.

n ¶ *Deus meus*, &c.] Accepta remissione per confessionem peccaminum, nunc confitebor laudes tuas.

o ¶ *Deus meus*, &c.] Quia à te ab humilitate sum subleuatus.

p ¶ *Confitebor tibi*, &c.] Vt me cum sanctis tuis in cælesti Hierusalem sociares.

q ¶ *Confitemini domino quoniam*, &c.] In his verbis psalmus accipit terminum, de quibus sumpsit exordium: videlicet vt ab initio credulitatis nostræ vsque ad finem in Deum nostrum fiduciam habentes, eius laudes perseueranter confiteamur, iuxta illud domini: *Qui perseuerauerit vsque in finẽ,* Mat.10.c
hic saluus erit. Qui nobis fiduciam in se sperandi largiri dignetur: ipsi gloria cum æterno patre & filio & Spiritu sancto in sæcula sæculorum, Amen. & 24.b

a ¶ Hal-

a ¶ Halleluia.

PSALMVS CXVIII.

ℵ ALEPH.

BEati [b] immaculati [c] in via: qui ambulant in lege domini. [d] Beati qoi scrutantur testimonia eius: [e] in toto corde exquirunt eum. [f] Non enim qui operantur iniquitatem: in viis eius ambulauerunt. [g] Tu mandasti: mandata tua custoditi nimis: [h] vtinam dirigantur viæ meæ, ad custodiẽdas iustificationes tuas. [i] Tũc non confundar: cum perspexero in omnibus mandatis tuis. [k] Confitebor tibi in directione cordis: [l] in eo quod didici iudicia iustitiæ tuæ. [m] Iustificationes tuas custodiam: non me derelinquas vsquequaque.

ב BETH.

IN [n] quo corrigit adolescentior viam suam in custodiendo sermones tuos. [o] In toto corde meo exquisiui te: ne repellas me à mandatis tuis. [p] In corde meo abscondi eloquia tua, vt nõ peccem tibi. [q] Benedictus es domine: doce me iustificationes tuas. [r] In labiis meis pronuntiaui omnia iudicia oris tui. [s] In via testimoniorũ delectatus sum: sicut in omnibus diuitiis. [t] In mandatis tuis exercebor, & considerabo vias tuas. [u] In iustificationibus tuis meditabor: non obliuiscar sermones tuos.

ג GIMEL.

REtribue [x] seruo tuo, viuifica me, & custodiam sermones tuos. [y] Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua.

E a ¶ *Halleluia.*] Iste psalmus magnum in se mysterium cõtinet. De quo quippiam in prologo prolocuti sumus: sed quoniam continentur in eo lex, mandata, iustificationes, testimonia, iudicia acvię: quid inter ea distet, discerni necesse est. Lex ergo quæ per Moysen data est, in Christo spiritualiter de-

Heb. 10. a bet intelligi: quia Apostolus cũ illam sanctam vocet: vmbrã tamen eã futurorũ esse describit. Mandata sunt in quibus præceptorum dominicorum custodia deputatur, iuxta illud: Non occides, non mœchaberis, & reliqua. Iustificationes sunt quibus Deus per suam dilectionem, & proximi, zizaniã odij ab hominũ corde iubet auelli. Testimonia sunt, in quorũ præsentia nobis obseruationũ sanctarum or-

Deut. 4. a do committitur. Sicut Moyses cœlum & terram inuocat testes.

2. Tim. 4. a Et Paulus ad Timotheũ: *Testificor tibi*, inquit, *in conspectu Dei viuẽtis, & in conspectu electorũ angelorũ eius*, & reliqua. Iudicia autem sunt, cũ aut iustos splendidis honorabit meritis: aut æternis dãnabit suppliciis transgressores. Viæ. n. sunt apostoli ac prophetæ, per quos venitur ad verã vitã, qui est Christus. Sic ergo inchoat psalmus. Beati immaculati, quem pro prolixitate dictorum in tribus homilus explanate domino annuẽte decreuimos. Tot⁹ hic psalmus est scriptus secundũ ordinem literarũ, ita vt ab vna litera octo vers⁹ incipiant, & rursum à sequenti o-

F cto alij compleantur. Et hoc similiter vsque ad finem texitur. Iosephus autem refert in libris ἀρχαιολογίας hunc psalmum & Deuteronomij canticum vno metro esse compositum, & portat elegiacum metrũ in vtroque posse deprehendi, quod scilicet prior versus sex pedibus constet: inferior vno minus in pentametrum finiatur.

PSALMVS CXVIII.

ALEPH.

BEati b, &c.] Ista vtique in sæculi via, per quam gradimur. *Beati immaculati.* Contra beatitudinem miseria opponitur. Beatus immortalis dicitur in nostra lingua, siue laudabilis, vel gloriosus. Illi sunt beati, qui in vitam æternam merentur intrare: & illi sunt miseri, qui in infernum descendũt. Quomodo dicit immaculati, quia sine minutis peccatis

1. Ioan. 1. a homo esse non potest: sicut sanctus Ioannes dixit: *Si dixerimus quia peccatum non habemus: ipsi nos seducimus, & veri-*

Psal. 14. a *tas in nobis non est.* Et propheta dicit: *Qui ingreditur sine macula & operatur iustitiam.* Sine macula, hoc est, sine mortalibus criminibus: Sed tamen discretionem facit inter maculam & maculam, id est, quia & si sine minutis esse non possumus: tamen in maiora incidere non debemus.

Ioan. 14. a e ¶ *In via qui.* &c.] In via, in Christo vt ipse ait: *Ego sum via & veritas.* Qui ambulant in lege domini, hoc est, in mãdatis illius. Qui ambolant, id est, perseuerant. *Qui ambulant in lege domini.* Qui carnis concupiscentiis edomatis: etiam terrænorom honorum gloriam calcant.

d ¶ *Beati qui,* &c.] Vt intelligant cum peccauerint, se eoram testibus deliquisse.

e ¶ *In toto corde exquirunt eum.*] Et non leuiter neqne segnitet.

f ¶ *Non enim qui operantur iniquitatem, in viis eius,* &c.] Viæ enim sunt apostoli & prophetæ, per quos venitur ad viã illam, quæ dixit: Ego sum via, veritas, & vita, sicuti iam diximus. In hac enim via impij non incedunt: quia satanæ viam sequuntur.

G g ¶ *Tu mandasti mandata tua,* &c.] Non tepido corde, nec dissoluto animo, sed fortiter & attentè nos sua mandata edocet custodire.

h ¶ *Vtinam dirigantur,* &c.] Nisi enim ab ipso domino dirigantur viæ nostræ: ad eius custodiendas iustificationes infirmiores erimus propter fragilitatem carnis.

i ¶ *Tunc non confundar, cum perspexero,* &c.] Non alia prætermittere, & alia obseruare est congruum: sed omnia æqualiter custodire oportet: ne in futuro iudicio confundamur.

k *Confitebor,* &c.] Quia non est peruersum in parte hæreticorum.

l ¶ *In eo,* &c.] Vt te directo corde laudarem.

m ¶ *Iustificationes tuas custodiam: non me derelinquas,* &c.] Et si ad tempus relinquimur, non tantum vsquequaque relinquimur vt pereamus.

BETH.

IN n quo, &c.] Hîc propheta non modo lõgæuam ætatem corrigit: verumetiam, adolescentiam edocet erudiri, & ita custodire diuinos sermones, vt etiam si vetus culpa defleta sit: nonc ne cogitatio ad delinquẽdum vlla consentiat.

o ¶ *In toto,* &c.] Non ex parte, sed ex toto corde Deum se requisisse fatetur: ne ab eius mandatis proiiciatur: quia neminem proiicit qui peccatores saluos facere venit. H

p ¶ *In corde meo,* &c.] In cordis abdito Dei sacramenta recõdit: cum hæreticum post duas correctiones deuitat, eum sanctum Dei canibus non exponit: Vel cum margaritas eius nõ proiicit coram porcis. Nihil negligenter agit in his quæ sunt Dei: quia scit maledictum esse qui fecerit opus domini negligenter. Tit. 3. c Matt. 7. a Hier. 41. b

q ¶ *Benedictus,* &c.] Quia scio vanæ gloriæ iustificationes tuas, quas pharisæus proferebat in tẽplo, à te nõ processisse. Luc. 18. b

r ¶ *In labiis,* &c.] Incomprehensibilia dicit Apostolus iudicia Dei. Ergo iste quæ audioit & didicit à prophetis, ea tantum labiis nuntiauit: sed credentibus, & non indignis. Rom. 11. d

s ¶ *In via testimoniorum,* &c.] Sicut enim terrenus homo in agris vineisque delectatur: ita iste in testimoniis Dei iocundatur de conscientia pura, qui contempto mundo à Deo ditatus est.

t ¶ *In mandatis tuis,* &c.] Exercitatio assiduitas operis est. Et iste nisi exercitatus in mandatis Dei fuisset, non poterat considerare vias eius, id est, apostolicas propheticasque doctrinas.

v ¶ *In iustificationibus,* &c.] Ea meditor. in his exerceor, vt illa obliuioni non tradens, possim ea integre perfecteque implere.

GIMEL.

REtribue x *seruo tuo,* &c.] Constanter sibi tetribui, ob id quod seruiat, deprecatur. Et quia nescit seruum se esse peccati: in ipso viuere, quia vita est, optat: sermonesque eius dum vita præsens voluitur, custodite.

y ¶ *Reuela oculos meos, & considerabo,* &c.] Absterge ab oculis cordis velamen literæ, & fac me spirituali sensu legis tuæ mirabilia contemplari. In lumine enim tuo videbimus lumen. Psal. 35. a

tua. [a] Incola ego sum in terra: non abscondas à me mãdata tua. [b] Cõcupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas, in omni tẽpore. [c] Increpasti superbos, [d] maledicti qui declinant à mandatis tuis. [e] Aufer à me opprobriũ [f] & contẽptũ: [g] quia testimonia tua exquisiui. [h] Etenim sederunt principes, & aduersum me loquebantur: seruus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis. [i] Nam & testimonia tua meditatio mea est, [k] & cõsilium meũ iustificationes tuæ.

ד DALETH.

ADhæsit [l] pauimento anima mea: viuifica me secundum verbum tuum. [m] Vias meas enuntiaui, & exaudisti me: [n] doce me iustificationes tuas. [o] Viam iustificationum tuarum instrue me, [p] & exercebor in mirabilibus tuis. [q] Dormitauit anima mea [r] præ tædio, [s] confirma me in verbis tuis. [t] Viam iniquitatis amoue à me, [u] & de lege tua miserere mei. [x] Viam veritatis elegi: [y] iudicia tua non sum oblitus. [z] Adhæsi testimoniis tuis domine: noli me confundere. [a] Viam mandatorum tuorum cucurri: [b] cum dilatasti cor meum.

ה HE.

LEgem [c] pone mihi domine viam iustificationum tuarum, [d] & exquiram eam semper. [e] Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam [f] & custodiam illam in toto corde meo. [g] Deduc me in semita mandatorum tuorum: [h] quia ipsam volui. [i] Inclina cor meum in testimonia tua, [k] & non in auaritiã. [l] Auerte oculos meos ne videant vanitatem: [m] in via tua viuifica me. [n] Statue seruo tuo [o] eloquiũ tuũ [p] in timore tuo. [a] Amputa

A 2. Cor. 5. d a ¶ *Incola ego sum in terra, &c.*] Sic & Apostolus ait: *Dum sumus in corpore, peregrinamur à domino.* Peregrinom se in corpore positum propheta dicit à cœlesti frequentia: quia scit hæc mandata in thronis & dominationibus contineri: quæ sibi ne occulentur implorat.

b ¶ *Concupiuit anima, &c.*] Vt siue manducem, siue bibam, siue aliud quid faciam, eas semper desiderem, meliter, apprehendam.

c ¶ *Increpasti, &c*] Vt eos ad humilitatem sanctam, quam docuisti, reduceres. Increpasti superbos. Sic fecit diabolo, & Adam, qui se eleuauerunt in superbia. Vel modo per tuos doctores increpas aduersarias potestates, membra diaboli, hæreticos, vel malos homines, qui contra mandata Dei agunt. Increpasti illos per tuos sanctos.

d ¶ *Maledicti, &c.*] Maledicti sunt illi qui à mandatis Dei declinant: sed tunc pleniter maledictionem accepturi erũt mali, id est, hæretici vel reliqui: quando dicturus erit: *Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius.* Matt. 25. d

e ¶ *Aufer à me, &c.*] Pecati.

f ¶ *Et cõtemptum.*] Iudicij mortalis.

B g ¶ *Quia testimonia tua, &c*] Non otiose & somnolenter, sed strenuè vigilanterque.

Matt. 10. Marc. 13. b Luc. 21. c h ¶ *Etenim sederunt, &c.*] Quod in hoc versiculo propheta in se loquitur, futurum in apostolis reliquisque martyribus videt, qui multa corã regibus & præsidibus, domino etiam hoc prænunciante, perpessi sunt. Qui licet sint diuersis pœnis affecti: vsque ad sectionem tamen ceruicum semper se in Dei exercuerunt iustificationibus.

i ¶ *Nam & testimonia tua meditatio mea.*] In his vtiq; pressuris.

k ¶ *Et consilium meum iustificationes tuæ.*] Quia vitam pollicentur æternam.

DALETH.

ADhæsit l *pauimento, &c.*] Corpori mortali animã coniunctam intelligo: ideo ne delictum inualescat, à te peto viuificari: sciens quia concupiscentia carnis mortem operatur.

m ¶ *Vias, &c.*] Quomodo dicit, enuntiaui tibi, cum alibi dicit, enontia mihi. Nunquid Deus aliquid nescit, aut ignorat: quia ipse vbique est præsens, & omnia præuidet, & intrinsecus est? Sed quod dicit? vias meas enuntiaui tibi, hoc

Esa. 45. d est, ac si dicat: Tu dic prius iniquitates tuas, hoc est, tua opera: quod contra mandatum Dei egisti, enuntia per confessionem, vel pœnitentiam, vt iustificeris in sermonibus Dei.

n ¶ *Vias meas, &c.*] Vias peccati mei confessus sum, & remisisti: nunc doctrinam indulge, qua in iustificationibus tuis edocear.

o ¶ *Viam, &c.*] Iustificationes, quas legis litera protulit, spiritualiter capiam.

p ¶ *Et exercebor, &c.*] In apostolicis cæterisque doctrinis ecclesiasticis, quæ in ea sunt figuratæ.

q ¶ *Dormitauit, &c.*] In huius habitaculi mortalis statione.

r ¶ *Præ tædio.*] Imbecillitatis corporeæ.

s ¶ *Confirma, &c,*] Vt ablato peccati somno, instanter in his vigilem.

t ¶ *Viam iniquitatis, &c.*] Desiderium illud per quod ad peccandum venitur. C

v ¶ *Et in lege, &c.*] Apud te enim lex hæc instituta est, vt semper miserearis.

x ¶ *Viam, &c.*] Christum Dei filium, quem præuidens venturum in mundum, audio dicere: *Ego sum via, veritas & vita.* Ioan. 14. a

y ¶ *Iudicia, &c.*] Illa iudicia, quę in euangelus proferens ait: *Hoc est iudicium, vt omnis qui credit in filium hominis, habeat vitam æternam.* Ioan. 3. d

z ¶ *Adhæsi, &c.*] Et quia his adhærens, anteriorum facinorum indulgentiam merui: quęso ne me patiaris de iteratione peccati confundi.

a ¶ *Viam, &c.*] Quando multa pauebar propter verbum, ob spem futuræ beatitudinis.

b ¶ *Cum dilatares, &c.*] Cum in amplitudine sanctarum scripturarum mysteriũ mihi beatæ trinitatis insinuares. Vel dilatares cor meum, id est, in latitudine charitatis, in spe, in fide.

HE.

LEgem c, &c.] Propheta in persona ecclesiæ dicit. Legem pone mihi, id est, temetipsum: quia lex Christus est. Ac si dicat: Temetipsum mihi pone, hoc est, dona. D

d ¶ *Et exquiram eam semper.*] ipsam legem, hoc est, mandata vel temetipsum.

e ¶ *Da mihi intellectum, &c.*] Id est, tua mandata. Intellectũ, vt non sim sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Ecclesia rogat, vt intelligat di- Psalm. 31. a scretiónem inter bonum & malum, inter vitam & mortem, inter literam & sensum. Vt intelligam, & prædicem, & opere impleam.

f ¶ *Et custodiam illam in toto corde meo.*] Id est, ex tota dilectione.

g ¶ *Deduc me in semita mandatorum tuorum.*] Semita minor Matt. 7. b est quam via: hoc est, arta, & angusta via, hoc est, altiora mãdata quæ ducunt ad vitam: quia lata & spaciosa est quæ ducit ad mortem.

h ¶ *Quia, &c.*] Vox ecclesiæ. Ac si dicat ecclesia: Non concupiui aliud, nec delectatus sum, nisi tua mandata. Ideo rogo vt me deducas in tua mandata, id est, intelligere facias.

i ¶ *Inclina, &c.*] Vox ecclesiæ: superbi non inclinant cor in testimoniis Dei, quia spetant se altiores esse, & melius intelligere de præceptis Dei, quam ecclesia.

k ¶ *Et non, &c.*] Hoc est, vanitatem: quia illi superbi non inclinant cor in testimoniis Dei, sed in vanitate, vel auaritia. *Inclina cor meum*, dicit ecclesia, id est, in humilitate, vt illud: *Discite à me quia mitis sum & humilis corde.* Matt. 11. d

l ¶ *Auerte, &c.*] Auerte oculos meos, id est, sensus meos: ne videant vanitatem, id est, defectionem. Ac si dicat: Vt in ista vanitate, quæ est defectio, non habeam oculos meos, id est, sensus meos defixos. Sed quid inquit?

m ¶ *In via, &c.*] Hoc est, in temetipso. Vel in tuis mandatis viuifica me, in anima.

n ¶ *Statue seruo tuo.*] Populo Christiano.

o ¶ *Eloquium tuum.*] Tua mandata.

p ¶ *In timore tuo.*] Id est, timore sancto.

a ¶ *Ampu*

E a ¶ *Amputa, &c.*] Ecclesia dicit. Amputa, id est, tolle, capula, seca, quod suspicatus sum ab aliis opprobrium. Opprobrium illud quod dicebant gentiles: Cultor es crucifixi: adorator es male mortui: venerator es occisi, & dicebant: Ecce Deus noster, quem vos dicitis manufactilem. Vbi est Deus vester? Veniat. *Quod suspicatus sum.* Quid suspicabantur illi? Quod fallaciam obseruaret ecclesia, quando Christum adorabat.

b ¶ *Quia, &c.*] Id est, clara: læta ad illos qui amant & desiderant, id est, non oolentibus, sed volentibus clara & iocunda sunt.

c ¶ *Ecce, &c.*] Vnum est domine tuæ miserationis donum, vt eloquia sancta custodientes, in tua æquitate viuificemur, hoc est, cum æqualem te patri spirituique sancto fatemur.

VAV.

E T d *veniat, &c.*] Vt delicta remittas.

e ¶ *Et salutare, &c.*] Hoc est salutare eloquium quod per alium promisisti prophetam, dicens: *Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat.* Hoc est, vt venias nos redimere: secundum quod Abrahæ promisisti, sicut dictum est: *In semine tuo benedicentur omnes tribus terræ.*

Ezec. 33. e

Gen. 22. d

F

f ¶ *Et respondebo, &c.*] Ecclesia dicit. Ac si dicat: Si veneris redimere nos, respondebo ad illos qui mea exprobrant de mea fide quomodo credo, & dicunt: Vbi est Deus vester? Ecce Deus noster: vel idola illorum quæ colunt.

ZAIN.

M Emor (esto, &c.] Talem me digneris efficere, vt idoneus habear, qui verbi tui memor, inter pressuras huius sæculi, per spem æternorum bonorum mereat consolari, sicut sequitur.

a Amputa opprobrium meum quod suspicatus sum: b quia iudicia tua iocunda. c Ecce concupiui mandata tua: in æquitate tua viuifica me.

ו VAV.

E T d veniat super me misericordia tua domine: e salutare tuum secundum eloquium tuum. f Et respondebo exprobrantibus mihi verbum: g quia speraui in sermonibus tuis. h Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vsquequaque: i quia in iudiciis tuis supersperaui. k Et custodiam legem tuam semper: in sæculum & in sæculum sæculi. l Et ambulabam in latitudine: m quia mandata tua exquisiui. n Et loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum, & non confundebar. o Et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi. p Et leuaui manus meas q ad mandata tua, quæ dilexi: r & exercebar in iustificationibus tuis.

ז ZAIN.

M Emor s esto verbi tui seruo tuo: in quo mihi spem dedisti. t Hæc me consolata est in humilitate mea: quia eloquium tuum viuificauit me. u Superbi inique agebant vsquequaque: x à lege autem tua non declinaui. y Memor fui iudiciorum tuorum z à sæculo domine, a & consolatus sum. b Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. c Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ, in loco peregrinationis meæ. d Memor fui nocte nominis tui domine, & custodiui legem tuam. e Hæc facta est mihi: quia iustificationes tuas exquisiui.

ח HETH.

P Ortio f mea domine: dixi custodire legem tuam. g Deprecatus sum faciem tuam in toto

G

r ¶ *Hæc, &c.*] Cum in his angustiis positio æternæ vitæ pabulum subministrat.

u ¶ *Superbi, &c.*] Qui relicta humilitate præceptionis diuinæ, in huius sæculi vanitatibus extollebantur.

x ¶ *A lege, &c.*] Quia illis dānationi appropinquantibus, erigebar in ea.

y ¶ *Memor, &c.*] Nihil in hac vita indignum gessi, metuens ne his condemnarer.

z ¶ *A sæculo, &c.*] Ab initio huius vitæ.

a ¶ *Et consolatus, &c.*] Securum me sciens à iudicio mortis. Consolatus sum, dicit ipsa ecclesia: quod Deus venit sua mēbra redimere. Quasi dicat: Ab initio cognoui ego & intellexi per Spiritum sanctū, quod tu venturus eras in carne.

b ¶ *Defectio, &c.*] Vox ecclesiæ. Affectum miserationis ostendit, vt doleat super præuaricationes iniquorum: iuxta illud Apostoli: Ob vnius membri dolorem compatiuntur omnia mēbra. Ideoque non vult quemquam peccare, sed omnes cupit viam veritatis agnoscere.

1. Cor. 12. d
1. Tim. 2. a

c ¶ *Cantabiles, &c.*] Docet nos propheta in huius mundi peregrinatione spiritualia cantica se tuel aure suscepta incessabiliter decantare: quia *cum sumus in corpore, peregrinamur à domino.*

H

2. Cor. 5. d

d ¶ *Memor, &c.*] Oportet enim fragilitatem humanam, vt cum semper, impensius tamen nocturno tempore memoriam faciat dominici nominis: cum aut recordatione diuitiarum premitur, aut concupiscentiæ igne torquetur: & præcipue hoc exorare, vt si legem Dei custodire cœpit, ne ab eadem in aliquo diuellatur.

g ¶ *Quia, &c.*] Constanter his respondebo, qui vanam dicunt spem meam, quam in te habeo: quia illorum spes inanis est.

Psal. 49. e

h ¶ *Et ne, &c.*] Non consentiam peccantibus, ne audiam: *Quare tu enarras iustitias meas?*

i ¶ *Quia, &c.*] In his sperans, semper ea protuli in ecclesiis populorum.

k ¶ *Et custodiam, &c.*] In semper, omne tempus vitæ præsentis ostendit. In sæculum sæculi vero, futurum sæculum monstrat.

l ¶ *Et ambulabam, &c.*] Dilatatus enim sum in custodia legis tuæ.

m ¶ *Quia, &c.*] Diligenter ea perscrutans. Ad hoc exquisiui, vt crederem & intelligerem.

Matt. 10. d
Mar. 13. d

n ¶ *Et loquebar, &c.*] Sciens quia qui te confitetur in sæculo, confitebitur eum coram patre & angelis eius. Nos vero si ante reges & præsides propter dominum, sicut martyres fecerunt, stemus, siue verbum veritatis annuntiemus, siue pro iustitia decertemus, non confusi, sed constantes esse debemus.

o ¶ *Et meditabar, &c.*] Vt opus meditationis dilectionis perficeret fructum.

p ¶ *Et leuaui, &c.*] Id est, eleuaui.

q ¶ *Ad mandata, &c.*] A peccato mundas, & ab effusione innocentis sanguinis alienas.

r ¶ *Et exercebar, &c.*] Vt quæ in his per literam indicabantur: spiritualiter possim aduertere.

e ¶ *Hæc, &c.*] Facta est mihi hæc lex consolatio, & nō scandalum, vt diligentius iustificationes tuas scrutari valerem. Nos quoque suppliciter exoramus dominum, vt nobis iustificationes suas insinuet, vias referet, mirabilia declaret; & si quid legis vmbraculum occultet patacleto illuminante reuelet, vt si beatitudinis palmam nō adipiscimur: saltem vel pro delictis veniam cōsequamur. Per dominum nostrum Iesum Christum, cui est cum æterno Patre & Spiritu sancto honor & potestas & gloria in sæcula sæculorum, Amen.

Homilia secunda. Iustificationum, mandatorum, legum, viarumque discretionem iam in superiori homilia descripsimus: nunc ad octauæ literæ capitulum reuertamur.

HETH.

P Ortio f mea, &c.] Qui relinquit mundi superbiam, honorum fastigia diuitiarumque iactantiam, & in cælo collocat thesauros, huius portio efficitur Deus: sicut Petrus ait paralytico: Argentum & aurum non est mihi, sed quod habeo hoc tibi do. *In nomine Christi Iesu, surge & ambula.* O magnus thesaurus, ô felicium diuitiarum egregius cumulus, vt qui legem Dei custodit, & cuius Deus est poculum, morbida curet infirmitatum.

g ¶ *Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo.*] Bene

A

Matt. 5. a prophetia toto corde deprecatur faciem Dei: qui mundum cor se nouit habere. *Beati enim mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt.*

a ¶ *Miserere mei secundum, &c.*] Per quod promisisti vt peccatorem in morte non obrueres, sed misericordia consolareris.

b ¶ *Cogitaui, &c.*] Quod rectæ erant.

c ¶ *Et conuerti, &c.*] Sensus meos in tua præcepta, vt obseruare debeam, & opere compleam.

d ¶ *Paratus, &c.*] Paratus sũ ad prædicandum: non sum turbatus ad tribulationem sustinendam propter Christum.

e ¶ *Vt custodiam, &c.*] Non me conturbauerunt iniqua exprobrantium iacula.

f ¶ *Funes, &c.*] Ab improperiis peccantium se conspersum propheta dicit: nec tamen legis diuinæ se ait immemorem, sciens oportere nos per multas

Act. 14. d tribulationes introire in regnum Dei.

g ¶ *Media, &c.*] Scit enim medio noctis tempore vel pericula pati, vel præmia se assequi posse: quia sicut media nocte

Exod. 12. a percussit angelus Ægyptum: ita

Matt. 25. a media nocte sapientes virgines introducuntur ad sponsũ. Et multa sunt alia de media nocte testimonia. Ideo hic eo tempore surgit cum iudicio ac iu-

B stitia, vt quod posceret, consequatur.

h ¶ *Particeps, &c.*] Dauid particeps erat in regno ad omnes homines, qui sustinebant tribulationem: & modo ecclesia particeps est ad illos qui Deum timent timore sancto, & sua mandata implent. Particeps est cum illis in fide, spe, charitate.

i ¶ *Misericordia, &c.*] Cum *solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos.*

Matt. 5. g k ¶ *Iustificationes, &c.*] Ne similis fiam his, qui habentes scientiæ clauem: neque ipsi introeunt, neque alios introire

Luc. 11. g permittunt. Misericordiam fecit: quando venit nos redimere. Inde est plena terra, id est, sancta ecclesia. Iustificationes tuas doce me. Hoc est, tua mandata, vt illa intelligam & prædicem, & opere impleam.

TATH.

B*onitatem, &c.*] Vox prophetæ in persona ecclesiæ. Bonitatem fecisti, quando in carne venisti, & nos redemisti: quando quod promisisti ad Abraham & reliquos patres

Gen. 22. d adimplesti, vt illud: Et in semine tuo benedicentur omnes gentes. Cum seruo tuo populo Christiano.

l ¶ *Secundum, &c.*] Verbum patris filius est. Secundum verbum tuum: vt peccantem me non in ira punires, sed misericordia consolareris.

m ¶ *Bonitatem, & disciplinam, & scientiam, &c.*] Vox ecclesiæ. Ante debuerat docere sciẽtiam, & postea disciplinam: quia non potest homo bonus esse, nisi sciẽtiam habeat. Qua-

Matt. 5. g lem bonitatem se dicit facere? Quia dat pluuiam super terrã, *& facit solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos.* Et disciplinam, hoc est, vt primitus in se debeat mensurare & facere disciplinam, & postea in aliis. Et scientiam, hoc est vt discretionem habeat, & sciat discernere inter bonum & malum, inter vitam & mortem, inter corpus & animam. Doce me, vt intelligam tua mandata opere implere.

toto corde meo: [a] miserere mei secundum eloquium tuum. [b] Cogitaui vias meas, [c] & cõuerti pedes meos in testimonia tua. [d] Paratus sum, & non sum turbatus: [e] vt custodiam mandata tua. [f] Funes peccatorum circumplexi sunt me, & legem tuam non sum oblitus. [g] Media nocte surgebam ad confitendum tibi: super iudicia iustificationis tuæ. [h] Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua. [i] Misericordia tua domine plena est terra: [k] iustificationes tuas doce me.

TATH.

BOnitatem fecisti cum seruo tuo domine: [l] secundum verbum tuum. [m] Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me: [n] quia mandatis tuis credidi. [o] Priusquam humiliarer ego deliqui: propterea eloquium tuum custodiui. [p] Bonus es tu, [q] & in bonitate tua doce me iustificationes tuas. [r] Multiplicata est super me iniquitas superborum: ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua. [s] Coagulatum est sicut lac cor eorum: [t] ego vero legem tuam meditatus sum. [u] Bonum mihi quia humiliasti me, vt discam iustificationes tuas. [x] Bonum mihi lex oris tui: super millia auri & argenti.

IOTH.

MAnus [y] tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me: da mihi intellectum, vt discã mãdata tua: [z] Qui timent te videbunt me, & lætabuntur: [a] quia in verba tua supersperaui. [b] Cognoui domine quia æquitas iudicia tua, & in veritate tua humiliasti me. [c] Fiat misericordia

n ¶ *Quia mandatis, &c.*] Propterea doce me: quia in tuis præceptis credidi, id est, opere impleui. C

o ¶ *Priusquam, &c.*] Præcedente delicto humiliamur; & per hoc erudimur, vt eloquia diuina custodiamus.

p ¶ *Bonus, &c.*] Quia nemo bonus nisi tu solus.

q ¶ *Et in, &c.*] Eo quod bonæ sint, sicut & tu bonus es.

r ¶ *Multiplicata, &c.*] Cum enim verbera diuina me arguerent: & superbi sæculi lacesserent, dicentes: Vbi auxilium, vbi spes tua, vbi est bonitas Dei tui: ego mandata tua vehementius scrutabar, consolationem requirens in eis.

s ¶ *Coagulatum, &c.*] Lac cum natura suaue sit: corruptum tamen vitio coagulatur & acescit. Ita & superbi, id est, hæretici dulce corde sanctis scripturis prius habuerunt: sed peruertẽtes eas in ebrietate sensus sui: coagulati atque acerrimi facti sunt.

t ¶ *Ego vero, &c.*] Per quam superbos humilias, per quam humilibus gratiam præstas.

v ¶ *Bonum, &c.*] Vox ecclesiæ dicit. Bonum mihi fuit quod me humiliasti: quia per hoc didici tua mandata implere in operatione. *Bonum mihi quod humiliasti me, vt discam iustificationes tuas.* Quia non in superbia, sed in humilitate discuntur. D

x ¶ *Bonum, &c.*] Lex oris Dei Christus est: qui non venit legem soluere, sed adimplere. Quem præuidens propheta supet omnes thesauros concupiscit: quia non solum amicos Matt. 5. b diligi, sed etiam inimicis præcipit ignosci.

IOTH.

M*Anus y tua fecerunt, &c.*] Magnum est enim vt se homo intelligat manu Dei factum plasmatumque, & ad eius imaginem esse compositum. Quod si cognouerit, scientiam poscere debet, vt mandata eius intelligat atque custodiat: ne recedens ab eis qui fuit imago Dei, incipiat imago esse diaboli.

z ¶ *Qui timent, &c.*] Vox ecclesiæ, hoc est, vt illi qui Deum timent, videant suum intellectum, & lætitiam habeant: quia ecclesia quando videt alios mandata Dei obseruare, magnã lætitiam habet. Postea inuicem sic lætabuntur, & hîc & in futuro.

a ¶ *Quia in verbo tuo supersperaui.*] Id est, in Christi habeo spem.

b ¶ *Cognoui domine, quia æquitas, &c.*] Æquitas tua est, vt peccatores arguas pro delictis. Veritas, vt superbos humilies à prosperitatibus suis. Ergo quia me humiliasti vt corrigeres.

c ¶ *Fiat nunc misericordia tua, vt consoletur me.*] Vox prophetæ in persona ecclesiæ. Præuidebat propheta per Spiritum sanctum Christum venturum esse in carne, qui erat misericordia, vt nos redimeret secundum quod promiserat, & me consolaretur. Adimpleuit quod promisit: quia dicit in alio loco: Miserationes multæ sunt apud Deum

&

& nostra peccata multa sunt. Inde dicit: Miserationes tuæ multæ sunt.

a ¶ *Secundum, &c.*] Secundum quod promisisti, veni redimere seruum tuum, populum Christianum, qui tibi seruit specialiter. Fiat nunc misericordia tua vt consoletur me: secundum eloquium tuum seruo tuo. Promisisti enim, vt post humilitatem afflictionis tribueres præsidium consolationis.

b ¶ *Veniant, &c.*] Iam legem tuam meditor, sed in æternam vitam venire non possum, nisi à te inibi fuero commutatus.

c ¶ *Confundantur, &c.*] Confundantur in peccatis suis & cognoscant se inique gessisse aduersus iustum.

d ¶ *Ego autem, &c.*] Ostendẽs eis quæ oporteat agere. Ego autem. Vox ecclesiæ. Exercebor in mandatis tuis. Dum isti supra dicti sic fecerunt: ego in tuis præceptis ibi me exerceo.

e ¶ *Conuertantur, &c.*] Hoc est, vt me docente cognoscentes ea ad te conuersi fiant.

f ¶ *Fiat cor meum immaculatum &c.*] Et quia de corde procedit numerositas vitiorum, sicut dominus ait in euãgelio: ideo propheta immaculatum se fieri poscit in Dei iustificationibus, vt cum in iudicio damnationis sẽtentia non confundar. Sic & nos opprimere debemus varias cogitationes, ne nobis confusionem præparent, cum ea desiderauerimus implere. *Fiat cor meum immaculatum.* Hic cor pro anima ponitur. Ac si dicat: Fiat anima mea sine peccato mortali. *In iustificationib. tuis, vt non confundar.* Hoc est vt nõ habeam confusionem æternam.

Psal. 118. k

F

Caph.

Defecit [g] *in salutari, &c.*] In Iesu, qui venit saluum facere populum suum à peccatis eorum.

dia tua, vt consoletur me: [a] secundum eloquiũ tuum seruo tuo. [b] Veniant mihi miserationes tuæ, & viuam: quia lex tua meditatio mea est. [c] Confundantur superbi: quia iniuste iniquitatẽ fecerunt in me: [d] ego autem exercebor in mandatis tuis. [e] Conuertantur mihi timentes te, & qui nouerunt testimonia tua. [f] Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus tuis, vt non confundar.

כ Caph.

Defecit [g] in salutari tuo anima mea, [h] & in verbum tuum supersperaui. [i] Defecerunt oculi mei in eloquium tuum: dicentes, quando consolaberis me. [k] Quia factus sum sicut vter in pruina: iustificationes tuas non sum oblitus. [l] Quot sunt dies serui tui: quãdo facies de persequentibus me iudicium? [m] Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: sed non vt lex tua. [n] Omnia mandata tua veritas: [o] iniqui persecuti sunt me, adiuua me. [p] Paulominus consummauerunt me in terra: ego autem non dereliqui mandata tua, [q] Secundum misericordiam tuam viuifica me, [r] & custodiam testimonia oris tui.

ל Lamed.

In æternum domine, verbum tuum permanet in cœlo. [t] In generatione & generationẽ veritas tua: [u] fundasti terram & permanet. [x] Ordinatione tua perseuerat dies: quoniam omnia seruiunt tibi. [y] Nisi quod lex tua meditatio mea est: tũc forte perissem in humilitate mea. [z] In æternum nõ obliuiscar iustificationes tuas: quia in ipsis viuificasti me. [a] Tuus sum ego, saluum me fac: quoniam iustificationes tuas exquisiui. [b] Me expectauerunt peccatores, vt perderent me: testimonia tua intellexi. [c] Omnis consummationis vidi finem: [d] latum mandatum tuum nimis.

מ Mem.

Qvomodo [e] dilexi legem tuam domine: tota die meditatio mea est. [f] Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato

o ¶ *Iniqui, &c.*] Grauia aduersus principatus & potestates sustineo bella: & ideo non peto vt amoueatur hoc certamen, sed vt adiuuer: sciens neminem posse coronari, nisi qui legitime certauerit.

p ¶ *Paulominus consummauerunt me in terra: &c.*] Valde me corporalia vitia in terra humiliassent: nisi custodissem mandata diuina.

q ¶ *Secundum misericordiam, &c.*] In æternam vitam: quia ego iam non mihi viuo, viuit autem in me Christus.

r ¶ *Vt custodiam, &c.*] Vel ea quæ in lege mandasti: vel illa quæ in euangeliis protulisti.

Lamed.

In. *æternum, &c.*] Io homine illo cœlesti: qui relicta imagine terrena, factus est cœlum.

t ¶ *In generationem, &c.*] Vna generatio est legis & prophetarum, altera euangeliorum. In his generationibus veritas permanet Dei: quia nihil mendacij protulerunt.

v ¶ *Fundasti terram, &c.*] Non illam quæ cum cœlo præterit: sed illam, in qua verbum Dei multiplicatur.

x ¶ *Ordinatione tua perseuerat dies: &c.*] Qui relictis mundi tenebris, in lumine Dei viuit: ille in Deum qui dies verus est, perseuerat. Et omnia quę ex ordinatione eius perficit, ei deputat ad seruiendum.

H

y ¶ *Nisi quod, &c.*] Dat exemplum, vt etiamsi in diuersis persecutionibus humiliemur, legem meditemur, ne pereamus.

z ¶ *In æternum, &c.*] Transferens me post certamina multa in vitam æternam.

a ¶ *Tuus sum ego, &c.*] Ego tuus famulus, & tu Deus meus. Ad te posco saluari, quia venter nõ est mihi Deus; nec sum inani gloriæ deditus: sed iustificationibus tuis.

h ¶ *Et in verbum, &c.*] Quod in principio Deus erat apud Deum, vt veniat ad redemptionem humanam.

i ¶ *Defecerunt, &c.*] Attende. Hanc suscipio consolationem te aduenire de cœlis: in defectione spiritualium oculorum.

Matt. 2. d

k ¶ *Quia factus, &c.*] Dominus in euangelio dixit: *Nemo ponit vinum nouum in vtres veteres:* significans, pectus humanum diuturnis repletum vitiis, non posse continere mãdata Dei. Ergo & nos, si incalescamus naturali ardore vt peccemus, cum mandata Dei accipimus, repentinus extinguitur hic calor, & erimus quasi vter in pruina, refrigerato in nobis ardore peccati.

l ¶ *Quot sunt dies serui tui, &c.*] Pauci sunt dies huius vitæ. Tu domine contere in iudicio tuo satanam cum satellitibus suis: sub pedibus nostris velociter qui nos persequuntur.

m ¶ *Narrauerunt mihi, &c.*] Audiuit multa ab hæreticis ac gentibus, quæ non conueniunt mandatis Dei. Ideo adiungit:

n ¶ *Omnia mandata, &c.*] Nulla enim falsitate comprehenduntur.

b ¶ *Me expectauerunt, &c.*] Longo me certamine aduersæ potestates impugnant: sed ego intelligens testimonia tua, consolationem recepi ex eis.

c ¶ *Omnis, &c.*] Christum vtique qui finis est legis, & prophetarum consummatio. Propheta præuidit in spiritu consummasse eum omnia quæ scripta sunt de eo in lege, & prophetis, & psalmis. Siquidem ipse in passione ait: Consummatum est.

Ioan. 19. f

d ¶ *Latum mandatum, &c.*] Spatiosum enim præuidit tempus illud ab eo quo se mandauit per legem & prophetas venturum, vsquequo procedat per euangelium.

Mem.

Qvomodo e, &c.] In hoc apparet eum legem Dei diligere, quia omne tempus vitæ suæ eam cognoscitur meditari. Die autem dixit, pro eo quod à splendore diuinæ lucis eluceat.

f ¶ *Super inimicos, &c.*] Inimici prophetæ, Iudæi sunt qui spiritualiter non intelligunt. Quibus prudentiorem propheta se dicit: quia in his mandatis, quæ in æternum seruauit, venturum dominum præuidit.

a ¶ Super

A

a ¶ *Super omnes docentes me intellexi:&c.*] Docebant tunc Scribæ Pharisæi habentes scientiæ clauem: sed iste super his intelligit, qui mysterium vnguentorum & festiuitatum atque holocaustomatum, in euangelijs vidit esse complendum.

& tua præcepta, hoc est, mea hæreditas in æternum & hic, & in futurum. C

r ¶ *Quia exultatio cordis*, &c.] Tua testimonia, hoc est, mea exultatio: quia ecclesia in mandatis Dei delectatur & exultat.

b ¶ *Super senes*, &c.] Super sacerdotes & principes cuncta legis mandata requiro: quia in nouo testamento agi præstolor quod cerno in veteri figuratū.

c ¶ *Ab omni*, &c.] A præcipitio cœni facinorosi me semper inhibui, vt facilius verbum mandatorum custodire valerem.

d ¶ *A iudiciis*, &c.] Legem mādatorum à te suscepi: quod si ab his declinarem iudiciis, in æterno iudicio condemnarer.

e ¶ *Quam*, &c.] Trāsito melle, vel alio cibo palato, nullum vltra saporem habet: sed eloquia tua domine siue in ore, siue in faucibus, vel in arcano abditi pectoris, semper dulcia sūt meditātibus ea. Nam sicut mel visibile amaritudinem arcet nostrarum faucium: ita eloquiis dominicis, amaritudines nostrorum criminum mitigantur.

f ¶ *A mandatis tuis intellexi: propterea*, &c.] Supradictam mandatorum dulcedinem hauriens iniquæ amaritudinis viam odiui.

dato tuo: quia in æternum mihi est. [a] Super omnes docentes me intellexi: quia testimonia tua meditatio mea est. [b] Super senes intellexi: quia mandata tua quæsiui. [c] Ab omni via mala prohibui pedes meos, vt custodiam verba tua. [d] A iudiciis tuis non declinaui: quia tu legē posuisti mihi. [e] Quam dulcia faucibus meis eloquia tua: super mel ori meo. [f] A mandatis tuis intellexi: propterea odiui omnem viam iniquitatis.

נ Nvn.

LVcerna pedibus meis verbum tuum, [h] & lumen semitis meis. [i] Iuraui & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ. [k] Humiliatus sum vsquequaque domine: viuifica me secundum verbum tuum. [l] Voluntaria oris mei beneplacita fac domine, [m] & iudicia tua doce me. [n] Anima mea in manibus meis semper, & legem tuam non sum oblitus. [o] Posuerunt peccatores laqueos mihi, [p] & de mandatis tuis non erraui. [q] Hæreditate acquisiui testimonia tua in æternum: [r] quia exultatio cordis mei sunt. [s] Inclinaui cor meum [t] ad faciendas iustificationes tuas [u] in æternum, propter retributionem.

ס Samech.

INiquos odio habui, & legē tuam dilexi. [y] Adiutor & protector meus es tu, [z] & in verbum tuum supersperaui. [a] Declinate à me maligni, & scrutabor mandata Dei mei. [b] Suscipe me secundum eloquium tuum, [c] & viuam: [d] & non confundas me ab expectatione mea, [e] Adiuua me, [f] & saluus ero: [g] & meditabor in iustificationibus tuis [h] semper. [i] Spreuisti omnes discedentes [k] à iudiciis tuis: [l] quia iniusta cogi-

s ¶ *Inclinaui*, &c.] Non fui superbus, sed humilis: & ideo inclinaui cor meum, vt te intelligerem: quia superbi non inclinant cor ad humilitatem. Ad quid inclinaui cor meum, dicit ecclesia.

t ¶ *Ad faciendas*, &c.] Hoc est, mandata tua.

v ¶ *In æternum*, &c.] Vitæ æternæ, vt illam merear percipere.

Samech.

INiquos x, &c.] Vox prophetæ in persona ecclesiæ. Quomodo dicit, iniquos odio habui, dum dominus dicit: *Diligite inimicos vestros, benefacite his qui vos oderunt?* Luc. 9. d Et alibi: *Orate pro persequentibus & calumniantib. vobis.* Matt. 5. g Et hic quomodo dicit, odio habui? Sed secundum legē veteris testamenti potest se defendere, sicut dictum est: *Diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum.* Leui. 19. d Sed modo intelligendum est: Odio habui, vitia & peccata. Et dilexi, hoc est, illam naturam: quia non licet odisse creaturam Dei, sed peccatum. Sicut alibi dicit: *Perfecto odio oderam illos*: Psal. 138. d Est odiū non perfectum. D Quare? *Quia qui odit fratrem suum, homicida est.* 1 Ioan. 3. a *Et legem tuam dilexi*, id est, tuam legem quam tu præcepisti, dilexi: opere impleui.

y ¶ *Adiutor & susceptor*, &c.]

Nvn.

B

LVcerna, &c.] Si in huius sæculi noctibus, in nobis verbi Dei luceat lumen: non incidunt pedes nostri in laqueos funium ac præcipitia fouearū, quæ manus artis diabolicæ in nostris offendiculis præparāt.

h ¶ *Et lumen*, &c.] Vt hoc lumine præeunte, dum vitæ istius semitas gradimur, in eam quæ via vera est, perducamur.

i ¶ *Iuraui & statui custodire iudicia*, &c.] Primum iurauit, vt ab hac custodia non dissoluatur. Deinde statuit, vt quæ iurauerat, firmet: sciens nihil in Dei iudiciis nisi per iustitiam propalari.

k ¶ *Humiliatus*, &c.] Didicit humilitatem, quam Christus docuit: qui mitis est & humilis corde. Ideo nunc deprecatur, vt sicut ille post humilitatem formæ seruilis exaltatus est in gloriam Dei patris, ita & iste ab hac humilitate corporea in vitam transferatur æternam.

l ¶ *Voluntaria*, &c.] Vox ecclesiæ. Ac si dicat: Vota mea quæ tibi offero, beneplacita tibi sint, id est, acceptabilia & delectabilia.

m ¶ *Et iudicia*, &c.] Hoc est, tua mandata, vt intelligam & impleam.

n ¶ *Anima*, &c.] Hoc est, sensibus tuis: quia paratus sum vt operer. Et in alio loco dicit: *Anima mea in manibus meis.* Psalm. 118. Quomodo dicit in manibus meis? eo quod paratus sum martyrium sustinere propter Christum.

o ¶ *Posuerunt*, &c.] Vide quod laqueus secus viam ponitur, & si egressus fueris de via, cades in laqueum. Quid sunt ista laquei, nisi tendiculæ diaboli, vel suggestiones dæmonis? Vitia etiam & peccata possunt intelligi.

p ¶ *Et in mandatis*, &c.] Vox ecclesiæ. Non erraui à tuis mandatis, sed constans fui in operatione.

q ¶ *Hæreditate acquisiui testimonia tua.*] Tua testimonia

Adiutor in præsenti, susceptor in futuro.

z ¶ *Et in verbo*, &c.] Hoc est, in Christo: quia verbum patris filius est.

a ¶ *Declinate*, &c.] Vox prophetæ in persona ecclesiæ: optādo dicit Declinate à me maligni. Si volueris perfectè pœnitentiam agere, segregare te debes à consortio peccatorum, vel omnium malorum hominum, & fugere in alium locum, vt perfecte eam agere valeas. Declinate à me maligni. Hi sunt dæmones, vitia & peccata, vel aduersariæ potestates. Quia dum ipsi tēdiculas tibi præparant, & suggestiones pessimas, non potes scrutari mandata Dei, vt illa bene intelligas. Sed si volueris pœnitentiam agere: segregarè te debes ab illorum consortio.

b ¶ *Suscipe me*, &c.] Dauid dicit. Suscipe me à carne, secundum quod promisisti, vt de mea carne carnem acciperes, & me redimeres.

c ¶ *Et viuam.*] Hoc est in anima, si me redemeris, & hîc, & in futurum.

d ¶ *Et non confundas*, &c.] De hoc quod expectaui tuam saluationem cum veneris, non confundar, vt non habeam confusionem neque hic, neque in futurum.

e ¶ *Adiuua me.*] Auxilium rogat.

f ¶ *Et saluus ero.*] In anima, si veneris vt me adiuues.

g ¶ *Et meditabor in iustificationibus tuis.*] Id est, in tuis mandatis.

h ¶ *Semper.*] Sine fine.

i ¶ *Spreuisti omnes discedentes.*] Id est, despexisti.

k ¶ *A iustitiis tuis.*] Quare?

l ¶ *Quia iniusta est cogitatio*, &c.] Ideo spreuisti: quia discedunt à tuis mandatis, & cogitatio eorum iniusta est: hære-

ticorum

E

tericorum, Iudæorum, vel omnium malorum, & cõtra Christum, & contra ecclesiam.

a ¶ *Præuaricantes, &c.*] Optando dicit propheta in persona ecclesiæ: quia ante aduentum Christi præuaricatores erant: qui sub debito tenebantur propter præuaricationem primi hominis Adæ, & omnes ad infernum descendebant, etiã ipsi infantes ad infernum descẽdebant: quia propter illud debitum præuaricatores reputabãtur, nisi per baptismum abluti fuissent. Et modo qui non sunt baptizati, ad infernum descendunt. Præuaricantes reputaui. Quia non omnes peccatores præuaricatores: sed omnes præuaricatores peccatores

b ¶ *Ideo, &c.*] Ne in his præuaricator appaream.

c ¶ *Confige, &c.*] Metuo futurum iudicium: ideo erui tuæ configens omnes concupiscentias carnis, tibi conuiuere, tibi commori, tibi consepeliri paratus sum, vt in futuro tibi cõsurgere merear. Sed & nos domine deprecamur, vt in timore too confixi, lucerna facti luminis præeunte, à peccati funibus absoluti, & tua portio facti: illam viam incedere valeamus, quæ nos à malorum liberatos supplicus angelis faciat cohæredes. Per ipsum dominum nostrum Iesum Christum: cui est cum æterno Patre & Spiritu sancto honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

F

Homilia tertia. Salubri nos semper cõsilio & sacro eloquio beat hortatur propheta, vt iustitiam quã ille custodiuit in opere, nos debeamos fideliter exequi, & indissolubiliter retinere. Qui vt segnes & inertes animos ad hæc custodienda facilius excitet: quid meriti pro ipsius iustitiæ custodia adipiscamur edocet dicens.

tatio eorũ est. [a] Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ: [b] ideo dilexi testimonia tua. [c] Confige timore tuo carnes meas: à iudiciis enim tuis timui.

ע Ain.

FEci [d] iudicium & iustitiam: non tradas me calumniantibus me. [e] Suscipe seruum tuum in bonum: [f] non calumnientur me superbi. [g] Oculi mei defecerunt in salutare tuum, [h] & in eloquium iustitiæ tuæ. [i] Fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam, [k] & iustificationes tuas doce me. [l] Seruus tuus sum ego: da mihi intellectum vt sciam testimonia tua. [m] Tempus faciendi domine: dissipauerunt legem tuã. [n] Ideo dilexi mãdata tua, super aurum & topazion. [o] Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquam odio habui.

פ Phe.

MIrabilia [p] testimonia tua: ideo scrutata est ea anima mea. [q] Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. [r] Os meum aperui, & attraxi spiritum: quia mãdata tua desiderabam. [s] Aspice in me, & miserere mei secundum iudicium diligentium nomen tuum. [t] Gressus meos dirige secundum eloquium tuum. [u] & non dominetur mei omnis iniustitia. [x] Redime me à calumniis hominum, vt custodiam mandata tua. [y] Faciem tuam illumina super seruum tuum, [z] & doce me iustificationes tuas. [a] Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non custodierunt legem tuam.

צ Zade.

IVstus [b] es domine, & rectum iudicium tuum. Mandasti iustitiam testimonia tua, & veritatem tuam nimis. [c] Tabescere me fecit zelus meus: [d] quia obliti sunt verba tua inimici mei. [e] Ignitum eloquium tuũ vehemẽter, & seruus tuus dilexit illud. [f] Adolescentior sum ego, & con-

m ¶ *Tempus, &c.*] Iudæi vtique qui eam spiritualiter non intellexerunt. Sed veniet tempus quando occulta illius, dominus faciet prædicatione euangelica reserari. G

n ¶ *Ideo dilexi, &c.*] Sicut enim aurum cunctorum metallorum præcellit pretium: ita topazios omnium gemmarum in se continens pulchritudinẽ, omnium vincit honores. Ideo propheta super hæc omnia Dei mandata diligit: quia in his adiũctum dominũ qui mũdum redẽpturus est, nõtarũ intelligit.

o ¶ *Propterea, &c.*] Nihil de viis iniquitatis accescit: sed sicut perambulaui integre: ita omnia quæ in viis iniquitatis morabantur, odiui.

Phe.

MIrabilia p, &c.] Vidi in his aliud agi, aliud figurari. Ideoque quia mirum mihi est: diligentius perscrutatus, cũcta te declarante cognosco, sicut sequitur,

q ¶ *Declaratio, &c.*] Sermones Dei sunt scripta prophetarum & legis, quæ in euangeliis declarantur: dum Verbum caro factũ habitat in nobis, & multis virtutibus se Deum ostendit. Sed horum intellectus paruitati nostræ, qui in innocentia renati sumus, tribuitur: domino sic dicente. *Confiteor tibi domine pater cœli & terræ: quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.* H Matt. 11.

r ¶ *Os, &c.*] Cor mundum reseruaui, & dignũ me effeci desiderio mandatorum tuorum, in quẽ Spiritus sãctus diffunderetur.

s ¶ *Aspice, &c.*] Vt illo me iudicio muneres, quo reliquos qui diligunt nomen tuum.

t ¶ *Gressus, &c.*] Et non secundum corporeas voluntates.

v ¶ *Et non, &c.*] Quia tuo sum famulatui mancipatus.

Ain.

FEci d *iudiciũ, &c.*] Iugiter nos in hoc mortali corpore vitiorum caterua persequitur: sed si mensura iudiciorum ac iustificationum Dei in nobis maneat, vt prudenti consilio ea quæ his conueniunt faciamus, horum persecutorum manibus non trademur.

e ¶ *Suscipe seruum tuum in bono.*] Quia seruire me peccato iam nescio.

f ¶ *Vt non, &c.*] Diabolus & ministri eius.

g ¶ *Oculi mei, &c.*] In Iesum qui Hebraice saluator dicitur.

h ¶ *Et in eloquium, &c.*] In verbum illud quod erat in principio apud Deum: qui iustitias legis non venit soluere, sed implere.

i ¶ *Fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam.*] Vt ipse vota mea perficias.

k ¶ *Et iustificationes, &c*] Vt eas, sicut sæpius optaui possim aduertere.

l ¶ *Seruus tuus sum ego: da mihi intellectum vt sciam testimonia tua.*] A te ea discam, & non ab hæreticis vel Iudæis: quia mihi nullum tempus est ab exercitatione tuæ seruitutis otiosum.

x ¶ *Redime me, &c.*] Calumniæ sunt, cum iustis hominibus crimen impietatis obiicitur. Et ex quibus se redimi deposcit à Deo, vt eius mandata custodiat.

y ¶ *Faciem, &c.*] Confirma me effigie imaginis gloriæ tuæ.

z ¶ *Et doce me, &c.*] Vt quod in illis cerno per speculum, certa contemplatione conspiciam.

a ¶ *Exitus aquarum, &c.*] Veram semper agit pœnitentiam hic sanctos, & non cessat fluentis lacrymarum antiqua delicta diluere, vt intelligas: nisi veram pœnitentiam egeris, tibi facilè non dimitti quæ gesseris. Vera est enim pœnitentia, iugiter fletibus commissa diluere & abluta non iterare.

Zade.

IVstus b *es domine, &c.*] Omnia quæ mãdante te patimur, iusta, recta, ac vera sunt, quia aut pro peccatis nostris ingruunt aut vt probati manifestemur, eueniunt.

c ¶ *Tabescere me fecit, &c.*] Cum domus Dei, spelũca latronum efficitur à malis habitatoribus: vel cum videro corpora Deo dicata, volutabris facinorum inquinari.

d ¶ *Quia obliti sunt, &c.*] Obliuiscentes enim præcepta legis, fecerunt domum tuam speluncam latronum.

e ¶ *Ignitum eloquium, &c.*] Quia sicut peccatum consumit: ita & peccantem si conuertatur, illuminat.

f ¶ *Adolescentior sum ego, & contemptus: iustificationes tuas*

A *non sum oblitus.*] Quanquam hæc Dauid ex persona sua dicat: qui adolescentior cæteris fratribus quasi contemptus ad oues pascendas directus: dehinc in regnum electus est: tamen hæc ad populum Christianum referenda sunt: qui prius contemptus, & de domo patris electus, recolens iustificationes Dei; acceptis prioris primogenitis, prior effectus est.

exquisierunt.] Salus nostra, Christus est: qui à negligentibus Iudæis elongatur: eo quod in iustificationibus legis non intelligunt figuratum. C

q ¶ *Miserationes tuæ multæ sunt domine.*] Quia de multis periculis eruunt.

a ¶ *Iustitia*, &c.] Quam non cognouit populus ille prior sēper esse perpetuam.

b ¶ *Et lex*, &c.] Illis fuit vmbra: nunc est ecclesiæ populo veritas. Sed propheta pro hac veritate multa perferens, ait.

c ¶ *Tribulatio*, &c.] Quamlibet tribuletur in pœnis, coarcetur in vinculis: vox semper libera Dei mandata meditatur assiduè.

d ¶ *Æquitas*, &c.] Vt pro eorum intelligentia, vitam possim capere sempiternam.

Coph.

C*Lamaui* e , &c. *mandata tua.*] Hunc clamorem nō corporeæ vocis, sed mentis spiritualis esse, sæpe monuimus: per quem iusti à Deo exaudiuntur: vel ille precibus eorum piū pandit auditum.

f ¶ *Præueni*, &c.] Vetera vitia pudicitia iuuenilis præuenit: qui per maturitatem viuacis animi, spem suam nunquam à verbis Dei remouit. B

g ¶ *Præuenerunt.*] Non eum lux soporatum reperit, sed vigilantem strenue, & circa diuina eloquia oculorum spiritualium intentione meditantem.

h ¶ *Vocem meam exaudi domine*, &c.] Incessabiliter vocis spiritualis emittit gemitum, vt ab hac mortalitate in vitam transferatur æternam.

i ¶ *Appropinquauerunt*, &c.] Omnis enim qui iniquè sanctis appropinquat vt noceat, elongatus à lege Dei.

k ¶ *Prope es tu*, &c.] Non tenensis locis, sed per veritatem mandatorum cordibus sanctorum illaberis.

l ¶ *Ab initio cognoui de testimoniis tuis.*] Ab Adam in omnibus patriarchis ac prophetis.

contemptus: iustificationes tuas non sum oblitus, [a] Iustitia tua iustitia in æternum, [b] & lex tua veritas. [c] Tribulatio & angustia inuenerūt me: mādata tua meditatio mea est. [d] Æquitas testimonia tua in æternum: intellectum da mihi, & viuam.

ק Coph.

CLamaui in toto corde meo, exaudi me domine: iustificationes tuas requiram. Clamaui ad te: saluum me fac, vt custodiam mandata tua. [f] Præueni in matutitate & clamaui: quia in verba tua supersperaui. [g] Præuenerunt oculi mei ad te diluculo, vt meditarer eloquia tua. [h] Vocem meam audi domine secundum misericordiam tuam, & secundum iudicium tuum viuifica me. [i] Appropinquauerunt persequentes me iniquitati: à lege autē tua lōge facti sunt. [k] Prope es tu domine, & omnes viæ tuæ veritas. [l] Initio cognoui de testimoniis tuis: [m] quia in æternum fundasti ea.

ר Res.

VIde humilitatem meam, & eripe me: quia legem tuam non sum oblitus. [o] Iudica iudicium meum, & redime me: propter eloquium tuum viuifica me. [p] Longe à peccatoribus salus: quia iustificationes tuas non exquisierunt. [q] Misericordiæ tuæ multæ domine: [r] secundum iudicium tuum viuifica me. [f] Multi qui persequūtur me & tribulant me: à testimoniis tuis non declinaui. [t] Vidi præuaricantes, & tabescebam: quia eloquia tua non custodierūt. [u] Vide quoniam mandata tua dilexi domine: in misericordia tua viuifica me. [x] Principium verborum tuorum veritas: [y] in æternū omnia iudicia iustitiæ tuæ.

ש Sin.

PRincipes persecuti sunt me gratis, & à verbis tuis formidauit cor meum. [a] Lætabor ego super eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa. [b] Iniquitatē odio habui, & abominatus sum: legem autem tuam dilexi. [c] Septies in die laudem dixi tibi: super iudicia iustitiæ tuæ. [d] Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum. [e] Expectabam salutare tuū domine, & mandata tua dilixi. [f] Custodiuit anima mea testimonia tua, & dilexit ea vehementer. [g] Seruaui mandata tua & testimonia tua: quia omnes viæ meæ in conspectu tuo.

r ¶ *Secundum*, &c.] Ne inneniatur in me quod iudicium mortis absumat.

f ¶ *Multi persequuntur me, & tribulant me: à testimoniis tuis* &c.] Sæuiant odiis, impugnent iniuriis: ego à testimoniis tuis erigor, non inclinor. Exod. 24. b

t ¶ *Vidi non seruantes*, &c.] Pactum fuit Israël cum Deo, quādo dixi ad Moysen: *Omnia quæcunque dixerit dominus, faciemus.* Sed & nunc nos pascimur in baptismo, vt abrenuntiemus diabolo & operibus suis. Pro transgressoribus ergo huius pacti propheta tabescebat, sicut & Paulus qui dicebat: *Quis vritur, & ego non vror?* 2. Cor. 11. g

v ¶ *Vide quia*, &c.] Dilexit ea: non per metum, sed per bonæ voluntatis effectum. Ideo se in his viuificari deposcit.

x ¶ *Principium verborum*, &c.] Vt nouus homo renatus in Christo viuat.

y ¶ *Et in æternum*, &c.] Vt deinceps cognoscens se ad imaginem similitudinemque Dei creatum, nihil iudiciis ac iustitiis eius gerat indignum.

Sin.

PRincipes z, &c.] Formidaui à verbo illo quo ait: *Qui me negauerit coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo, qui est in cœlis.* Ideo perstitit fortis in passione. D Matt. 10. B

a ¶ *Lætabor*, &c.] Alligato forti, & vasis eius direptis, lætor in illud eloquium euangelicum quod dicit: *Cum vos persequentur* & maledicent, *& dicent omne malum aduersum vos propter iustitiam, gaudete & exultate, quia merces vestra multa est in cœlis.* Luc. 11. e Matt. 5. a

b ¶ *Iniquitatem odio*, &c.] Dū iniquitatem odit, & Dei iustitiam diligit, in maiori se officio extendit dicens.

c ¶ *Septies*, &c.] Septies dum per diem laudat: quia mens eius in pleno splendore perdurans, ad illum septimum diem, id est, sabbathorum sabbathum, qui est requies æterna, festinat.

m ¶ *Quia in æternum*, &c.] Euangeliis, in quibus & nos fundati sumus supra fundamentum memoratum: sicut dixisse Paulum apostolum sæpe meminimus.

Res.

V*Ide humilitatem*, &c.] Tibi humilior: à te eripe me deprecor, vt exalter: quia memor sum legis tuæ qua dixisti: *Qui se humiliauerit, exaltabitur.* Luc. 14. e

o ¶ *Iudica iudicium*, &c.] Iudicaui me ego nihil scire, nisi Iesum Christum: qui ad redemptionem mundi venire promissus est. Iuxta ergo hoc iudicium, ego à te viuificer in eloquiis tuis.

p ¶ *Longe est à peccatoribus salus: quia iustificationes tuas non*

d ¶ *Pax multa diligentibus*, &c.] Qui Deum amat, pacem cum fratribus necesse est habeat. Nam Deum falso amore diligit, qui scandalizatur in fratre.

e ¶ *Expectabam salutare tuum*, &c.] Iesum dominum omnium salutare expectans: ea quæ in lege & prophetis mandata fuerant, feci.

f ¶ *Custodiuit*, &c.] Cum strenuitate custodiæ, validam dilectionem apposuit.

g ¶ *Seruaui præcepta tua & testimonia tua: quia*, &c.] Seruat præcepta testimoniaque, qui vias Dei incedit: nec quicquam in

ת TAV.

A Propinquet deprecatio mea in conspectu tuo domine: iuxta eloquium tuũ da mihi intellectum. [b] Intret postulatio mea in conspectu tuo secundum eloquiũ tuum eripe me. [c] Eructabunt labia mea hymnum: cum docueris me iustificationes tuas. [d] Pronuntiabit lingua mea eloquia tua: quia omnia mandata tua æquitas. [e] Fiat manus tua vt saluet me: quoniá mandata tua elegi. [f] Cõcupiui salutare tuũ domine, & lex tua meditatio mea est. [g] Viuet anima mea, & laudabit te: & iudicia tua adiuuabũt me. [h] Erraui sicut ouis quæ perijt: quære seruum tuũ, quia mandata tua nõ sum oblitus.

i ¶ Canticum graduum.

PSALMVS CXIX.

A D dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. [l] Domine libera animam meam à labiis iniquis, [m] & à lingua dolosa. [n] Qoid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguã dolosã? [o] Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus desolatoriis. [p] Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est: [q] habitaui cum habitantibus Cedar: [r] multum incola fuit anima mea: [f] Cum his qui oderunt pacẽ, eram pacificus: [t] cũ loquebar illis, impugnabãt me gratis.

u ¶ Canticum graduum.

PSALMVS CXX.

L Euaui oculos meos in montes: [y] vnde veniet auxilium mihi. [z] Auxilium meum à domino, qui fecit cælũ & terram. [a] Non det in commo-

E in acto, dicto vel cogitatu agit, quod diuinæ contemplationi habeatut indignum.

TAV.

A *Propinquet oratio, &c.*] Proximam tibi fieri oraoonẽ meam deprecor domine, vt à te intellectum capiens, nihil alud nisi quod oportet exotem.

b ¶ *Introeat, &c.*] Vt eam per odorem innocẽtis vitæ dignãter assumens, ab hac corruptione concupiscentiæ carnalis eripiar.

c ¶ *Eructabunt, &c.*] Si per puram conscientiam reserata fuerint à te labia mea, tunc dignum laudationis proferam hymnum: quem à tuis iustificationibus imbutus edoceor.

d ¶ *Pronuntiabit lingua mea eloquia tua: &c.*] Nihil est aliud in eloquiis tuis domine nisi pax, nisi æquitas, nisi vita. Hoc corde credam, hoc labiis eloqoar, hoc lingua pronuntiem.

e ¶ *Fiat manus tua vt saluet me: quoniam mandata tua elegi.*] Cum dicit: Fiat manus tua, designat dominum Saluatorem: quia fact[us] est ei ex semine Dauid secundum carnem: per quem facta sunt vniuersa, & regũtur. Manum hic debemus dexterã accipere. Postulat autem venire Saluatorem, per quem se nouerat saluandum. Quod autem
F dicit: elegi mandata, omnia se pericula amore domini postposuisse testatur.

f ¶ *Concupiui salutare tuum domine, &c*] Ipsum videre concupiueram, quem de vtero virginali illis adhuc temporis credebam esse ventorum. Et vt sibi hanc scientiam de scripturis diuinis prouenisse monstraret, sequitur: Et lex tua meditatio mea est In prophetis enim concupiuerat Christum dominum nasciturum: de qoo lex & prophetæ loquebantur.

g ¶ *Viuet anima mea &c.*] Absorpta terrenæ corruptionis infirmitate, viuere se confitetur Deo, per adiutoriũ iudiciorum eios.

h ¶ *Erraui sicut, &c*] Fuisse & iam non esse ouem errabundam dicit: reportari se pastoris humeris deprecatur, vt nunc angelis de sua inuentione gaudia tribuantur. Dominus autem non est missus, nisi ad oues, quæ perierunt do-
Matt.15.c Luc.15.a mus Israel. Quem supplices deprecamur, vt iudiciorum eius factores, mandatorum custodes, testimoniorumque scrutatores effecti: reperta perdita oue, industria benigni pastoris restituta ecclesiastico ouili, sacris eius humeris reportati, sanctorum Angelorum mereamur consortiis glorari: ipsi gloria cum æterno Patre & Spiritu sancto in cuncta sæcula sæculorum, Amen.

i ¶ *Canticum graduum.*] Quindecim graduum psalmi per quosdam profectus nos ad summam perducunt, vt in atriis domini possimus dicere: *Ecce nunc benedicite dominum, omnes*
Psal.133.a *serui domini*: in atriis domus Dei eios. Et quia à plerisque super his latissimè disputatum est, stultum est parua dicere velle pro magnis.

PSALMVS CXIX.

A *D dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me.*] Tres res in vno versiculo velociter explicãtur, angustia, preces, exauditio: quia nemo tribulatur, nisi qui vinere in Christo piè desiderat. Oportet ergo vt non vocum

eleuatione, sed cordis humilitate proclamemus ad dominum, si cupimus exaudiri. G

l ¶ *Domine libera, &c.*] A Iudæis, qui Christum dominum non solum non credunt, sed etiam immundis labiis blasphemare non metuunt.

m ¶ *Et à, &c.*] Ab hæreticorum doctrina, qui nos à recta fidei linea exturbare nituntur.

n ¶ *Quid detur, &c.*] Ad se fideliter proclamantem animam, dominus interrogare pietatis affectu dignatus est, vt quid ei detur, aut quid apponatur ad linguam dolosam. Dicunt multi hoc in loco commutata præpositione: Quid detur tibi aduersus linguam dolosam: dicere volũt, vt quasi ex Dei doctrina anima illa audiat.

o ¶ *Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus desolatoriis.*] Pro desolatoriis carbonibus, in Hebræo ἐρημωτικοῖς habet. Deso- רתמים
Esa.6.b latorem puto & in Esaia esse carbonem qui ad labia eius defertur, vt purget vitia, quæ loqoendo siue optima quæque tacendo contraxerat. Et hic itaque carbonem similem deprecatur, vt detur ei carbo de altario Dei, qui in eius labiis, peccatorum solitudinem faciat, id est, à vitiis eum præstet alienum.

p ¶ *Heu mihi, &c.*] Cuius cõuersatio in cælis est, peregrinatur in hoc corpore, & hæc pere- H grinatio longa ei videtur: quia quod suscepit per spem, non contemplatur in specie. Ideoqoe quasi triticum inter paleas gemens ait.

q ¶ *Habitaui cum habitantibus Cedar.*] Cedar tenebræ interpretantur. Habitat ergo iste cum habitantibus tenebras, sed non obscuratur à tenebris: sicut *lux lucet in tenebris, & tenebræ eam non comprehenderunt.* Ioan.1.b

r ¶ *Multum incola, &c.*] Desiderabam enim dissolui & esse cum Christo. Phil.1.d

s ¶ *Cum his, &c.*] Implens illud Apostoli. *Si possibile est, cum omnib. hominib. pacem habentes.* Est ergo cum odientib. pacem pacificus: idcirco vt eis pacem libenus prædicaret. Rom.12.d

t ¶ *Et cum loquebar illis, &c.*] Ille anountiabat pacem: sed pacis inimici non solum eam non recipiebant, verum etiam ipsum prædicatorem pacis, suis nequitiis impugnabant.

u ¶ *Canticum graduum.*] Iste psalmus secundam ascensionem continet, cuius titulus est: Canticum graduum. Piures enim sunt, significantes (vt iam in primo eorum audistis) ascensum nostrum: qui fit in corde ad Deum à conualle plorationis, id est, ab humilitate contribulationis.

PSALMVS CXX.

L *Euaui oculos meos ad montes.*] Spirituales vtique oculos extuli ad excelsa librorum, prophetarum scilicet ac legis.

y ¶ *Vnde veniet auxilium mihi.*] Vnde dominum auxiliatorem omnium venire suspicio.

z ¶ *Auxilium meum à domino qui fecit cælum & terram.*] Ab ipso auxilium præstolor: per quem pater cœlum terramque locauit. Hinc iam pro fide sua vir iste à Spiritu sancto responsum accipit consolationis. Ait enim:

a ¶ *Non det in commotionem pedem tuum.*] Non patitur remouere stabilitatem, qua in eo firmatus es.

A

a ¶ *Neque dormitet qui custodit te.*]Deus enim in se manẽtem peruigili custodia protegit ac tuetur.

b ¶ *Ecce non dormitabit neque dormiet: &c.*]Sine vlla aurẽ intermissione à Deo custoditur, qui eum spiritualium oculorum intentione perspexerit.

c ¶ *Dominus custodit te.*]Ipse qui cælum fecit & terram: quia dij qui eam non fecerunt, pereunt ex ea.

d ¶ *Dominus protectio tua: super manum dexteræ tuæ.*]Ille te protegit, ne opus tuum dextrum, id est, bonum, pars impediat inimica.

e ¶ *Per diem, &c.*]Iustus nec in prosperis eleuari potest, nec in tristibus deiici. Quod in die & nocte, hoc & in sole significatur & luna.

f ¶ *Dominus custodit, &c.*] Ab omnibus insidiis inimici.

g ¶ *Custodiat animam, &c.*] Ne ei pars dominetur potestatis aduersæ.

h ¶ *Dominus custodiat, &c.*] Per quem ingressus es ad cognoscendum patrem.

i ¶ *Et exitum tuum ex hoc nunc & vsque in sæculum.*]Vt cum à corpore recesseris, sua custodia protegaris: ne in chaos illud præcipiteris, vbi diues cõspicitur ardens: sed in sinu Abrahæ cum Lazaro sempiterna requie perfruaris. Luc. 16 f

k ¶ *Canticum graduum.*] Iste psalmus tertius est ascensionis gradus, vocem hominis continens, cuius conuersatio habetur in cælis.

B

PSALMVS CXXI.

L*Ætatus sum in his quæ dicta sunt mihi.*] Dicta mihi fuerant per legem, & prophetas, atque apostolos. Sed & ego dico ea quę per speculum contemplaueram, & nunc facie ad faciem video. Et quænam, iniquis?

1.Cor 13. d m ¶ *In domum, &c.*] Id est, in cœlestem Hierusalem, vt ciues efficiamur sanctorum & domestici Dei.

n ¶ *Stantes erant, &c.*]Firmi in amplitudine eius. Sed ne istam terrenam putares, audi quid subiecit:

Ephes. 2. d o ¶ *Hierusalem quæ, &c.*] Adhuc, inquit, non est expletũ ædificium ciuitatis huius: sed quotidie ædificatur de lapidibus viuis super fundamentum Apostolorum & Prophetarum *ab ipso summo angulari lapide Christo Iesu:* sicut ait Apostolus.

p ¶ *Cuius, &c.*] In vno Ecclesiæ corpore per Christum.

q ¶ *Illuc enim, &c.*] Non peccato obnoxiæ, sed tribus domini: quæ cognoscentes dominum, sequi non distulerũt: quod ad gentes est referendum.

r ¶ *Testimonium Israel.*]Vt eum condemnet: quia ille eum in multis ostensum miraculis non cognouit. Tribus verò gentium statim cognitum receperunt. Sic & regina Austri, vel Niniuitæ, in huius testimonij iudicio surgent & condemnabunt eum. Luc. 11. d

s ¶ *Ad, &c.*]Confitentur enim: quia in nomine tuo omne genu flectetur, cælestium, terrestrium, & infernorũ: & quia tu domine Iesu Christe in gloria es Dei patris.

t ¶ *Quia, &c.*]Sedes Dei, Apostoli sunt: super quos dominus requiescit. Hæ sedes sedebũt super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel: sicut ipse ait in Euangelio.

commotionem pedem tuum: neque dormitet qui custodit te. [b] Ecce non dormitabit neque dormiet qui custodit Israel. [c] Dominus custodit te, [d] dominus protectio tua: super manum dexteram tuam. [e] Per diem sol non vret te: neque luna per noctẽ. [f] Dominus custodit te ab omni malo: [g] custodiat animã tuam dominus. [h] Dominus custodiat introitum tuũ, [i] & exitũ tuum: ex hoc nunc & vsque in sæculum.

k ¶ Canticum graduum.

PSALMVS CXXI.

LÆtatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: [m] in domum domini ibimus. [n] Stantes erant pedes nostri: in atriis tuis Hierusalẽ. [o] Hierusalẽ quæ ædificatur vt ciuitas: [p] cuius participatio eius in idipsum, [q] Illuc enim ascenderunt tribus, [r] tribus dñi testimoniũ Israel: [s] ad confitẽdum nomini domini. [t] Quia illic sederunt sedes in iudicio: [u] sedes super domum Dauid. [x] Rogate quæ ad pacem sunt Hierusalem, [y] & abundantia diligentibus te. [z] Fiat pax in virtute tua, [a] & abundantia in turribus tuis. [b] Propter fratres meos & proximos meos, loquebar pacem de te. [c] Propter domum domini Dei nostri, quæsiui bona tibi.

d ¶ Canticum graduum.

PSALMVS CXXII.

AD te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis. [f] Ecce sicut oculi seruorũ in manib. dominorum suorũ. Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ: ita oculi nostri ad dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri. [g] Miserere nostri domine, miserere nostri: quia multum repleti sumus despectione, [h] Quia multum repleta est anima nostra: opprobriũ abundantibus, & despectio superbis.

[a] Can-

C

u ¶ *Sedes super, &c.*] Super Ecclesiam Christi gubernantes atque monentes eam præceptionibus suis.

x ¶ *Rogate quæ ad pacem, &c.*]Interrogate quæ ad pacem pertineant ciuitatis huius, & sequimini eam, vt per dilectionem pacis, fructum consequamini æternæ beatitudinis. Matt 19. d

y ¶ *Et abundantia, &c.*] Qui relictis caducis, Deum super omnia diligit: ipse abundãtia bonorum cœlestium perfruetur.

z ¶ *Fiat pax in, &c.*]Dominus Christus est pax nostra, qui nos in vno vinculo charitatis astringit: cuius virtus, si cõualescat in nobis, & ipse quoque pectoribus nostris illabitur.

a ¶ *Et abundantia, &c.*]Io his abundantiam bonorum cælestium fieri propheta deposcit: qui supereminentes merito tãquam turres fortissimæ hanc ciuitatem & virtute muniunt, & proceritate decorant.

b ¶ *Propter fratres, &c.*]Vt scilicet & ipsi ad consummationem huius ædificij se perfectos exhibeant.

c ¶ *Propter domum, &c.*]Prędicando pacem proximis fratribus, qui efficit eos ciuitatem regis æterni, cui hæc bona quæsiuit, vt ab vniuersitate ciuitatis, in vnam eius transitet habitationem, qui ait: *Pater, rogo vt vbi ego sum, & illi sint mecũ* Ego in illis, & tu in me, vt videã gloriam meam: quia dilexisti me ante constitutionem mundi. Ioan. 17. d

d ¶ *Canticum graduum.*] Iste psalmus quartum canticorum graduum pandit ascensum: in quo vir ille fidelis, qui dudum ad montes sustollebat oculos, nunc proficiens iam in ascensu, ad ipsum cælorum habitatorem eos erigit, dicens:

D

PSALMVS CXXII.

A*D te, &c.*]Notandũ quòd per singulos psalmos, quidam graduum sunt profectus. Qui in primo dixerat: Ad dominum cum tribularer clamaui, & in secundo oculos ad montes se eleuasse narrauerat: lætatus quoque fuerat, quia sibi ingressus in domo Dei fuerat repromissus: nunc ad maius proficit, vt ad ipsum Deum oculos leuet. Qui habitas in cœlo. Ascendens, quò leuaturus erat oculos, nisi illuc quò tendebat, ascendere desiderabat.

f ¶ *Ecce sicut, &c.*] Et serui sumus, & ancillæ sumus: ille dominus, & domina est. Attendat charitas vestra. Non mirũ si serui sumus, & ille dominus est: sed mirũ si ancillæ sumus, & ille domina est. Sed neque hoc mirũ, quia ancillæ sumus, ecclesia enim sumus: nec illud mirũ, quia & ipse domina est: quia virtus & sapientia Dei est. Audi ergo Apostolum dicẽtẽ: *Nos autem prædicamus Christum crucifixum: Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam: ipsis vero vocatis Iudæis & Græcis, Christũ Dei virtutem, & Dei sapientiã.* Cùm multis persecutionũ generibus subiicimur, oportet nos semper in Dei auxilio oculorũ intentionẽ sine vllo vitio continere defixam, quoadusque nobis misericordiam largiatur. 1. Cor. 1. d

g ¶ *Miserere nostri, &c.*] Id est, despectione: quia sancti despiciuntur à malis hominibus.

h ¶ *Multúque, &c.*]Non tantũ in diuitiis dicit, sed eos qui abundant in malitia, illi despiciunt pauperes Christi. Diuites despiciunt pauperes, & superbi despiciunt humiles: & ipsi dicunt multa opprobria contra sanctam Ecclesiam.

a ¶ Canti-

E

a ¶ *Canticum graduum.*] Iste psalmus quintus ascensionis est gradus, edocens virum illum fidelem proficere: qui per eleuationem spiritualium oculorum ad cælorum habitatorem, euincens omnes diabolicæ immissionis insidias, ita exorditur dicens.

PSALMVS CXXIII.

N*isi* [b] *quia dominus erat in nobis: dicat, &c.*] Benè in nobis dominus habitat, si enim sanctæ mentis contemplaoone suspicimus.

c ¶ *Nisi quia dominus erat in nobis, &c.*] Non carnes nostras deuorare consti sunt impij: sed animas per instigationem scelerum deglutire: sed erepti sumus ab his per eum qui erat in nobis. Cui ob hoc gratiæ referendæ sunt: quia gratia eius saluati sumus.

d ¶ *Cum irasceretur animus eorum aduersus nos: &c.*] Commotiones malarum mentium, qui sanctos Dei absorbere quęrunt, aquis comparantur: sed habitante in sanctis domino, deorsum defluunt & decurrunt.

e ¶ *Torrentem pertransiuit anima nostra.*] Melius in Hebræo habet: Torrens pertransiuit super animam nostrã: quod scilicet multi tentationũ turbines super animam eius transierunt: nec potuerunt eam necare, iusto dicente: Nisi quia dominus erat in oobis, dicat nunc Israel,

F

f ¶ *Forsitan, &c.*] Verbum *ἀνυπόστατον* apud Græcos, ambiguum est, & potest sonare, quod subsistat, & quod intolerabile sit, hoc est, quod nemo ferre queat Pro quo & Aquila, & Symmachus, & Theodotio, & omnes interpretes pari voce consentiunt: superbas aquas & arrogãtes pro *ἀνυπόστατον* trãsferentes.

a ¶ Canticum gradum.

PSALMVS CXXIII.

NIsi quia [b] domin[9] erat in nobis, dicat nũc Israel: [c] nisi quia dominus erat in nobis. Cum exurgerent homines in nos: forte viuos deglutissent nos. [d] Cum irasceterut furor eorum in nos: forsitao aqua absorbuisset nos. [e] Torrentem pertransiuit anima nostra. [f] forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem. [g] Benedictus dominus, qui non dedit oos in captionem dentibus eorum. [h] Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. [i] Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. [k] Adiutorium nostrum in nomine domini: qui fecit cælum & terram.

l ¶ Canticum graduum.

PSALMVS CXXIV.

QVi [m] confidunt in domino sicut mons Sion: non commouebitur in æternum [o] qui habitat in Hierusalẽ. [o] Montes in circuitu eius, [p] & dominus in circuitu populi sui: ex hoc nunc & vsque in sæculum. [q] Quia non relinquet doominus virgam peccatorũ super sortẽ iustorum, [r] vt non extẽdant iusti ad iniquitatem manus suas. [s] Benefac domine, bonis & rectis corde. [t] Declinantes autem in obligationes adducet dominus [u] cum operantibus iniquitatem: [x] pax super Israel.

y ¶ Canticum graduum.

PSALMVS CXXV.

IN [z] conuertẽdo dominus captiuitatẽ Sion: [a] facti sumus sicut consolati. [b] Tunc repletũ est gaudio os nostrũ, & lingua nostra exultatione. [c] Tunc dicent inter gẽtes: magnificauit dominus facere cum eis. [d] Magnificauit dominus facere nobiscũ: facti sumus lætãtes. [e] Conuerte domine captiuitatẽ nostrã, [f] sicut torrẽs in austro

r ¶ *Qui habitat in Hierusalem.*] In ipsa ecclesia matre nostra, quæ sursum est, libera. G *Gal. 4. d*

o ¶ *Montes in circuitu eius.*] Custodiæ Sanctorũ, Angelorũ, Prophetarum, Apostolorumque, quæ in modum procentatis montanæ supereminent cunctis in sanctitate.

p ¶ *Et dominus in circuitu populi sui: ex hoc nunc, &c.* Sicut ipse polliceri dignatus est, dicens: Ecce ego vobiscum sum vsque in consummationem sæculi.

q ¶ *Quia non relinquet dominus, &c.*] Pro virga in Hebræo, sceptrum habet. Hoc est ergo quod petimus: oe nos inducas in tentationem, quam sufferre oon possumus. *Matt. 6. b*

r ¶ *Vt non extendant iusti ad iniquitatem, &c*] Vt non cogitent: quid mihi prodest quod iustus sum, si semper persequãtur me iniqui? Vt non extendant, hoc est, vt sustineant malos, & non faciant mala.

s ¶ *Benefac domine, &c.*] Qui vel boni sunt io opere, vel recti habentur in fide.

t ¶ *Declinantes autem, &c.*] Pro obligationibus, Aquila interpretatus est: Symmachus quinta editio.

u ¶ *Cum operantibus iniquitatem.*] Hi qui à præceptis Dei declinant, adducuntur cum is qui Deum ignorant, vt simili sententia feriantur.

x ¶ *Pax super Israel.*] Christus dominus est pax nostra: qui auferens maceriam inimicitiæ de medio Iudæorum ac gentium, fecit vtraque vnum, quod erat ante diuisum. H *Ephes. 2. a*

y ¶ *Canticum graduum.*] Iste psalmus septimus graduũ, profert canticum vel ascensum: in quo fidelis anima aduersus criminum captiuitatem in dominum exultat, & dicit:

g ¶ *Benedictus dominus, &c.*] Horum torrentium dentes, numerositas est vitiorum: à quibus ne capiamur, gratia Dei eruimur.

h ¶ *Anima nostra, &c.*] Tenduntur nobis laquei in concupiscentijs, ac diuersis diabolicæ astutiæ dolis: sed contrito satana sub pedibus nostris, sicut passer à capiente euolamus ab illis. Sic enim sequitur.

i ¶ *Laqueus, &c.*] Si enim dominus habitet in nobis: ipse (vt diximus) hos dirumpet laqueos, ne nos impediant.

k ¶ *Adiutorium nostrum in nomine domini, qui fecit cælum & terram.*] Hoc est, nomen quod est super omne nomen. Huius nominis adiutorio, mortis vincuntur laquei, si in illo maneamus affixi.

l ¶ *Canticum graduum.*] Iste psalmus sextus habetur in canticis graduum: qui ex voce prophetę nos hortatur, vt relictis sæcularibus cautis, in Deum tantum omnem confidentiam habeamus, dicens:

PSALMVS CXXIV.

Q*Vi* [m] *confidũt in domino sicut mons Sion: &c.*] Sion, ecclesia: mons autem iuxta Danielem, Christus dominus. Ergo qui in eum totam spem ponunt, non commouentur in perpetuum: quia confotmes efficiuntur corpori gloriæ eius. *Dan. 2. f*

PSALMVS CXXV.

IN [z] *conuertendo, &c.*] Persuaserat enim vniuersum mundum vetus captiuitas vitiorum: sed lucescente nobis sole iustitiæ, effugata est. Sic & ecclesia, quæ specialiter Sion nuncupatur.

a ¶ *Facti sumus, &c.*] Pro consolati, omnes pariter editiones sõniantes trãstulerunt. Et pulchrè sõmniãtes. Nondũ est enim plena lætitia, in captiuitate reliquis constitutis.

b ¶ *Tunc, &c.*] A spirituali & infinita lætitia. Vel os nostrum, vel lingua repletur: quia non sufficit tantas explicare laudes pro gratia qua saluamur.

c ¶ *Tunc dicent, &c.*] Si enim relictis transitoriis, spem collocemus in sempiternis: tunc dicitur quia magnos nos fecit dominus captiuitate depulsa: & sicut quondam gentes timore territæ de Israëlitico populo loquebantur, dicentes: *Siccauit Deus aquas maris & Iordanis ad ingressum filiorum Israel.* In hoc ergo gaudio confitemur: *Iosue. 2. b*

d ¶ *Quia magnificauit, &c.*] Seruiebamus prius Pharaoni, id est, exterminatori in duris operibus: nũc autem seruimus regi cælesti: cuius iugum suaue est, & onus leue. *Matt. 11. d*

e ¶ *Conuerte domine, &c.*] Commuoem se captiuitatem habere cum reliquo populo, propheta fatetur: quia compatitur vnum membrum cæteris membris.

f ¶ *Sicut torrens, &c.* Sicut enim flante austro, soluuntur glacies, & impletis torrentibus, omnis horror cum impetu

A suo destoit: sic flante Spiritu sancto, soluuntur peccata nostra, scilicet, vt accepta remissione, fiat nobis illud quod scriptum est: Sicut glacies in sereno, soluuntur peccata tua. Psal. 3 b

a ¶ *Qui seminant in lacrymis*, &c.] Sancti igitur Dei seminauerunt in lacrymis confessionis, & in diuersis cruciatibus, in gentibus verbum Dei: euntes & flentes super duritiã cordis eorum, quod in futuro cum manipulorum fructibus portabunt, dicente ad eos domino: *Amẽ dico vobis, quia flebitis vos & lamentabitis: mundus autẽ gaudebit, sed tristitia vestra in gaudiũ conuertetur.* Igitur & nos in tribulatione clamantes, eleuemus mentis oculos ad auxiliatorẽ Deum, vt eruat nos à sæuis dẽtibus inuidorum: auferat à nobis sceptrum dominationis iniquæ, vt solita miseratione largita, dum à captiuitate vitiorum absoluimur, cælestis Hierusalem ædificio tanquam viui lapides connectamor. Ioan 16 d

b ¶ *Canticum graduum Salomonis.*] Ideo psalmus iste Salomonis titulo prænotatur, vt ipse fabricator templi, doceat se non valere ædificationem eius consummare sine domini auxilio.

Psalmus cxxvi.

B *N Isi dominus ædificauerit,* &c.] Nos sumus secundũ Apostolum, Dei templum: quẽ nisi per Dominum nostrum Iesum Christum ædificemus super fundamenta Apostolorum & Prophetarũ, inanis erit philosophorum & reliquorum sæcularium doctorum ædificatio. Ioan 1.b

d ¶ *Nisi dominus custodierit ciuitatem:* &c.] Fidelis anima, ciuitas accipitur æterni regis: quæ ciuibus bonis, id est, honestis moribus frequentatur: quam nullius potest tueri custodia, nisi illius qui non dormitans protegit Israël.

e ¶ *Vanum est,* &c.] Qui ante lucem sorgit, nocturnas tenebras palpat. Sic & qui relicto Euangelij lumine ad superius dictum dogma transierit, in tenebris commoratur: nec potest dominicæ resurrectionis perfrui claritate.

f ¶ *Surgite postquã sederitis*, &c.] Qui in humiliatione quiescitis eleuamini: vos qui in peccatis vel natos esse vel viuere meministis, & ad Deum transire desideratis. Vel qui mãducatis panem doloris. Pro dolore, Theodotio, & quinta editio, idola interpretati sunt: Sexta vero, errorem. Sensus itaque iuxta simplicem intelligentiam iste est: Sine causa diluculo ad templum curritis, & Deum adorare vos creditis, qui idola pariter adoratis, & immundo vescimini pane.

g ¶ *Cum dederit*, &c.] Quasi aliquis interrogasset, quãdo hoc sit factum, ei dicitur: Cum dederit dilectis suis somnum. Dilecti, sancti sunt: qui post somnum præsentis vitæ, hic dormitare videntur, vt in resurrectione ad vitam æternam mereantur peruenire.

h ¶ *Ecce hereditas*, &c.] Cùm sancti ab hoc sæculo accepto quietis somno discesserint, tunc fiet hæreditas domini, quia iam non subiacent tentationibus. Sed & ipse dominus natus ex Virgine, factus est fructus ventris: cuius assumpta humanitas, hanc accepit mercedem, vt gentes vocatę in filiis, sint hæreditas eius. *Dedit eis,* inquit, *potestatem filios Dei fieri, qui credunt in nomine eius.* 1. Cor 6.A

in austro. a Qui seminant in lacrymis, in exultatione metent. Euntes ibant & flebãt: mittẽtes semina sua. Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos.

b ¶ Canticum graduum Salomonis.

Psalmus cxxvi.

NIsi c dominus ædificauerit domũ in vanũ laborauerũt qui ædificãt eam. d Nisi dominus custodierit ciuitatẽ: frustra vigilat qui custodit eam. e Vanum est vobis ante lucẽ surgere: f surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris. g Cũ dederit dilectis suis somnum: h ecce hæreditas domini filij merces fructus, ventris. i Sicut sagittæ in manu potentis: ita filij excussorum. k Beatus vir qui impleuit desiderium suum ex ipsis: l non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta.

m Canticum graduum.

Psalmus cxxvii.

BEati n omnes qui timẽt dominũ: qui ambulant in viis eius. o Labores fructuum tuorum manducabis: beatus es, & bene tibi erit. Vxor tua sicut vitis abundans, in lateribus domus tuæ. q Filij tui sicut nouellæ oliuarum, in circuitu mensæ tuæ. r Ecce sic benedicetur homo, qui timet dominum. s Benedicat tibi dominus ex Sion, t & videas bona Hierusalẽ omnibus diebus vitæ tuæ. u Et videas filios filiorum tuorum: x pacem super Israel.

y ¶ Canticum graduum.

Psalmus cxxviii.

SÆpè z expugnauerunt me à iuuentute mea a dicat nunc Israël. Sæpè expugnauerunt me à iuuẽtute mea: etenim nõ potuerũt mihi.

a Supra

C i ¶ *Sicut sagittæ in manu*, &c.] Excussos, expeditos, & accinctos ad prælium vocat: quod verbum & in Esdræ libris, Septuaginta Interpretes transtulerunt.

k ¶ *Beatus vir qui impleuit desiderium*, &c.] Pro desiderio in Hebræo, pharetrã habet. Vt quia sagittas præmiserat in comparationem sanctorum, consequenter pharetram sagittis inferat explendam.

l ¶ *Non confundetur*, &c.] Porta, ianua siue ostium, ipse est qui ait: *Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur.* Ergo qui de filiis excussorum fixus in Christo est, non confondetur in die iudicij: cum exprobrauerit inimicis legis Dei inobedientiã, & peruersitatem, vel omnem malitiam ipsorum. Ioan.10.b

m ¶ *Canticum graduum*] Iste Psalmus in nouo ascensionis gradu vel cantico, timorem dilectionemque dominicam insinuat, dicens.

Psalm. cxxvii.

B Eati n omnes, &c.] Qui cum timore iungentes se Dei dilectioni, exercentur in his quæ Prophetæ, Apostoli, Euangelistæ prædicauerunt.

o ¶ *Labores fructuum*, &c.] Labores fructuum sunt, cum homo exercetur in mundo, vt ad æternitatis fructũ possit accedere. Nam laboriosè per has Dei vias inceditur, sicut ipse ait: Arta & ærumnosa via est, quæ ducit ad vitam. Sed hic labor æternis fructibus adimpletur, cũ homo pane illo cælesti locupletatur. Hoc enim desiderio & ille compungebatur qui dicebat: *Beatus qui manducauerit panem in regno Dei.* D Matt.7.b Luc. 14.c

p ¶ *Vxor tua*, &c.] Vxor iuxta Salomonem, sapientia accipitur: quæ in animæ emundatæ domo tanquam speciosa vitis addocta, in lateribus operum nostrorum extenditur. Prou.7 a

q ¶ *Filij tui*, &c.] Actus bonorum in circuitu doctrinæ cælestis assistentes, cum pinguedine pacis, & obumbratione virtutis.

r ¶ *Ecce sic*, &c.] His vtique locupletatur diuitiis.

s ¶ *Benedicat te*, &c.] Qui in Ecclesia regnat.

t ¶ *Et videas*, &c.] In illa cælesti matre: de qua in aliis exposuimus psalmis: in qua vitæ perpetuæ bona visuri sunt sancti.

u ¶ *Et videas*, &c.] Retributionem captantes operum bonorum.

x ¶ *Pacem super Israel.*] Pax nostra, Iesus Christus iugiter super mentem te videntem aspiciat.

y ¶ *Canticum graduum.*] Iste psalmus decimo nobis profert vel canticum, vel ascensum, qui ex voce prophetica inchoans, docet incessanter resistere nequitiis impugnantibus, ne nos expugnent.

Psalmvs cxxviii.

S Æpè z expugnauerunt, &c.] Dicit se impugnari ab initio ætatis suæ vir iste: sed à quibus impugnetur silet, vt intelligatur quia hæ pugnæ à diabolo immittuntur. Poteris vel de probatione Iob, vel ex traditione Christi, à Iuda facilius hoc aduertere.

a ¶ *Dicat nunc Israel*, &c.] Ergo qui Israël est, ille potest dicere, quia impugnatur omnibus diebus vitæ suæ. Sed non ei præualet hæc pugna: quia dominus pugnat pro eo.

a ¶ *Supra*

E

[a] Supra dorsum meum fabricauerũt peccatores: prolongauerunt iniquitatem suã.[b] Dominus iustus concidet ceruices peccatorum:[c] cõfundantur & conuertantur retrorsum omnes qui oderũt Sion.[d] Fiant sicut fœnum tectorũ: quod prius quàm euellatur, exaruit.[e] De quo non impleuit manũ suam qui metet:[f] & sinum suũ qui manipulos colliget:[g] Et non dixerũt qui præteribãt: benedictio domini super vos:[h] benediximus vobis in nomine dumini.

i ¶ Canncum graduum.

PSALMVS CXXIX.

DE[k] profũdis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam.[l] Fiãt aures tuæ intendentes in vocẽ deprecationis meæ.[m] Si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit.[n] Quia apud te propitiatio est,[o] & propter legem tuam sustinui te domine.[p] Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea in domino. A custodia matutina vsq; ad noctem:[q] speret Israël in domino.[r] Quia apud dominũ misericordia,[s] & copiosa apud eum redẽptio.[t] Et ipse redimet Israël, ex omnibus iniquitatibus eius.

u ¶ Canticum graduum.

PSALMVS CXXX.

DOmine non est exaltatũ cor meum,[y] neq; elati sunt oculi mẽi.[z] Neq; ambulaui in magnis: neque in mirabilibus super me.[a] Si non humiliter sentiebam: sed exaltaui animã meã.[b] Sicut ablactatus est super matrem suã: ita retributio in anima mea.[c] Speret Israël in domino, ex hoc nunc & vsque in sæculum.

d ¶ Canticum graduum. PSALM. CXXXI.

MEmẽto[e] domine Dauid,[f] & omnis mãsuetudinis ei9.[g] Sicut iurauit domino, votum vouit Deo Iacob.[h] Si introiero in tabernaculum domus meæ: si ascendero in lectũ strati mei. Si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem. Et requiem temporibus meis, donec inueniam locum domino:

a ¶ *Supra dorsum meum fabricauerunt, &c.*] Iugiter ad Deum currenti, & ad ampliora tendenti fabricantur à tergo nequitiarum machinæ: quia in aspectu exponi non possunt. Sed cum ad effectum non perueniunt, sibiipsi prolongant: ob id inuidendo, peccatum vltionemque diuinã in se prouocant. Sequitur enim:

b ¶ *Dominus iustus, &c.*] Pro ceruicibus in Hebræo habet, vincula, vel catenas, vt sit sensus: Illi qui me suis insidiis hinc inde vallauerant, etiam vinctum tenebant: sed auxiliãte domino, omnes nexus soluti

c ¶ *Confundantur, &c.*] Ecclesiam, quæ est corpus Christi, cuius nos membra sumus.

d ¶ *Fiant sicut fœnum ædificiorum: quod priusquam euellatur, arescit.*] Non hæc de ædificiis in petra locatis dicũtur, sed his quæ quasi citius ruitura super arenam ponuntur: quod ad opera carnis respicit, in quibus non modo nullum granum bonitatis inuenitur: verumetiam antequam ad incrementum aliquod veniant, exiccantur.

e ¶ *De quo non impleuit manum suam qui metet.*] Qui retributionem dignam operis sui mercedem non recepit.

f ¶ *Nec sinum, &c.*] Qui per conscientiæ puritatem, & si minus habet, voluntatem tamen bonam adhibuit. Ideoq; à Deo tanquã si multum dedisset, manipulos refert: sicut vidua de duobus minutis.

Marc.12.c

F

g ¶ *Et non, &c.*] Non eos benedixerunt sancti Dei: qui pro nihilo habentes hunc mũdum, pertransierunt ad cælestia & æterna.

h ¶ *Benediximus vobis in nomine domini.*] Vt relictis infructuosis aridisque operibus, ea seratis, quæ & messorum manum, & colligentium manipulos repleant sinum.

i ¶ *Canticum graduum.*] Iste psalmus vndecimũ nobis ascẽsionis gradum pandit, & canticum: qui fidelis animæ conatũ ad altiora tendentem proferẽs, dum se in profundo quasi immersum queritur, nos ad intelligenda cælestia prouocat dicens:

PSALMVS CXXIX.

DE[k] *profundis clamaui ad te domine: &c.*] De profundis clamat, qui scit altitudinem diuitiarum sapientiæ Dei, qui persecutiones patitur, qui cum misericordi suspirio deprecatur.

l ¶ *Fiant aures, &c.*] Non hic carnalem aurem propheta postulat, sciens Deum incorporeum esse: sed virtutem qua suos exaudire dignatur, exposcit.

m ¶ *Si iniquitates, &c.*] Si enim transgrediens leges tuas generis humani fragilitas vltione tua protinus feriatur, quis euadere poterit?

n ¶ *Quia, &c.*] Tu enim nos recõciliabis patri per crucẽ.

Rom.7.c

o ¶ *Et propter, &c.*] Lex spiritualis est, & continens verba vitæ: quam sustinere debemus, ne peccantes in eam per legem diiudicemur.

p ¶ *Sustinuit, &c.*] Ab illa matutina hora, qua in vineã dominicã est locatus, spẽ suã in illam defixit horam, qua denarium mercedis accipiat. A vigilia matutina.

q ¶ *Speret Israel in dominum.*] Ab eo quod ei lumen veritatis illuxit, indeficienter cælestia contempletur.

r ¶ *Quia apud, &c.*] Cum pro nobis homo fieri dignatus est.

G

s ¶ *Et copiosa, &c.*] Cum nõ auro neque argento, sed pretioso nos sanguine redemit. 1.Pet.1.e

t ¶ *Et ipse, &c.*] Ipse enim filius introeunte plenitudine gẽtium, reliquum Israël, remissa iniquitate saluabit.

u ¶ *Canticum graduum.*] Iste psalmus duodecimus in hac ascensione, vel cantici, vel gradus habetur: qui nos ex persona prophetæ humilitatem, quam Christus in carne gestaturus erat, edocet dicens:

PSALMVS CXXX.

DOmine[x] *non, &c.*] Sed in cõtritione & humiliatione eius obtuli tibi sacrificium acceptabile.

y ¶ *Neque elati, &c.*] Vt trãsitoria concupiscerẽt & caduca.

z ¶ *Neque ambulaui, &c.*] Quæ magna mirabilia videantur hominibus, in his non incessi ne me opprimerent.

a ¶ *Si non, &c.*] Humilis quidem est corde, sed excelsus est sensu. Humiliter sentiebam in sęculo; sed animam meam exaltaui in cælo.

H

b *Sicut qui, &c.*] Nihil in se puerile sentit: quia cibum lactis excedens, ad perfectum peruenit virum: illo nunc pane qui de cælis aduenit, vt alatur exorat.

c ¶ *Speret Israel, &c.*] Docet vt nullo fine temporis spes nostra claudatur, vt per spẽ præsẽtis vitæ, bona futuri sæculi capiamus.

d ¶ *Canticum graduum.*] Iste psalmus habetur in Canticis tredecimus graduũ, qui per ascensionem profectuum, de aduentu filij Dei ex voce prophetica nos edocet, dicens:

PSALMVS CXXXI.

MEmento *domine Dauid.*] Filius omnipotentis Dei, assumpturus carnem pro redemptione populi, Dauid se voluit nuncupari: eius scilicet nomine vocitatus, de cuius genere assumpturus erat & corpus.

f ¶ *Et omnis, &c.*] Non contendit, neque clamauit: sed sicut agnus mansuetus deductus est ad victimam.

g ¶ *Sicut iurauit, &c.*] Iuramentum & votum propter firmitatem dictionis posuit, ne nos dubitaremus in aliquo: Esai 53.c
Sed quid interim nouerit, dignum est contueri. *Memẽto domine Dauid, & omnis mãsuetudinis eius. Sicut iurauit domino.* Pro eo quod est, sicut: in Hebræo habet, qui: vt sit sẽsus: Memento domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius: qui iurauit domino, & votum fecit Deo Iacob.

h ¶ *Si introiero, &c.*] Tabernaculum domus, cœlestem sedem indicat: in strato vero lecti, in oculorum somno, in dormitatione palpebrarum, vel in temporum requie, æternam quietem (quæ nunquam abrumpitur) demonstrauit. In quibus non se rediturum pollicetur, nisi prius in homine dignum Deo patri locum, vel Ecclesiæ congregationem sua resurrectione construeret.

A

a ¶ *Ecce audiuimus, &c.*]Regio Bethlehem vsque hodie appellatur Ephrata. Huius rei & aliæ scripturæ testes sunt. Ephrata ipsa est Bethlehē. Vbi primum ecclesia est audita, id est, in qua Christus dominus carnē assumpsit. In hac & Rachel Israel dilecta quiescit, quæ typum gessit Ecclesiæ. Gen. 35. c

r ¶ *Illuc producam, &c.*] Regnum Christi, quod in illis ostendimr, quibus dictum est: *Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum cælorum.* C Matt. 5. a

s ¶ *Paraui lucernam Christo meo.*]Ioannes Baptista siue præcursor domini & Saluatoris nostri, à Deo patre dicitur præparata lucerna: qui eum in huius mundi tenebras venturum annuntiauit. Sic enim & ipse dominus vocitat eum, dicens. *Ille erat lucerna ardens, & reliqua.* Ioan. 5. f

b ¶ *Inuenimus eam in campis syluæ.*] In gentibus, quæ prius diaboli erant cubilia: nunc autem campi, dominum colentes fructiferi.

c ¶ *Intrabimus In tabernaculum Dei.*]Nos qui in vna domo Ecclesiæ, per dominum aggregamur.

d ¶ *Adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius.*] In quo prædicationes apostolicæ audiuntur, quæ vt pedes sustinent totum corpus Ecclesiæ.

e ¶ *Exurge domine, &c.*]Iam explesti iuramentum, reddidisti votum, iam inuenisti locū Deo, iam produxisti ex latere tuo ecclesiam: exurge nunc ab inferis, reuertere in tabernaculum, abiens in requiem: de quibus superius es locutus. Et non solum tu: sed,

f ¶ *Tu & arca sanctificationis tuæ*] Corpus scilicet assumptū: quo diuinitas tegebatur. A quo verba vitæ, à quo cælestis panis, à quo via, veritas, & vita nobis ostensa est.

g ¶ *Sacerdotes tui induantur iustitia.*] Vt iustitiæ lorica induti, non sauciemtur à iaculis inimici.

B

b ¶ *Et sancti tui exultent.*] In cælestibus bonis.

mioo: raberoaculum Deo Iacob. a Ecce audiuimus eam in Ephrata: b inuenimus eam in cāpis syluæ: c Introibimus in tabernaculum eius: d adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius. e Exurge domine in requiem tuam, f tu & arca sanctificationis tuæ. g Sacerdotes tui induātur iustitia, h & saocti tui exultent. i Propter Dauid seruum tuum, non auertas faciem Christi tui. k Iurauit dominus Dauid veritatem, & nō frustrabitur eum: l de fructu ventris tui ponā super sedem tuam. m Si custodierint filij tui testamentū meum & testimonia mea hæc quæ docebo eos. Et filij eorum vsque in sæculū, sedebunt super sedem tuam. n Quooiam elegit dominus Sion: elegit eam in habitationem sibi. o Hęc requies mea in sæculum sæculi, hîc habitabo quoniam elegi eam. p Viduam eius benedicens beoedicam: pauperes eius saturabo panibus. q Sacerdotes eius induā salutari, & sancti eius exultatione exultabunt. r Illuc producam cornu Dauid: s paraui lucernam Christo meo. t Inimicos eius induam confusione: u super ipsum autem efflorebit saoctificatio mea.

x ¶ Canticum graduum.

PSALMVS CXXXII.

ECce quàm bonū, & quam iocundū habitare fratres in voū. y Sicut vnguētū in capite: quod descēdit in barbam, barbā Aaron. Quod

t ¶ *Inimicos eius induam confusione.*] Iudæos non credentes cum viderint dominum in maiestate sua.

u ¶ *Super ipsum autem florebit, &c.*] Pro sanctificatione, נזר neser in Hebræo habetur: quod Aquila consecratum interpretatur, & significat laminam ex auro, quæ in froote pōtificis ligabatur, sculptum habens oomeo domini.

¶ Canticum graduum.

PSALMVS CXXXII.

ECce quàm bonum, & quam iocundum habitare fratres in vnum.*]Duo dicit: bonum & iocundum. Bonum est martyrium, sed non est iocundū: habet enim supplicia & pœnas; & semper in cruciatibus dolor est, & vtique in dolore oun est iocunditas. Ecce quàm bonum, & quàm iocundum. Rursum voluptas iocunda est: Ac si dicat: Cibum dulcem comedere videtur iocundum esse, compellit enim ad libidinem. Hic ergo duo posuit & quod sibi videbatur esse contrarium, bonum scilicet & iocundum, vno sermone coniunxit. *Ecce quam bonum, & quam iocundum, habitare fratres in vnum.* Fratres mente, non corpore. Esau & Iacob fratres fuerunt, & quia simul habitabant, fuit eis causa discordiæ. Ergo quod dixit hîc, fratres: non fratres dicit corpore, sed fratres spirituales. Fratres de quib. loquebatur & Saluator, & dicebat ad mulieres: Ite, nuntiate fratribus meis, *Ecce quam bonum & quā iocundum, habitare fratres in vnum.* Propriè psalmus iste cœnobiis & monasteriis cōuenit. Licet enim & de ecclesiis intelligatur: sed ibi propositi diuersitate noo videtur esse tāta concordia. Quæ est enim ibi fraternitas? Vtique alius ad domū ire festinat, alius ad circū, alius in ecclesia de vsuris cogitat. In monasteriis autem, sicut vnum propositum, vnus & animus est. *Ecce quam bonum & quam iocūdum habitare fratres in vnum.* Vere bonum, & verè iocundum. Vnū fratrem dimisimus, & ecce quantos inuenimus. Frater meus sæcularis (quod de meo loquor, de signis loquor) non tantum me amat, quam substātiam meam. Cæterùm fratres spirituales, qui sua vtique negligunt, alia non quærūt. Sicut & legimus in Actib. Apostolorū: Quoniā *multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. Et erant,* inquit, *illis omnia communia.* Rectè erant eis omnia communia, qui vnum Christum possidebant. Multa diximus, sed ad reliqua festinemus.

D

Matt. 28. a

Act. 4. f

i ¶ *Propter Dauid seruū tuum non auertas, &c.*]Propter illum qui ex semine Dauid, formam seruilem suscepit: non auertatur claritas imaginis tuæ à sanctis, in quibus ipse Christus inhabitat, sed illuminet eos.

k ¶ *Iurauit dominus Dauid veritatē, & non frustrabitur.*] Deo homini pater iurat veritatem, quam non euacuat, sed adimplet dicens:

l ¶ *De fructu ventris tui, &c.*]Nos sumus fructus ventris eius, quos spiritualiter tanquam ex vtero generauit: Qui si sequentia custodiamus, sedebimus super sedem eius: & non solum nos, verum etiam & filij nostri. Ait enim:

m ¶ Si *custodierint, &c.*] Si testamentum eius custodiamus, sedere nos faciet in cælestibus: sicut ait Apostolus: *Sedebunt super sedem eius.* Sed & ipsi sedebunt super sedē eius, quibus dictum est: *Sedebitis super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israel.* Sedebunt & filij nostri, hoc est, rememorabuntur opera bona (quæ ob amorem illius operati sumus) in conspectu eius. Ephes. 1. d / Matt. 19. d

n ¶ *Quoniam elegit, &c.*] Concordantem sibi cateruam ecclesiasticam, vel sanctificatas sacramentis cælestibus tibi animas.

o ¶ *Hæc requies mea, &c.*] Animam quæ ei per resurrectionis gloriam, & emundatiooem peccati, domus ac requies facta est.

p ¶ *Viduam eius, &c.*] Pro vidua id est, χήρα, & Hebræa volumina, & ipsi Septuaginta θήραν habent: sed propter nouitatem verbi & vnius literæ demutationem, paulatim obtinuit, vt pro θήρα legeretur χήρα: maximè quia in sequenti versiculo pauperes sequebantur. θήραν Symmachus & Aquila cibaria interpretati sunt.

q ¶ *Sacerdotes eius induam, &c.*] Ipse enim nos vel iustitiam, vel salutare induit: cum nos conformes corpori suo efficit, qui est iustitia salusque nostra, præparans nobis tabernacula sempiterna.

y ¶ *Sicut, &c.*] O si esset tempus, vt de singulis disputaremus, dies oobis sufficere non poterat. Legimus in Exodo, quomodo conficiatur vnguentum sacerdotale. Deinde legimus quomodo aliud vnguentū, quo vngebantur reges. Erat aliud vnguentū, quo vngebantur prophetæ. Et quid plura loquar? Omnia vnguenta habebant diuersitates & mysteria sua. Miramur de sanctis? Leprosos postquam mundatus fuerit: postquā hyssopo fuerit aspersus & sanguine gallinæ, & dimittitur vna gallina in eremū, & ipse habet vnguētū propriū. Non sanctificatur aliquid, nisi per vnguētum. Propterea dicūt & adolescētulæ in Cantico canticorū: *Vnguentum exinani-* Exod. 29. a & 30. / Cant. 1. a

E *exinanitum nomen tuum.* Post te in odoré vnguentorũ tuorum curremus. *Sicut vnguentũ in capite, quod descendit in barbã, barbam Aaron.* Pulchré dixit in capite quod descendit in barbam Aaron. Barba virilitatis indiciũ est. Mulierem enim & virum hoc signo natura distinguit. Barba igitur virilitatis indicium est. Caput ergo diuinitas dicitur, hoc est, deitas. Barba vero virum indicat: Vt, inquit, perueniamus in virũ perfectum, qui est Christus. Vide ergo quid dicat: Sicut vnguentum, sicut benedictio vnguenti de capite, hoc est, de diuinitatis sermone, descendit in barbã, descendit in virũ perfectũ, qui est Christus, & postea descendit ipsum vnguentum in oram vestimenti eius: sic benedictio & ros montis Hermon descendit in monté Sion. Vnguentũ vero hic pro benedictione ponitur. *Dilexisti iustitiã,*
Psal. 44 b inquit, *& odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tu° oleo exultationis præ participibus tuis.* Videte quid dicat: Dilexisti, inquit, iustitiam, & odisti iniquitaté. Non sufficit diligere iustitiam, sed econtrario odisse iniquitatem: Videte quid dicat: *Et odisti iniquitatem.* Pro his virtutibus quid accepit? *Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis.* Hoc ad Christũ dicitur: Ideo tu vnctus es, vt cæteros vngeres. Vnctus es oleo exultationis præ participibus tuis, hoc est, plusquam Apostoli tui. Tu enim vnguenti habuisti fontem: Illi stillas habuerunt. Sicut vnguentum in capite. Præstet & nobis dominus hoc vnguentum diuinitatis: quod venit in barbam, hoc est, in virum perfectum Aaron: in Aaron sacerdotem. Aaron autem interpretatur, montanus. Videtis quoniam iste sacerdos non est de vallibus, sed de montibus est. Barba, inquit, Aaron. Quod vnguentum in capite, venit in barbã: à verbo Dei venit ad hominem, quem est dignatus assumere. Et quid nobis prodest barba ista vncta, & vir iste perfectus? Videamus quos profectus habeat. Quod descendit in oram vestiméti eius. Nos
F si vestimentum Christi sumus, nuditatem eius nostra vesti-
1 Cor. 1. d mus fide. Ecce nudus pependit in cruce, scandalum Iudæis, gentibus stultitia: & tamen nostra fide, & sermone, & con-
Gen. 9. e fessione vestitur. Noë in domo sua nudus iacuit, & apparuit ignominia eius: maior filius irrisit, & minor texit. Et hoc totum quare dico? Vt ostendam vestimentum nos esse Christi. Rem dico vobis nouam: imo non nouam, sed de Scripturis. Nos vestimentum Christi sumus, & cum illum nostra cõfessione vestimus, rursum ipsum Christum induimus.
Gal. 3. d Dicit enim & Apostolus, quod vestimentum nostrũ, Christus sit. Quando enim baptizamur, Christo induimur & ve-
Hier. 13. a stimur. Vultis scire quomodo vestiamus dominũ? Legimus in Hieremia: *Accipe,* inquit, *tibi lumbare, & vade,* inquit, *ad Euphraten, & pone illud in foramine petræ. Et feci,* inquit, *quod præceperat mihi dominus. Et post dies aliquos reuersus sum ad Euphraten: & ecce,* inquit, *putruerat lumbare, quod nulli vsui esset vtile. Et locutus est,* inquit, *dominus ad me:* diligenter animaduertite. *Sicut,* inquit, *tu lũbare habuisti circa lumbos tuos: ita & ego habui populum istum circa me, dicit dominus.* Hoc totum quare dixi? Vt ostenderem credentes vestimentum esse Christi. Quod descendit in oram vestimenta eius: quod descendit in barbam, barbam Aaron. Non est huius temporis de sacerdotalibus dicere vestiméntis. Siquidé pontifex octo habet species vestimentorum. Longum est nunc dicere de Ephod, de tunica. Longum est dicere de rationali, de manifestationibus, de catenulis, de zona, de femoralibus, de fimbriis, de resti, de tintinnabulis, quibus virtutibus sacerdos debeat ingredi téplum domini, & in Sancta Sanctorum. Et nos ergo si volumus de vestimento isto esse sacerdotali, aut superhumerale sumus, quod interpretatur, ephod, vt habeamus bona opera, & in humeris nostris Christi mandata portemus: aut certè tunica debemus esse interior: quæ tunica stricta est, & adhæret corpori: non est laxa, non funditur, sed hæret tota ad corpus. Vides ergo quoniam quicũque interior est, & interior tunica, vicinius iungitur corpori. Si quis vero rationale est, quod dicitur λογεῖον: iste non est, nisi in pectore constitutus. Animaduertite scripturæ ordinem. Quicunque rationale est, λογεῖον & ratio est, & in pectore cõstitutus est. Cæterum fieri potest

Quod descendit in oram vestimenti eius: a sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion. Quoniam illic mandauit dominus benedictionem, b & vitam vsque in sæculum.

Can-

vt aliquis habeat prudentiam, vt habeat λόγιον: vt habeat ser- G
monem. Quicunque ergo veré sacerdos est, debet habere δηλώσεις, hoc est, manifestationes, hoc est, vt quodcunq; méte cõceperit, proferat, & omnes doceat. Et hæc omnia frustra sunt, si castitas aucta & ornata non fuerit. Ideo zona est, & cingit lumbos: stringit, & mortificat. Deinde dicitur, quod habeat femoralia, vt quodcunque in nobis ignominiosũ est & sordidũ, quasi hoc cingulo mũdetur & mortificetur. Deinde dicitur, quod debeamus habere poderé, quod ornet quasi pedes nostros. In ipso podere diuersi flores sunt: sunt ibi mala granata: sunt ibi etiam fimbriæ. Ego puto quod illa mulier sanguine fluẽs, Matt. 9.
istam fimbriã tetigerit, & sanata est. Deinde & hæc considerate: quoniã ad extremos pedes, inter mala granata erant & tintinnulla, & non ingrediebatur pontifex in Sancta Sanctorum, nisi illa tintinnabula personarent. Tintinnabula & illa mala granata, diuersitates virtutũ sunt, quæ habent singulæ voces suas, & egressus ipse Sancti Sanctorum vocalis est. *Sine enim manducemus, siue bibamus, omnia in nomine do-* 1. Cor 10 g
mini facimus. Minora promisimus, & maiora diximus.

a ¶ *Sicut ros Hermon,* &c.] Ros Hermon. Legimus in
quodam libro Apocrypho, eo tempore quo descendebant Gen. 6. a
filij Dei ad filias hominum, descendisse illos in montem Hermon, & ibi iniisse pactum, quomodo venirent ad filias hominum, & sibi eas sociarent. Manifestissimus liber est & inter Apocryphos computatur, & veteres interpretes de ipso locuti sunt: nonnulla autem nos diximus, non in autoritatem, sed in commemorationem. *Sicut ros Hermon,* qui descendit in montem Sion. Legi in cuiusdam libro de isto libro Apocrypho, suam hæresin confirmantis. Quid enim dicit? Filij, inquit, Dei, qui de cœlis descendebant, venerunt in Hermon, & concupierunt filias hominum: Angeli, inquit, sunt de cælestibus descendẽtes, & animæ quæ desiderauerunt corpora. Siquidẽ corpora filiæ hominũ sunt. Vi- H
distis quomodo Manichæi dogma cõsurgit? Sicut enim Manichæi dicunt animas desiderasse corpora humana, & sociatas esse voluptati corporũ: sic & isti qui dicunt angelos desiderasse corpora, hoc est filias hominum: nõne vobis videtur ididpsũ dicere quod & Manichæi? Longum est nunc contra illos dicere: sed tantummodo indicare volui de quo volumine quasi per occasionẽ istius, suum dogma cõsummant. Hermo in lingua nostra interpretatur ἀνάθεμα, hoc est, cõdemnatio. Ros ergo domini ante fuit in populo Iudæorum, qui postea anathematizatus est; & benedictio illa, quæ ante descendebat in populo anathematizato, postea descendit in montem Sion, hoc est, in Ecclesiam. Nos si tamen de Ecclesia sumus; Ecclesiã autem dico dogmatũ veritaté, Christi confessionem; nos in ædificium sumus. Et quanti sancti in deserto sunt, quanti de nobis non sunt in Ecclesia, & illi qui nõ sunt de Ecclesia, versantur in Ecclesia Christi. Si ergo sumus in Ecclesia: si habemus fidẽ Ecclesiæ, fidẽ Apostolorũ, fidem Christi, dogmatũ veritates, montes sumus Sion. Nolumus esse de Sion valles, sed mõtes Sion. Habet enim Sion valles suas, habet & campum. Quicũq; peccator est, vallis Esa. 13 &
est Sion: non est mõs Siõ. Dicat aliquis: De tuo sensu loque- sequen.
ris. Vocemus testẽ Esaiam: eo tẽpore quo peccauerat Sion; Ibid. 22. a
post multas visiones, vbi dicitur: visio cõtra Idumæam: visio contra Moab: visio cõtra Edom & filios Ammon, in vltimo ponitur: visio vallis Sion. Quoniã enim de fidei sublimitate descẽderat, propterea de monte in vallem corruit. Nos ergo primũ fugiamus vallem Sion, veniamus ad campũ: de campo veniamus ad colles, de collibus veniamus ad montes. Christum sequamur in montibus. Siquidẽ fratruelis noster quasi caprea, & hinnulus ceruorũ transilit colles, & salit per Cant. 2 b
mõtes. Vnde & secundũ ascẽsus veritaté non ascẽdit in cælũ post resurrectioné de valle, sed de monte. Nos nisi in virtutibus mõtes fuerimus, ad cælum non possumus ascẽdere. Illic enim, hoc est, in montibus Sion, in virtutibus, in fide, in confessione, in dogmatum veritate, illic est benedictio.

b ¶ *Et vitam,* &c.] Vita nostra, Christus est. Qui confitetur Christum, vitam accipiet in sæcula sæculorum, Amen.

Canticum graduum.

PSALMUS CXXXIII.

Ecce nunc benedicite domino, omnes
serui domini. ᵇ Qui statis in domo do-
mini: in atriis domus Dei nostri. ᶜ In
noctibus extollite manus vestras in sancta: &
ᵃ bene-

A PSALMUS CXXXIII.

Ecce nunc benedicite domino, &c.] Extremus psalmus can-
tici graduum. Primus graduum psalmos fuerat: *Ad do-
minũ cum tribularer clamaui, & exaudiuit me.* In secũdo cõ-
scẽderat: *Leuaui oculos meos in mõtes.* In tertio: *Lætatus sũ in
his, quæ dicta sunt mihi.* In quar-
to: *Ad te leuaui oculos meos: qui
habitas in cælo.* Videte quomo-
do paulatim ascẽdit per gradus,
& ad sublimiora peruenit. Lon-
gum est, si velimus singulorum
psalmorum horum graduum
principia dicere. Venit ad ter-
tiumdecimum psalmum, imo
venit ad duodecimum, & post
omnẽ virtutem, humilitatẽ posuit. Frustra enim habemus
virtutes, si non ipsæ virtutes humilitate domini coronẽtur.
Quid enim dixit? Domine non est exaltatum cor meum: ne-
que elati sunt oculi mei. Quoniam ergo humilem se mon-
Psal. 131. b strauerat, Christi aduentum postulat. Et quid dicit? *Memen-
to domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius*: Et rursum in
alio loco: *Propter Dauid seruum tuum, non auertas faciem
Christi tui.* Quoniam accepit Christum, post fidem Christi
Ecclesiam congregat. Et quid dicit? *Ecce quàm bonum &
quàm iocundum, habitare fratres in vnum.* Ecclesia domini
congregata est. Nouissimus psalmus quid dicit: *Ecce nunc be-
nedicite dominum, omnes serui domini.* Quoniam bonum est
& iocundum habitare fratres in vnum, & estis pariter con-
gregati: ecce nunc benedicite dominum. Nunc benedicite
dominum post aduentum Christi quia congregati estis in
eo. Nunc benedicite in vltimo graduum psalmo: quia in
summitate virtutum congregati estis. Antequam ergo per-
ueniretis ad quintum decimum gradum, hoc est, ad excel-
sum, non poteratis benedicere domino. Ergo nunc dico vo-
bis: *Ecce nunc benedicite domino.* Quãdo dicitur, ecce: quodã-
modo res digito demõstratur. Ecce nunc benedicite domi-
no. Qui benedicite domino? *Omnes serui domini*: qui non e-
stis serui peccati, sed serui domini. Putamus parũ esse quod
dicitur: Ego seruus domini sum? Summa virtus est hoc me-
reri. Quomodo? Quasi dignitatem vendicat, qui dicit: Ego
B seruus imperatoris sum, & nemo audet accedere ad seruum
imperatoris: sic infinita dignitas se dicere esse seruum domi-
Exod. 33. b ni. Vnde & Apostolus de seruitute domini gloriatur, & scri-
Hebr. 3. b bit in principio epistolarum suarum. Paulus seruus Christi.
Et de Moyse dicitur: *Et non sicut Moyses famulus meus: cui
locutus sum facie ad faciem.* Videte quid dicat: Cæteris locu-
tus sum in visione, & in ænigmate: sed non sicut Moysi fa-
mulo meo, cui locutus sum facie ad faciem. Ponamus exem-
plum: Dicamus esse aliquem dominum ditissimum. Iste ha-
bet familiam, habet & seruos, qui sibi ministrent. Nunquid
tantam habent fiduciam serui, qui in villis sunt: quantam il-
li, qui quotidie ministrant? Illis magna dignitas est, qui fa-
ciem vident domini, & ministrant ei. Denique cæteri serui,
qui faciem non vident domini sui: si voluerint aliquid im-
petrare, conseruos petunt. Hoc totum quare dixi? Domi-
nus noster Iesus habet & ipse multam familiam: habet qua-
si ad faciem suam, qui sibi ministrant: habet alios in agris.
Monachos & virgines ego puto illos esse, qui ad faciem mi-
nistrãt domino suo: sæculares autem qui sunt quasi in agro,
de familia sua. Deniq; illi, qui sunt in agris, istos postulãt vt
rogent dominũ, si quid necessarium habent. Quantam ha-
bent ergo dignitatem, qui quotidie vident faciem domini:
tantam habent pœnam, qui negligunt ministerium domini.
Solent enim mali serui, quando sunt in agris, magis timere
dominum: quia non vident. Si autẽ quotidie cœperint vide-
re, contemnũt, & familiaritas superbiam facit. Et nos igitur
non debemus de consuetudine contemnere bonitatem Dei
nostri. Benedicite ergo *dominũ omnes serui domini*: qui non e-
stis serui peccati, sed serui domini. Omnes serui domini, qui
solum dominum habetis Deum. Omnes serui domini qui-
bus ira non imperat: in quibus libido non regnat: in qui-
bus alia peccata non regnant: quibus non dominantur vi-
tia, illi dominantur à domino. Omnes serui domini. Vide-
tur hucusque stetisse. Sed videte augmentum. Non sufficit
solum seruos esse domini, nisi & ipsi serui stent. Alij enim
sunt qui stant: alij qui cadunt: alij qui sedent: alij qui iacent. C
Ergo qui cadunt, qui sedent, qui iacent, illi non possunt lau-
dare dominum. Vos laudate qui statis. Sed dicat aliquis: Stãt
& alij. Multæ sunt Ecclesiæ: multæ sunt congregationes. Qui
ergo stant? Ariani stant? Nominant Christũ & Eunomiani,
& cæteræ hæreses: ergo stant?
Ne videretur ergo illis dare li-
centiam laudandi dominum,
videte quid dicat.

b ¶ *Qui statis, &c.*] Vt se- 1. Tim. 3. b
cundum quod ait Apostolus:
Donec, inquit, venio, vt scias
quomodo disponas domũ Dei,
quæ est Ecclesia. Ecclesia non
parietibus consistit, sed in dog-
matum veritate. Ecclesia vbi est? vbi fides vera est. Cæterum
ante annos quindecim, aut viginti, parietes omnes hic Ec-
clesiarum, hæretici possidebant. Ante viginti enim annos,
omnes Ecclesias has hæretici possidebant. Ecclesia autem
vera illic erat, vbi vera fides erat. Ergo vos benedicite domi-
no, qui estis serui domini. *Non est pulchra laudatio in ore
peccatoris.* Ergo vos laudate, qui estis serui domini: & qui e- Eccle. 15. b
stis serui, & statis. *Qui statis?* *Statuit*, inquit, *supra petram pe-* Exod. 33. d
des meos. Et ad Moysen: *Tu vero hic sta mecum. Deus stetit in* Ibid. 24. a
synagoga deorum. Et qui statis non vbicunque, sed in domo Psal. 39. b
Dei: in atriis domus Dei nostri, in Hebraicis voluminibus & 18. a
non habetur, sed in sequenti psalmo est. Quomodo enim
sequitur in ipso psalmo? *Laudate nomen domini, laudate serui
dominum. Qui statis in domo domini, in atrijs domus Dei nostri.*
Quoniam ergo iste psalmus habet: Qui statis in domo do-
mini, in atrijs domus Dei nostri: Propterea quidam putauit
& in ipso psalmo qui præcessit: Qui stans in domo domini,
debere addere: in atriis domus Dei nostri. Quid autem si-
gnificet, in atriis domus Dei nostri, & quæ sit differentia
domus & atriorum, in sequenti psalmo cum lectus fuerit,
differetur.

c ¶ *In noctib. extollite manus vestras in sancta.*] Mũdus iste
in maligno positus est, & non est nobis pugna aduersus car- 1. Ioan. 5. d
nem & sanguinem, sed aduersus rectores tenebrarum ista- D
rum. Vnde dicit & Apostolus: *Nox præcessit, dies autem ap-
propinquauit.* Ergo hoc sæculum, nox est. Sæculum vero fu- Ephes. 6. b
turum, dies est. Vnde dicit & Apostolus: *Sicut in die*, inquit, Rom. 13. b
honestè ambulemus. Quomodo victuri sumus in die, hoc est,
in futuro sæculo: sic nunc viuamus. *In noctibus extollite ma-* Ibidem.
nus vestras in sancta. Velimus, nolimus, in noctibus sumus.
Quamdiu in isto sæculo sumus, in noctibus sumus. Nox te-
nebras habet. Noctes autem istarũ tenebrarũ, peccata sunt
hominum. Videte ergo quid dicat: *In noctibus extollite ma-
nus vestras in sancta.* Dum, inquit, estis in isto sæculo, & in Psal. 133. a
istis noctibus, leuate manus vestras. Nolite demittere, sed
leuate. Leuate cum Moyse. Si leuaueritis manus vestras, vin- Exod. 17. d
citur Amalech. Si autem demiseritis, superatur Iesus. Si-
mulque cõsiderate mysterium: Si nos leuamus manus, vin-
cit Iesus. Si leuauerimus manus nostras in bonis operibus,
per bona opera nostra Christus superat diabolum. Manus
autem interpretantur in operibus. Vnde scribitur: *Factus
est sermo domini in manu Aggei.* Sermo factus est in manu
Hieremiæ prophetæ. Vtique sermo Dei non fit in manu, sed
in ore fit. Sed videte scripturæ mysteria: Deus non ve-
nit ad sermonem sine opere bono. Cæterùm & homicida
Christum confitetur, & non venit ad illum dominus: quia
manus ipsius: domini aduentum non merentur, vnde
scriptum est in alio loco: *In manu linguæ, mors & vita.*
Ergo lingua manus habet? Dicite, quare dicitur: in manu Prou. 18. d
linguæ, mors & vita? Videte quid dicat: Deus non audit
linguam, non verba, sed opera, vt quicunque aliquid lo-
quitur, & faciat. Præcipitur ergo nobis in nouissimo psal-
mo graduum: In noctibus extollite manus vestras in sancta.
Leuate, inquit, manus vestras: quia Iesus eas leuauit in cru-
ce. *In noctibus extollite manus vestras in sancta.* Quare voluit
addere & dicere, in sancta? Et hæretici videntur leuare
manus, & gentiles videntur leuare manus, & Iudæi viden-
tur leuare manus: Faciunt enim & ipsi eleemosynas, si
viderint pauperem, manum porrigunt. Quando Iudæus
dederit eleemosynam: nonne tibi videtur leuare manum?
Leuat

E

Leuat quidem manũ, sed non leuat in sancta: quia Christũ, non confitetur. Vos autem qui estis in domo domini, qui statis in domo domini, in atriis domus Dei nostri: qui estis serui domini, quibus dixerat: *Ecce quàm bonũ & quàm iocundũ, habitare fratres in vnum*: (Psalm 132 a) sic leuate manus, vt in sãcto leuetis, hoc est, vt confiteamini Christum, & quicquid facitis, pro Christo faciatis. Virtutes pro qualitate facientis diuersæ sunt. Ac si dicat: Facit eleemosynam Christianus, facit & gentilis, facit & Iudæus, facit & alius Christianus vir sãctus. Inuenies aliquos de Christianis ideo dare eleemosynam, vt laudentur à populis. Si quando pauper rogat buccellam, huc illucque circũspiciunt, & nisi testem viderint, pecuniam non dant. Si solus fuerit, manus contrahit: non dat libenter. O tu Christiane, rogat te pauper vt des ei pecuniã: quare non das in occulto, sed das in publico? Si testem Deum quæris, humanos oculos quid requiris? Eleemosyna tua apud imperitos videtur esse eleemosyna: cæterùm apud Deũ iniuria est. Iniuriam enim facis fratri tuo. Vis enim videntibus aliis mendicum ostendere. Quando ergo damus, non demus quasi de nostro, sed de dono Christi. Non debemus dare quasi mendico, sed quasi fratri. Nos damus carnalia, ille dat spiritualia: plus dat pauper, quàm accipit. Nos damus panem, qui in ipsa die consumitur: ille pro pane reddet nobis regna cælorum. Ergo hoc dico, vt quod facimus, faciamus in sãcto: aut quod facimus, Christi causa faciamus. Cæterum multi sunt gentiles, qui faciunt eleemosynam. Si viderint aliquẽ præcisam manum habere: si viderint pedem habere cancrosum & putridum, statim animus illis dolet. Vincitur humana anima naturali misericordia. Et quid dicit? Ecce ego si talis essem, quid miser facerem? Et fieri potest, vt talis sim, quis mihi dabit? Et ego debeo ergo huic dare, vt & mihi det aliquis, si talis fuero. Iste quidẽ dat pauperi panẽ: sed in paupere sui miseretur, non illius. Ista misericordia, non Christi misericordia: sed sui misericordia est. Omne ergo quod facimus, Christi causa faciamus. Faciamus in sancto. Siue manducamus, siue bibimus, omnia in nomine Christi faciamus (1. Cor. 10. g) Scripturas legimus, psalmos ediscimus, euangelia tenemus, prophetas edisserimus. Non debemus (F) hoc ita facere vt gloriemur apud fratres, sed vt Christo placeamus, vt sermo ipsius in ore nostro resonet. Solẽt & viri, solent & monachi, solent & mulierculæ hoc inter se habere certamen, vt plures ediscant scripturas, & in eo se putẽt esse meliores, si plures edidicerint. Ille plus edidicit, qui plus facit. Cæterũ, si quod tu ediscis, ego facio: magis mea opera scripturas tenent, quàm tuus sermo qui vanè resonat. *In noctibus extollite manus vestras in sancta.* Leuate manus in crucẽ, leuate vexillũ. In noctib. leuate manus vestras in sancta. Et cum leuaueritis in sancta, & feceritis quæ sãcta sunt, quasi medicamentum bonorum operum vestrorum Christus sit.

a benedicite domino. b Benedicat te dominus ex Sion: qui fecit cœlum & terram.

a Halle-

a ¶ *Et benedicite domino.*] Vnde & apostolus dicit; *In omni loco leuãtes manus immaculatas*, (1. Tim. 2. a) & benedicite dño. quodcunq; facitis referte ad dominũ. Manus leuentur: os Christũ resonet. Et in noctibus leuate manus vestras. Da pauperib. eleemosynam, & benedic domino: gratias age domino, quia tibi dederit, vnde des fratri. Magis tu agito gratias Christo quando dederis: quã frater qui ex eo quod à te acceperit, tibi agat gratias: Grãde nobis beneficium præstant pauperes. Peccata quę iam aliter lauare non possumus, extinguit eleemosyna. Quid scriptũ est? *Sicut aqua extinguit ignẽ: sic eleemosyna extinguit peccata.* (Eccles. 3. d) Hoc præstat eleemosyna, quod & baptisma. Quomodo baptisma nobis peccata dimittit: ita & eleemosyna nobis peccata dimittit. *Sicut aqua extinguit ignem sic eleemosyna extinguit peccata.* Peccatis enim gehẽnæ ignes præparati sunt. Hos autem extinguit eleemosyna.

b ¶ *Benedicat te dominus ex Sion: qui, &c.*] Tu benedicis dominum, & dominus te benedicit. Ex Sion, de specula, de ecclesia, de veris dogmatibus, de fide pia. Benedicat te dominus ex Sion. Istum versiculum Spiritus sanctus loquitur: siue certè propheta spiritu loquitur. Et quid dicit? O tu qui per quindecim gradus ad vltimum conscendisti, qui fecisti hæc, & hæc qui benedicis dominum, qui in noctibus extollis manus tuas, &c. & benedicis domino, recipe

G

& tu mercedem. Benedicat te dominus ex Sion. Quod dedisti, recipe. Tu dedisti eleemosynam: tu fecisti virtutes: à Deo præmium & benedictionem cõsequeris. Benedicat te dominus ex Sion. Siõ de cœlesti Hierusalem in matre primitiuorum, vbi sunt futura gaudia, vbi sunt archangeli, vbi virtutes cæteræ, vbi apostoli, vbi prophetæ, vbi sancti martyres, vbi sequuntur angelorum multitudines, & sanctorum, quocũque agnus vadit. Denique vidit & Ioannes (Apocal. 21. a) Ciuitatem sanctam de cælo depositam, gemmis extructam, duodecim habere portas. Tota autem erat, muros habebat & aureos; habeat plateas de diuersis gẽmis. In hac ciuitate Christus regnat. in hac ciuitate habitãtes ipsi sunt & habitatores & portæ, ipsi & domus sunt, & habitatores. Vultis scire quoniã domus sunt? Christus habitat in eis: Christus deambulat in eis. *Inhabitabo*, inquit, *in eis & deambulabo.* (Leu. 26. b; 2. Cor. 6. d) Vide anima sancta quàm grandis sit: Christum capit, quem cælum non capit. Vide quid dicat: Inhabitabo, inquit. Sed fieri potest, vt aliquis angustè inhabitet. Inhabitabo, & deambulabo in eis. Vbicunque deambulat, vtique lata domus est. Vbi deambulat? Vos estis, inquit, templum Dei, & Spiritus sanctus habitat in vobis. Præparemus templum nostrum, vt Christus veniat & habitet in nobis vt anima nostra Sion sit, sit specula, vt sit in summitatibus constituta, vt sit sursum, non deorsum. Legimus in Zacharia propheta: *Et angelus*, inquit, *qui loquebatur in me, dixit ad me*: (Zach. 1. e) Si angelus loquebatur in propheta, quanto magis habitat in nobis? Ipse nos habet & domos, & confabulatores. *Benedicat te dominus ex S[io]n, qui fecit cælum & terram.* Si sanctus es, audi quod dicit, qui fecit cœlum. Si peccator es, qui fecit terram. Et cælum fecit & terram. Interim dicamus secundum literam. Hoc dicit ad distinctionem idolorum. Dij, inquit, qui non fecerunt cœlum & terram, pereant de terra. Dominus autem cœlos fecit. Ad distinctionem hoc dicit idolorum. Hoc interim secundum literam: Cæterum secundum intelligentiam spiritualem, quomodo dicitur peccatori: Terra es, & in terram ibis: sic & sancto dicitur; cœlum es, & in cœlum ibis. Hoc totum quare dixit? Vt sanctos cœlum probarem. *Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum.* (H) (Psalm. 18. a) *Et aquæ quæ super cœlos sunt, laudent nomen domini.* (Ibid. 148. a) *Cæli cælorum domino: qui fecit cælum & terram.* (Ibid. 113. d) Licet terreni simus, licet ambulemus in terra: tamen conuersatio nostra in cælis est. Ibi habemus municipationes nostras. Qui fecit cœlum & terram. Licet peccatores, noli desperare, dominus omnia potest. Multi de terra, cœli fiunt: & multi de cælo, terra. Infelix Iudas cælum fuit, & factus est terra. Paulus Apostolus eo tempore quo persequebatur ecclesiam, terra erat: Confessus est, & cœlum factus est. (Actor. 9.) Nec qui cælum est, debet esse securus: nec qui terra est, debet desperare de vita. Iacob eo tempore quando fugiebat in Mesopotamiam fratrem suum, (Gen. 35. e) venit ad Luzam, & ibi, inquit, posuit lapidem ad caput. Sub capite ipsius lapis erat Christus. Nunquã sibi posuit lapidem ad caput, nisi eo tempore, quando persecutorem fugit. Quamdiu erat in domo patris sui, & habebat refrigeria carnis, lapidem non habebat ad caput. Recessit de domo nudus, recessit in virga statim in ipsa nocte inuenit lapidem, & posuit ad caput suum. Qui talem habebat puluillum. in quo refrigerabat: videte visionem eius. Vidit, inquit, scalam de terra pertingentem ad cælum: & vidit, inquit, angelos descendentes & ascendentes. Vidit angelos de cælo venire ad terram, & alios de terra ad cœlos ascendere. Vultis scire, quia lapis ille, qui erat ad caput Iacob, Christus erat lapis angularis? (Psalm. 117. e) *Lapis quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli.* Lapis ille qui scriptus est in Regnorum libro, Abnezer. (1. Reg. 7. e) Lapis iste, Christus est. Abenezer autem interpretatur, lapis adiutorij. *Consurrexit*, inquit, *Iacob mane.* Et quid dixit? *Hæc*, inquit, *domus Dei est.* Et quid fecit? *Tulit*, inquit, *oleum, & vnxit lapidem.* Nisi mysteria intellexerimus scripturarum: cuius rationis erat, vt vngeret lapidem oleo? *Benedicat te dominus ex Sion: qui fecit cælum & terram.* Decens finis cantico graduum, psalmum in benedictione concludens: ex voce prophetica nos admonet, dicens.

A

¶ Halleluia. PSALMVS CXXXIV.

LAudate[a] nomē domini:[b] laudate serui dominū. [c] Qui statis in domo domini: in atriis domus Dei nostri. [d] Laudate dominum, quia bonus dominus: [e] psallite nomini eius quoniam suaue est.[f] Quoniam Iacob elegit sibi dominus:[g] Israel in possessionem sibi.[h] Quia ego cognoui quod magnus est dominus,[i] Deus noster præ omnibus diis.[k] Omnia quæcunque voluit dominus, fecit in cœlo & in terra, & in mari, & in omnibus abyssis.[l] Educēs nubes ab extremo terræ: [m] fulgura in pluuiā fecit.[n] Qui producit vētos de thesauris suis: qui percussit primogenita [o] Ægypti ab homine vsque ad pecus.[p] Et misit signa & prodigia in medio tui Ægypte: [q] in Pharaonem & in omnes seruos eius.[r] Qui percussit gētes multas, & occidit reges fortes.[s] Seon regem Amorræorū, [t] & Og regem Basan, [u] & omnia regna Chanaan.[x] Et dedit terram eorum hæreditatē: hæreditatem Israël populo suo.[y] Domine nomē tuū in æternum:[z] domine memoriale tuum in generatione & generationē. [a] Quia iudicabit Dominus populum suum,[b] & in seruis suis deprecabitur. [c] Simulacra gētium argētum & aurum: opera manuum hominum. Os habēt, & nō loquentur: oculos habent, & non videbunt. Aures habent, & non audiēt: neque enim est spiritus in ore ipsorum.[d] Similes illis fiāt qui faciunt ea, & omnes qui cōfidūt in eis.[e] Domus Israël benedicite domino:[f] domus Aarū benedicite domino. Domus Leui benedicite domino: [g] qui timetis dominū benedicite domino.[h] Benedictus dominus ex Siō: qui habitat in Hierusalē.

i ¶ Halleluia. PSALMVS CXXXV.

COnfitemini domino quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia eius. [l] Confitemini Deo deorum: quoniam in sæculum misericordia eius.[m] Confitemini domino dominorum: quoniā in sæculum misericordia eius. [n] Qui facit mirabilia magna solus: quoniā in sæculum misericordia eius [o] Qui fecit cœlos in intellectu: quoniam in, & cæt.

[a] Qui

PSALMVS CXXXIV.

LAudate a nomen domini.] Quod per fidem cognouistis esse super omne nomen.

b ¶ *Laudate serui, &c.*] qui peccati famuli esse desistis.

c ¶ *Qui statis, &c.*] qui immobiliter in eo plantati estis.

d ¶ *Laudate dominum, &c.*] Cito enim pœnitentibus veniam præstat: spem etiam nostram sua adimplens benignitate.

e ¶ *Psallite nomini eius quia suaue est.*] Non est enim processit ab eo aspera hæreticorū peruersitas. sed per ipsam suauitatem à squalore gentilitatis eruti sumus.

f ¶ *Quoniam Iacob elegit sibi, &c.*] Eum scilicet, qui supplantato popolo arripuit benedictionem eius.

g ¶ *Israel, &c.*] Qui post multas luctas, Deum mente meruit videre.

h ¶ *Quia ego cognoui, &c.*] Reuelante filio cognoscimus patrem, ipso dicente: *Nemo* Luc.10. d *nouit patrem, nisi cui voluerit filius reuelare.*

i ¶ *Et Deus, &c.*] Super omnes sanctos angelosque, qui dii digni sunt vocati.

k ¶ *Omnia quæcunque, &c.*]

B

Pro voluntate bonitatis placuit Deo in excelsis animabus, in aridis mentibus, in sæculi fluctibus, in profunditate malitiæ facere mirabilia, sicut sequitur.

l ¶ *Educens nubes ab, &c.*] Ab humilitate terrena eleuans apostolos ac prophetas.

m ¶ *Fulgura in, &c.*] Vt primum lumen cognitionis Dei, deinde imbrem doctrinarum infunderent.

n ¶ *Qui producit ventos de thesauris suis.*] Angelos sanctos de arcanis cœlestibus dirigens: qui his nubibus imbribusque, robur atque incrementum inferrent.

o ¶ *Qui percussit primogenita Ægypti: &c.*] Principalia vitia atque crimina mundi.

p ¶ *Et misit signa, &c.*] Terrens mundum in passione, vel in tenebris, vel in commotione terræ.

q ¶ *In Pharaonem, &c.*] Affigens diabolum, vel principatus eius cruci suæ.

r ¶ *Qui percussit reges magnos, &c.*] Innumera vitia, quæ mundum oppresserant.

s ¶ *Seon regem Amorræorum.*] Arborem infructuosam habentem secum execratores Dei: qui simul percussi, in ignem proiciuntur æternum.

t ¶ *Et Og regem Basan.*] Maceriam confusionis, quæ nobis ne Deum agnosceremus, obstabat.

v ¶ *Et omnia regna Chanaan.*] Occidit regna commotionis, quæ nos commouebant à Deo, & dominabantur nobis.

x ¶ *Et dedit terram eorum hæreditatem: hæreditatem, &c.*] Hæc omnia deleuit Deus atque subuertit, nosque per cognitionem suam in hæreditatem asciuit, & vt ipsis qui nos afflixerant dominaremur, indulsit.

C

y ¶ *Domine nomen, &c.*] Illo in perpetuum permanente, hoc nobis sit hæreditas sempiterna.

z ¶ *Domine memoriale tuum in sæculum sæculi.*] Vt quod legis veteris vmbra præfigurauit in altero sæculo, id est, in euangeliis agnoscatur.

a ¶ *Quia iudicauit dominus populum suum.*] Iudæos non credentes: qui nunc iam iudicati sunt, cum non crediderunt.

b ¶ *Et in seruis suis consolabitur.*] In credentibus vtique.

c ¶ *Simulacra gentium argentū & aurum: opera manuum hominum. Os habent, &c.*] Gentilium execranda commemorat irridēs: quia cum nullius membri vegetationem habeant, auri argentique metallo, illos nobilitate voluerint. Ideoque adiecit.

d ¶ *Similes illis fiant qui faciunt ea, &c.*] Illi confundantur in his qui credunt: nos vero consolemur, qui ad imaginem Dei facti ipsum adoramus.

e ¶ *Domus Israel benedicite dominum.*] Cōgregationes sanctorum, Deum oculis mentis inspicientes.

f ¶ *Domus Aaron benedicite dominum.*] Ministrorum ordo perfectus.

g ¶ *Qui timetis dominum benedicite dominum.*] Vt sicut maiestatem metuitis, ita cum charitate laudetis.

D

h ¶ *Benedictus Dominus ex Sion: &c.*] Ipse dominus noster Iesus Christus: cui est cum æterno Patre & Spiritu sancto honor & gloria in sæcula sæculorum, Amen.

i ¶ *Halleluia.*] Iste psalmus, domini misericordias in diuersis necessitatibus humano generi præstitas pandit, dicens:

PSALMVS CXXXV.

COnfitemini domino, &c.] Confitemini peccata vestra, & laudate eum qui per misericordiam in se manentem indulget.

l ¶ *Confitemini Deo deorum: quoniam in sæculum misericordia eius.*] Illis qui credentibus in se, dedit potestatem filios Dei fieri.

m ¶ *Confitemini domino dominorum: quoniam in sæculum misericordia eius.*] Hoc refertur ad filium, & Deo deorum, ad patrem. Patri ergo & filio confitemur. Pater enim in filio, & filius in patre.

n ¶ *Qui facit mirabilia magna solus: quoniam in sæculum misericordia eius.*] Prius dixit, confitemini Deo deorum, & iterum, domino dominorum: Et quoniam dixit duas personas: nunc dicit, qui facit mirabilia magna solus, vt non dicat 1 Cor. 8 b duos deos. Scriptum est enim: *Vnus est Deus ex quo omnia, & vnus dominus Iesus, per quem omnia, & nos per ipsum.*

o ¶ *Qui fecit cœlos in intellectu, quoniam, &c.*] Isti sunt cæli qui enarrant gloriam Dei, qui vestiti sunt imagine cælesti. Et sunt cæli, qui non sunt vestiti imagine terrena, in intellectu, in sapientia. Christus enim Dei virtus & Dei sapientia.

Sicut

F Sicut & in Prouerbiis dicit ipsa sapientia: quando faciebat cælos, cum ipso eram, & cætera.

Prou. 8.c a ¶ *Qui firmauit, &c.*] Licet dicatur terra super aquas pendere, hoc est, inani pondere: tamen terram nostram fundauit, & firmauit in baptismate. Non dixit, sustollit, aut exaltauit, aut in cælos fecit ascēdere. Baptisma enim peccata dimittit, & quasi de carcere liberat: regna autem cœlorum non potest donare. Si non enim aliquis per opera & fidem intrauerit, non potest securus esse.

G m ¶ *Qui dat escam omni carni: quoniā in sæculū misericordia eius.*] Præbens se panē viuū, & vitam dantem huic mundo.

n ¶ *Confitemini Deo cæli: quoniam in sæculum misericordia eius.*] Laudem ei debitā reddite, qui vos à terrenis in æterna commutat.

[a] Qui firmauit terram super aquas: quoniam. [b] Qui fecit luminaria magna: quooiam. Solem in potestatem diei: quoniam. [c] Lunam & stellas in potestatem noctis: quoniam. [d] Qui percussit Ægyptum cum primogenitis eorum: quoniā. Qui eduxit Israël de medio eorum: quoniam. In manu potenti & brachio excelso: quoniam. [e] Qui diuisit mare rubrū in diuisiones, quoniā. Et eduxit Israël per medium eius: quoniā. [f] Et excussit Pharaonē & virtutē eius in mari rubro: quoniam. [g] Qui traduxit populum suū per desertū: quoniā. [h] Qui percussit reges magnos: quoniā. Et occidit reges fortes: quoniā Seon regem Amorræorum: quoniam. Et Og regem Basan: quoniam. [i] Et dedit terram eorum hæreditatem. quooiā: Hæreditatē Israël seruo suo: quoniam. [k] Quia in humilitate oostra memor fuit oostri: quooiam in sæculum misericordia eius. [l] Et redemit oos ab inimicis nostris: quoniam in sæculū misericordia eius. [m] Qui dat escā omni carni, quooiā in sæculū misericordia eius. [n] Cōfitemini Deo cœli: quoniā in sæculū misericordia eius. [o] Cōfitemini domino dominorum: quoniam in æternū misericordia eius.

p ¶ Psalmus Dauid propter Hieremiam.

PSALMVS CXXXVI.

SVper flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus: dū recordaremur tui Sioo. [r] In salicibus, in medio eius suspēdimus organa nostra. [a] Quia

b ¶ *Qui facit luminaria magna: quoniam in sæculum misericordia eius.*] Secundum literam de stellis dicit. Licet paruas eas conspiciamus, sed tamē magnæ sunt. Sicut enim nos si ascendamus in montem excelsum, & videamus in subiecta valle hominē, videtur nobis quasi paruum quiddam; ita & stellæ magnæ sunt: ex altitudine autem paruæ nobis videntur. Stella enim, quæ videtur in Britannia, vbique & ipsa apparet. Hoc autem dicit ad eos quibus dixit: *Vos estis lux mundi.* Mat. 5.b

c ¶ *Lunam & stellas in potestatem noctis: quoniam in sæculū misericordia eius.*] Ecclesiā, vel doctores eius, sub nocte veteris legis posuit: scilicet, vt quod illa nuntiauit in litera: spiritualiter adimpleant & obseruent.

G d ¶ *Qui percussit Ægyptum cum primogenitis eorum, & eduxit Israel de medio eius, in manu forti & brachio extento: quoniā in sæculum, &c.*] In virtute & potentiæ suæ verberato mundo, eduxit nos ab operibus eius.

e ¶ *Qui diuisit mare rubrum, &c.*] In multis enim gradibus scanditur per huius sæculi fluctus, vt ad eum possit, quem mente tuetur, accedere.

f ¶ *Et excussit Pharaonem, &c.*] Si Israël simus: Deus pugnat pro nobis, & nos tacebimus, & prosternit diabolum cum satellitibus suis: ne nobis nocere valeant.

g ¶ *Qui transduxit, &c.*] Semper populus Dei per deserta huius mundi transducitur, quoadusque in terram repromissionis inducatur. *Qui eduxit aquam de petra rupis: quoniā in sæculum misericordia eius.* A Christo domino, qui est stabilis petra, vel baptismum processit: vel poculum æternæ vitæ manauit.

h ¶ *Qui percussit reges magnos, quoniam, &c. Et occidit reges fortes: Seon regem Amorræorum, & Og regem Basan, & omnia regna Chanaan occidit: quoniam in sæculum misericordia eius.*] Omnia regna peccati à Christo percussa dicit. Qui percussit reges magnos. Primum percussit Pharaonem, qui intelligitur diabolus, & sic exercitum eius; sicut in superiori psalmo exposuimus.

i ¶ *Et dedit terram eorum hæreditatem: &c.*] Christiano vtique.

k ¶ *Quia in humilitate nostra memor fuit nostri: quoniam in sæculum misericordia eius.*] Vt nos visitaret aduentu suo. Non dixit, in sapientia; non dixit, in diuitiis; non dixit, in doctrina: sed in humilitate memor fuit nostri. Licet enim & istæ virtutes sint, tamen nisi aliquis habuerit humilitatem, non recipietur à Deo. *Superbis* enim *resistit Deus: humilibus autem dat gratiam.*

l ¶ *Et redemit nos de manu inimicorum nostrorum: quoniam in sæculum misericordia eius.*] Fundens in pretio nostro sanguinem suum.

o ¶ *Confitemini domino dominorum: quoniam in sæculum misericordia eius.*] Qui vos vel iudices, vel dominos mundi cōstituit Ipse dominus noster Iesus Christus: cui est cum æterno Patre & Spiritu sancto honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

p ¶ *Psalmus Dauid propter Hieremiam.*] Iste psalmus ex voce prophetica prolatus, docet mentes hominum à peccatis capi: in exemplum illius terrenæ Hierusalem, quæ à gentibus abducta in captiuitatem deflebat. Dicant ergo animæ, quæ post multos errores conuertuntur ad dominum.

PSALMVS CXXXVI.

SVper flumina Babylonis illic, &c.] Si non aliquis ægrotat, nescit quantum valet sanitas. Et iterum: claudus nescit, quantum, valet qui sanus est pedibus. Similiter & cæcus videntem. Hoc totum quare dictum est? Quoniā psalmus dicit: Super flumina Babylonis, illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur Sion. Babylon confusio interpretatur. Ergo H Babylon hic mundus. Peccator ergo qui cecidit de paradiso, venit in vallem lacrymarum, hoc est, in Babylonem, in istū mundum. Magis autē propheta ex persona eius qui cecidit, dicit: Super flumina Babylonis. Flumen autem Babylonis, quando videris aliquem pulchrum ad horam, & ægrotans perdiderit pulchritudinē, & marcescat flos ipsius: hic sicut flumen transit, & aquæ succedentes sibi venientes & recedentes pereunt, & iterum aliæ oriuntur & ipsæ pereunt: ita & in hoc mundo quo ad momentum aut aliquod tempus, aut ditamur, aut fortes sumus, aut pulchri sumus, & post modicum transit sicut aqua, & perit. Ibi ergo sedimus & fleuimus, dum recordaremur Sion. Licet quidem vitio nostro cecidimus de paradiso: tamen reminiscimur prioris felicitatis, & non obliuiscimur. Et ille qui de Hierosolymis descendit in Hiericho, quæ interpretatur luna, hoc est, quæ semper mutatur; hæc autem intelligitur præsens mundus; in latrones incidit, & Samaritanus tulit eum, & oleo & vino curat, miscens austeritatem cum misericordia. Luc. 10.

r ¶ *In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra.*] Salix talem naturam habet: Est quidem lignum infructuosum, & dicitur, quod si quis ex illa accipiat potionem, aut manducet, filios non facit. Ibi ergo suspendimus organa nostra. Organum autem hominis corpus est. Sicut enim organum ex multis fistulis compositum est, vna autem modulatione melos mittit: ita & organum nostrum habemus tactum: per ipsum, hoc est, per ora, melos, canticum & hymnum referimus Deo. Similiter & per auditum, & per odoratum, & per gustum, & per visum, & per has omnes virtutes quasi de vno organo hymnum & canticum referimus domino. Dicitur iterum salix radicē non habere. Sed si ramus abscinditur & plantatur secus aquam, statim virescit. Ita autem & peccator, licet peccauerit, licet ceciderit: tamen si sit secus aquas, hoc est, si legit sanctas scripturas, & audit verbum diuinum à sancto viro, viret eius anima, & in pœnitentiam conuertitur.

[a] Quia illic interrogauerunt nos qui captiuos duxerunt nos, verba cantionum. Et qui abduxerunt oos, hymnum cantate nobis de cãticis Sion.[b] Quomodo cãtabimus canticum domini in terra aliena?[c] Si oblitus fuero tui Hierusalẽ: obliuioni detur dextera mea.[d] Adhæreat lingua mea faucibus meis, si nõ meminero tui. Si nõ proposuero Hierusalẽ, in principio lætitiæ meæ, Memor esto domine filiorum Edõ, in die Hierusalẽ Qui dicunt, exinanite, exinanite, vsque ad fundamẽtum in ea.[f] Filia Babylonis misera:[g] beat⁹ qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis.[h] Beatus qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petrã.

i Psalmus ipsi Dauid.

PSALMVS CXXXVII.

CONfitebor tibi domine in toto corde meo:[k] quoniã audisti omnia verba oris mei.[l] In conspectu angelorũ psallã tibi:[m] adorabo ad templum sanctum tuum, & cõfitebor nomini tuo.[n] Super misericordia tua & veritate tua: quoniã magnificasti super omne nomen sanctum tuum. In quacũque die inuocauero te, exaudi me:[o] multiplicabis in anima mea virtutem.[p] Cõfiteantur tibi domine omnes reges terræ:[q] quia audierunt omnia verba oris tui.[r] Et cantẽt in viis domini: quoniã magna est gloria domini. Quoniã excelsus dominus, & humilia respicit: & alta à lõge cognoscit. Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me: & super iram inimicorum meorũ extendisti manum tuam, & saluum me fecit dextera tua. Dominus retribuet pro me: domine misericordia tua in sæculum, & opera manuum tuarum ne despicias.

In finem psalmus Dauid.

PSALMVS CXXXVIII.

DOmine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. Intellexisti cogitationes meas de longe. semitam meam & funiculum meum inuestigasti. Et omnes vias meas præuidisti: quia non est sermo in lingua mea. Ecce domine tu cognouisti omnia nouissima & antiqua: tu formasti me, & posuisti super me manum tuam. Mirabilis facta est scientia tua ex me: cõfortata est, & non potero ad eam.[f] Quo ibo à spiritu

A a ¶ *Quia illic interrogauerunt nos, qui captiuos duxerunt nos, &c.*] Dæmones qui deceperunt nos & captiuos duxerunt, nunc quasi deridentes nos & gloriantes dicunt uobis: Reddite nobis verbum de fide vestra: quemadmodum quãdo eratis in Hierusalem hymnum dicebatis Deo. Respondent qui peccauerunt, & decepti sunt, & dicunt.

b ¶ *Quomodo cantabimus, &c.*] In peccatis constituti, qui cecidimus de Hierusalem in Babylonem? Ergo non potest aliquis, si non sit sanctus, laudare dominum. Peccator enim non debet cantare domino, sed lugere peccata sua.

c ¶ *Si oblitus, &c.*] Ergo quia peccauit & cecidit, reminiscitur prioris conuersationis & Hierusalem: proponitque sibi quod nisi semper tui memor ero, & semper in mente habeam, obliuioni detur dextera mea, hoc est, opera mea. Non dixit sinistra, sed dextera. Sinistra enim semper in obliuione est. Vis ergo semper in memoria domini esse? Dexteræ opera fac.

d ¶ *Adhæreat lingua, &c.*] Hoc est, non habeam neque opera, neque sermonem: si non iugiter memoria tui versetur in corde meo.

e ¶ *Memor esto domine filiorum Edom: in die Hierusalem.*] Edom interpretatur terrena & sanguinea. Quis ergo est nisi diabolus? Vide ergo quid dicat. Hoc ex persona Adam dicitur.
B Domine memento quẽadmodum me decepit, & traxit me serpens diabolus, qui intelligitur Nabuchodonosor, & eiecit me de paradiso: Memento & retribue ei, & patiatur pœnam, quam ipse sua malitia mihi induxit: trahens me, adduxit in Babylonem, & in Assyrios.

f ¶ *Filia Babylonis misera.*] Filia Babylonis anima est, quæ semper in motione est, & in cõfusione, & non habens statum: sed est in vitiis & peccatis, quæ verè misera est.

g ¶ *Beatus qui, &c.*] Beatus est qui retribuet ei quod ipsa fecit. Verbi gratia. Eiecit me de paradiso: ego illam per abstinẽtiam reduco ibidem. Decepit me per fornicationem: ego per castitatem reduco illam in Hierusalem, & ex vitiis in virtutem. Ergo non vt inimicus facio, sed vt amicus.

h ¶ *Beatus qui, &c.*] Paruuli dicuntur cogitationes. Ac si dicat: Vidi mulierem, concupiui eam: statim si non abscidero concupiscentiam illam, & sicut pedem tenuero, & allisero ad petram donec parua est concupiscentia non potest postea abscindi quando creuerit. Beatus ergo est qui statim abscindit, & allidit ad petram. Petra autem est Christus.

PSALMVS CXXXVII.

C*Onfitebor tibi domine in toto corde meo.*] Qualia sunt vulnera, tale & emplastrum. Quemadmodum enim corpus habet diuersa vulnera, ita & anima habet suas passiones & sua vulnera: & aduersus peccatum talem & pœnitentiam debemus agere. Si quis pro omnibus peccatis suis confitetur, iste in toto corde confitetur domino. Ac si dixisset. Fornicatus est aliquis, confitetur pro fornicatione. Sed quoniam est aut auarus, aut iracundus, aut detractor, aut blasphemus, & plurima vitia habet: iste non confitetur in toto corde. Si quis autẽ pro omnibus vitiis & passionibus animæ suæ agit pœnitentiam, iste potest dicere: *Confitebor tibi domine in toto corde meo.* C

k ¶ *Quoniam audisti, &c.*] Iste versiculus in Hebraico non habetur. Cæterum quod dicit, hoc est: Propterea confitebor tibi in toto corde meo, hoc est, pro omnibus vitiis meis & peccatis: quoniam non pro vno vitio cõfessus sum tibi, & exaudisti me.

l ¶ *In conspectu, &c.*] Vide prouectionem pœnitentis: quia post confessionem & pœnitentiam cum angelis meretur psallere. Qui autem psallit, iam nõ agit pœnitentiam, sed gratias agit, & benedicit.

m ¶ *Adorabo ad templũ, &c.*] Si hoc est templum, quod nunc videtur desertum, in quo oportet adorare: ergo non debent Iudæi adorare: quoniam euersum est templum. Templum autem dicit sanctam & cælestem Hierusalem.

n ¶ *Super misericordia tua & veritate tua.*] Peccator audiat misericordiam: iustus autem, & superbus audiat veritatem.

o ¶ *Multiplicabis, &c.*] Multiplicabis, hoc est, multis solicitudinib. subiacentem animam. D

p ¶ *Confiteantur, &c.*] Reges terræ sunt isti qui regnant peccato. Ergo ipsi confiteãtur, qui regnant peccato. Nec enim de regibus huius mundi scriptum est *Cor regis in manu Dei.* Putas Prou. 21.a cor Iuliani impiissimi in manu Dei fuit? Absit. Aut Neronis, aut Maximiani & Decij persecutorum? Absit. Sed de illis dicit, qui regnant peccato: quia isti qui vincunt vitia & passiones animæ, & regnant peccato: cor eorum in manu Dei est.

q ¶ *Quia audierũt, &c.*] Quia custodierunt mandata tua.

r ¶ *Et cantent, &c.*] Philosophi huius sæculi non cantauerunt in viis domini, sed nos cãtamus in viis domini, hoc est, in Moyse, & in Esaia, & in Hieremia, & de viis istis venimus ad illam viam, quæ dicit: *Ego sum via.* Ioan. 14.a

PSALMVS CXXXVIII.

D*Omine probasti, &c. Mirabilis facta est sciẽtia tua ex me.*] Manifestius hoc Symmach⁹ interpretatus est: Prætergreditur me scientia tua, id est, non possum tua scire secreta, & in profundũ sapientiæ tuæ mẽs mea nõ potest introire.

f ¶ *Quo ibo, &c.*] Quomodo autem tuam possum comprehendere notitiã, cum in te sint omnia, nihilque sit quod te fugiat, & vbique sit spiritus tuus? Ex quo intelligimus Deum esse qui totus vbique sit.

a ¶ Si

E a ¶ *Si ascendero in cælum, tu ibi es: &c.*] Nulla altitudo te altior: nullum profundum te profundius: oriens & occidēs in tua continentur manu.

b ¶ *Et dixi, ego tenebræ conculcabunt me, &c.*] In Hebræo sensus iste est. Et dixi forsitan tenebræ conculcabunt oē: econtrario autem nox ipsa apud te lumen fuit: quia nihil celare te potest. Quod Symmachus melius interpretatus est, dicens: Et nox lux circum me fedet. Sed & sequentes versiculi hoc idem significant.

ferentes testimonia, quæ quasi videbantur rationem aliquā habere, tentabant me decipere. G

m ¶ *Dixi domino, &c.*] Si non es sanctus, non potes hunc versiculum dicere. Cui non regnat peccatum, hic dicit: *Pars mea dominus.* Psal. 15. b

c ¶ *Quia tenebræ non obscurabuntur à te, & nox quasi dies illuminabitur: &c.*] Id est, tam clara sunt omnia, quæ à te putantur occulta, vt manifestiora sint luce.

d ¶ *Suscepisti me de ventre matris meæ.* Quinta editio ita transtulit. Conflasti me de ventre matris meæ.

e ¶ *Imperfectum meum viderunt oculi tui.*] Imperfectum hic pro in composito posuit, quod etiam elementa hominis antequam formentur in vtero, cognoscat Deus.

f ¶ *Et in libro tuo omnes scribentur.*] Et quòd nullus absque volūtate nascatur Dei: nec quisquam eius notitiam subterfugiat.

F g ¶ *Dies formabuntur, & nemo in eis.*] Hunc locum Symmachus ita transtulit: dies, quibus formati sunt, ne vna quidē ex eis deest. Et est sensus: Omne tempus ætatis, cui iam ab exordio vitæ istius sunt curricula deputata, certo fine decurrit: nec vna dies aut plus aut minus est, quàm tu cōditor esse voluisti. Secūdum LXX. autem interpretes, & altiorem intelligentiā, sensus est. Tu omnes in die formas, tu cunctos vis esse filios Dei: sed nullus est in hominibus, qui non peccato obnoxius fiat, & per hoc filius noctis esse incipiat: nec quisquam eorum luce ipsius diei toto vitæ suæ tēpore digna perficiat. Vnde & Apostolus ad eos qui filij noctis esse cessauerant, loquitur: *Nos autem fratres non sumus filij noctis, sed filij Dei.* 1. Thes. 4. a

PSALMVS CXXXXI.

E*Ripe me domine ab homine malo.*] Non in tantum potest nos decipere diabolus, quātum per organum hominis: ab hoc deprecatur propheta liberari.

i ¶ *Qui cogitauerunt, &c.*] De hæreticis dicit.

k ¶ *Venenum aspidum sub labiis eorum.*] Quoniam videtur amicitiæ verba habere, sed plena sunt veneno mortifero.

l ¶ *Iuxta iter scandalum, &c.*] Hoc est, de scripturis pro-

spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? [a] Si ascēdero in cœlum, tu illic es: si descēdero ad infernū, ades. Si sumpsero pēnas meas diluculo, & habitauero in extremis maris. Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. [b] Et dixi, forsitan tenebræ cōculcabūt me, & nox illuminatio mea in deliciis meis. [b] Quia tenebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebræ eius, ita & lumē eius. Quia tu possedisti renes meos: [d] suscepisti me de vtero matris meæ. Confitebor tibi quoniā terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua, & anima mea cognoscet nimis. Nō est occultatum os meū à te, quod fecisti in occulto: & substantia mea in inferioribus terræ. [e] Imperfectum meum viderunt oculi tui: [f] & in libro tuo omnes scribētur: [g] dies formabūtur, & nemo in eis: Mihi autē nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis cōfortatus est principatus eorum. Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur; exurrexi, & adhuc sum tecū. Si occideris Deus peccatores; viri sanguinū declinate à me. Quia dicitis in cogitatione accipiant in vanitate ciuitates suas. Nonne qui oderunt te domine oderam, & super inimicos tuos tabescebā? perfecto odio oderā illos; inimici facti sunt mihi. Proba me Deus, & scito cor meum; interroga me, & cognosce semitas meas. Et vide si via iniquitatis in me est; & deduc me in via æterna.

y ¶ In finem Psalmus Dauid. PSALM. CXXXIX.

ERipe [z] me domine ab homine malo, à viro iniquo eripe me. [i] Qui cogitauerūt iniquitates in corde: tota die constituebant prælia. Acuerunt linguas suas sicut serpētes. [k] venenū aspidū sub labiis eorum. Custodi me domine de manu peccatoris, & ab hominibus iniquis eripe me. Qui cogitauerunt supplantare gressus meos: absconderunt superbi laqueū mihi. Et funes extenderūt in laqueū, [l] iuxta iter scādalum posuerunt mihi. [m] Dixi Domino, Deus meus es tu: exaudi domine vocē deprecationis meæ. Domine domine virtus salutis meæ: obūbrasti super caput meum in die belli. [n] Nō tradas me domine à desiderio meo peccatori: cogitauerūt cōtra me ne derelinquas me, ne forte exaltentur. [o] Caput circuitus eorum: labor labiorum ipsorum operiet eos. Cadent super eos carbones, in ignem deiicies eos: in miseriis non subsistent. Vir linguosus non dirigetur in terra: virū iniustū mala capiēt in interitu. Cognoui quia faciet dominus iudicium inopis, & vindictā pauperum. Veruntamen iusti confitebuntur nomini tuo: [p] & habitabunt recti cum vultu tuo.

¶ Psalmus Dauid. PSALMVS CXL.

DOmine [q] clamaui ad te, exaudi me: [r] intende voci meæ cum clamauero ad te. [s] Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspe-

n ¶ *Non tradas me domine à desiderio meo peccatori.*] Dicit scriptura, *quod si quis viderit mulierem ad concupiscendum, iam mœchatus est eam in corde suo.* Ergo dicit propheta: Ne de concupiscentia mea tradas me diabolo, sed bene mihi habet in opere iudicare, & non in cogitatione. Matth. 5. d

o ¶ *Caput circuitus eorū: &c.*] Quemadmodum serpens quādo viderit aliquem venientē ad percutiendum, circulum facit totius corporis sui, & in medio celat caput, vbi scit habere se vitā: ita & isti hæretici per sermonem philosophorū, & Aristotelis, & cæterorū videntur se abscondere, & quasi protegere & defendere. Sed ecclesiasticus vir quasi in virga, hoc est, in cruce soluit circulum, & inuenit caput latens, & ibi eum percutit, hoc est, testimonium profert de scripturis.

p ¶ *Habitabunt recti cum vultu tuo*] Vultus Dei quid est nisi Christus? *Qui non rapinam arbitratus est esse se æqualē Deo.* H Phil. 2. a

PSALMVS CXL.

D*Omine clamaui ad te, exaudi me.*] Moyses stabat cum populo, & Pharao sequebatur post tergum eius, & vndique angustia illi erat. In illo tēpore lacrymatus est ad Deū. Et continuo Deus ad eum: quid clamas ad me? Dum cum silentio orabat, auditus est. Scriptura autem non meminit quod locutus sit, sed tantum quod lacrymatus sit. Et sanguis martyrum semper clamat ad dominum, & exauditur. Et dominus locutus est ad Cain: *Sāguis fratris tui clamat ad me.* Et in Apocalypsi Ioannis, animæ iustorū sub altari dicebant ad dominū: *Vsquequo domine non nos defendis?* Simul autem cōsideremus, quia animæ iustorum, altaria sunt domini. Gen. 4. b Apoc. 6. a

r ¶ *Intende voci meæ cum clamauero ad te.*] Hoc est, vide & considera ô domine quid peto: quoniam non peto corporali desiderio, aut aurum, aut tale aliquid huiusmodi: sed vt misericordiam tuam consequar. Propterea dicit, intende, hoc est, diligenter audi: quia nihil alienum peto.

s ¶ *Dirigatur oratio mea sicut incensum in, &c.*] Hoc est recta ad te perueniat, oratio mea, non habens aliquas sordes, aut vitia, aut cogitationes diaboli-

A

cas. Incensum autem orationes sanctorum sunt. Hoc autem cognoscimus de Apocalypsi, quando viginti quatuor
Apoc. 5 a seniores tenebant thuribula, & dicebant: *Hæ sunt orationes sanctorum.*

conspectu tuo:[a] eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum.[b] Pone domine custodiam ori meo:[c] & ostium circunstantiæ labiis meis.[d] Nō declines cor meū in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis.[e] Cum hominibus operātib iniquitatem:[f] & non cōmunicabo cum electis eorum.[g] Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me.[h] oleū autem peccatoris non impinguet caput meū.[i] Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum.[k] absorpti sunt iuncti petræ iudices eorum.[l] Audient verba mea quoniā potuerūt:[m] sicut crassitudo terræ erupta est super terrā. Dissi-

a ¶ *Eleuatio manuum mearum, &c.*] Eleuatio manuum, dominum demonstrat. Et in eleuatione manuum creatorem videmus. Vide autem quia non dixit extensio manuum meatū. Extensio enim non est eleuatio. Sed extendit aliquis & post tergum, & in latus, hoc est, in vitia: quemadmodum dicit dominus: *Et quando extenderitis ad me manus vestras, non* exaudiam vos. Sacrificium vespertinum, vndecima hora, id est, in euangelio, leuo manus meas. Et iterum Apostolus: *Leuate manus vestras ad orationes.* Et Moyses quando leuabat manus, vincebat Iesus: quando autē deponebat, vincebatur. Si intelligo scripturas secundum historiam, & secundum literam, Moyses deorsum habet manus. Si autem spiritualiter, eleuat manus suas in altum.

Esai. 1. b

1. Timot. 2. b

Exod. 17. c

b ¶ *Pone domine custodiam, &c.*] Mors & vita in manibus linguæ. Et iterum: *Amen dico vobis, quoniam de omni otioso verbo, quod locuti fueritis, reddetis rationem in die iudicij.* Hoc ergo postulat propheta, vt omne quod loquitur, non sit otiosum, sed sanctum & dignum Deo.

Prou. 18. d
Matt. 12. c

c ¶ *Et ostium, &c.*] Ostium circunstantiæ quasi murum in circuitu totius domus postulat, vt in nullo vincatur. Dicit enim Hieremias: *Mors intrauit per fenestras vestras.* Fenestras autem habemus quinque, hoc est, visum, auditum, gustum, odoratum, & tactum. Si ergo videro mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus sum eam in corde meo, & intrauit mors per fenestram meam, hoc est, per visum. Si tibia aut organum, aut calamus quasi dissoluat me, mors intrauit per auditum meum. Si autem aliquid molle tangam, & soluat corporis mollitie, mors intrauit per tactum meum, & cætera similiter. Ergo deprecatur propheta ostium circunstantiæ. hoc est, vt muniatur tota eius domus, vt non habeat aduersarius vnde ingrediatur, & dominetur hominibus. Dicitur enim in epistola sancti Petri: *Aduersarius noster diabolus sicut leo rugiens circuit quærens quem deuoret.* Diabolus non pugnat cito contra aliquem per grandia vitia, sed per parua, vt possit quomodocunque intrare, & dominari homini, & postea eum in maiora vitia impellat. Non per fornicationem, non per auaritiam: sed per minora vitia ingreditur.

Hiere. 9. f

Matth. 5. d

B

1. Pet 5. b

d ¶ *Non declines &c.*] O infelicissimum humanum genus, qui peccata excusamus, dicentes: victus sum à natura, cum in potestate nostra sit & peccare, & domino adiuuāte, nō peccare. Semper excusamus nosmetipsos, & dicimus: Ego nolebam peccare: caro me vicit. Illa mulier venit ad me, ipsa misit, ipsa me tetigit, ipsa mihi illud dixit, ipsa me vocauit: & proquu debueramus pœnitentiam agere, & dicere: Domine peccaui: excusamus, & iūgimus peccata peccatis. Æquale corpus habemus omnes, diuersos autem labores. *Non est personarum acceptor Deus.* Vis ergo scire quod æquale habemus & nos & sancti corpus? Paulus apostolus dicit: *Video autem aliam legem repugnantem legi mentis meæ, & captiuātem me in lege peccati.* Et iterum post hæc: *Propterea castigo corpus meum, & in seruitutem subijcio, ne alij prædicans, ipse reprobus inueniar.* Et iterum: *Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Diuersos ergo labores habemus. Et quantum quis laborat, tantum & præmium accipiet.

Actor. 10. e

Rom. 7. d

1. Cor 9 d

Rom. 7. d

e ¶ *Et cum hominibus operantibus iniquitatem.*] Ex communi subauditur: non declines cor meum cum hominibus operantibus iniquitatem.

f ¶ *Et non communicabo cum electis eorum.*] Sicut dominus habet electos sanctos, ita & diabolus habet electos suos. Intellige mihi principes hæreticorum, & non dubitabis de electis eorum. Si enim dixisset, electus, & non cum subdistinctione eorum, exclusisset electos Dei. Communicabo dupliciter intelligitur: aut consentiam, aut secundus fiam, hoc est, immundus. Scitis enim scripturam, duo immunda vocare. Dicit Apostolus: Vt cōfundat vtrūque, hoc est, duos homines in vnum nouum hominem. Duos, interiorem & exteriorem, hoc est, immundum faciam sanctum. Et iterum Noë in arca mūda septena introduxit secum: immunda autem duo & duo.

C

Eph. 2. c

Gen. 7. d

g ¶ *Corripiet me iustus in misericordia, &c.*] Quē diligit dominus, corripit: castigat autem omnem filium quem recipit. Beatus est qui corripitur: non tribuet domin⁹ bis in idipsū. Magna est ira Dei quando non nobis irascitur. Reseruat enim nos sicut vitulum in occisionē. Ad Hierusalē enim dicit: Multa sunt peccata tua, & multæ iniquitates, propterea non irascor tibi, hoc est, quando adultera eras tantùm, zelabam te quasi diligens te: quando autē multos habuisti amatores, contempsi te, & non irascor tibi. Quemadmodum vir zelat vxorem suam quando eam diligit: si autem non zelat, odit eam, & non consequitur illius sermones qui dicit: *Visitabo in virga iniquitates eorum.* Et iterum: *Et non visitabo filias eorum quando fornicatæ fuerint.* Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me. Pone hic magistrum aliquem, aut patrem, aut medicum. Si viderit medicus in corpore carnes putridas, & dicat quid ad me pertinent: scias quia crudelis est. Si autem præcidat & cauterium imponat, misericors est: quia sanat hominem. Similiter & magister si dimittit puerum, & non in eo exigit disciplinam, odit eum. Si autem exigat & medicus curet, quæ putatur esse asperitas, clementia est. Achab arguitur à domino de Naboth quando occidit eum, & accepit vineam eius, & effudit sanguinem iustum. Elias propheta missus est ad eum qui dixit: *Occidisti, & possedisti:* statim conscientia percussus submisit ceruicem & oculos, & hoc impius & reus & indutus purpura. Et postea dicit scriptura, quod audiens induit cilicium subtus purpuram. Et videns Deus dixit: *Quia reueritus est me Achab, non inducam mala in eum.* Vide ergo quantum valuit cilicium & ieiunium, & modica lacryma quantum sanguinem lauit. Ita ergo oportet vestiri cilicio, & ieiunare vt nemo videat. Corripiet, dupliciter intelligitur: aut arguet, aut docebit.

Heb. 12. b

Naum. 1. a

Hiere. 5. d
Ezec. 16. e

Psalm. 88. e
Osee 4. c

D

3. Reg. 21. e

h ¶ *Oleum peccatoris, &c.*] Populus meus, qui vos beatificant, seducunt vos. Laus hæreticorum & oleum ipsorum, quo vngunt capita hominum, & repromittunt eis regna cœlorum, impinguat eis caput. Omne autem pingue reprehendit scriptura, sicut dicit: *Et manducauit Iacob, & saturatus est, & calcitrauit: dilectus incrassatus est: impinguatus, dilatatus est.* Manna autem angelorum tenue est.

Esa. 3. b

Deut. 32. b
& Hier 5 g

i ¶ *Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum.*] Hoc dicit. Ipsi quidem sapiebant: ego autem pro ipsis orabam vt conuerterentur.

k ¶ *Absorpti sunt, &c.*] Sicut alibi dicit: *Beatus qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petram. Petra autem erat Christus.* Paruuli autem sunt minores, & paruæ cogitationes antequā crescant. Et nunc ipsi hæretici licet per Aristotelem & Platonem videantur simplicitatem ecclesiæ contemnere: tamē quando venerint ad scripturas, statim absorbentur à petra, hoc est, à Christo, & conuertentur ad eum. Absorptio enim pro victoria dicitur: sicut Apostolus dicit: *Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua? Vbi inferne stimulus tuus?* Victoriam autem dicit ipsam absorptionem, quam victoriam habebat in absorbendo.

Psal. 136. b
1. Cor. 10. a

1. Cor. 15 g

l ¶ *Audient verba &c.*] Ipse dominus dicit: Quia ad me venerunt, victi sunt & delectati sunt meis verbis, & conuersi sunt ad me, & sunt in ecclesia mea.

m ¶ *Sicut crassitudo terræ.*] Omnes crassū vicinū est terræ. Et anima quæ peccat, terræ hæret. Dominus enim ex initio

omnia

E omnia tenuia fecit. Suo ergo vitio vnusquisque incrassatur, & deducitur in terrã. Demus exemplũ: sicut vulnus in corpore tumens plenum est & crassum, & quando venerit medicus secat ipsum & sanat & tenue facit, & tunc redigitur in suam naturam quomodo & creatum est. Ideo dicit: Sicut crassitudo terræ erupta est super terram, & saluatur. G

ᵃ Dissipata sunt ossa nostra secus infernũ, quia ad te domine domine oculi mei: in te speraui, non auferas animã meã. ᵇCustodi me à laqueo quem statuerunt mihi:ᶜ & à scandalis operantiũ iniquitatẽ. ᵈ Cadent in retiaculo eius peccatores: ᵉ singulariter sum ego donec transeã.

f ¶ Intellectus Dauid cum esset in spelunca oratio.

PSALMVS CXLI.

VOce mea ad dominum clamaui: voce mea ad dominũ deprecatus sum. Effũdo in conspectu eius orationẽ meã: ʰ & tribulationem meam ante ipsum pronuntio. In deficiendo ex me spiritũ meum: ⁱ & tu cognouisti semitas meas. ᵏ In via hac qua ambulabam, absconderunt superbi laqueum mihi. ˡ Considerabam ad dexteram, ᵐ & videbam: & non erat qui cognosceret me. ⁿ Perijt fuga à me: ᵒ & nõ est qui requirat animam meã. ᵖ Clamaui ad te domine, ᵠ dixi tu es spes mea: ʳ portio mea in terra viuentium. ˢ Intende ad deprecationem meã: quia humiliatus sum nimis. Libera me à persequentibus me quia confortati sunt super me. Educ de custodia animam meam, ad confitendum nomini tuo: ᵗ me expectant iusti ᵘ donec retribuas mihi.

ˣ ¶ Psalmus Dauid, quando persequebatur eum filius suus Absalon.

PSALMVS CXLII.

DOmine exaudi orationem meam. ᶻ auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua: ᵃ exaudi me in tua iustitia. ᵃ Et

a ¶ *Dissipata sunt, &c.*] In vigesimoprimo psalmo dicit: Dissipata sunt vniuersa ossa mea. Si secundum literam intelligimus, non stat. Siquidem crucifixus est tantum. Quãdo videris Arium, Eunomium extra ecclesiam: intellige dissipata esse ossa domini secus infernum. Ossa quæ fortia sunt, ipsi maiores sunt, qui vidẽtur aliquid esse: Dissipata autem sunt secus infernum, quando per multiloquium ipsorum, & per philosophiam, & contentionem alij inducuntur in hæresim.

b ¶ *Custodi me à laqueo, quem statuerunt mihi.*] Semper nobis laqueos tẽdunt aut hæretici, aut dæmones. Vitia enim vicina sunt virtutibus. Laqueum mihi posuerunt in eleemosyna, si extendero manum meam vt videãt homines, & quasi bonũ faciens, venero in vitium, & in peccatũ. F Si autem dedero tunicam fratri vt alter videat, laqueum mihi posuerunt. Semper eruuis tenduntur retia, & laquei eis ponũtur, vbi vestigia eorum deprehẽderit venator. Ceruus autem accipitur in sancto: quia altus est, & cornua grandia habet, & interficit serpentes. Propterea dicit alibi: *Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum.* Talis Psalm. 17.e enim dicitur esse virtutis, vt spiritu narium suarum protrahere serpentes de cauernis, & sic comedere valeat. Ipsi ergo serpentes ponunt nobis scandala, hoc est, dæmones in ipsis vestigijs nostris vbi gradimur: In virtutibus, in eleemosyna, vt coram hominibus faciamus propter vanam gloriam. In ieiunio, in oratione, in vestiendo cilicium, & ostendere hominibus. Qui enim vestitur cilicio, debet lugere sua peccata: non gloriari & ostendere hominibus.

c ¶ *Et à scandalis operantium iniquitatem.*] Hoc est, vt non offendam.

d ¶ *Cadent in retiaculo eius peccatores.*] Superius dixit, custodi me à laqueo quem statuerũt mihi, de multis: nunc autem de vno: *Cadent in retiaculo eius peccatores.* Quemadmodum dominus mittit rete, & comprehendit multitudinem piscium, & habet apostolos piscatores colligentes, & afferentes ad eum hos ipsos qui per eos credunt: ita & diabolus habet dæmones, qui ei subiecti sunt: qui & decipiunt homines & afferunt illi.

e ¶ Singulariter sum, &c.] Dicit Hieremias: *Solus sedebã,* Hiere 15.d *amaritudine enim repletus eram.* Hoc est, in pœnitentia solus ego hos dolos caueo. Et Moyses dicit: *Transiens videbo hanc* Exod.3.a *visionem magnam.* Si non transierit, hoc est, omnia vitia, non potest videre magnam visionem. Magna autem visio: quia rubus ardebat, & non incẽdebatur: Ardebant spinæ, hoc est, peccata. Hoc igne mundatur & Esaias: iste est enim carbo qui tetigit labia eius, qui erat super altare. Huius carbonis Esa. 6.b meminit & propheta Dauid: *Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus desolatorijs.* Iste carbo desolator est, solitudinem Psalm. 59.b facit, & peccatorem purgat.

f ¶ *Intellectus Dauid cum esset, &c.*] Præscribitur iste titulus secundum historiam quidem quando fugiebat Da- 1 Reg 24.a uid à facie Saul in deserto Engaddi in spelunca absconsus. Et ingressus est ignorans Saul, quasi sua causa. Sed quoniam habet in præscriptione: Intellectus Dauid, debemus spiritualiter intelligere psalmũ. Accipitur quidem in domino verus Dauid, & intelligitur Saul in diabolo. Spelunca autem in hoc mundo, & quod diabolus non immittit in hũc mundũ aliquid boni: sed stercus, & si quid putridũ est. Spelunca autem intelligitur iste mundus: quia perfectum lumẽ non habet quantũ ad comparationem futuri, sed quasi lucem aliquod illuxit dominus veniens in hunc mundũ. Propterea dicit Apostolus: *Qui est lumen gloriæ eius.* Ergo sicut Hebr.1.a Dauid introiuit in spelũca abscondens se à Saul: ita & dominus ingressus est in hunc mundum, & persecutionem passus est.

PSALMVS CXLI.

V*Oce mea ad dominum clamaui: voce mea ad dominum deprecatus sum. Effundo in conspectu, &c.*] Omnia hæc in humilitate corporea loquitur, vt se verum hominem, sicut sæpe diximus, manifestet.

h ¶ *Tribulationem meam ante ipsum pronuntio: &c.*] Neque tribulatio præsens, neque defectio spiritus impedit: sed iugiter spiritualis vocis oratione clamare non desinit. H

i ¶ *Et tu cognouisti, &c.*] Doctrinas quas doceo.

k ¶ *In via hac qua, &c.*] Sæpius ei à Iudæis absconditos tentationum laqueos in via præsentis vitæ, & in alijs declarauimus psalmis.

l ¶ *Considerabam à dextris.*] Vt de sinistra ad dexteram adducerentur.

m ¶ *Et videbam, &c.*] Deum carne contectum.

n ¶ *Perijt fuga à me.*] Perijt fuga eius, cum delatus à Iudæis, sæpius vltro iterum obtulit, nec est agnitus ab eis.

o ¶ *Et non est, &c.*] Corpus accipiunt ad crucifigendum: animam autem non requirunt id est, non attingunt.

p ¶ *Clamaui ad te domine.*] De cruce.

q ¶ *Dixi, &c.*] Cõmendans in manib. tuis spiritũm meũ.

r ¶ *Portio mea, &c.*] In sanctis, qui in eam transferuntur, sicut & latroni ait: *Amẽ dico tibi: quia hodie mecum eris in paradiso.* Luc. 23.f

s ¶ *Intende, &c.*] A patre se educi de inferni claustris postulat, vt resurrectio eius, paterni nominis honor sit. Quæ confessio à quibus sit confitenda ostendit, dicens.

t ¶ *Me expectant iusti*] Apostoli, vel reliqui sancti, quorum expectationi cum resurrexero, satisfacio.

u ¶ *Donec, &c.*] Claritatẽ illã, quã habui priusquam mũdus fieret apud te. Et nos humiliter deprecamur, ac petimus, Ioan.17.a vt suscepta voce clamoris nostri, eductos ex inferni carcere, illuc nos iubeas trãsferri de morte. vbi pendenti latroni præparasti locũ lucidum, ac quietem: quia tibi est honor & gloria cum Patre & Spiritu sancto in sæcula sæculorum, Amẽ.

x ¶ *Psalmus Dauid, &c.*] Iste psalmus vocem continet illius, qui pro humana redemptione seipsum exinaniuit, ac- Philip 2.a cipiens formam serui, vt nos erueret à seruitute.

PSALMVS CXLII.

D*Omine exaudi orationem meam.*] Humilia verba, & plena humilitatis & misericordiæ.

z ¶ *Auribus, &c.*] Confidentis verba sunt. In veritate tua, hoc est, in Christo tuo. *Ego sum via, vita, & veritas.* Ioan 14.a

a ¶ *Exaudi me, &c.*] Et in Christo tuo. Hoc est, non

A

[a] Et non intres in iudiciū cum seruo tuo: [b] quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. [c] Quia persecutus est inimicus aoimam meam: [d] humiliauit in terra vitam meā: [e] Collocauit me in obscuris sicut mortuos sęculi, [f] & anxiatus est super me spiritus me⁹: [g] in me turbatum est cor meū. [h] Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis: in factis manuum tuarum meditabar. [i] Expandi man⁹ meas ad te: [k] aoima mea, si ut terra sine aqua tibi. [l] Velociter exaudi me domine: defecit spiritus meus. Nō auertas faciem tuā à me, & similis ero descendentibus in lacū. Auditam fac mihi mane misericordiam tuā: quia in te speraui. [m] Notam fac mihi viam, in qua ambulem: quia ad te leuaui animā meam. Eripe me de inimicis meis domine, ad te confugi, doce me facere voluntatem tuam: quia Deus meus es tu. [n] Spiritus tuus bonus deducet me in terrā rectam: propter nomen tuum domine viuificabis me in æquitate tua. Educes de tribulatione animam meam, & in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos. Et perdes omnes qui tribulant aoimam meam: quoniam ego seruus tuus sum.

n ¶ Psalmus Dauid aduersus Goliath. PSAL. CXLIII.

BEnedictus dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. [q] Misericordia mea, & refugium meum: susceptor meus, & liberator meus. Protector meus, & in ipso speraui: [r] qui subdis populum meum sub me. [s] Domine quid est homo quia innotuisti ei: aut filius hominis quia

confidit de me, sed ego veritatem & iustitiam tuam peto, vt ipsa mei misereatur.

a ¶ *Et non intres, &c.*] Ecce manifestissimè demonstrauit, quia misericordiam Dei præstolatur, dicens: Et non intres in iudicium cum seruo tuo. Hic quasi aliquis iudicet inter Deum & prophetam, sicut & in quinquagesimo psalmo scriptum est: Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Et propterea intrat in iudicium Deus, vt iustè puniat. Tale quid fecit & Cyrus rex Persarū & Medorum regi Armeniorum, quando transgressus est amicitias eius. Vicit eū, & captiuū accepit, & proprios illius cognatos, & vxorem, & filios fecit iudicare inter illos, vt iustè aut misereatur, aut puniat.

b ¶ *Quia non, &c*] Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob: Deus viuentium, & non mortuorum. Ergo nec ipsi Patriarchæ iustificabuntur in cōspectu Dei. *Stellæ enim non sunt mundæ in conspectu eius.* Iob. 25 b

c ¶ *Quia persequutus, &c.*] Hoc interpretatione non indiget. Nulli dubium quin diabolus.

d ¶ *Humiliauit.*] &c. Hoc est, quod dicit. Ante alas habebam & volabam, nunc autem persecutus est inimicus animā meam, & apprehendit & ligauit mihi pedes & manus, quēadmodum volatile ab homine cōprehenditur, vt quasi videatur mortuum esse: quia non habet licentiam alarum suarum vt volet. Ita & me inquit, inimicus ligauit conscientia peccatorum.

B

e ¶ *Collocauit, &c.*] Si sicut mortuos sæculi, adhuc necdum mortuus: quia in pœnitentia stat. Si quis autem peccās non agit pœnitentiam, hic mortuus est sæculi, & non sicut mortuus, sed perfectè mortuus. Hoc ergo putauit inimicus: quia non ago pœnitentiam pro peccatis, quæ ipse mihi suggessit vt faciam.

f ¶ *Et anxiatus est super me spiritus meus.*] Tu dic prius peccata tua, & saluus eris. Et iterum: *Si solum suspiraueris pro peccatis tuis, saluus eris.* Psal. 43 d / Ezech. 18 3

g ¶ *Iamc turbatum est cor meum.*] Propter conscientiam meam, quia peccaui.

h ¶ *Memor fui dierum antiquorum.*] Dierum meorum priorum memor fui, quando habebam confidentiam: nunc autem mihi nox est.

i ¶ *Expandi manus meas ad te.*] Ligatus ab inimico, nihil aliud possum facere, nisi pœnitentiam agere, & manus meas leuare ad te.

k ¶ *Anima mea sicut terra sine aqua tibi*] Sicut terra sine aqua sitit, & quærit imbrem, ita & anima mea desiderat, & sitit te Deum suum.

l ¶ *Velociter exaudi me domine, defecit spiritus meus.*] Anima mea defecit, & caro mea defecit: spiritus tantum remansit in me, & ipse defecit. Sed velociter exaudi me domine, & miserere mei.

m ¶ *Notam fac mihi viam, in qua ambulem.*] Christum tuum notum fac mihi, qui dixit: *ego sum via.* Ioan. 14 a

n ¶ *Spiritus tuus bonus deducet me in, &c.*] Hic impiissimi Ariani proponunt nobis, & dicunt: Magister bone, quid faciam boni vt saluus fiam? Qui dicit: *Quid me dicis bonum? Nemo est bonus nisi vnus Deus.* Ergo si filius non est bonus, Luc. 18 d

C

sed pater: maior est pater filio. Ergo secundum tuum sensū impiissimè Ariane, quis maior, Filius an, Spiritus sanctus? Vnique dicis filius. Hic ergo dicit: Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Ergo si spiritus bonus est, qui minor est, sicut tu dicis: multo magis filius bonus est, quem tu maiorem dicis. In Euāgelio autem ita habet: *Et accedens vnus de scribis tentans eum ait: magister bone, & ait: Quid me dicis bonum, & non confiteris?* Sicut si aliquis tentans episcopū suū, quem contemnit, dicat illi: episcope; & ille respōdeat: tibi non sum episcopus, recede à me. Alibi autem non legistis: *Bonus pastor ponit animam suam pro ouibus suis?* Quid autem melius filio, qui carnē induit propter nos, & passus est: & descendens de sua maiestate, nouem mēses in vtero Virginis in sanguine fuit, in cunabulis fuit; passus est per momenta crescere, & verberari, & collaphizari, & crucifigi? Quid hoc melius? Mat. 19 b / Ioan. 10 b

n ¶ Propter eos qui ignorant Latinam linguam, licet multa de Euangelio dixerimus: tamen debemus & de psalterio quædā dicere, vt aliis saturatis, alij ieiuni non recedant. Quoniam autem longus est psalmus, & si voluerimus in singulis versiculis immorari, dies præterit: debemus breuiter ad singula quæque sensus magis quàm verba replicare.

PSALMVS CXLIII. D

BEnedictus, &c.] Qui breuiter interpretatur, hoc consequitur, vt ipse laudē non habeat: & tamen quodcunque in interpretatione est, retineant illi qui audierunt: *Benedictus dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.* Leuemus manus in sancta sine cogitationibus, & disceptationibus. Leuemus in omni loco. Et cum leuauerim⁹ manus nostras, orationes nostræ ad Deum, arma sunt contra diabolū. *Qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.* Hæc est lyra nostra, hæc cithara. In hac cantamus domino. 1.Tim. 2 b

q ¶ *Misericordia mea, &c.*] In tantis nominibus appellatur Deus. Quod beneficia, tot nomina.

r ¶ *Qui subdis, &c.*] Hoc potest ex persona Christi dici, hoc est, ex assumpto homine. Potest autem ex persona Apostolorum dici, quia dicunt: Qui subdis populum meum sub me. Dicit hoc & sanctus pater in monasterio, & gratias referens Deo dicit: *Benedictus Dominus Deus meus, qui subdis populum meum sub me.* Non enim mihi subiicitur, sed tibi subiicitur. Ideo mihi seruit, vt seruiat tibi.

s ¶ *Domine quid est homo quia innotuisti ei: aut filius, &c.*] Hoc ipsum & in octauo psalmo dicitur: Quid est homo, quòd memor es eius: aut filius hominis, quoniam visitas eum? Domine quid est homo quia innotuisti ei? De fragilitate corporis, & humana conditione loquitur. Et quid dicit? Si carnem aspicias, quid est homo? Si spiritum, grande quiddam est homo. Non despiciamus carnem, sed carnis opera contemnamus. Non despiciamus carnem, quæ cum Christo regnat in cœlo. *Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt.* Non caro & sanguis, sed carnis opera. *Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt*: & quomodo in Christo regnant, & quomodo sedemus cum Christo in cœlestibus? *Domine quid est homo, quia innotuisti ei: aut filius hominis, quia reputas eum,* Gratias agit Deo, & quod dicit, 1.Cor. 15 f

E dicit, hoc est: Quantum ad humanam conditionem, homo nihil est. *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas, dixit Ecclesiastes.* Eccl.1.a Si omnia vanitas, ergo & cœlum, ergo & angeli. Si cœlum & angeli vanitas: homo quanta vanitas? Et si vanitas angeli, si cœlum vanitas: Deus ergo quare vanitatem operatus est? Vanitas ad comparationem Dei: cæterum per se non vanitas. Domine quid est homo quia innotuisti ei? Grandis hominis felicitas, scire creatorem suum. Hoc à bestiis distamus, quia nos intelligimus creatorem nostrum: illæ non intelligunt. Sed & ipse status corporis suum quærit artificem. Cætera animalia terram respiciunt, & vbi venter, ibi & oculi. Cæterum oculi nostri ad cælum erecti sunt, vt & si mês fuerit obcæcata, tamen inuictis oculis cœlum videamus.

quia reputas eũ. [a] Homo vanitati similis factus est? dies eius sicut vmbra prætereunt. [b] Domine inclina cælos tuos, & descende: [c] tange montes, & fumigabunt. [d] Fulgora corruscationem, & dissipabis eos: emitte sagittas tua, & conturbabis eos. [e] Emitte manum tuam de alto: [f] eripe me & [g] libera me de aquis multis, & de manu filiorum alienorum. [h] Quorum os loquutũ est vanitatem, [i] & dextera eorum dextera iniquitatis. [k] Deus canticum nouum cantabo tibi: [l] in psalterio decachordo psallam tibi. [m] Qui das salutem regibus: qui redemisti Dauid seruum tuum de gladio maligno. [n] Eripe me, & libera me de manu filiorum alienorum: [o] quorũ os loquutum est vanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis. Quorum filij sicut nouellæ plantationes, in iuuentute sua. [p] Filiæ eorum compositæ: circumornatæ, vt similitudo templi. Promptuaria eorum plena: eructantia ex hoc in illud. Oues eorum fœtosæ abundantes in egressibus suis: boues eorum crassi. Non est ruina maceriæ: neque transitus, neque clamor in plateis eorum. Beatum dixerunt populum cui hæc sunt: [q] beatus populus cuius dominus Deus eius.

a ¶ *Homo vanitati, &c.*] Verè dies nostri quasi vmbra. Fui infantulus: fui puer: fui adolescentulus: fui iuuenis: fui vir, hoc est, fui ætatis perfectæ: fui mediæ. Dum nescio, senex sum. Senectuti mors subrepit. Mutor quotidie, & nihil me esse non sentio. Ne vno quidem momento horæ stamus in statu nostro: sed semper aut crescimus, aut decrescimus. Ergo homo per momenta mutatur; & dum nescit, interit. E-
F go senex, recordor infantulus quid fuerim, quid fecerim, quomodo luserim, quomodo huc illucque discurrerim: nũc me video nimio pondere prægrauatum. Dies eius sicut vmbra prætereunt. Vita nostra vmbra esse videtur, & substantiam non habet. Quod autem substantiam non habet, cito perit. Quia ergo homo tam miserabilis est: quia sic est infirmus, quid inde precamur: quid rogamus: quid hic dicit propheta: quid est quod precatur?

Luc.15.a b ¶ *Domine inclina, &c.*] Non poteris seruare istam hominis vilitatem, nisi ipse eam indueris, *Domine inclina cælos tuos, & descende.* Ouis tua erronea sanari non poterit, nisi tuis humeris reportetur.

Mat.17.c c ¶ Tange, &c.] *Amen amen dico vobis: si habueritis fidem vt granum sinapis, poteritis dicere monti huic, transi, & transferetur.* Ibi de lunatico dicebatur: de illo monte, qui ab illis transferri nõ poterat. Scriptum est in Hieremia: *Date domino* Hier.13.d *Deo nostro gloriam, antequam offendant pedes vestri ad montes tenebrosos.* Hoc totum quare diximus? Quoniam & nunc sequitur: *Tange montes, & fumigabunt.* Montes qui regnant: Ezec.29.a montes qui erecti sunt per superbiam: qui dicunt, mea sunt flumina, & ego feci ea. *Tange montes, & fumigabunt.* Non dixit inflammabuntur, sed fumigabunt. Habeant montes pœnæ indicium: non fulgoris, non splendoris.

d ¶ *Fulgura corruscationes, &c.*] Vide quid dicat. Non dixit, delebis eos, sed dissipabis eos. Legimus in Genesi: eo tempore quo fabricabant turrim, dixit Deus: *Venite descendamus* Gen.11.a *& confundamus linguas eorum, ne aliquando in se consensum habeant, sed dispergantur.* Prodest illis.

e ¶ *Emitte, &c.*] Domine quis credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est? Emitte manum tuam Esa.53.a de alto. *Domine inclina cælos tuos, & descende.* Hoc ad filium dicitur: Inclina cœlos tuos, & descende. Et quomodo dixit: emitte manum tuam de alto? Si descendit, quomodo manum mittit de alto? Sed licet in terra sit, tamen de cœlo mittit manum: non enim recedit de cœlo.

f ¶ *Eripe me & libera me de aquis, &c.*] Quoniam descendisti, quoniam inclinasti cœlos, & misisti manum tuam de alto, & humanam carnem dignatus es assumere, & multi

G crediderunt in te: pro vna aqua plures aquæ esse cœperunt: Videas dispersas in toto orbe esse hæreses diuersas. *Eripe me, & libera me de aquis multis,* & præsta mihi fontem viuentem. Vnus est enim Deus, vna fides, vnum baptisma. *Libera me de aquis multis.* Illæ enim aquæ multæ non generant filios tuos, sed filios alienos. Vnde sequitur. Eph.4.a

g ¶ *Libera me, &c.*] Non sunt enim tui filij, qui nascuntur in multis aquis: sed alieni filij sunt.

h ¶ *Quorum os, &c.*] Scientiam sibi repromittunt, & erigunt os contra creatorem suũ. Posuerunt in cœlo os suum. Quorum os loquutum est vanitatem. Scientia illorum, vanitatis scientia est.

i ¶ *Et dextera, &c.*] Vtrunque condemnatur, & os & manus, & scientia & opera. Quorum os loquutum est vanitatem, hoc est, ad scientiam. Et dextera eorum dextera iniquitatis. Dextera in opere. Dexteram se habere dicunt, sed toti sinistri sunt. Dextera iniquitatis est, & non est æquitatis. Vnde & tali sinistræ dicitur: *Stet diabolus à dextris eius.* Psal.108.a Qui talem habet dexterã, & iniquitatis dexteram, stat diabolus à dextris eius.

k ¶ *Deus canticum nouũ, &c.*] Nouus homo, nouum canticum.

a Lauda-

cum. Deus Canticum nouum cantabo tibi. Cantate domino canticum nouum. Quam Psal.91.a pulchrè non dixit canto, sed cantabo. In futuro repromisit: H in præsenti enim scit certamen esse, non canticum. Nunquam cantat exercitus, nisi quando vicerit. Ergo quoniam in præsenti pugno, non mihi vacat cantare. Cum vicero, tunc cantabo.

l ¶ *In psalterio decachordo, &c.*] Tunc extendam vtranque manum, & in talibus tibi chordis canam. Oratio mea, psalterium tuum est.

m ¶ *Qui das, &c.*] Quibus regibus? Cor regis in manu Dei, Prou.21.a qui regnant in corpore suo, qui subiiciunt corpus suum, & 1.Cor.9. seruituti redigunt: ne aliis prædicantes, ipsi reprobi inueniantur. Isti sunt reges, de quibus dicit Sapientia in Prouerbiis: Dat regnum regibus.

n ¶ *Eripe me, & libera me, &c.*] Versiculi qui supra dicti Eccl.10.a sunt, iterum repetuntur.

o ¶ *Quorum os loquutum est vanitatem, &c.*] De manu filiorum alienorum. Hæreticorum filij, videamus quales sint. Quorum filij sicut nouellæ plantationes in iuuentute sua. De manu filiorum alienorum. Diligenter animaduertite quid dicitur de hæreticis.

p ¶ *Filiæ eorum compositæ: circumordinatæ, vt similitudo, &c.*] Illi hoc dixerunt. Ego quid dico?

q ¶ *Beatus populus, &c.*] Singula igitur vestris orationibus breuiter differemus. *Quorum filij sicut nouellæ plantationes in iuuentute sua.* Plantatio eorum non est vetus, sed nouella est. Non est enim de veteri lege, non est de prophetis, non est de apostolis: sed de nouis magistris est. *Filiæ eorum sicut nouellæ plantationes in iuuentute sua. In iuuentute sua:* semper iuuenes sunt. Licet multæ sint hæreses veteres, tamen quotidie, mutantur, & nouæ quotidie inueniuntur. Nouæ sunt ipsæ hæreses, licet veteres sint: tamen cum quotidie doctrinas suas innouant, nouæ sunt. Non enim sunt veterum magistrorum errore contenti, sed quotidie ipsi noua reperiunt: quorum filij sicut nouellæ plantationes in iuuentute sua. De ecclesia quid dicitur: de timentibus dominum?

A

Beati omnes qui timẽt dominũ: qui ambulant in viis eius. Quid dicitur de illis? *Filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ* *Psal. 127. a* *tuæ.* Circa mensam Christi sunt illi filij: non longè sunt à mensa Christi. Ibi non dicitur filiæ, sed tantummodo filij. Cæterum hæretici habent & filias, habent & fragiliorem sexum, voluptates, delitias. *Filiæ eorum compositæ.* Sermo cõpositus est, & sensus sordidus. In scripturis sanctis cogitationes semper filij dicuntur: verba, filiæ. Vide ergo quid dicit: Cogitationes eorum, hoc est, filij noui sunt. Verba vero eorũ, hoc est, hæreticorum, quæ hábent de sapientia sæculari, cõposita sunt: habent enim verba composita, lautum sermonem. Filiæ eorum compositæ. Videntur quidem esse compositæ: sed quia filiæ sunt & non filij, vires non habent. Circumornatæ, vt similitudo templi. Pulchrè dixit, similitudo templi. Non habent veram ecclesiam, sed similitudinẽ ecclesiæ. *Cellaria eorũ plena: eructantia ex hoc in illud.* Parati sunt ad contendendũ. Si illos tenueris in vno testimonio, ad aliud transeunt. Si in scripturis tenueris, ad Aristotelem fugiunt. Si Aristotelem tenueris, in Platonem transeũt. Cellaria eorum plena: eructantia ex hoc in illud. Cellarium propriè dicitur, quod diuitias compositas habet. Hæretici cellaria habent. Habent etenim præparata verba quibus contendant. Cæterum ecclesiastici simplices sunt: nihil habent præparatum. Aperiunt os & repletur à domino: secundũ quod dicitur: *Aperi os tuũ, & implebo illud.* *Psalm. 80. b* Et: *nolite cogitare quid respõdeatis illis: dabit n. vobis pater vester in illa hora quid dicatis.* *Matt. 10. b* Videtis quoniã nõ habem⁹ cellaria præparata, sed diuitiæ nobis subditæ sunt. Dicit aliquis: Da testimoniũ quo modo sãcti cellaria non habẽt. *Matt. 6. d* *Respicite,* inquit, *aues cæli, quoniã non habẽt cellaria neq; horrea, & pater vester cælestis pascit illas.* Aues isti specialiter monachi sunt: nõ habẽt cellaria, non habent apothecas: sed habẽt apothecarum & cellariorum dominum, ipsum Christum. Non habent hortea, sed horteorum dominum. Non habent diuitias diaboli, sed habent paupertatẽ Christi.

B

Diabolus quid dicit? *Hæc omnia mea sunt, si procidens adoraueris me, dabo tibi ea.* *Matt. 4. a* Christus quid dicit ad suos? *Qui non vendiderit omnia sua quæ habet, & dederit pauperibus, nõ potest esse meus discipulus.* *Ibid. 13. f. & Luc. 12. c* Ille regna & diuitias pollicetur, vt occidat: hic paupertatẽ pollicetur vt saluet. Nihil grande facimus, si nostra relinquamus. Christus patrẽ reliquit, & regna cælorũ propter nos. Nemo putet me blasphemare: quia dixi, patrem reliquit. Secundum dispensationem humanitatis loquor, secundum quod mittitur: secundum quod dicitur: *Pater qui me misit, maior me est.* *Ioan. 10. f & 14. d* *2 Cor. 8. b* Deus non mittitur, Deus non subiicitur seruituti: sed dispensatio mittitur. Si Deus vbique est, & omnia in Deo sunt, quo modo Deus ad aliquid mittitur, cum Deus sit omnia? Christus igitur pro nobis pauper factus est. Hoc totum quare diximus? Quia nunc lectum est: *Cellaria eorum plena: eructantia ex hoc in illud.* Pulchrè dixit, eructantia: de saturitate nimia. Illi eructant de saturitate, & pereunt: nos de ieiunio, vt saluemur. *Oues eorum fœtosæ.* Multos habẽt filios. Multus enim numerus hæreticorum est. *Oues eorum fœtosæ.* Vnde dicitur & in Osee propheta: *Domine da illis. Quid dabis illis? Vuluã sterilem, & vbera arentia.* *Osee 9. c* Hoc de quibus dicitur? De hæreticorũ magistris, qui sibi in numero discipulorum applaudunt. *Oues eorũ fœtosæ abundãtes in egressib. suis.* Non dixit, in ingressibus suis, sed in egressibus. Non enim ingrediuntur in ecclesiam, sed egrediuntur de ecclesia, id est, ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis. *1. Ioan. 2.* Si enim fuissent ex nobis, mansissent vtique nobiscum. *Abundantes in egressibus suis.* Quotidie egrediuntur de ecclesia: abundantes in egressibus suis. De ecclesia quid dicitur? *Psal. 44. c* *Omnis gloria eius filiæ regis ab intus. Boues eorum crassi.* *Gen. 41. a* Vidit & Pharao in somnio boues crassos. Israëlitici populi tenues sunt, Ægyptij crassi. Videtis enim magistros hæreticorum nihil aliud facere, nisi studere diuitiis. Diuitijs student, & pauperem Christum contemnunt. *Boues eorum crassi.* Pulchrè dixit, boues crassi: *Phil. 3. d* *quorũ Deus venter est, & gloria in confusione eorũ. Non est ruina maceriæ, neq; transitus.* Nonne vobis videtur obscurũ

C

esse quod dicitur: *Nõ est ruina maceriæ, neq; transitus, neq; clamor in plateis eorum?* Difficile hæreticos inuenies imperitos. Omnes enim magistri instructi sunt scientia sæculari. Non habent rete apostolicum, sed catenulas dialecticas. Non est ruina maceriæ, neque transitus. Si quando sunt in disputationibus, quando tecum cœperint disputare, sic verba eorum breuia sunt, sic artifici sermone conclusa, vt euadere inde difficile sit. Cum enim te ligauerint syllogismis suis, & te clauserint, & quasi maceriem syllogismũ tibi texuerint, & ædificauerint, non potes conuerti: non potes transire: teneris inclusus. *Non est ruina maceriæ, neq; transitus.* *Matt. 7. b* Cumq; ibi te tenuerint quasi quodam gyro inclusum, tunc non eris in angusta via, quæ ducit ad vitam: sed in lata, quæ ducit ad mortem. *Neque clamor in plateis eorum.* Clamor Iesu reuocat ad se, & dicit: Qui sitit veniat & bibat. *Ioan. 7. f* Clamor Iesu in via angusta est: in plateis hæreticorum non est. *Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt.* Multi nescientes, beatos tales putant. Cæterum nobis simplicitas Christiana est: nolumus eloquentiam Platonicam, sed volumus simplicitatem Apostolicam. Piscator iste rete tenet, lutatos habet pedes, & manus ex opere callosas habet. Beatus populus cuius est dominus Deus eius. Beatus est populus, qui pro omnibus diuitiis Christum habet. Illi habent filios, & filias, & cellaria, & oues fœtosas, boues crassos & nitidos atque formosos. Cæterum nos non habemus multitudinem: sed scimus illud dictum in euangelio: *Matt. 18. c* *Vbicunque fuerint duo, aut tres congregati in nomine meo, ibi in medio eorum sum.* Ne timeas grex paruule: quia complacuit Deo habitare in te. Ne dicant monachi: Ecce tantæ multitudines, ciuitates plenæ sunt, omnis orbis: nemo ergo saluatur, nisi qui in monasteriis est? Ecce tantæ multitudines: nos ergo soli saluamur? *Marc. 5. b* Quando ergo hæc cogitaueris, audi: *Ne timeas grex paruule, quia complacuit patri habitare in te.*

D

Et nunc lectum est in euangelio: quod vna anima saluatur, vt duo millia porcorum pereant. Hoc totum quare dico? Quoniam pretiosior est vnius sancti anima, quam infinitæ multitudines peccatorum. De toto mundo duodecim elegit apostolos: de duodecim vnus recessit, remanserunt vndecim. Venit crux, decem fugerũt: remansit vnus Petrus: vnus cum vno. Et ipse vnus fugit, atque vtinam fugisset, & non negasset. Ergo dicamus, vniuersum genus humanum periit. Quoniam perierat, propterea dominus crucifixus ait: *Esa. 63. a* *Torcular calcaui solus, & de gentibus non est vir mecum.* *Psal. 11. a* Eo tempore completus est psalmus: *Saluum me fac domine, quoniam defecit sanctus.* *Mar. 14. d* Non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Ille qui promiserat, dicens: Si me necesse est mori, aut ire in carcerem, non te negabo: negauit. Hoc totũ quare dico? Quia monachus non debet aspicere ad multitudinẽ peccatorum, sed ad conuersationem & paucitatem sanctorum. Vniuersa Iudæa ducebatur in captiuitatem. Venerat Nabuchodonosor, tanta hominum millia ducebantur captiua in Babylonem, solus Hieremias erat qui confitebatur Deum, & ipse mittebatur in lacum luti, *Hier. 15. d* & tamen pretiosior erat vnius illius anima quam omnis populi. Vultis scire quid faciat vnus homo? Iesus filius Naue cum vniuersa terra habitaretur, solus erat. Vtique erant infinitæ multitudines, & ille solus erat. *Iosu. 10. c* Solus imperat soli & lunæ, & stat: homo iubet & cœlum audit. Audit illum cœlum: quia ipse audiebat dominum. Hieremias erat in captiuitate: erant autem & multæ multitudines. Et quid dicit? *Hier. 15. d* *Solus sedebam, quia amaritudine repletus sum.* Quo modo solus in ciuitate eras? Sed ideo solus: quia propositi mei socium non habebam.

a ¶ Laudatio ipsi Dauid.

PSALMVS CXLIV.

EXaltabo [b] te Deus meus rex: & benedicam nomini tuo in sæculũ & in sæculum sæculi. [c] Per singulos dies benedicã tibi: & laudabo nomen tuum in sæculum, & in sæculum sæculi.

[a] Magnus

a ¶ *Laudatio, &c.*] Iste psalmus ex voce prophetica Dei cõtinet laudem: sicut ipse ad eum eloquens ait:

PSALMVS CXLIV.

EXaltabo b te, &c.] Exaltat Deum: quia scit æqualem patri: regem, quia nouit iudicem mundi.

c ¶ *Per singulos, &c.*] Et ob hoc maximè laudat: quia conformem sperat se fieri nomini illius, id est, Christo domino, in sæculo futuro.

a ¶ Magnus

a ¶ *Magnus dominus & laudabilis, &c.*] Quia sine fine magnus, sine fine laudabilis.
b ¶ *Generatio.*] Quam fides protulit.
c ¶ *Et progenies.*] Quam Christi passio procurauit.
d ¶ *Laudabunt opera tua, & potentiam tuam, &c.*] Cum vel à te facta sunt, vel à te proteguntur.
e ¶ *Magnificentiam maiestatis tuæ, & sanctitatem, &c.* Tu nos sanctos esse vis, dicens: *Sancti estote, quoniam ego sanctus sum.* Hoc & nos cæteris loquimur.
f ¶ *Et mirabilia tua narrabunt.*] Quæ quotidie in ecclesia operaris.
g ¶ *Virtutem terribilium tuorum dicent, &c.*] Virtus est terribilis, cum in impios vlciscitur, vt in Pharaonem: magnitudo est, cum iusti eruuntur, vt Israel.
h ¶ *Memoriam abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt.*] Quia eos fouere dignaris.
i ¶ *Et iustitia tua, &c.*] Quia in impios vlcisceris.
k ¶ *Misericors & miserator dominus: patiens, &c.*] Et sanctus in omnibus operibus suis: quia quod factum est in eo, vita est.
l ¶ *Suauis dominus vniuersis, & miserationes, &c.*] Miseratione enim sua omne opus quod facit, & protegit.
m ¶ *Confiteantur tibi domine, &c.*] Vt per sanctos, qui te iugiter benedicunt; intelligaris omnium esse creator & conditor.
n ¶ *Gloriam regni tui dicent.*] Vt ab omnibus desideretur.
o ¶ *Et potentiam tuam, &c.*] Vt ab omnibus timeatur.
p ¶ *Vt notam faciant filiis hominum potentiam tuam, &c*] Ne excusatio per ignorantiam adhibeatur.
q ¶ *Regnum tuum domine regnũ omnium sæculorum.*] Omnia enim sæcula regni sui dominatione voluuntur.

a Magnus dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis eius nõ est finis. b Generatio & generatio c laudabunt opera tua, d & potentiam tuã pronuntiabunt. e Magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ loquentur, f & mirabilia tua narrabunt. g Et virtutem terribilium tuorum dicent, & magnitudinem tuam narrabunt. h Memoriã abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt, i & iustitia tua exultabunt. k Miserator & misericors dominus: patiens & multum misericors. l Suauis dominus vniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius. m Cõfiteantur tibi domine omnia opera tua, & sancti tui benedicant tibi. n Gloriam regni tui dicent, o & potentiam tuam loquentur. p Vt notam faciant filiis hominum potentiam tuam, & gloriã magnificentiæ regni tui. q Regnum tuum regnum omnium sæculorũ, r & dominatio tua in omni generatione & generatione. s Fidelis dominus in omnibus verbis suis, t & sanctus in omnibus operib. suis. u Allenat dominus omnes qui corruũt, x & erigit omnes elisos. y Oculi omnium in te sperant domine, & tu das escam illorum in tempore opportuno. z Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. a Iustus dominus in omnibus viis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. b Prope est dominus omnib. inuocantibus eum: omnibus inuocãtibus eum in veritate. c Voluntatem timentium se faciet: & deprecationem eorum exaudiet, & saluos faciet. d Custodit dominus omnes diligẽtes se, & omnes peccatores disperdet. e Laudationẽ domini loquetur os meum: f & benedicat omnis caro nomini sancto eius in sæculum, & in sæculum sæculi.

g ¶ Halleluia Aggæi & Zachariæ.

Psalmvs CXLV.

LAuda h anima mea dominũ: i laudabo dominũ in vita mea: k psallam Deo meo quãdiu fuero. l Nolite confidere in principibus: neque in filiis hominum, in quibus nõ est salus. a Exibit

nos faciet eos.] Dum eos eruit vel ab instigatione diaboli, vel ab ardore peccati.
d ¶ *Custodit dominus diligentes se, & omnes, &c.*] Illos diligit, qui dilectionem eius mundanis dilectionibus prætulerunt. Illos vero disperdit, qui amori eius amorem sæculi præposuerunt. G
e ¶ *Laudem domini loquetur os meum.*] Nunc, & in futuro retributionis tempore.
f ¶ *Et benedicat omnis caro nomini sancto eius in æternũ, &c.*] Quod ait: Omnis caro, non ad insensibilia referendum est: sed ad omne corpus ecclesiæ, quod nos sumus: qui Deum laudare, benedicere, extollere, ac prædicare debemus: per quem viuimus, per quem alimur ac sumus. Cui est cum æterno patre & Spiritu sancto honor & gloria in sæcula sæculorum, Amen.
g ¶ Iste psalmus ex nomine duorum prophetarum præscriptus, ex vniusvoce loquitur dicens:

Psalmvs CXLV.

LAuda h *anima mea dominum.*] Psalmus iste titulũ habet Aggæi & Zachariæ. Sed hoc primum scire debemus, quod in Hebraico non habetur, sed in septuaginta interpretibus. Dicamus autem & de editione vulgata Aggæi & Zachariæ. Quia instauratio hic dicitur Hierusalem: *Regnauit dominus in sæcula, Deus tuus Sion in generatione & generationem:* quasi de instauratione Hierusalem dici putant, quæ facta est sub Aggæo & Zacharia. Lauda anima mea dominum. Non dixit, lauda corpus: sed lauda anima; non quod corpus damnauerit, sed carnis opera condemnauit. *Lauda anima mea dominum.* Anima ipsa se hortatur: Quomodo si dicat Dauid: Lauda Dauid dominum; sic & ipsa anima dicit ad se: Lauda anima mea dominum: laudabo dominum in vita mea. Vide quid dicat: Ipsa se hortatur, & ipsa respondet. Quid dicit mihi, *lauda anima mea dominum.* Ego ipsa respondeo. H

r ¶ *Et dominatio tua, &c.*] Ecclesiastica generatione in progenie futuri sæculi dilatata.
s ¶ *Fidelis dominus, &c.*] Cum omnia quæ per prophetas locutus est, adimpleuit.
t ¶ *Et sanctus, &c.* Vt sicut ille sanctus est, ita & nos qui opera eius sumus, sancti efficiamur in eo.
u ¶ *Allenat dominus omnes qui corruunt.*] Ne in æterna ruina mergantur.
x ¶ *Et erigit omnes elisos.*] Quos corporeæ voluptatis præcipitauit stimulus, si pœnitentiam agant.
y ¶ *Oculi omnium, &c.*] Sanctorum interior aspectus in illo futuro retributionis suscipitur tempore.
z ¶ *Aperis tu manum tuam, & imples omnes animal benedictione.*] Quod maledictiones & improperia mundi pro nomine suo sustinuit.
a ¶ *Iustus dominus in omnibus, &c.*] Sicut iam superius dictum est.
b ¶ *Prope est dominus omnibus, &c.*] Ipse quid ait: *Ego sum Deus de prope, & non Deus de longe.*
c ¶ *Voluntatem timentiũ se faciet, & preces eorum exaudiet, &*

i ¶ *Laudabo dominum, &c.*] Modo laudare non possum, peccatis premor.] Quotienscunque labia in laudes Dei aperio, totiens illa conglutinat conscientia peccatorum. *Laudabo dominum in vita mea.* Pulchrè dixit, laudabo: nõn, laudo. Quando cum domino meo fuero, tunc laudabo dominum in vita mea. Nunc in morte sum, laudare non possum. *Laudabo dominum in vita mea.* Vita nostra Christus est. Dominum laudemus in vita.
k ¶ *Psallam Deo meo quamdiu fuero.*] Vide quid dicat: Quãdo iustè aliquid agimus, sumus: quando vero peccamus, esse desistimus. Multa sunt quæ dicantur: sed ad finem festinat oratio.
l ¶ *Nolite confidere, &c.*] Hoc generaliter ad omnes dicit, Nolite confidere in principibus. Non in imperatore, non in præfectis, non in iudicibus sæculi. Nolite confidere in principimus. Qui sunt principes? Filij hominum. Qui sunt filij hominum? Quibus non est salus.

E

^a Regnabit dominus in sæcula. ^b Deus tuus Siō: in generatione & generationem.

b ¶ Halleluia.

PSALMVS CXLVI.

LAudate ^c dominum, quoniam bonus est psalmus: ^d Deo nostro sit iocunda, decoraque laudatio. ^e Ædificans Hierusalem dominus: dispersiones Israël congregabit. ^f Qui sanat contritos corde, ^g & alligat contritiones eorū. ^h Qui numerat multitudinem stellarum, ^i & omnibus eis nomina vocans. ^k Magnus dominus noster, & magna virtus eius: & sapientiæ eius non est numerus. ^l Suscipiens mansuetos dominus: ^m humilians autē peccatores vsq; ad terrā. ^n Præcinite domino in confessione: ^o psallite Deo nostro in cithara. ^p Qui operit cœlum nubi-

a ¶ *Regnabit*, &c.] Quando via peccatorum perierit, tunc regnabit dominus in sæcula. Non dixit in sæculum, sed in sæcula. Quamdiu via non perit, Christus non regnat in nobis. Quamdiu via peccatorum non perit, Christus non regnat in nobis. Quamdiu pedes nostri ambulant in via diaboli, Christus nō regnat in nobis. Irascor sine causa fratri meo: in via diaboli ambulo, Christus nō regnat in me. Detraho fratri meo: in via diaboli ambulo, Christus non regnat in me. In quocunq; peccato ambulauero, in via diaboli ambulo: Christus non regnat in me. Mens mea vana est, & in diuersa distrahitur. In vno loco sum, & mens mea per totum orbem vagatur. Angelos mundus capit, reges capit, exercitus capit, monachum vnū non capit. Hoc totum quare dico? Propter eos qui in toto orbe vagantur, & in vno loco sedere non possunt.

b ¶ *Deus tuus*, &c.] Deus Siō. Frequenter diximus, Sion speculam aut ecclesiam interpretari, aut animam contemplantem Deum. Deus tuus Sion in generatione & generationē. In prima generatione, Iudæorum in secūda, ex gentibus. In omnibus scripturis & in omnibus psalmis generatio & generatio dicitur, vt duos populos significet. Dicere autem & aliter possumus: Regnauit dominus in sæcula, Deus tuus Sion: in generatione ista, & in generatione ventura. Regnet Christus in nobis, non regnet peccatum in corpore nostro. *Cor regis in manu Dei.* Simus reges, imperemus corpori nostro, & subijciamus illud & cor nostrum sit in manu Dei: cui sit gloria in sæcula sæculorum, Amen. Prou. 21.a

F

c ¶ Psalmus iste, vt cælestis ciuitatis laudemus ædificatorem, nos admonet, dicens:

PSALMVS CXLVI.

LAudate dominū, quoniā bonus est psalmus.] Iste psalmus halleluia titulo prænotatur. Solent hi, qui Hebræam ignorant linguam, quando viderint in psalmorum titulo esse præpositum halleluia, quærere quid significet. Psalmus igitur iste non solum in titulo, sed & in exordio psalmi habet halleluia. Vbi autem dicitur: *Laudate Dominū*: in Hebræo dicitur halleluia. Deus enim apud Hebræos decem habet nomina: dicitur Sabaoth צבאות: dicitur Saddai שדי: dicitur Eloim אלהים: dicitur El אל: dicitur etiā Ia יה: dicitur Æheieh אהיה. Inter cætera autem nomina vnum est nomen, quod dicitur Ia, יה. Ia autem interpretatur inuisibilis. Vbi ergo dicitur laudate, in Hebræo dicitur hallelu הללו. Sic dicitur hîc halleluia: quomodo si diceretur hallelu Sabaoth, hallelu Saddai, hallelu Eloim: sic & nunc dicitur halleluia. Denique Theodotio, qui vnus est de interpretibus volens interpretationis edissere veritatem, ait: αἰνεῖτε ἰά. Hoc totum quare diximus? Vt sciamus in isto psalmo halleluia esse præpositum: laudate dominum. Hæc interpretatio est. Cùm egressi fuerimus considerabitur in cordibus nostris. Cæterum sermo dilatabitur: *Laudate dominū, quoniam bonum psalmus.* Nō dixit bonus psalmus, sed absolutè bonum psalmus, hoc est, bona res est psallere. Psallere autem non voce, sed corde. Quanti bonam vocem habent, & quoniam peccatores sunt, male psallunt. Bene psallit qui cantat in corde, qui cantat Christo in conscientia. Gen. 8.d

d ¶ *Deo nostro*, &c.] Iocunda sit laudatio non voce, sed conscientia. Denique & Noë obtulit hostias, & odoratus est dominus odorem suauitatis. Multa sunt, quæ dicantur: sed nos breuiter debemus summa quæque perstringere, vt sensum magis indicemus quàm verba lauiora.

e ¶ *Ædificans Hierusalem dominus, dispersiones Israel*, &c.] Quomodo ædificetur Hierusalem: quomodo congregetur, iam dictum est. Quoniam igitur de istis duobus versiculis dissertum est, & super alienum fundamentum non debemus ædificare, ad reliqua transeamus. Videamus igitur quomodo ædificetur Hierusalem. In reliquis enim propheticus sermo descripsit.

f ¶ *Qui sanat*, &c.] *Cor contritum, & humiliatum Deus non spernit.* Psal. 50.d

g ¶ *Et alligans*, &c.] Tu cor tuum contere, & dominus colligit contritiones tuas. Samaritanus ille, qui descendebat de Hierusalem in Hiericho, quando vidit vulneratum iacentem in itinere, colligauit vulnera eius. Iste est de quo & nunc dicitur. Et alligans contritiones illorum. Hoc dicitur de his, qui agunt pœnitentiam. Cæterum de his qui non agunt pœnitentiam dicitur: Non est malagma imponere, neque oleum, neq; alligaturas. Luc. 10.f Esa. 1.b

h ¶ *Qui numerat multitudinem* &c.] Quæ consequentia iuxta literam, & alligat contritiones eorum: qui numerat multitudinem stellarum? Sed quando sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum: illos qui ante contriti fuerant, & postea sanati, vertit in stellas. *Qui numerat multitudinem stellarum.* Multi enim fuerant, qui peccauerunt: multi sunt, qui curati sunt. Qui numerat multitudinem stellarum. Non numerat vulneratos, sed eos numerat, qui iam in stellas versi sunt. Non numerat Deus, nisi qui numero eius digni sunt.

i ¶ *Et omnibus*, &c.] Quia de Lucifero dicit, & de Orione, quem videmus in cœlo. Et hoc quidem potest intelligi: Mirabilis Deus, qui fecit cœlum & terram, & omnia, quæ in eis sunt. Cæterum sic intelligamus, vt nobis prosit quod quotidie fit. *Et omnibus eis nomina vocans.* Vultis scire, quomodo de contritis stellę fiant? Scriptū est in Genesi: quia eduxerit Deus Abraham, & ostenderit ei stellas & dixerit ei: *Sic erit semen tuum. Et omnibus eis nomina vocans.* De Abrā vocat Abraham. Abram dicebatur in Chaldæa, & in cœlo vocatur Abraham. Eo tempore quando factus stella est, vocatur Abraham. Qui antea erat Saulus, postea vocatur in cœlo Paulus. Ioannes & Iacobus filij tonitrui. Tonitruum vnque in cœlo est. Numerantur itaque stellæ: numerantur infiniti sancti, & Christus vnus non potest numerari. Gen. 15.b H Ibid. 17.a Actor. 9. Marc. 3.b 1.Cor.1.d

k ¶ *Magnus dominus noster, & magna*, &c.] Magna virtus, Christus Dei virtus, & Dei sapientia.

Et sapientiæ eius non est numerus.] Christus sapientia est. Et vna sapientia non potest numerari.

l ¶ *Suscipiens*, &c.] Quæ sunt istæ stellæ? Suscipiens mansuetos dominus. Mansueti vertuntur in stellas. *Iusti autem fulgebunt quasi stella cœli*: Daniel loquitur. Dan. 12.d

m ¶ *Humilians*, &c.] Videte differentiam rerum. Angeli in terrā corruunt: homines ad cœlos vadunt. Suscipiens mansuetos dominus. Mansuetudo ad cælum vocat: superbia in terram detrahit. *Humilians autem peccatores vsque ad terrā.*

n ¶ *Præcinite*, &c.] Hoc impleuit Dauid: qui nobis iustitiæ exemplum præbuerat, præbuit & pœnitentiæ. Docuit enim nos, quomodo debeamus agere pænitentiam, ipse agens. Videte sanctum prophetam: quia non solum iustitia eius nobis profuit, sed & peccatum.

o ¶ *Psallite*, &c.] Nulla virtutum chorda rupta sit. Tota virtutum chorda concinat: Psallite Deo nostro in cithara. Cithara multas chordas habet: si vna rupta fuerit, sonus reddi non potest. Sic & sanctus vir, quamuis sanctus sit: si vna virtus defuerit, vocalem sonum reddere non potest.

p ¶ *Qui operit cœlum*, &c.] Cœlum hoc quod cernimus, nubibus operiri non potest. Sed aliud est cœlū, & aliæ sunt nubes. *Et veritas tua vsque ad nubes.* Ergo veritas Dei vsque ad istas nubes, quæ vento flante cito dissoluuntur? Veritas Dei Christus est. *Ego sum via, & vita & veritas*: ergo veritas Christi in his nubibus est, quæ non habent in se substantiæ veritatē? Fieri ergo potest, vt ibi sit veritas, vbi ventus dissipandi potestatem habet? *Mandabo*, inquit, *nubib. ne pluāt super eos imbrem*, hoc est, super populū Iudæorum. Nubes pro- Psalm 35.b Ioan. 14.a Esa. 5.b

nubibus:[a] & parat terræ pluuiam.[b] Qui producit in montibus fœnum, & herbam seruituti hominum.[c] Qui dat iumentis escam ipsorum:[d] & pullis coruorum inuocantibus eum.[e] Non in fortitudine equi voluntatem habebit:[f] neq; in tibiis viri beneplacitum erit ei.[g] Beneplacitum est domino super timentes eum:[h] & in eis qui sperant super misericordia eius.

¶ Halleluia, Halleluia Aggæi & Zachariæ.

Psalmvs CXLVII.

Lauda[i] Hierusalem dominum: lauda Deum tuum Sion.[k] Quoniam confortauit seras portarum tuarum:[l] benedixit filiis tuis in te.[m] Qui posuit fines tuos pacem:[n] &

A phetæ sunt. Mandauit illis dominus ne pluerent super Israël imbrem. Ad nos propheticę sermo conuersus est. Nubes istæ, si sibi collisæ fuerint, tonitruum faciunt & fulgura: *Qui operit cœlum nubibus.* Quare dixit: qui operit cœlum nubibus, si nubes prophetæ sunt & apostoli? Quomodo autem apostolis & prophetis cœlum tegitur? Cœlum mysteria sunt diuina. Quoniam igitur mysteria quæcunque diuina sunt, cœlum appellantur: quicunq; dignus fuerit, istum nubes protegunt. Si quis indignus est sacramenta accipere, non potest regiâ nubibus.

a ¶ *Qui parat*, &c.] Indiget pluuia terra nostra, & nisi pluuiam acceperit, id est, doctrinarum fontem, fructum non afferet. Terra cû humecta fuerit istiusmodi doctrinarum fonte, quid sequitur.

b ¶ *Qui producit*, &c.] Si de solo fœno loqueretur: vtique fœnum magis in conuallibus nascitur, quam in montuosis. Vbicunque enim pluuia amplior fuerit, ibi magis fœnum nascitur. De montibus defluunt aquæ in conuallibus, & magis herba nascitur.

c ¶ *Et dat*, &c.] Scriptura ista, quam legimus, quam tractamus, quam habemus in manibus, montes sancti dicuntur in scripturis. Mons vocatur Abraham, mons vocatur Isaac, mons Hieremias, montes sancti prophetæ. Montes isti habent & frumenta, habent & fœnum. Si homo es, accipis ab ipsis frumentum: si pecus es, fœnum accipis. Homines & iumenta saluos facies domine. Secundum fidem tuam salPsal. 146. b uaris. *Qui producit in montibus fœnum, & dat iumentis escam* B *ipsorum.* Si homo es, in scripturis sanctis accipis spiritualem intelligentiam: si iumentum es, secundum literam more Iudaico. Rem magnam video. Deus qui tantis præconiis collaudatus est, deducitur ad viliora, & dicitur:

d ¶ *Et pullis coruorum innocantibus eum.*] Si de auibus cœli diceret, magis aquilas nominasset, aut vultures. *Et pullis coruorum inuocantibus eum.* Nulla alia auis nuncupatur, nisi pullus coruorum, & non ipsi corui sed pulli coruorû. Nõ saluatur coruus, sed pullus, qui de eo natus est. Nos pulli coruorû sumus. De parentibus enim idololatris nascimur. Legimus in Salomone: quoniam *oculus qui irridet patrem, & sermonem* Prou 30.e *matris, effodiant eum corui de conuallibus.* Non dixit pulli coruorum, sed ipsi corui. Qui. n. coruus est, saluari non potest. Gen 8.a Coruus de arca dimittitur, & non reuertitur. In diluuio cum cæteris est post diluuium in infelicitatem proiicitur, hoc est, eo tempore quando tranquillitas est, non potest esse in arca Dei. Si quando diluuium est, coruus in medio est. Tranquillitas redit & coruus fugit. Qui sunt isti corui? Qui sunt pulli coruorum? Ego puto coruos nigri coloris, semper persequuntur cadauera mortuorum, qui semper voce raucissimatixas comparant, dæmones esse, & quicunque dæmonibus seruierint: iuxta coruos & ipsi colorem coruorum accipiunt. Igitur nostri parentes, sicut iam diximus, qui idolis seruiebant & dæmonibus, corui erant. Non enim inueniuntur nisi vbi illuuies, & spurcitia, & cadauera mortuorum fuerint. Nos vero qui de coruis nati sumus, non cadauera expectamus, sed rorem. Pulli enim coruorum dicuntur de rore viuere. Sic enim philosophi dicunt, quod de rore viuant pulli coruorum. Vultis & aliud scire mysterium de coruis? Elias interpretatur Deus dominus. Elias, hoc est, dominus noster atque Saluator à Iudæis persecutionem patitur, & à coruis, id est, gentium populo pascitur. Et pullis coruorum inuocantibus eum. Si inuocas eum, pullus es: si taces, coruus es. *Et pullis cornorum innocantibus eum.* Legimus in propheIohel 2.g ta: *Et omnis qui inuocauerit nomen domini, saluus erit.* Igitur si de coruis simpliciter accipimus: ergo & corui salui erunt? Responde Iudæe, responde qui Iudaicam literam tantum sequeris: dicis istos coruos vere coruos esse? Non interpretaris spiritualiter, sed carnaliter: dicis enim scriptum esse de coruis. Si ergo de pullis coruorum scriptum est, & hic dictum est: & pullis coruorum inuocantibus eum. Et scriptum C est: omnis qui inuocauerit nomen domini, saluus erit: ergo & pulli coruorum salui erũt in resurrectione. Nos ergo pulli coruorum inuocamus, atque saluamur. Deniq; & Paulus apostolus scripsit ad sanctorum ecclesiam, scripsit ad eos, qui 1.Cor.1.d inuocant nomen domini.

e ¶ *Non in*, &c.] Breuitatem promisimus, & necessitate cõpulsi sumus latius disputare: mentiti sumus, sed mendacium vtilissimum est. Vtinam Herodes mentitus esset, & peierasset. Et nos igitur minora promisimus, & orantibus vobis maiora præbuimus. Hora compel- Marc 6.d lit, vt taceam: magnitudo mysteriorum compellit vt loquar. Non in fortitudine equi voluntatem habebit. Audio equum hinnientem, & non possumus prætereire. Scriptum est in psalterio: *Fallax equus ad salutem.* Psal.32.d Et alio loco: *Equum & ascensorem deiecit in mare.* Exod.15.a Præcipitur & Isrël, ne equos nutriant. Deut.17.d Denique Salomon quia quadrigas adducebat ex Ægypto, 3.Reg.10.e voluptate superatus est. *Non in fortitudine equi voluntatem habebit.* Equum & ascensorem deiecit in mare. *Equi insanien-* Hier 5.e *tes in feminas facti sunt mihi: vnusquisque in vxorem proximi* Exod.15.a *sui hinniebat*, loquitur Hieremias: Ergo super tales equos Deus non habet voluntatem. Diximus de equo: equum & ascẽsorem deiecit in mare. Diximus, qui sunt equi: dicamus, qui sunt equites. Ego puto equos homines esse peccatores, & equites dæmones, qui equitant in eis. Si quando ergo viderimus aliquem fratrem persequentem, & inimicum esse, sciamus quia ille equus est. Cæterum eques diabolus est, qui sua lancea nos percutit. Iste currit, & ille percutit. Sed & ipse equus calcaribus ducitur, confoditur, & inuitus insanit. D

f ¶ *Nec in*, &c.] Videte quid dicat. Non dixit in capite viri, non dixit in manibus viri: sed in tibijs, quæ deorsum sunt. *Nec in tibiis viri beneplacitum erit ei.* Tibiæ hic sicut & fœmora, semper in libidine accipiuntur. Deniq; & in Ezechiel Ezech. 1.g Deus videtur à lumbis vsque sursum, electrum: à lumbis vsque deorsum, igneus. Si quis sursum est, huic aureus est: si quis deorsum, huic gehenna præparata est. *Nec in tibiis viri beneplacitum est ei.* Dicamus secundum literam. Quoniam dixerat non in fortitudine equi voluntatem habebit, & quasi bellatorem virum descripserat: videtur mihi hîc vbi dixit, nõ in tibijs, non vocare tibias: sed *μηροκνήμους*. Videmus ergo quodcunque tibias texerit, non placere Deo, sed illud quod sursum est. Non placet Deo in fortitudine, non placet, in tibiis viri, placet autem in timore suo. Virtus non placet, timor placet. Bellantem destruit rogantem eleuat, humiles exaltat, superbos deijcit.

g ¶ *Beneplacitum*, &c.] Vnus timor plures timores proijcit. Melius est vnum timere, vt plures non timeas: quam plures timere, vt vnum non timeas.

h ¶ *Et in*, &c.] Sperant non in operibus suis, sed in misericordia iudicis. *Laudate dominum, quoniã bonum est psalmus:* quoniam qui sperant super misericordia eius, sola saluatione sanantur: cui est gloria in sæcula sæculorum, Amen.

Psalmvs CXLVII.

Lauda i Hierusalem. &c.] Modo audiuimus sanctum prophetam prædicantem propter præuaricationem legis populum Iudaicum esse desertum, & quomodo nunc dicitur: Lauda Hierusalem dominum: lauda Deum tuum Siõ. Deinde quid sequitur:

k ¶ *Quoniam*, &c] Ergo de ista Hierusalem loquitur, de ista Sion: lauda Deum tuum Sion. Quare? Quoniam confortauit seras portarum tuarum. Non sunt portæ, & quomodo seræ saluæ sunt?

l ¶ *Benedixit*, &c.] Quomodo benedixit, qui dixit: relinque- Luc. 13.g tur vobis domus vestra deserta.

m ¶ *Qui*, &c.] Vbi pax posita est, quæ bello subuersa est?

a & adipe frumenti satiat te. b Qui emittit eloquium suum terræ: c velociter currit sermo eius. d Qui dat niuem sicut lanam: nebulam sicut cinerem spargit. Mittit crystallum suum sicut buccellas: e ante faciem frigoris eius quis sustinebit? f Emittet verbum suum, & liquefaciet ea: g flauit spiritus eius, & fluent aquæ. Qui annuntiat verbum suum Iacob: iustitias

E a ¶ *Et adipe, &c.*] Frumentum adipes habet? O Iudæe responde. Frumentum adipem habet? Si ergo frumentum adipes non habet, & compelleris necessitate spiritualiter intelligere, secundum istum versiculum & cætera intelligenda sunt. Lauda Hierusalem dominum. Hierusalem visio pacis. Lauda Deum tuum Sion. Sion specula interpretatur. Videtis ergo quid dicat. Lauda Hierusalem dominum. Vbicunque visio pacis est, vbicunque contemplatio Dei: ibi laus Dei fit. Laudat ergo ecclesia dominū, quādo cœperit in illū credere, & habere pacē, & cœperit videre pacem, hoc est, Hierusalē visionē pacis. Qui prius eras seruus idolorū, factus es seruus Dei. Lauda ergo Deum tuū. Quando verò cœperis iam habere scientiā, & esse specula, hoc est, Sion: lauda dominum, hoc est, tu lauda Hierusalem, tu lauda Sion: tu ecclesiastica, tu anima, tu ecclesia. Non laudent hæretici, non laudent synagogæ: sed tu lauda. Quare? *Quoniam confortauit seras portarum tuarum.* Psal. 86.a *Diligit dominus portas Sion: super omnia tabernacula Iacob.* Portas Sion diximus prophetas. Quoniam ergo portas Sion nouimus prophetas dici: videamus quæ sint seræ portarum. Verè enim ecclesiæ portæ prophetæ sunt. Sine prophetis ecclesiam ingredi non possumus. Manichæus intrare voluit sine portis, & non intrauit. Marcion non recipit vetus testamentum, & sine portis veteris testamenti in euangelium intrare non potuit. Nos ergo recipimus portas prophetas, & per portas ingredimur. Sed videamus quæ sint seræ portarum. Multi latrones, multi fures cupiunt intrare per portas. *Omnes qui ante me venerunt, fures fuerunt & latrones.* Ioan. 10.b O si & mihi concederet dominus, vt sera essem de portis Sion. Si quis hæreticorum per illas in euangelij dispositionem vellet intrare: ego starem in portis, & prohiberem illum. F Quoniam confortauit seras portarum tuarum. Da mihi aliquem ecclesiasticum virum, scripturis cælestibus eruditum: si viderit venire Eunomium, venire Arium velle tollere aliquid de prophetis contra nos: nonne stat quasi sera, nonne vincit quasi sera? Quoniam confortauit seras portarum tuarum. Pulchrè dixit, confortauit, vt quando videris virum ecclesiasticum disputantem: non putes illum esse qui disputat, sed qui confortat ecclesiasticum. *Et adipe frumenti satiat te.* Nisi, inquit, granum tritici ceciderit, ipsum solum saluum erit. Ioan. 12.e Si autem ipsum ceciderit, multos saluos facit. Dominus noster granum tritici in terram cecidit, & non multiplicauit. Sed istud granum frumēti pinguissimum est, medullam habet, adipem habet. *Et adipe frumenti satiat te.* Felix est qui in frumento isto adipem intelligit. Legimus sanctas scripturas. Ego corpus Iesu, euangelium puto: sanctas scripturas, puto doctrinam eius. Et quando dicit: *qui non comederit carnem meam, & biberit sanguinem meum:* Ioan. 6 f licet & in mysterio possit intelligi, tamen verius corpus Christi, & sanguis eius, sermo scripturarum est, doctrina diuina est. Si quando imus ad mysterium: qui fidelis est, intelligit: si in tuaculam ceciderit, periclitatur. Si quando audimus sermonem Dei, sermo Dei, & caro Christi, & sanguis eius in aurib. nostris funditur, & nos aliud cogitamus, in quantum periculum incurrimus? Et adipe frumenti satiat te. *Pinguissimus sermo diuinus est.* Sapie. 16.d Omnes habet in se delitias, Quidquid volueris, ex sermone diuino nascitur, sicut tradunt Iudæi: quoniam manna quando comedebant, secūdum voluntatem vniuscuiusque sic sapiebat in ore. Ac si dixisset: Qui manna comedebat, si desiderabat mala, si pirum, si vuam, si panem, si carnes, secundum qualitatem & voluntatem comedentis, ita & sapor in manna erat. Sic & in carne CHRISTI, qui est sermo doctrinæ, hoc est, scripturarum sanctarum interpretatio, sicut volumus, ita & cibum accipimus. Si sanctus es, inuenis refrigerium: si peccator es, inuenis tormentum. Et *adipe frumenti satiat te.* Non dimittit aliquas reliquias. Ioan. 1.b *Benedixit filios tuos in te.* Psal. 75.a Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. *Qui posuit fines tuos pacē:* In alio psalmo legimus: *Et factus est in pace locus eius.* Pacē meam do vobis, pacem meam relinquo vobis: non sicut mundus habet pacem. Si quidem mundi pax, nostrum bellum est. Meam pacem do vobis. Bellum habetote cum mundo, & meā pacem habebitis. *Qui posuit fines tuos pacem.* Ioan. 14.b Qui ergo nō est in pace cum fratre, iste nō est in finibus Hierusalem. Dicat aliquis: Quid facio? Non vult mihi reconciliari frater: ergo extra fines sum Hierusalē? *Quantum*, inquit, *ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes.* Rom. 12.d Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus. Tu habeto pacem, si alius irascitur. Ille bellum habet, & per bellum illius tibi pax nascitur. Vulns scire quomodo & bellum pax sit? Infelix Iudas veniebat ad proditionem, & dominus ei pacis osculum porrigit: ille osculo bellum creat. Psal. 119.b Luc. 22.e

G b ¶ *Qui emittit, &c.*] Responde Iudæe: Si de frumento dicebat, & adipe frumenti satiat te: quomodo nunc dicit: *Qui emittit eloquium suum terræ? In principio erat verbum.* Ioan. 1.a Hoc verbum in carne mittitur *Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Qui emittit eloquium suum terræ.* Ibid 6. Eo tempore completum est: Terra dedit fructum suum. Psal. 66.a *Qui emittit eloquium suum terræ.* De prædicatione loquitur euangelica, & de doctrina apostolorum. Denique sequitur:

c ¶ *Velociter, &c.*] In omni enim terra auditus est sermo eius, & in orbe terrarum, apostolica doctrina. Vnus homo pauper, & iam senex prædicauit ab Hierusalem vsque ad Illyricum, & velociter currit sermo eius. Quoniam ergo venerat de Hierusalem vsque Illyricum, & velociter cucurrit sermo eius: deinde sequitur, & dicit ipse sermo qui prædixerat, de Hierusalem vsque ad Illyricum: Volo autem ire & ad Hispanias. Rom. 15.e Hoc loquitur apostolus Paulus: Videte velocitatem sermonis: Non est contentus ad orientem, ad occidentem currere desiderat.

H d ¶ *Qui dat niuem, &c.*] Videtis quanta sit difficultas, quàm obscura sunt quæ dicuntur.

e ¶ *Ante faciem frigoris eius quis sustinebit?*] Cuius? Nihil dicitur. Deinde dicitur:

f ¶ *Emittet eloquium, &c.*] De illo de quo dixerat: *Emittit eloquium suum terræ.* Emittit verbum suum. Quis emittit? Deus pater. *Et verbum erat apud Deum, & Deus erat verbū.* Diximus patrem, diximus filium: non possumus in duplo numero credere, nisi compleatur trinitas.

g ¶ *Flauit spiritus, &c.*] Videtis quoniam vbi pater & verbum Dei, statim & Spiritus sanctus est. Videamus ergo ab initio quod dicitur: Et adipe frumenti satiat te: emittit eloquium suum terræ, velociter currit sermo eius. Repente quid sequitur? Qui dat niuem sicut lanam. Sermo dñi, qui velociter currit, sic dicitur quasi nix, & ipsa nix est quasi lana. Videte misericordiā dñi. Cibus dñi, nobis in vestimentū vertitur. Dixerat Ioannes de dño Saluatore: *Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi.* Ioan 1.d Et in alio loco Esaias: *Quasi ouis ad victimam ductus est.* Esa 53 c De isto igitur agno, & de ista oue, lana ista est quasi nix. Dicit Esaias: *Si fuerint peccata vestra quasi coccinum, quasi niuem dealbabo.* Esa 1 c *Asperges me dñe hyssopo & mūdabor: lauabis me & super niuem dealbabor.* Psal 50 b *Qui dat niuē sicut lanā.* Tolle domine sordes meas: tolle quodcunq; vitij est. Niuem tuam & puritatem tuam tribue mentibus Christianis. Nisi tu nobis niuem dederis munditiarum tuarum, vestimentum tuum habere non possumus Christus vestimentū nostrum est. Si volumus Christi habere vestimentū, mūdi simus quasi nix. *Nebulam quasi cinerē spargit.* Malè interpretatus est Latinus nebulam. Quod enim ὁμίχλην dicitur in Græco: in Hebraico habet כפר, id est, pruinam. Denique ita sequitur. Pruinam sicut cinerem spargit. Docet nos, & facit nobis vestimentum quasi niuē, & cum nos vestierit vestimento suo, tunc nobis tribuit alimenta. Pruinā sicut cinerem spargit. Vide quid dicat: sicut cinerem. Vis esse mūdus, age pœnitentiam. *Panem meum sicut cinerem manducaui, & potum meū cum fletu miscebam* Psal. 101.b Nonne vides quomodo pruinam suam sicut cinerē spargit? Grandis rerum mutatio. De cinere nix fit. De pœnitētia, mundus efficitur. *Mittit crystallū suū sicut buccellas.* Quo modo panes frāgunt-

A tur, & buccellæ fiunt: sic & crystallus frangitur, & in buccellas vertitur. Crystallus naturam hãc habet, sicut aquæ quãdo congelantur: quod nos glaciem dicimus. Inter crystallum ergo & aquam hoc interest, hoc est, inter aquam & glaciẽ: quoniam aqua latissimè funditur: cæterùm crystallus quasi compingitur in se, & in vnam formam redigitur. Si quando aqua congelascit, crystallum efficit. Quoniam ergo nos in totum verbis carnes capere nõ possumus: frangimur, vt per partes illas capiamus. Res sunt obscuræ, & interpretationis difficultas non nobis concedit latius loqui. Ante faciem frigoris eius quis sustinebit? Cuius? Alij dicunt crystalli, alij domini. Mihi autem videtur de Deo dici. Ante faciem frigoris eius qui sustinebit? Quæ tormẽta dicuntur in scripturis sanctis peccatori præparata? Nihil gehenna calidius est, & tamen ipsa frigida est. Gehenna ex igne est. Sed si quis à charitate refrixerit, mittitur in gehennæ ignem. Scriptum est: Quoniam in nouissimis diebus *refrigescet charitas multorum*. Quicunque ergo sic refrixerit, iste mittitur in ignem. Dominus nobis præstet, ne quando frigus ingrediatur corda nostra, non peccamus, nisi ante refrixerit charitas. Denique quid loquitur Apostolus? *Spiritu ferventes*. Et Deus noster ignis est. Si ergo Deus noster ignis est: propterea ignis est, vt frigus diaboli eiciat. Aquilo ventus frigidissimus, nomine autem dexter vocatur. Pulchrè dixit, vocatur. Assumpsit enim sibi nomen, cum sinister sit. Si cuius ergo anima refrixerit, vt aquilo ventus frigidissimus est. Quando autem calor charitatis in corde nostro refrigescit? Si peccauerit, si refrixerit, si mortuus fuerit: diligenter attẽdite quæ dico: si refrixerit, si mortuus fuerit. Refrigescere autem, mortuorum est: calere, viuentium. Si quis ergo refrixerit, & mortuus fuerit, mittet Deus verbum suum, & liquefaciet eum. Dominus præstet, vt & nostrum frigus liquefiat, vt crystallum illud soluatur, & molle fiat. Emittet verbum suum, & liquefaciet ea. Da mihi peccatorem, quem dominus non respicit, non habere calorem: sed totum esse frigidum & mortuum. Si ad sermonem Dei compunctus fuerit, & cœperit agere pœnitentiam, & durissimum cor illius emollitum fuerit, eo tempore completur: *Emittet verbum suum, & liquefaciet ea*. Emittit pater, verbum mittitur: vngit Spiritus sanctus. *Flauit spiritus eius, spiritu feruentes*. Frigus non expellitur, nisi calore Spiritus sancti. Vbi sunt Eunomiani, vbi Ariani, vbi Macedoniani, qui dicunt Spiritum sanctum non numerari cum patre & filio? Deus pater mittit: verbum mittitur, & tamen plena sanitas non est, nisi Spiritus sanctus flauerit. *Flauit spiritus eius, & fluent aquæ*. Aquæ, quæ ante duræ erant, molles fient. Qui ante iustitiam audire, vel dare non poterat, iste nunc discipulus est. Quoniam autem multa locuti sumus, & quæ sequuntur, manifesta sunt: oremus dominum, vt nostra duritia mollescat, & nostra peccata purgentur, vt efficiamur quasi nix, vt & frigus diaboli quodcunque est, in cordibus nostris expellatur, & caleamus Spiritu sancto. Est quippe & malus calor. *Omnes adulterantes quasi clibanus corda eorum*: sed ille calor, calore Spiritus sancti expellitur: cui sit gloria in sæcula sæculorum Amen.

Mat 24 b
Rom 12 c
Deut 4 d
B
Osee 7. a

a ¶ Iste psalmus duo halleluia habet in titulo, & hoc multi putant, quoniam in titulo sint psalmi posita. Scire autem debemus, quoniam vnum halleluia de fine superioris psalmi est: aliud halleluia initium sequentis psalmi est. Et hanc regulam debemus accipere & scire: quoniam omnes psalmi, qui in principio habent halleluia, & in fine habeant. Multi autem putant, quoniam alterius psalmi principium sit. Non est ita, sed ille psalmus qui in principio habet halleluia, ipse & in fine habet. Hoc totum quare dixi? Vt sciatis quare in isto psalmo, duo halleluia præposita sunt.

iustitias & iudicia sua Israel. Non fecit taliter omni nationi: & iudicia sua non manifestauit eis.

a ¶ Halleloia Halleloia Aggæi & Zachariæ.

PSALMVS CXLVIII.

LAudate b dominum de cœlis: laudate eum in excelsis. c Laudate eum omnes angeli eius: d laudate eum omnes virtutes eius. e Laudate eum sol & luna f laudate eum omnes stellæ & lumen. g Laudate eum cœli cœlorum: & aquæ quæ super cœlos sunt, laudent nomen domini. h Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit,

C

PSALMVS CXLVIII.

LAudate b dominum, &c.] Ad laudem Dei sola hominum natura non sufficit, iungantur & cœli. *Laudate dominum de cœlis*. Non dixit: laudate cœli, sed vos laudate qui estis in cœlis, hoc est, qui habitatis in cœlis, throni, dominationes, principatus, potestates, seraphim, cherubim, & omne nomen quod dominatur non solũ in præsenti sæculo, sed in futuro. *Laudate dominum de cœlis*. Qui estis in cœlis, qui estis in excelsis, laudate eum in excelsis. Excelsi laudate excelsum. Non dixit: humilibus & deorsum positis, laudate: sed vos qui in sublimi estis.

c ¶ *Laudate eum*, &c.] Vides in quo gradu sunt angeli? Primum throni dicuntur. Throni, sedes. Non putemus cathedras esse, in quibus Deus sedeat: sed virtutes aliquas in cœlestibus, in quibus Deus sedeat semper, quasi in quadriga sua. *Laudate eum omnes angeli eius*. Qui angelus est, laudat: qui dæmon est, laudare non potest.

d ¶ *Laudate eum*, &c.] Quia ad laudes Dei angelos prouocauimus, & homo cunctarum virtutum nomen scire non potest, generaliter dico: *Laudate eum omnes virtutes eius*. Hucusque de inuisibilibus: laudate eum qui estis inuisibiles. Inuisibilia humanus oculus non potest intueri. Nunc venit ad creaturas, quos oculis cernimus.

e ¶ *Laudate eum*, &c.] Videte gentiles, videte Manichæi: Sol laudat, non laudatur. *Laudate eum sol & luna*. Vos solem Deum dicitis: Ecce post quanta laudat. *Laudate dominum de cœlis: laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius*. Deus vester in quinto gradu laudans ponitur. *Laudate eum sol & luna*. Non dixit: luna & sol, sed sol & luna: Quod maius in sole lumen est, prius laudat. Videte ordinẽ visibibũ. Laudate eum sol: post solem, luna: post lunam, omnes stellæ. Non tantùm lucifer: non tantum maiores stellæ, sed minores pariter laudent dominum. Dicat aliquis: Quomodo sol & luna & stellæ laudant Deũ? In eo quod à suo officio & seruitio non recedunt. Seruitiũ ipsorum, laus Dei est. Grandem honorem habes humana anima. Sol, & luna, & stellæ pro te currunt, pro te seruiunt. Angeli, throni, dominationes non habent solem necessarium, non lunam, non stellas. Super solem enim & lunam sunt in cœlestibus. Sol enim, & luna, & stellæ propter nos sunt, nobis seruiunt. Dicit & Apostolus, quod ipsa creatura congemiscit & parturit in liberatione seruorum Dei. Quando autem filij Dei assumpti fuerint, & ipsa creatura de hoc seruitio liberatur. Dicat aliquis: Quomodo sol seruit, & liberatur? Quomodo luna? Quomodo stellæ liberantur? Sol liberatur, ne Iudæos videat: nec gentiles, nec blasphemantes dominum suum. Videt parricidas, videt homicidas, & tamen seruit imperio eius qui iussit. Solem enim suum oriri facit super iustos & impios.

D
Rom. 8 d
Mat 5 g

f ¶ *Laudate eum*, &c.] Dicat aliquis: Quod est lumen sine sole, sine stellis, sine luna? Dicere possumus inter noctem & diem, vel inter diem & noctem, quod absque sole lucet: licet multi putent ipsum splendorem solis esse. Dicit igitur: *Laudate eum omnes stellæ & lumen*. Vt quomodo de inuisibilib. dixerat, laudate eum omnes virtutes eius: sic & de visibilibus dicat, laudate eum omne quod lucet.

g ¶ *Laudate eum*, &c.] Plures cœlos dicimus. Denique Apostolus vsque ad tertium cœlum raptum se esse dicit. Videte igitur quantus fulgor est, vt cœlum cœli sit. Et cætera quæ sequuntur, dixit de visibilibus.

2. Cor. 12. a

h ¶ *Quia ipse dixit*, &c.] Dei iussisse, fecisse est: eius imperium fabrica est. Quia ipse dixit, & facta sunt, secundum illud quod in Genesi scriptum est: Et dixit Deus, & fecit Deus. Hoc est, dixit Deus pater: fecit filius. Dicat aliquis: Ergo maior est ille qui iubet, & minor est iste cui iubetur.

Gen. 1. a

dauit, & creata sunt. [a] Statuit ea in sæculum. & in sæculum sæculi: præceptum posuit, & non præteribit [b] Laudate dominum de terra: [c] dracones, & omnes abyssi. Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius. Montes & omnes colles: ligna fructifera, & oẽs cedri. Bestiæ, & vniuersa pecora: serpentes, & volucres pennatæ. [d] Reges terræ, & omnes populi: principes, & oẽs iudices terræ. [e] Iuuenes & virgines, senes cum iunioribus laudẽt nomen domini: quia exaltatum est nomẽ eius solius. [f] Confessio eius super cælum, & terram [g] & exaltauit cornu populi sui: [h] Hymnus omnibus sanctis eius, filiis Israël, populo appropinquanti sibi.

Halleluia.

E tur. Dicunt hoc Ariani, dicunt hoc Eunomiani, & dicunt Macedoniani Respondeo tibi secundum sensum tuum,: O hæretice dicis: maior est pater qui iubeat, & minor est filius in eo quod iubeatur ab illo. Si hoc secundum sensum humanum accipis, responde mihi: quid est maius, iubere, an facere? Dico fiat domus, & alius facit domum. Dicere nihil grande est, facere difficile. Maior ergo ille qui facit, quam qui præcipit. Sed & hoc impium est: Non enim filius maior est patre. Sicut enim hoc impium est de filio contra patrem credere, sic & illud impium est de patre contra filium credere. Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit & creata sunt. Vna natura iubet & facit. Deus iubet, & Deus facit. Iubet pictor, vt pingat pictor: & pictor pingit, quod pingi præceperat.

a ¶ *Statuit ea in sæculum, & in sæculum sæculi*, &c.] Grandis est hominis honor, & grandis infelicitas. Sol tibi currit, elementa tibi seruiunt; & tu ignoras creatorem tuum. Præceptum posuit & non præteribit. Præceptum soli posuit. Ecce per tantos annos præceptum Dei nunquam præterit. Intantum non præterit, vt cursus eius ex humana obseruatione comprehensus sit. *Præceptum posuit, & non præteribit*. Lunæ præceptum posuit, vt per triginta dies crescat atque decrescat. Nunquid cursus suos aliquando mutat? In cœlo præceptum Dei seruatur, & in terra non seruatur. Mari præceptum posuit vt litora sua non egrediatur. Venit Oceanus tumens fluctibus, & in se redit, & præceptum Dei meminit. Totus mundus Deo seruit, & præceptum eius meminit, & homo solus non meminit. Ideo dicimus & in oratio-

Matt. 6.b ne dominica: *Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra*. Sicut

F in cœlo angeli tibi seruiunt, & creatura seruit: ita seruiat & homo. O infelix hominum genus. Descendit ad te Deus: quoniam tu ad cœlum non vis ascendere. Non tibi sufficit quod non suscipis, sed occidis: crucifigis, blasphemas, flagellas. Non tibi sufficit quod occidis, sed nec pænitentiam agis quod occideris. Dixit de inuisibilibus: dixit & de visibilibus, sed de visibilibus cælestibus: nunc etiam de terra. Videte ordinem laudantis. Primum laudant inuisibilia, deinde visibilia. Et ipsa visibilia diuiduntur in duo, in cælestia, & terrestria. Dixit de cælestibus, nunc dicit de terrestribus.

b ¶ *Laudate*. &c.] Quoniam laudauerunt angeli, laudauit cælum: laudet & terra. Videamus de terra qui prius laudent.

c ¶ *Dracones, & omnes abyssi, ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius: montes & omnes colles: ligna fructifera, & omnes cedri: bestiæ, & vniuersa pecora: serpentes, & volucres pennatæ.*] Post tanta quid dicitur? Post dracones, post serpentes, post ignem, post grandinem, post bestias, & vniuersa pecora: ô homo qui tibi grandis videris, de te dicimr, & non de simplici homine: sed de his hominibus, qui inter homines maiores sunt,

d ¶ *Reges terræ & omnes populi: principes*, &c.] Deinde quid sequitur?

e ¶ *Iuuenes & virgines, senes cum iunioribus laudent nomen*, &c.] Et cætera quæ sequuntur. O quanta in istis mysteria continentur. Laudauerunt cælestia, laudauerunt inuisibilia: nunc ad terrena descendit, & ad laudationem Dei pri-

Rom. 5.d mum dracones & abyssi concitantur. *Vbi abundauit peccatũ, superabundauit gratia*. Qui primum draco eras, qui habebas

Gen. 1.a venena serpentis. O tu qui primum abyssus eras, & tenebræ super abysso ferebantur. Videte quid dicat. Vbi dracones, vbi venena, vbi abyssus, vbi tenebræ? Ne desperes igitur. O tu qui draco eras: qui tenebrosus eras, & Deum laudare non audebas: age pœnitentiam, & statim conuerteris. Licet in Hebræo non habeat dracones, sed habet תנינים Thanninim, quod interpretatur, cete. Dicitur autem cete infinitæ esse magnitudinis. Denique ipse cete in abyssis esse dicatur,

G Dicamus ergo primum secundum literam: Videte quid dicat: Laudate ea quæ in mari sunt, & laudate ea quę extra mare sunt Dracones & oẽs abyssi. A parte totum synecdochicos. Deinde sequitur. Ignis: Videte concordantẽ discordiam aquæ & ignis: simul laudant Deum. Dracones & omnes abyssi. Vniuersa quæ nascuntur ex aqua, nascũtur ex igne, hoc est, ex humore & calore: nec ignis solus generare potest sine humore: nec humor sine igne. Nihil est tam contrarium, quam humor calori, & calor humori. Tamen voluntate Dei hæc quæ inter se diuersa sunt, in nostra natiuitate cõcordant. Grando, nix, glacies, & spiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius. Multa sunt quæ dicantur, & in singulis immorari nõ possum⁹. Grando, nix, glacies, & spiritus procellarum. Omnia quæ videmus in mundo, nobis seruiunt, Serpentes, abyssi, ignis, grando, nix, spiritus procellarum videntur sine ratione esse, sed nobis seruiunt. Die hesterna tempestas fuit, videbatur nobis esse contrarium: erat frigus, erat humor, erant pluuiæ. Hoc quod ad horam nobis videtur esse contrarium, pro nobis est: fructum enim nobis parit. Vide enim quod dicit: Illa & illa quæ faciunt verbum eius. Erubesce homo. Serpentes, abyssi, nix, pluuiæ, tempestas, verbum Dei faciunt, & tu non facis. *Montes & omnes colles*. Nec montes mutantur in colles, nec valles in montes: seruant naturam suam. Ligna fructifera & omnes cedri. Lignum vides quasi siccum amissis folus: æstas cum venerit, tibi mittit germen, tibi fructus parturit. Lignum tibi fructum parit, & tu Deo fructus non paris. *Et omnes cedri*. Imitare cedrum. Cedri nituntur ad alta: quasi ad cælum ire festinant. Et tu imitare ligna irrationabi- H

lia, Bestiæ & vniuersa pecora. Non mutant naturam suam. Omnia stant in ordine suo, absque solo homine, cui omnia subiecta sunt. Serpentes & volucres pennatæ Neque ea quę in cælo sunt, ad terram veniunt: sed ibi Deo seruiunt. Dicat aliquis, secundum historiam loqueris: non dicis Allegoricè. Si secundum historiam dicis: quare primum abyssi, & nix, & grando: deinde ligna fructifera, & cætera irrationabilia laudent Deum, & ad extremum, homo: Legamus Genesim, & secundum ordinem natiuitatis & creaturarum ita videbimus cuncta laudare. Ibi enim scriptum est, primum eas animantes factas esse, quæ in aqua sunt: deinde ea facta quæ in terra sunt: deinde facta volatilia, & postea hominem vnum fecit. Igitur sicut primum factum est, sic laudat dominum. Sed alius sensus est: O homo vniuersa ista quæ dixi, cuius causa facta sunt? Bestiæ, serpentes, ligna fructifera, volucres pennatæ: hæc vniuersa in eo laudant Deum: quia non mutant naturam suam. Reges terræ & omnes populi, principes & omnes iudices terræ. Iuuenes & virgines, senes cum iunioribus laudent nomen domini: quia exaltatum est nomen eius solius. Omnis ætas omnis sexus, omnisque potestas illum laudet: cui pater euacuatis potestatibus, dedit nomen excelsum, nec quisquam sibi quo vtitur, reuocet, sed ei de quo & sequitur.

f ¶ *Confessio eius super cælum & terram*.] Quia iuxta Apo- Phil. 2.b
stolum: omnia ei confitentur: non solum cælestia ac terrena, verumetiam & inferna.

g ¶ *Et exaltauit cornu populi sui*.] Ecclesiastiel vtique.

h ¶ *Hymnus omnibus sanctis eius, filiis Israel populo appropinquantis sibi*.] His deputatur cęlestis hymnus: qui in eo sancti effecti sunt, qui eum mente conspiciunt: qui eius fides appropinquant, quos ab eo peruersitas iniqua non separat: qui nos dignetur tradere in regnum Deo patri, & conformes efficere claritati corporis sui, vt iam non ei locali & transitorio cãtu, sed perpetuo & immobili cælestis stationis hymno, iugi modulatione canamus: quia ipsi est cum æterno Patre & Spiritu sancto & honor & gloria in sęcula sęculorum, Amen.

A

Psalmvs CXLIX.

Iste psalmus lectus est, qui habet in principio:

C*Antate a domino*, &c.] Quia & nonagesimusquintus psalmus, & nonagesimusseptimus, eadem babent principia. Nonagesimusquintus psalmus hoc titulo prænotatur: Psalmus Dauid, quando domus ædificabatur post captiuitatem, id est, post pœnitentiam domus Christi ædificatur. Quoniam igitur dixit primo: *Cantate domino canticum nouum*, & nouus populus cantat cãticum nouum, & benedixit: nos ad reliqua curramus.

Psalmvs CXLIX.

CAntate [a] domino canticum nouum: laus eius in Ecclesia sanctorum. [b] Lætetur Israël in eo qui fecit eum. [c] & filij Sion exultent in rege suo. [d] Laudent nomen eius in choro: [e] in tympano & psalterio psallant ei. [f] Quia beneplacitum est domino in populo suo, & exaltauit mansuetos in salutem. [g] Exultabunt sancti in gloria: [h] lætabuntur in cubilibus suis. [i] Exultationes Dei in gutture eorum. [k] & gladij ancipites in manibus eorum. [l] Ad faciendam vindictã in nationibus. [m] increpationes in populis. [n] Ad alligãdos reges eorum in compedibus, [o] & nobiles eorum in manicis ferreis. [p] Vt faciant

b ¶ *Lætetur Israel*, &c.] Ille lætetur, qui sensu videt Deum. Israël enim hic interpretatur, sensu videns Deum.

c ¶ *Et filij Sion*, &c.] Filij Ecclesiæ, filij noui populi, exultent in rege suo, in Christo, qui regnat in eis. Videtis quomodo leuiter summa quæque perstringimus.

d ¶ *Laudent*, &c.] Vbicunque chorus est, ibi diuersæ voces in vnum canticum congeruntur. Quomodo enim diuersæ chordæ vnam vocem efficiunt cantici: sic & diuersæ voces, hoc est, cum simul fuerint congregatæ, chorum domini efficiunt. *Laudent nomen eius in choro*. Vbi dissensio est, vbi inuidia: ibi chorus non est.

e ¶ *Laudent nomen eius in choro: in tympano*, &c.] Chorus iste canticum habet, & tympanum & psalterium habet. Crucifigamus corpora nostra Christo, & tali tympano canamus Deo. *In tympano & psalterio psallant ei*. Tympanum nõ habet carnem, sed pellem: Et nos quamdiu carnei sumus, non sumus tympanum. Tympanum non est, nisi quod non

B

habet carnes, nisi quod tenditur. Tympanum non potest esse contractum, sed extensum. Et nos peccata non contrahãt, sed iustitia dilatet. Ad reliqua percurramus. *In tympano & psalterio psallant ei*. Quod in choro dicimus, hoc dicamus in psalterio. Psalterium propriè genus organi est musici, quod est quasi cithara. Similitudinem habet citharæ, sed non est cithara. Inter psalterium & citharam, hoc interest. Cithara deorsum percutitur: cæterum psalterium sursum percutitur, quod verbo vulgari dicimr polyphtongum. Hoc est ergo psalterium. Hic ergo præcipitur nobis, vt in cantico nouo canamus Deo: non deorsum de cithara, sed desursum, hoc est, in psalterio.

Matt 5.a f ¶ *Quia beneplacitum est domino in populo suo, & exaltauit mansuetos*, &c.] *Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terrã*. Si ergo ibi dicitur: beati mites, hoc est, mansueti: quoniam possidebunt terram. Et hic dicitur: *exaltauit mansuetos in salutem*, & isti mansueti hæreditate possidebunt terram: ergo ista terra non est deorsum, sed desursum est. Quid enim dicit? *Exultauit mansuetos in salutem*. Si enim mansueti istam terram possiderent, quæ deorsum est, non diceret, exaltauit.

Psal 56.b g ¶ *Exultabunt*, &c.] In qua gloria? Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara: exurgam diluculo. In qua gloria?
Ioan 7.f *Necdum enim erat spiritus datus: quia Iesus necdum erat glorificatus*, hoc est, non erat crucifixus. *Exultabunt sancti in*
Galat 6.d *gloria*. Hoc ergo dico: exultabunt sancti in cruce. *Mihi autem absit gloriari, nisi cruce domini nostri Iesu Christi*. Ecce voce Apostoli, prophetia completa est.

Psal 6.b h ¶ *Exultent sancti in gloria: lætentur in cubilibus suis. Lauabo per singulas noctes lectum meum: lacrymis meis stratũ*, &c.] Illud peccatoris est: illud pœnitentis est. Hoc vero quod dicitur: lætabuntur in cubilibus suis, ad sanctos pertinet, ad iustos pertinet. Quis de nobis in cubili suo lætatur? Quis non pugnat cum carne sua? Ego cum è lectulo meo vigilauero non lætor, sed pugno: non regnum cælorum suspiro, sed cum carne pugno. Incendium carnis rigo lacrymis,

C

& extinguo. Propterea dicitur: *Lauabo per singulas noctes lectum meum: lacrymis meis stratum meum rigabo*. Lectulus meus, qui ardet libidine, extinguitur lacrymis. Felices isti, de quibus dicitur: *Lætabuntur in cubilibus suis*.

i ¶ *Exultationes Dei in*, &c.] Vtique qui clamat, non in gutture clamat, sed in labiis. Et quomodo dicit: *Exultationes Dei in gutture eorũ*? Clamantes in cordibus nostris, *Abba pater*: Rom.8.c
Vox quæ clamat ad Deum: non est labiorum, sed cordis est. Denique dicit dominus ad Moysen: *Quid clamas ad me*? Certe Moyses nihil dixerat. Exod.14.d

k ¶ *Et gladij*, &c.] Istud, qui exultant in cubilibus suis: de sanctis dicitur, de perfectis viris dicitur: quid habent aliud? Et gladios ancipites in manibus suis. Gladij sanctorum ancipites sunt. Legimus in Apocal. Ioannis, quæ in Ecclesiis legitur & recipitur. Neque enim inter apocryphas scripturas habetur, sed inter ecclesiasticas. Dicitur ergo ibi de domino Saluatore: *Et gladius*, inquit, *ex vtraque parte acutus egrediebatur de ore eius*. Vides ergo quod isti sancti gladios istos ancipites, quos habent in manibus, de ore domini susceperunt? Dominus ergo gladios de ore suo donat sanctis suis. Gladiũ ancipitem, hoc est, sermonem doctrinæ suæ. Gladium ancipitem, & secundum historiam, & secundum allegoriam, & secundum literam, & secũdum spiritum. Gladius iste anceps, duo capita habet, & de præsenti sæculo loquitur, & de futuro. Et hic occidit aduersarios, & in cælo aperit regna cælorum. Gladios istos quare habent sancti. Apoc.1.d

D

l ¶ *Ad faciendam*, &c.] O si & ego gladium istum ancipitem habere possem, vt vindictam facere possem in nationibus: gentes possem interficere: Arium possem: Eunomium possem: Manichæum possem: vniuersas hæreses possem. Et videte quid dicat: *Ad faciendam vindictam in nationibus*. Vt occidantur, & pereant? Non hoc dicit.

m ¶ *Increpationes*, &c.] Increpant vt saluentur populi. Saluentur, qui inducti sunt à malis magistris. Non autem possunt populi liberari, nisi magistri obligati fuerint. Vnde sequitur.

n ¶ *Ad alligandos reges*, &c.] Vis populum liberare? magistros liga. *Ad alligandos reges*. Non vocauit magistros, sed reges. Regnant enim in peccatis, & miseriis eorum. *Ad alligandos reges eorum in compedibus*: Benè dicit, in compedibus: ne magistri multum currerent, ne multos deciperent, sed colligerentur, & stent.

o ¶ *Et nobiles eorum*, &c.] Nobiles eorum videas inter hæreticos dicere: Iste vir doctus est, ille signa facit, iste dæmones eiicit. Sancti domini: quia habent gladios ancipites, hoc est, duorum capitum, & de veteri, & de nouo testamento, ligant illos magistros, & præpediunt pedes ipsorum, ne possint currere. *Et nobiles eorũ in manicis ferreis*. Ligant, non occidunt: non interficiunt, sed ligant. Vinciunt manus, & captiuos ducunt ad Ecclesiam vinculis ferreis. Catenæ istæ nõ fiunt, nisi de testimoniis scripturarum, dum testimonium iungo testimonio. Si vis, vt non rumpantur istæ catenæ: non sint simplices, sed hinc inde contextæ: Funiculus enim tri- Eccles.4.c
plex non rumpitur. Hoc autem totum quare fit? Psal.148.a

p ¶ *Vt faciant in eis iudicium conscriptum*.] Quid est iudicium conscriptum? Vt qui primum negauerant Deum, reuertantur postea ad pœnitentiam. *Iudicium conscriptum*, vt captiuos suos soluant, vt quos ligauerant, & quos ab Ecclesia duxerant, in Ecclesia postea dissoluant. *Vt faciant in eis iudicium conscriptum*. Verbis simplicioribus loquor, hoc est, vt sic eos iudicent, quomodo in scripturis sanctis digestum est.

a ¶ *Gloria*

faciant in eis iudicium conscriptum: [a] gloria hæc est omnibus sanctis eius.

¶ Halleluia.

PSALMVS CL.

LAudate [b] dominũ in sanctis eius: [c] laudate eum in firmamẽto virtutis eius [d] Laudate eum in virtutibus eius: [e] laudate eum secũdum multitudinem magnitudinis eius. [f] Laudate eum in sono tubæ: [g] laudate eum in psalterio & cithara. [h] Laudate eum in tympano & choro: [i] laudate eum in chordis & organo. [k] Laudate eum in cymbalis bene sonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis: [l] omnis spiritus laudet dominum.

Halleluia.

PSALMVS CXIX.

AD dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me.

Domine

D a ¶ *Gloria hæc est omnibus*, &c.] Vere non gloria est, vbi est aurum, vbi est argentum, vbi gemmæ, vbi vestimenta sunt serica. Quicunque habet istos gladios, quid habet aliud necessarium? Vide quid dicit: Gloria hæc est omnibus sanctis eius: Rogemus Deum, vt hanc habeamus gloriam, vt gladius de ore nostri Saluatoris egrediens, armet nostras manus. Qui hanc romphæam habet, sæculi gladium non timet. Rem vobis dico nouam: Frequenter gladius istius sæculi concidit illum gladium. Frequenter euenit, vt sæculi gladius donet nobis illum gladiũ. Si enim istum timuerimus, illum non accipiemus. Gratias igitur agamus ei, qui habet istum gladium, & benedicamus eum in sæcula sæculorum, Amen.

¶ Iste psalmus tertij quinquagenarij continet sacramẽtum, id est, quod primus per baptismum & pœnitentiam ad innocentiæ nos regenerat bonum: secundus, post iudicium fructum innocentiæ comprehendit: tertius, expleta diuinæ ciuitatis ædificatione, & cõsummata omnium sanctorum spe, ad æternam gratulationem laudationemque nos exhortatur. Ait enim:

PSALMVS CL.

F LAudate b dominum, &c.] Qui eos post celebratum iudicium, in æternitatis gloria collocabit.

c ¶ *Laudate eum*, &c.] Eo quod omni infirmitate sublata:
1 Cor 2.c firmamentum his æternæ virtutis innexerit.

d ¶ *Laudate eum in virtutibus eius.*] Pro eo quod mortem immortalitate potentialiter consumens, incommutabilis vitæ eis tribuerit gloriam, quam *nec oculus vidit, nec auris audiuit,*
Ioan.14.a *nec in cor hominis ascendit.*

e ¶ *Laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.*]
Rom 16.a Quia multifario honore distinctas cælestium corporum deputat mansiones, sicut dominus ait: *Apud patrem meum multæ mansiones sunt.*

f ¶ *Laudate eum*, &c.] In quo bello occisi vicerunt: contereute domino satanam sub pedibus eorum.

g ¶ *Laudate eum*, &c.] Eo quod eis, vel decalogum legis implere præstiterit, vel post mortificatam carnem, quæ cithara accipitur, in se viuificauerit

h ¶ *Laudate eum*, &c.] In tympano, quod mortificatum corpus sit immortalitate donatum. In choro, quod choris sit angelicis sociatum.

i ¶ *Laudate eum in chordis*, &c.] Quod per ciborum abstinentiam retortis visceribus, concupiscentiisque euictis carnalibus, digni inuenti sunt regno Dei, ad concinendas diuinas laudes.

k ¶ *Laudate eum in cymbalis bene sonantibus: laudate eum in cymbalis bene*, &c.] Impletur hæc laus in cymbalis bene sonantibus exultantibusque, eo quod corruptione carnis sanguinisque depulsa, conformati ad imaginem creatoris, omni plenitudine spei completa, sicut sol resplendeant in regno Dei patris omnipotentis.

l ¶ *Omnis spiritus laudet dominum.*] In hoc ergo regno non caro, non sanguis, non corruptio, sed homo iam spiritualis totus effectus, Deum in spiritu (qui spiritus est) laudare non desinat. Qui nobis præstare dignetur, vt in hoc sæculo factores legis effecti: in huius vitæ agone probati, & fideles inuenti, spiritualibus ditati fructibus, his mereamur adiungi concentibus. Ipsi gloria & imperium cum æterno Patre, & Spiritu sancto, & in cuncta sæcula sæculorum, Amen.

SECVNDA EXPOSITIO SVPER PSALMVM CENTEsimum decimum nonum. G

VEniamus ad psalmũ, qui post centesimum decimumoctauum psalmũ lectus est. Centesimus decimus octauus psalmus (vt frequenter diximus) literatus est, hoc est, alphabetites est: Ab aleph enim incipit vsque ad extremam literam Hebræã, quæ Hebraice dicitur, Tau. Et singuli versus, à singulis literis incipiunt. Viginti duæ sunt literæ Hebraicæ, & octoni versus à singulis literis incipiunt. Verbi causa: ab A litera, quæ dicitur, aleph, octo versus incipiunt. Rursum cum illi finiti fuerint, à secunda litera, quæ dicitur beth, alij octo versus incipiũt. Et in tertio illis finitis, ab altera, quæ vocatur, gimel, alij octo versus incipiunt. Ergo centesimus decimus octauus psalmus alphabetites est. Si volumus legere epistolam, non possumus legere, nisi prius sciamus literas. Sic igitur & nos non possumus scripturas cognoscere, nisi primum alphabetum nouerimus. Centesimus ergo decimus octauus psalmus alphabetites moralis est, & instruit vitam nostram. Et quia nunc non est temporis de vniuerso psalmo dicere, dicamus nunc de primo graduum psalmo, qui sic incipit:

PSALMVS CXIX. H

AD *dominum cum tribularer clamaui*, &c.] Propterea autem vocantur graduum psalmi, vt frequenter diximus: quoniam gradibus quibusdam ad maiora conscendimus. Nunc non est tẽporis de omnibus psalmis graduũ disputare, & dicere: quomodo per singulos psalmos gradus fiant, vt ad summa veniamus. Interim dicamus nunc de primo gradu, relinquentes mysterium, quare decimus quintus gradus dicatur: eandẽ enim rem frequenter dicere, tædium est audientibus. Vnde & Apostolus quindecim dies se testa- Gal 1 d
tur fuisse apud Petrum in Hierosolyma, vt conferret vtrũque testamentũ, & septenarium, & octonariũ. Multa sunt, quæ dicantur. *Ad dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me.* Quicunque adhuc in imo gradu est, respicit altissimum gradum decimumquintum. Quicunque in quintodecimo fuerit, iam iuxta templum est: & istud templum cuius nunc ruinas videmus, offendit dominum suum. Et quid di- Ioan 14 d
xit dominus? *Surgite, abeamus hinc.* Et quid dicit in alio lo- Luc 13 g
co? *Relinquetur vobis domus vestra deserta.* Dominus egressus est, & templum corruit. Hoc igitur templum in circuitu quindecim gradus habet. Signa aliqua videmus: numerate, & videbitis ita esse, vt dicimus. Leuitæ igitur, & Sacerdotes, vnusquisque secundum ordinem stabat in gradibus. Verbi causa: Qui pontifex erat, stabat in primo gradu, hoc est, in quintodecimo gradu sursum. In secundo verò gradu stabant sacerdotes; & in ipsis sacerdotibus erat diuersitas. In tertio rursum minores stabant. In quarto rursum stabant Leuitæ; & inter Leuitas erat multa diuersitas: quicunque erat extremus, ille in nouissimo gradu erat. Considerate quoniam terrenũ hoc templum, cælestis tẽpli figura est: *stella enim à stella differt in claritate: ita & resur-* 1 Cor 15 f
rectio mortuorum. Felix qui in quintodecimo gradu in cælesti Hierusalem, & in templo esse meruerit. Tamen quia illud grande est & illud puto esse Apostolorum, martyrumque Sanctorum: nos oremus, vt saltem in vltimo gradu tẽpli domini esse mereamur. In diuersis quidem stant gradibus: sed vnum psalmum in laudes domini canunt. Diuersa loca sunt: sed vna laus domini. Hoc quod diximus de cælesti Hierusalem, nunc interim in isto sæculo cõstituti, puto de-

A basom ribus exercere. Alius noſtrum in primo gradu eſt, nō deſperet ſecundum: qui in ſecundo gradu eſt, non deſperet tertium. Felices martyres, quorum multi de nouiſſimo gradu, in primum gradum aſcendere meruerunt. Qui viuit in iſto ſæculo, non poteſt ſtatim de primo ad ſummū conſcendere.

a Domine libera animā meam à labiis iniquis, & à lingua doloſa b Quid detur tibi, aut quid appona-ri

Non debemus igitur cōtenti eſſe primo gradu, ſemper debem⁹ ad maiora conari. Nec qui in nouiſſimo eſt, deſperet primum: nec qui in primo eſt, debet eſſe ſecurus: poteſt enim cadere in vltimum. Ego puto illud eſſe quod ſignificat etiam Iacob ſcala: qū fugit Iacob Eſau fratrē ſuum. *Et venit*, inquit, *in Bethel, & dormiuit ibi, & poſuit lapidem ad caput ſuum.* Videte ***** noſtrum, fugiebant hominem crudeliſſimum: fugiebat fratrem, & auxiliū inuenit in lapide. Lapis ille Chriſtus eſt: lapis hic his qui perſecutionem patiuntur, auxilium eſt. Cæterum Iudæis incredulis, *lapis offenſionis, & petra ſcādali.* Et vidit, inquit, ibi Iacob ſcalā erectā de terra vſq; ad cælum, & in cælo, inquit, dominū Et *vidit*, inquit, *angelos aſcendentes & deſcendentes.* Videte quid dicat: Vidit angelos conſcendentes: Vidit Paulū conſcendentem. Vidit angelos deſcendentes: Iudas proditor corruebat. Vidit angelos aſcendentes: ſanctos homines de terra ad cælum pergentes. Vidit angelos deſcendentes: diabolum & dæmones, cum exercitu ſuo de cælo præcipitatos. Grandis eſt difficultas de terris ad cæleſtia conſcendere. Facilius ruimus, quàm conſcēdimus: facilè ruimus in aſcendendo: grandis labor eſt. grandis ſudor eſt. Si fuero in primo gradu, quantum mihi reſtat vſque ad cælum? Si fuero in ſecūdo, ſi in tertio, ſi in quarto, ſi in decimo, quid mihi prodeſt, niſi ad ſummū peruenero? Fac mihi iſtam ſcalam quindecim habere gradus, veni vſque ad quartumdecimum: niſi quintumdecimum tenuero, quid mihi prodeſt, quòd ad quartumdecimum veni? & ſi ad quintumdecimum venero & corruero, maior aſcenſus, maior ruina eſt. Simulque conſidera ſacramentum: quia grandis labor eſt, & grādis ſudor, de terris ad cælum cōſcendere. Vultis ſcire, quæ ſunt iſti gra-

B dus? Qui eſt primus gradus? Ego puto primum gradum eſſe ieiunium: adhuc enim iuxta terram eſt: recedimus de terra, conſcendimus: tamen adhuc de terrenis, & corporalibus cogitamus. Dicat aliquis: quid mihi prodeſt ieiunium: ego

1.Cor.9 d quæro, vt anima mea pura ſit apud dominum: quanti non ieiunant, & ſancti ſunt? Ego non hoc dico. Si Paulus Apoſtolus caſtigabat corpus ſuum, & ſeruituti ſubiiciebat, ne aliis prædicans, ipſe reprobus inueniretur. Si dicit: *Video autem aliā legē reſiſtentem legi mentis meæ, & ducentē me in captiuitatē* Et poſtea dicit: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Si ille inſidias corporis timet, nos ſecuri ſumos? Si ille dicit: *Quando infirmor, tunc fortior ſum:* infirmitas corporis, ſanitas animæ eſt. Hoc totum quare dico? Quia abſtinentia primus gradus eſt, & non ſtatim putemus, quod ſi ieiunauerimus, conſcendamus ad regna cælorum. Ieiunia nos non ducunt ad regna cælorum: ſed ſine ieiuniis non conſcendimus ad regna cælorum. Sola non proſunt, cum aliis proſunt. Hoc totum quare dixi? Quia quaſi fundamentum eſt, aſcendentibus ad maiora. Secundus verò gradus eſt, ſæculo renuntiare, nihil de ſæculo quærere. terrena contemnere. Aliquis dicat: Et hoc facere ſecundos eſt? Ego dico ſecundum. Nihil eſt terrena dimittere: vitia animæ dimittere, grande eſt. Si enim ieiunauero, hoc eſt, ſi fuero in primo gradu: ſi dimiſero poſſeſſiones meas, hoc eſt, ſi fuero in ſecundo gradu, quid mihi prodeſt ſi rixoſus ſum, ſi iracundus ſum, ſi detractor ſum. ſi inuidos ſum? Nihil grande eſt terrena dimittere: maiora ſunt vitia, quæ dimittenda ſunt, ſed dicat aliquis, difficile eſt, grande eſt, durum eſt. Et ideo grande eſt: quia difficile eſt. Athleta non coronatur, niſi legitimè certauerit. Nulli faciat deſperationem: arduus aſcenſus eſt, difficilis eſt: deſperatio naſcitur. Noli deſperare ô homo: in quintodecimo gradu dominus ſupra eſt: intuetur te, dat auxilium. Si in primo gradu es, & videtur tibi grande eſſe ſpatium inter primum & quintumdecimum, noli reſpicere gradum ſed cælum aſpice. Et vide quid dicat; non dixit: Vidi dominum ſtantem in quintodecimo gradu: nos enim ad ſtantem & erectum dominum peruenire non poteramus. Sed

vide quid dicat: Vidi dominum innitentem ſuper ſcalam. C

Vide quid dicat de eo, qui ſtabat? incuruauit ſe, & humiliauit ſe, vt nos poſſimus aſcendere. Dñs incuruus eſt propter te, humiliauit ſe: ſecurus aſcende. Iſte igitur, qui nūc in primo gradu eſt, non eſt in t bulatione: iam enim receſſit de tribolatione; iā in primo gradu poſuit pedem. Non enim dicit nunc tribulor, nunc clamo: ſed quia in primo gradu eſt, refert quid paſſus ſit. Et quid dicit? *Ad dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me.* Antequam in primo gradu pedem ponerem, tribulabar: quia non poteram terrena dimittere. *Ad dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me.* Videmus iſte verſiculus nihil habere intrinſecus. Verſiculus paruus eſt: ſed tres ſenſus habet in ſe pariter conglutinatos Quid enim dicit? Cùm tribularer, ecce vnum: clamaui, & poſt clamorem quod & audiuit me. In vno verſu prior tribulatio, clamatio, exauditio. Non dixit: Quando ſecurus eram, quando lætus eram, clamaui: ſed quando tribulabar, clamaui. Petitis, inquit, & non exaudimini: quia negligenter petitis. *Ad dominum cum tribularer, clamaui, & exaudiuit me*, quid me exaudiuit? Fecit me ſtare in primo gradu: verùm ad comparationem quinti decimi gradus, quid eſt eſſe in primo gradu? Dimiſi terrena, necdum ad alta conſcendi: ergo non debeo eſſe ſecurus: in cæteris gradibus debeo auxilium Dei poſtulare.

a ¶ *Domine libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua doloſa.*] Dicit hoc de omnibus hæreſibus, dicit de Iudæis, dicit de Arianis, dicit de Manichæis, dicit de cæteris hæreſibus. Quando dicit Arianus, pater maior, filius minor: quid dicemus nos? Domine libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua doloſa. Quando dicit Manichæus, & ſimilis Manichæorum, dominus non reſurrexit in corporis veritate, & vt ſcias non fuiſſe verū corpus, clauſis ingreſſus eſt oſtiis: nos quid dicemus? *Domine libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua doloſa.* Maiora vulnera ſunt linguæ, quàm gladii. Gladius interficit corpus, animam non interficit. Lingua animam interficit: lingua mala res eſt, malum magnum: modicum quidem membrū, ſed magna exulcerat Quanta mala habeat lingua, legite epiſtolam ſancti Iacobi. Lingua nihil medium habet: aut grande malum. aut grande bonum. Grande bonum, ſi Chriſtum Deum confitetur. Grande malum, ſi Chriſtum Deum negat. Ergo ne putet aliquis, & dicat interim; opere nō peccaui: ſi peccaui, lingua peccaui. Quod eſt maius peccatum, quàm blaſphemia in Deum? & tamen lingua peccat. Diabolus cur de cælo cecidit: quia furtum fecit? quia homicidium fecit? quia adulterium commiſit? Et hæc quidem mala ſunt: ſed diabolus non propter hoc cecidit, ſed propter linguam ſuam cecidit. Quid enim dixit? *In cælum aſcendam, ſuper ſidera cæli ponam thronum meum, & ero ſimilis altiſſimo.* Non ergo putent monachi ſe debere eſſe ſecuros, & dicant interim: Grandia crimina non facimus in monaſterio: non adultero: non furtum facio: non homicidium facio: non parricidium facio, & cætera, quæ grandia vitia ſunt. Grande ſcelus eſt, quando detraho fratri meo: lingua mea fratrem interficio. *Qui enim odit fratrem ſuum, homicida eſt.* Videte quid dicat Salomon: *In manu linguæ, mors & vita.* Videte quid dicat: *In manu linguæ.* Vides quantum malum ſit lingua, & manum habet. Quid enim dicit? *In manu linguæ.* Grande vitium eſt detrahere fratribus, tacere non poſſe, circuire cellas, aliis detrahere. Ego peccator ſum, iſte peccator eſt: quid ad te? Teipſum conſidera ne cadas. Quid in alterius ruina exultas? Nunquid ſi ego cecidero, tu ſtabis? Licet ruina mea ſit ruina fratris, timor tuus eſſe debet, non exultatio. Ille cecidit: lætaris, an triſtis es? Reſponde mihi: Frater cecidit: aut lætus es aut triſtis? Si lætus es, vt quid in alterius ruina lætus es? Si autem triſtis es, quid circuis, quid aliis narras? triſtitiam tuam Deus videat, & ipſe frater ſentiat, non fratrum aures audiant. Domine libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua doloſa.

b ¶ *Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam, &c.*] Spiritus ſanctus reſpondet prophetæ dicenti: Domine libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua doloſa: quid

Marginal notes: Gen.28 c; 1.Pet.2.b; Gen.28 c (right); Ioan.20 f; D; Iacob 3; Eſa.14.a; 1.Ioan.3 b; Prou.18 d

apponatur tibi, ad linguam dolosam? [a] Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus desolatoriis. [b] Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est: [c] habitaui cum habitantibus Cedar: [d] multum incola fuit anima mea. [e] Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus: cum loquebar illis, impugnabant me gratis.

E quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguã dolosam? Respondere ei & dicit, tu qui dicis: domine libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua dolosa: quid tibi vis dari? Et postquam datum tibi fuerit, quid tibi rursum apponi vis ad linguam dolosam? Videte quid dicat: Non dixit, contra linguã dolosam: sed ad linguã dolosam. Si dixisset contra linguã dolosam, videretur de aduersario dicere. Videte quid sit sacramentum prophetæ: imo sancti in primo gradu cõstituti. Dico simplicius propter simpliciores. Quid dicit? Domine libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua dolosa. Verbi causa, à labiis aduersarij mei, qui mihi detrahit. Sed dominus aliud respondet: Et quid dixit? Non dixit, quid detur tibi, aut quid apponatur tibi contra linguam dolosam, hoc est, non dixit quid desideras tibi fieri contra aduersariũ tuum. Sed quid dixit? Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam. Non dixit contra linguam sed ad linguam. Videte quid dicat, ad linguam dolosam: ad tuam linguam, non aduersarij. Si enim aduersarius tibi detrahit, nihil tibi nocet, tu te interficis si alij detrahas. Verbi gratia, Si detrahat mihi frater, mihi quid nocuit? Si dicat me homicidam, si dicat me adulterum, si sceleratum, si mendacem, mihi quid nocuit? E duobus enim vnum est: aut verum dicit, aut mentitur. Si verum dicit, non mihi illud nocet quod ille dixit: sed quia verè ego feci. Si autem mentitur, mendacium ipsius non mihi nocet: sed interficit animam loquentis. Infelices sumus, miseri sumus. Quando aliquem habemus inimicum, dum putamus quod contra ipsum facimus, contra nos facimus. Detrahimus illi, huc illucque circuimus, omni-
Sap. 1. c bus dicimus de eo: putamus quod illi noceamus? Illi non nocemus, sed nostras interficimus animas quod mentimur.
F *Os enim quod mentitur, occidit animam.* Quid detur tibi, aut apponatur tibi ad linguam dolosam? Quasi bonus medicus, qui dicit: ad hanc infirmitatem, ad hoc vulnus, quid tibi vis imponi, quod tibi vis emplastrũ imponi? Quomodo si dicat aliquis ad vulneratum aliquem: quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad vulnus quo doles? Interrogat dominus: non quod ignoret, sed quod iste, qui rogabat, sciat quomodo rogare debeat.

a ¶ *Sagittæ potentis acutæ cũ carbonibus, &c.*] *Sagittæ potentis acutæ.* Nunc respondet ad dominum, quid petat. Quia dixerat dominus: quid detur tibi, aut quid apponatur tibi? Nunc iste dicit, quid petat: Domine hoc peto: sagittas potentis acutas, cum carbonibus desolatoriis. Videte quid dicat. Venenum linguæ meæ, & detractionem meam, nulla res potest foras proiicere, nisi sagittæ tuæ, quæ solitudinem faciunt linguæ meæ. Lingua mea tumet, venenum habet intrinsecus: nisi sagittis tuis compuncta fuerit, & percussa, venenum non egreditur. Debemus exemplum dare: si quãdo in corpore vulnus est, & in ipso vulnere iam putridæ carnes sunt, & cancer est, & fuerit pus intrinsecus: nisi apertum fuerit, non egreditur pus: Et si egressum fuerit pus: nisi cauteriatum fuerit, rursum renascitur pus. Vide igitur quid dicat: Quia tumet lingua mea, & pus habet, & venenum habet: primum sagittis tuis vulnera, vt pus possit exire: deinde carbones tuos & ignem pone, vt quicquid malum fuerit, excoquat, & desertum faciat. Vide igitur quid dicat: *Sagittæ*
Luc. 24. c *potentis acutæ cum carbonibus desolatoriis.* Vtinam detur no-
Esa. 47. b bis iste carbo desolatorius. Vtinam & nos dicamus: *Nonne*
Act. 2. a *cor nostrum erat ardens in via, cum aperiret nobis IESVS scripturas?* Dicit & Esaias ad Babylonem: Habes carbones ignis, sedebis super eos: hi erunt tibi in adiutorium. Et apostoli antequam acciperent Spiritum sanctum, habebant in lingua sua adhuc aliquos tumores humanos: propterea Spiritus sanctus descendit in specie ignis in linguas eorum, vt quicquid putris habebant, Spiritussanctus decoqueret. Dicamus & aliud exemplum: Esaias cùm vidisset domi-
Esa. 6. b num sedentem super thronũ excelsum & eleuatum, quid dicit: *Væ mihi misero, quia compunctus sum: quia labia immunda habeo, & in medio populi immunda labia habentis, ego sedeo.* Vide, quid dicit? *Væ mihi misero: quia immunda labia habeo.* Et postea quid dicitur? Quoniam labia habebat immunda, propterea mittitur vnus de Seraphim, & tollit carbonem ignis de altari, & tangit labia ipsius & linguam, & purgat eam. Et quid dicit? *Ecce hoc tetigi labia tua, & mundaui linguã tuam.* Et statim quid dicit? *Quẽ mittam ad populũ istum, & quis ibit?* O mysteria scripturarum, quamdiu habebat linguam dolosam & labia immunda: non ei dicitur, quem mittam, & quis ibit? mundantur labia ipsius, & statim mittitur ad loquendum. Ergo, qui labia immunda habet, non potest prophetare non potest mitti in obsequium Dei. Cum carbonibus desolatoriis. Vtinam præstetur nobis & ista solitudo, vt quodcunque malum est, tollat de lingua nostra, vt vbi spinæ sunt, vbi vepres sunt, vbi verticæ sunt, mittatur ignis domini, & vniuersa exurat, & fiat solitudo Christi. G

b ¶ *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est.*] Hoc sanctus dicit, qui corpus non desiderat, qui terram non quærit, qui cælum cupit. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Quando ægrotamus: quando febricitamus: quando suspicamur nos mori: quando iactamus brachia: quando timemus, quando commeatum petimus, istum versiculum non possumus dicere: Iste sanus erat, non ægrotabat, & quid dicebat? *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est.* Quamdiu enim sumus in tabernaculo corporis
huius, peregrinamur à domino. *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est.* Incolatus meus: Non dixit, habitatio mea, sed incolatus meus: in sæculo enim præsenti non habemus habitationem, sed peregrinationẽ. Vnde & Apostolus dicit: Quasi aduenæ, & peregrini. *Aduena ego sum, & peregrinus.* 2. Cor. 5. b
Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Quod dicit, 1. Pet. 2. b
hoc est: Infelix ego, quamdiu sum in isto corpore? Quis nostrum hoc potest dicere? Si octogenarij fuerimus, timemus mori: & si centenarij sumus, & ægrotamus, tamen commeatum, & spatium postulamus. Hoc totum quare facimus? H
Quia peccatorum nos conscientia remordet. Scimus enim: quia si recedamus de corpore, non imus ad Christum, sed ad gehennam. Apostolus quid dicit? *Cupio dissolui, & esse cum Christo.* Da mihi securitatem: quia post mortẽ futurus sum cum Christo, etiam nunc mori cupio. Ergo iste quia sanctus Philip. 1. d
est, propterea dicit: *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est.*

c ¶ *Habitaui cum habitantibus Cedar.*] Cedar in lingua nostra interpretatur, tenebræ. Vide ergo quid dicat: In quo loco sumus, in quali mundo fuimus? Habitaui cum habitantibus Cedar. Diu fui in tenebris, diu vixi in tenebris, diu fui in corpore mortis huius.

d ¶ *Multum incola fuit anima mea.*] Vide sanctus quid dicat: Et si decem annos vixi, multũ incola fuit anima mea. Quæ enim beatitudo est, ad comparationẽ cælestium esse in terrenis? Multa sunt quæ dicantur: sed iam ad finem festinat oratio.

e ¶ *Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus: cum loquebar illis, &c.*] Infelices nos, linguam nostram continere non possumus: non possumus non detrahere, si nos aliquis offenderit, quasi vultum ostendimus pacatum, cæterum cor habet venenum. Monachi dicimur, & licet non simus, quales esse debemus, tamen dicimur. Hora tertia oramus: hora sexta oramus: nona, lucernarium facimus: media nocte consurgimus: deinde gallicinio oramus. Videte quibus horis semper ad obsequium Dei suscitamur. Videte quid dicat: hora tertia, sexta, nona, lucernariũ, medio noctis, gallicinio, mane primo. Hoc totum facimus, & nõ consideramus: quia si inimicitias habet anima nostra contra fratrem, sine causa oramus. In euangelio enim quid dicitur?
Si offers munus tuum ad altare, & recordatus fueris ibi quod Mat. 5. c
aliquid frater tuus habet aduersus te. Videte quid dicat: Non dixit: si habes aliquid contra fratrem tuum, sed si aliquid frater tuus habet contra te. Rem quasi iniustam videtur nobis imponere: si enim dixisset, si habes aliquid contra

A fratrem tuum, in nostra erat potestate quod habebamus. Nunc vero quid dicit? *Si recordatus fueris, quod aliquid habet frater tuus aduersus te.* Respondeo ei: Domine non est hoc in mea potestate, si frater meus habet aliquid contra me, ego nihil habeo contra eum. Si ille habet contra me, ad me quid pertinet? Et quare non vis suscipere munus meum, & dicis: si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quòd frater tuus aliquid habet contra te: dimitte munus tuum, & vade prius reconciliare fratri tuo, & sic offeras munus tuum. Ecce ego nihil habeo: si ille habet, ad me quid pertinet? Respondet tibi dominus: Et quid dicit? Male serue, intelligo animum tuum: Nihil habes contra fratrem tuũ? nihil habes? amas illum? Quare ergo saluari eum non vis? Si amas illum, vade roga eum, ne ille contra te habeat, vt saluari possit. Sed ostendis quia non diligis eum: quia saluari eum non vis; vade roga eum: mitte te ei ad pedes eius, diebus & noctibus deprecare dicito: munus meum dimisi ad altare, propter te victimas offerre non possum. Ille compungitur, & quid dicit? Si iste qui me rogat, non offert munus suum: ego qui rogatus sum, & non ignosco, quid facturus sum? propterea

Rom. 12 d dicit & Apostolus, vt inimicis nostris mãducare debemus & bibere. Et quid dicit? *Hac enim,* inquit, *faciens, carbones ignis congregas super caput eius.* Dicat aliquis: hoc inimici faciunt? ideo benefaciunt aduersario, vt carbones ignis congregent super caput eius. Sed aliud dicitur: si tibi ille malè fecerit, & tu ei bene feceris, carbones ignis cõgregas super caput eius, hoc est, mundas vitia eius, & excoquis malitiam eius, vt ad pœnitentiam conuertatur. Videte ergo quid dicat hic sanctus propheta: *Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus.* Nõ dixit: qui volebant pacem, sed qui oderunt pacem. Illi oderant pacem, & ego amabam eos, qui oderunt pacem. Ideo

Rom. 12 d, Mat. 18 c dicit & Apostolus: Quantum ex vobis est, *cum omnibus hominibus pacem habentes.* Rogemus fratrem: Si inimicus noster est, rogemus, & bis, & ter, & septies. *Domine, & si peccauerit frater meus, quotiens dimittam illi, septies? Dico tibi:*

B *non septies, sed septuagies septies,* hoc est, quadringenties nonagies. Si voluerimus computare de mane vsque ad vesperam, tanta peccata facere non possumus, quadringenta nonaginta. Tamen quid dicit dominus? Si septuagies septies peccauerit in die, & conuersus rogauerit te, dimitte ei. Sed dicis: non ex toto corde conuertitur, mentitur. Nos dimittamus Deo iudicium, rogat me, deprecatur: non dicit hoc vere, Deus nouit: Ego vocem audio: Christus cor intelligit: ego suscipio quod audio: suscipiat Christus quod nouit. Deinde vide mercedem tuam: mentitur ille, tu verum suscipis: illius interfectio est tua salus. Hoc totũ quare locutus sum? Quoniam in monasteriis & maxime in cœnobis, solent esse ista vitia. Non erubescimus, non dolemus, dimisimus matres,

C dimisimus patres, dimisimus fratres, dimisimus sorores, dimisimus vxores, dimisimus filios, dimisimus patrias nostras, dimisimus domos, dimisim⁹ cellulas nostras, dimisimus cellas, in quib. nati sumus & nutriti, & dimisimus seruulos, cũ quib. nutriti sumus, venimus in monasterium: & propterea hæc dimisimus omnia, vt propter rem friuolã rixã cum fratribus faciamus in monasterio? Dimisimus possessionem, dimisimus patriam, dimisimus sæculum: & propter calamum, rixam facimus in monasterio? Si verbum amarum audiero, ferre non possum, æstuat in corde meo: scribitur in medullis meis diebus decem, aut quindecim, non potest tolli de corde meo: loquor fratri meo, qui mihi iniuriam fecerat, & pacem labiis promitto, & corde venenum teneo. Frequenter, & oculi, & vultus mentis iudicium sunt. Quando cor nostrum vulneratum est contra aliquem, non possumus eum

Gen. 37 a aspicere rectis oculis, vultus ipse, & oculi quasi speculum animæ nostræ sunt. Quid dicit scriptura. *Et non poterant loqui ei quicquam pacificum,* non poterat lingua mentiri, quod cor intus nõ continebat. Hoc igitur dico & vobis ipsis, & mihi: neque enim ad hoc prædico, vt quasi me securum faciam: occasio istius versiculi compulit nos ita dicere. Grande malum est lingua. *Domine libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua dolosa.* Non ab alterius lingua, sed à mea lingua libera. Nihil mihi nocet lingua alterius: mea lingua mihi inimica est. Domine libera animam meam: Me libera à lingua mea: lingua mea gladius est, interficit animam meam. Puto quod inimico meo noceam, & nescio quod meipsum occido. Pugnant aduersarij quando loquor illis, & ego pacifica loquor. Illi habeant inimicalem animum, nos vero habeamus pacificalem animum: siquidem scriptum est, & in Pa-

2. Par. 12 d ralipomenon: *Et egressi sunt,* inquit, *filij Israel ad pugnandum mente pacifica.* Aliquis vadit ad pugnam, & mentem pacificam habet: sed Christianorum arma, pax est: pax Christi,

Phil. 4 b quæ exuperat omnem sensum. *Beati pacifici:* non solum qui pacem fiunt inter rixantes, sed qui in seipsis pacem faciunt?

Mat. 5 a *Beati pacifici.* Si alij rixam faciunt, & ego medius intercedam, & faciam inter eos pacem, & ipse non habeam pacem

D in mente mea: quid mihi prodest, quod illi pacem fecerunt? *Beati pacifici: quoniam filij Dei vocabuntur. Beati pacifici,* qui loquuntur his, qui oderant pacem, pacifica. *Beati pacifici.* Christus pax est: Si enim Salomon interpretatur, Christus: Salomon autem interpretatur, pacificus: ergo Christus Deus

Ioan. 14 d noster, pax est. Vadens ad cælum, nobis vexillum dimisit, dicens: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.* Seruemus quod Christus donauit, habeamus pacem. Seruemus pacem, & illa nos seruet in Christo Iesu: cui sit gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Commentariorum in Psalterium, Finis.



E

DIVI HIERONYMI IN PSALMOS IUXTA HEBRAICAM VERITATEM AD SOPRONIUM PRÆFATIO.

G

SCIO quosdam putare Psalterium in quinque libros esse diuisum, vt vbicunque apud Septuaginta interpretes scriptum est, γένοιτο γένοιτο, id est, fiat fiat, finis librorum sit, pro quo in Hebræo legitur: amen amen. Nos autem Hebræorum auctoritatem secuti, & maximè Apostolorum, qui semper in nouo testamento, psalmorum librum nominant, vnum asserimus Psalmorum volumen. Psalmos omnes eorum testamur auctorum, qui ponuntur in titulis, Dauid scilicet, Asaph, & Idithun, filiorum Core, Eman, Ezrahitæ, Moysi & Solomonis, & reliquorum quos Ezdras primo volumine comprehendit. Si enim amen pro quo Aquila transtulit πεπιστωμένως in fine tantummodo librorum poneretur, & non interdum, aut in exordio, aut in calce sermonis, siue sententiæ, nunquam Saluator in Euangelio loqueretur: Amen amen dico vobis; nec Pauli Epistolæ in medio illud opere continerent. Moyses quoque & Hieremias & cæteri in hunc modum multos haberent libros, qui in mediis voluminibus suis, Amen frequenter interserunt. Sed & numerus viginti duorum librorum Hebraicorum, & mysterium eiusdem numeri commutabitur. Nam & titulus ipse Hebraicus, sepher tehillim ספר תהילים, quod interpretatur volumen hymnorum, apostolicæ auctoritati congruens, non plures libros, sed vnum volumen ostendit. Quia igitur nunc cum Hebræo disputans, quædam pro domino Saluatore de psalmis testimonia protulisti, volensque te illudere, per sermones penè singulos asserebat non ita haberi in Hebræo, vt tu de Septuaginta interpretibus opponebas, studiosissimè postulasti, vt post Aquilam & Symmachum & Theodotionem, nouam editionem Latino sermone transferrem. Aiebas enim te magis interpretum varietate turbari, & amore tuum quo laberis, vel translatione vel iudicio meo esse contentum. Vnde impulsus à te, cui & quæ possum debeo, & quæ non possum, rursum me obtrectatorum latratibus tradidi, maluique te vires potius meas, quàm voluntatem in amicitia requirere. Certè confidenter dicam, & multos huius operis testes citabo, me nihil duntaxat sententiæ de Hebraica veritate mutasse. Sicubi ergo editio mea à veteribus discreparet, interroga quemlibet Hebræorum, & liquido peruidebis, me ab æmulis frustra lacerari, qui malunt cōtemnere videri præclara, quàm discere. Peruersissimi homines. Nam cùm semper nouas expetant voluptates, & gulæ eorum vicina maria non sufficiant: cur in solo studio scripturarum, veteri sapore contenti sunt? Nec hoc dico, quo prædecessores meos mordeam, aut quicquam his arbitrer detrahendum, quorum translationem diligentissimè emendatam, olim meæ linguæ hominibus dederim: sed quod aliud sit in Ecclesiis Christo credentium psalmos legere, aliud Iudæis singula verba calūniantibus, respondere. Quod opusculum meum, si in Græcum (vt polliceris) transtuleris, & imperitiæ meæ doctissimos quosque viros testes facere volueris, dicam tibi illud Horatianum: In syluam ne ligna feras. Nisi quod hoc habebo solamen, si in labore communi intelligam mihi & laudem, & vituperationem tecum esse communem. Vale.

F H

PSALMVS I.

BEatus vir qui non abijt in consilio impiorū, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra derisorum non sedit. Sed in lege domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Et erit tanquam lignum transplantatum iuxta riuulos aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Et folium eius non defluet, & omne quod faciet prosperabitur. Non sic impij, sed tanquam puluis quē proiicit ventus. Propterea nō resurgent impij in iudicio, neque peccatores in congregatione iustorum. Quoniam nouit dominus viam iustorum, & iter impiorum peribit.

PSALMVS II.

QVare turbabūtur gentes, & tribus meditabuntur inania? Consurgent reges terræ, & & principes tractabunt pariter aduersum dñm, & aduersum Christum eius. Dirumpamus vincula eorū, & proiiciamus à nobis laqueos eorum. Habitator cæli ridebit, dñs subsannabit eos. Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos. Ego autem ordinaui regem meum super Sion montem sanctum meum. Annuntiabo Dei præceptum, dñs dixit ad me: filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Pasces eos in virga ferrea, vt vas figuli conteres eos. Nunc ergo reges intelligite, erudimini iudices terræ. Seruite dño in timore, & exultate in tremore. Adorate purè ne fortè irascatur, & pereatis de via. Cum exarserit post paululum furor eius, beati omnes qui sperant in eum.

¶ Psalmus Dauid cum fugeret à facie Absalon filij sui.

PSALMVS III.

DOmine quare multiplicati sunt hostes mei, multi consurgunt aduersum me. Multi dicūt animæ meæ, non est salus huic in Deo. Sēper. Tu autē dñe clypeus circa me, gloria mea & exultans caput meū. Voce mea ad dñm clamabo, & exaudiet me de mōte sancto suo. Semper. Ego dormiui & soporatus sum, & vigilaui, quia dñs sustentauit me. Non timebo millia populi, qui circumdederunt me. Surge domine, saluū me fac Deus meus, quia percussisti omnium inimicorū meorū maxillam, dentes impiorum confregisti. Domini est salus, super populum tuum benedictio tua. Semper.

¶ Victori canticis psalmus Dauid.

PSALMVS IV.

INuocantē me exaudisti me Deus iustitiæ meæ, in tribulatione dilatasti mihi: miserere mei, & exaudi orationē meam. Filij viri vsquequo inclyti mei, ignominiosè diligitis vanitatē quęrētes mēdaciū. Semper. Et cognoscite quoniā mirabilē reddidit dominus sanctū suū, dominus exaudiet cùm clamauero ad eum. Irascimini & nolite peccare, loquimini in cordibus vestris super cubilia vestra, &

A tacete Sẽper. Sacrificate ſacrificia iuſtitię, & fidete in domino. Multi dicũt quis oſtẽdit nobis bonũ, leua ſuper nos lucẽ vultus tui domine. Dediſti lætitiã in corde meo, in tempore ſtumẽtom eorum & vinum eorum multiplicata ſunt. In pace ſimul requieſcam & dormiam, quia tu domioe ſpecialiter ſecurum habitare feciſti me.

¶ *Victori pro hæreditatibus pſalmus David.* Pſalmus v.

VErba mea audi domine, intellige murmur meum. Aduette ad vocem clamoris mei tex meus & Deus meus, quia te deprecor. Domine mane audies vocem meã, mane ptæpatabor ad te & contemplabor. Quooiam non Deus volens iniquitatem tu, nec habitabit iuxta te malignus. Non ſtabunt iniqui in coofpectu oculorum tuotum, odiſti omnes operantes iniquitatem. Perdes loquẽtes mendacium, virum ſanguinum & doloſum abominabitut dominus. Ego autem in multitudine miſericordiæ tuæ introibo io domum tuã, adorabo ad templum ſanctum tuum in timore tuo. Domine deduc me in iuſtitia tua propter inſidiatores meos, dirige ante faciem meã viam tuam. Noo eſt enim io ore eorum rectum, interiora eorum inſidiæ: ſepulchrum patẽs guttur eorum, linguam ſuã leuificaot. Coodemoa eos Deus, decidant à cooſiliis ſuis: iuxta mulritudinem ſcelerum eorum expelle eos: quoniam prouocauetuot te. Et lætentur omnes qui ſperant in te, in perpetuum laudabunt: proteges eos, & lætabuntur in te qui diligunt nomen tuum. Quooiam tu benedices iuſto, domine vt ſcuto placabilitatis coronabis eum.

¶ *Victori in canticis ſuper octaua pſalmus David.*

Pſalmus vi.

DOmioe oe in furore tuo atguas me, neque in ita tua corripias me. Miſerere mei domine
B quoniam infirmus ſum ego: ſana me domioe, quoniã cooturbata ſuot oſſa mea. Et anima mea conturbata eſt valde, & tu domine vſquequo. Reuertete domine erue animam me, ſalua me propter miſeticordiã tuã. Quoniã non eſt in morte recordatio tui, in ioferno quis confitebitur tibi. Laboraui in gemitu meo, natare faciam tota nocte lectũ meum, lacrymis meis ſtratum meum rigabo. Caligauit prę amaritudine oculus meus, cõſũptus ſũ ab vniuerſis hoſtibus meis. Recedite à me omnes qui operamioi iniquitatẽ, quia audiuit dominus vocẽ fletus mei. Audiuit domious deprecatiunem meam, dominus orationem meã ſuſcepit. Cõfundantur & cooturbẽtur vehementer omnes inimici mei, reuertantur & confuodantur ſubito.

¶ *Pſalmus David, quem cecinit domino ſuper verbis Chus filij Iemini.* Pſalmus vii.

DOmioe Deus meus in te ſperaui, ſalua me ab omoibus perſequentib. me, & libera me. Ne forte capiat vt leo animam meã: laceret, & non ſit qui erat. Domine Deus meus ſi feci iſtud, ſi eſt ioiquitas in maoibus meis. Si reddidi retribuentibus mihi oalũ, & dimiſi boſtes meos vacuos. Perſequatur ioimicus animã meam, & apprehendat & conculcet io terta vitam meam, & gloriam meam io puluerem collocet. Sẽper. Surge domioe in furore tuo, eleuare indignans ſuper hoſtes meos, & conſurge ad me iudicio quod mandaſti. Et cõgregatio tribuũ circuodet te, & pro hac in altum reuertere. Domio' iudicabit populos, iudica me do- C mine ſecũdum iuſtitiam meam, & ſecuodum ſimplicitatem meã quæ eſt in me. Conſummetur malũ iniquorum: & cõfirmetur iuſtus, probator cordis & renũ Deus iuſtus. Clypeus meus in Deo, qui ſaluat rectos corde. Deus iudex iuſtus & fortis, cõmioans tota die. Non conuettenti gladium ſuum acuet, arcum ſuum tetendit & parauit illum. Et in ipſo præparauit vaſa mortis, ſagittas ſuas ad cõburendũ operatus eſt. Ecce parturit iniquitatem, cõcepto dolore peperit mendacium. Lacum aperuit & effodit eum, & incidit in intetitum quẽ operatus eſt Reoertetur dolor ſu' in caput eius, & ſuper vetticem eius iniquitas ſua deſcendet. Confitebor domino ſecundum iuſtitiam eins, & cantabo nomini domini altiſſimi:

¶ *Victori pro torcularibus pſalmus David.* Pſalmus viii.

DOmine dominator noſter, quàm graode eſt nomen tuum in voiuerſa terra: qui poſuiſti gloriam tuam ſupet cælos. Ex ore infaotium & lactentium perfeciſti laudem, propter aduerſarios tuos, vt quieſcat inimicus & vltor. Videbo eoim cælos tuos opera digitorum tuorum, lunã & ſtellas quæ fundaſti. Quid eſt homo quoniam recordaris eius, vel filius hominis quooiã viſitas eum? Minues eum paulominus à Deo, gloria & decore coronabis eũ. Dabis ei poteſtatem ſuper opera manuum tuarum, cũcta poſuiſti ſub pedibus eius. Oues & armenta omnia, inſuper & animalia agri. Aues cæli & piſces maris, qui tranſeunt ſemitas pooti. Domioe dominator ooſter, quàm grande eſt nomen tuum in vniuerſa terra.

¶ *Victori ſuper morte filij canticum David.*

Pſalmus ix. D

COnfitebor domino in toto corde meo: narrabo omnia mirabilia tua. Lætabor & gaudebo in te, canam nomini tuo altiſſime. Cum ceciderint inimici mei retrorſũ, & corruerint & perierint à facie tua. Feciſti enim iudicium meum & cauſam meã, ſediſti ſuper ſolium iudex iuſtitiæ. Iocrepaſti gentes, periit impius, nomen eorum deleſti in ſẽpiternum & iugiter. Inimici completæ ſunt ſolitudioes in fioẽ, & ciuitates ſubuertiſti: periit memoria eorum cum ipſis. Dominus autem in ſẽpiternum ſedebit, ſtabiliuit ad iudicaodum ſoliũ ſuũ. Et ipſe iudicabit orbẽ in iuſtitia, iudicabit populos in æquitatibus. Et etit dominus eleuatio oppreſſo, eleuatio opportuna in anguſtia. Et confident in te qui nouerunt nomen tuum, qooniam non dereliquiſti quærentes te domine. Caotate domino habitatori Sion, aoouotiate in populis cogitationes eius. Quoniam quærens ſanguioem eorum recordatus eſt, non eſt oblitus elamoris pauperũ. Miſerere mei domine vide afflictionẽ meã ex inimicis meis, qui exaltas me de portis mortis. Vt oarrem laudes tuas in portis filiæ Siõ, exultabo io ſalutari tuo. Demerſæ ſunt gentes in interitu quẽ fecerũt, in reti quod abſconderunt, captus eſt pes eorum. Agnitus eſt dominus iudiciũ faciens, in opere manuũ ſuarum corruit impios, meditatiooe ſemper. Conuertantur impij in infernũ, omnes gẽtes quæ obliuiſcuntur Deum. Quooiam oon io æternum obliuioni erit pauper: expectatio pauperũ oõ peribit io perpetuum. Surge domioe, nõ confortetur homo: iudiceotur gentes ante faciem tuam. Pone domioe terrorem eis: ſciaot gentes, homines eſſe ſe ſemper.

Pſalmus x.

QVare dn̄e ſtas à longe, deſpicis in tēporibus anguſtiæ. In ſuperbia impij ardet pauper. capiatur in ſcelerib. quæ cogitauerūt. Quia laudauit impius deſideriū animæ ſuæ, & auarus applaudēs ſibi blaſphemauit dominum. Impius ſecundū altitudinem furoris ſui non requiret: nec Deus in omnibus cogitationib. eius. Parturiunt viæ eius in omni tempore: longe ſunt iudicia tua à facie eius, oēs inimicos ſuos deſpicit. Loquitur in corde ſuo, non mouebor: in generatione & generatione ero ſine malo. Maledictione os eius plenū eſt, & dolis & auaritia: ſub lingua eius dolor & iniquitas. Sedet inſidians iuxta veſtibula in abſconditis vt interficiat innocentē: oculi eius robuſtos circumſpiciūt. Inſidiatur in abſcōdito quaſi leo in cubili, inſidiatur vt rapiat pauperem: rapiet pauperē cum attraxerit eum ad rete ſuum. Et confractum ſubiiciet, & irruet virib. ſuis valenter. Dixit in corde ſuo, oblitus eſt Deus: abſcōdit faciem ſuam, nō reſpicies in perpetuum. Surge domine Deus leua manum tuam, noli obliuiſci pauperum. Quare blaſphemat impius Deū, dicens in corde ſuo qnod non requirat. Vides quia tu laborem & furorem reſpicis, vt detur in manu tua: tibi relinquūtur fortes tui, pupillo tu es factus adiutor. Cōtere brachium impij & maligni: quæres impietatē eius, & non inuenies. Dominus rex ſæculi & æternitatis, perierunt gentes de terra illius. Deſiderium pauperum audiſti domine: præparaſti vt cor eorum audiat auris tua. Vt iudices pupillum & oppreſſum, & nequaquam vltra ſuperbiat homo de terra.

¶ *Victori David.*

Pſalmus xi.

F IN dn̄o ſperaui, quomodo dicitis animæ meæ, tranſuola in muntē vt auis. Quia ecce impij tenderūt arcum: poſuerūt ſagittam ſuā ſuper neruum, vt ſagittent in abſcōdito rectos corde. Quia leges diſſipatæ ſunt, iuſtus quid operatꝰ eſt. Dominus in tēplo ſancto ſuo, dominus in cælo thronus eius: oculi eius vident, palpebræ eius probāt filios hominum. Dominus iuſtum probat: impiū autē & diligentem iniquitatē, odit anima eius. Pluet ſuper peccatores laqueos ignis & ſulphur, & ſpiritus tēpeſtatum pars calicis eorum. Quoniā iuſtus dominus iuſtitias dilexit: rectum videbunt facies eorū.

¶ *Victori pro octauo pſalmus David.*

Pſalmus xii.

SAlua domine quoniā defecit ſanctus: quoniā imminuti ſunt fideles à filiis hominū. Fruſtra loquūtur vnuſquiſq; proximo ſuo, labiū ſubdolū in corde & corde loquētur. Diſperdat dn̄s omnia labia doloſa, linguā magniluquam. Qui dixerunt linguam noſtrā roboremus, labia noſtra nobiſcū ſunt. quis noſter dominus eſt? Propter vaſtitatem inopum à gemitu pauperum, nunc cōſurgā dicit dominus: ponā in ſalutari auxiliū eorum. Eloquia domini eloquia mūda: argentum igne probatum ſeparatum à terra, colatū ſeptuplum. Tu domine cuſtodies ea, ſeruabis nos à generatione hac in æternum. In circuitu impij ambulabunt, cum exaltati fuerint viliſſimi filiorum hominum.

¶ *Victori pſalmus David.* Pſalmus xiii.

VSquequo dn̄e obliniſceris mei penitus: vſquequo abſcōdis faciē tuā à me. Vſquequo ponā conſilia in animam meam, dolorem in corde meo per diem, vſquequo exaltabitur inimicus meus ſuper me. Conuertere exaudi me domine Deus meus: illumina oculos meos ne vnquam obdormiā in morte Ne quando dicat inimicus meus præualui aduerſus eum: hoſtes mei exultabunt ſi motus fuero. Ego autem in miſericordia tua confido, exultabit cor meum in ſalutari tuo: cantabo domino, qui reddidit mihi.

¶ *Victori David.* Pſalmus xiv.

DIxit ſtultꝰ in corde ſuo, nō eſt Deus: corrupti ſunt, abominabiles facti ſunt, ſtudioſè nō eſt qui faciat bonū. Dominus de cælo proſpexit ſuper filios hominum, vt videret ſi eſt intelligēs, aut requirēs Deum. Oēs receſſerunt: ſimul conglutinati ſunt, non eſt qui faciat bonum, nō eſt vſque ad vnum. Nonne cognoſcēt oēs qui operantur iniquitatē: qui deuorant populum meum vt cibū panis, dominum non inuocauerunt. Ibi timebūt formidine: quoniam Deus in generatione iuſta eſt. Conſilium pauperum confudiſtis: quoniam dominus ſpes eius eſt. Quis dabit de Sion ſalutare Iſrael, quando reduxerit dominus captiuitatem populi ſui: exultabit Iacob, lætabitur Iſrael.

¶ *Pſalmus David.* Pſalmus xv.

DOmine quis peregrinabitur in tentorio tuo; & quis habitabit in monte ſancto tuo? Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiā, loquiturque veritatem in corde ſuo. Qui non eſt facilis in lingua ſua, nec fecit amico ſuo malū: & opprobrium non ſuſtinuit ſuper vicino ſuo. Deſpicitur in oculis eius improbus, timentes autem dominū glorificabit: iurat vt ſe affligat, & non mutat. Pecuniam ſuam non dedit ad vſuram, & munera aduerſum innoxium non accepit: qui facit hæc, non mouebitur in æternum. H

¶ *Humilis & ſimplicis David.*

Pſalmus xvi.

CVſtodi me Deus, quoniam ſperaui in te. Dixi Deo, dominus meus es tu: bene mihi non eſt ſine te. Sanctis qui in terra ſunt, & magnificis omnis voluntas mea in eis. Multiplicabūtur idola eorum, poſt tergum ſequentium: non libabo libamina eorum de ſanguine, neque aſſumā nomina eorum in labiis meis. Dominus pars hæreditatis meę & calicis mei, tu poſſeſſor ſortis meæ. Lineæ ceciderūt mihi in pulcherrimis, & hæreditas ſpecioſiſſima mea eſt. Benedicā dominū qui dedit mihi cōſiliū: inſuper & noctibus erudierūt me renes mei. Propoſui dominū in conſpectu meo ſemper: quia à dextris meis eſt ne commouear. Propterea lætatum eſt cor meum, & exultauit gloria mea: & caro mea habitauit confidenter. Non enim derelinques animā meam in inferno: nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Oſtendis mihi ſemitam vitæ, plenitudinem lætitiarum ante vultum tuum: decores in dextera tua æternos.

¶ *Oratio David.*

Pſalmus xvii.

AVdi Deus iuſtū, intēde deprecationē meā: auribus percipe orationē meā, abſque labiis mendacij. De vultu tuo iudicium meum prodeat, oculi tui videāt æquitates. Probaſti cor meum, viſitaſti nocte: cōflaſti me, & nō inueniſti cogitationes meas trāſire os meū. In opere hominum propter verbum labiorū tuorum, ego obſeruaui vias

A lattonis. Sustenta gressus meos in callib. tuis, & nõ labētur vestigia mea. Ego inuocaui te, quia exaudies me Deus: inclina aurem tuam mihi, audi eloquium meum. Mirabilem fac misericordiam tuā saluator sperantiū, à resistentib. dexteræ tuæ. Custodi me quasi pupillam intus in oculo, in vmbra alarū tuarū protege me. A facie impiorū vastantiū me, inimici mei animā meam circundederunt. Adipe suo concluserunt, & ore locuti sunt superbè. Incedentes aduersum me, nūc circundederūt me: oculos suos posuerūt declinare in terrā. Similitudo eius quasi leonis desiderantis prædam, & quasi catuli leonis sedētis in absconditis. Surge domine præuent faciē eius, incurua eum: salua animā meā ab impio, qui est gladius tuus. A viris manus tuæ domine, qui mortui sunt in profundo: quorū pars in vita, & quorū de absconditis tuis replesti ventrē: qui saturabūtur filiis, & dimittēt reliquias suas paruulis eorū. Ego in iustitia videbo faciem tuam, implebor cum euigilauero similitudine tua.

¶ *Victori seruo domini Dauid, qui locutus est domino verba cantici huius, in die qua liberauit eum dominus de manu omnium inimicorum eius, & de manu Saul.*

Psalmus XVIII.

ET dixit, diligam te domine fortitudo mea. Domine petra mea, & robur meū, & saluator me⁹: Deus meus fortis me⁹, & sperabo in eo: scutū meū, & cornu salutis meæ, susceptor meus. Laudatū inuocabo dñm, & ab inimicis meis saluus ero. Circundederūt me funes mortis, & torrentes diaboli terruerūt me, Funes inferni circūdederūt me, præuenerūt me laquei mortis. In tribulatione mea inuocabo dñm, & ad Deum meū clamabo: exaudiet de templo sancto suo vocem meam, & clamor B meus ante faciē eius veniet in aures eius. Cōmota est & cōtremuit terra: & fundamēta montiū concussa sunt, & cōquassata sunt, quoniā iratus est eis. Ascēdit fumus de furore eius, & ignis ex ore eius deuorans: carbones incensi sunt ab eo. Inclinauit cælos & descēdit, & caligo sub pedib. eius. Et ascēdit super Cherub, & volauit, & volauit super pēnas venti. Posuit tenebras latibulum suum: in circuitu tabernaculū eius, tenebrosa aqua in nubib. ætheris. Præ fulgore in conspectu eius nubes trāsierūt, grando & carbones ignis. Et intonuit in cœlo dominus, & altissimus dedit vocem suam: grādinem & carbones ignis. Et emisit sagittas suas & dissipauit eos, & fulgura multiplicauit & cōturbauit illos.

Et apparuerunt effusiones aquarum, & reuelata sunt fundamēta orbis ab increpatione tua dñe: ab inspiratione spiritus furoris tui. Mittet de alto & accipiet me, & extrahet me de aquis multis. Liberabit me de inimicis meis potētissimis, & de his qui oderunt me: quoniā robustiores me erant. Præuenient me in die afflictionis meæ, & factus est dominus firmamentū meū. Et educet me in latitudinem, liberabit me quia placui ei. Retribuet mihi domin⁹ secundum iustitiā, & secundū munditiā manuum mearum reddet mihi. Quia custodiui vias domini, & nō egi impiè à Deo meo. Omnia.n. iudicia eius in cōspectu meo, & præcepta eius nō amoui à me. Et fui immaculatus cū eo, & custodiui me ab iniquitate mea. Et restituit mihi dominus secūdū iustitiā meā, & secundū munditiā manuum meatum in conspectu oculorum eius. Cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocenter ages. Et C cū electo electus eris, & cū peruerso peruerteris. Quia tu populū pauperē saluabis, & oculos excelsos humiliabis. Quia tu illuminas lucernā meam: dñe Deus meus illumina tenebras meas. In te enim currā accinctus, & in Deo meo transiliā murum. Deus, immaculata via eius, eloquium domini igne examinatū: scutū est omnium sperātiū in se. Quis est Deus præter dñm, & quis fortis præter Deū nostrum? Deus qui accingit me fortitudine, & posuit immaculatā viā meā. Coæquans pedes meos ceruis, & super excelsa statuens me. Docens manus meas ad prælīū, & cōponens quasi arcū æreū brachia mea. Dedisti mihi clypeū salutis tuæ, & dextera tua confortauit me, & māsuetudo tua multiplicauit me. Dilatabis gressus meos subtus me, & nō deficient tali mei. Persequar inimicos meos & apprehendā eos, & non reuertar donec consumam eos. Cædā eos & nō poterunt surgere, cadent sub pedib. meis. Accinxisti me fortitudine ad prælīū, incuruabis resistentes mihi subtus me. Inimicorū meorum dedisti mihi dorsum, & odientes me disperdidisti. Clamabunt, & nō erit qui saluet: ad dominum, & nō exaudiet eos. Delebo eos vt puluerē ante faciē venti, vt lutum platearum proiiciā eos. Saluabis meā contradictionib. populi, pones me in caput gentiū: populus quem ignoraui, seruiet mihi. Auditione auris obediet mihi, filij alieni mētiuntur mihi. Filij alieni defluent, & contrahentur in angustiis suis. Viuit dominus & benedictus Deus meus, & exaltabitur Deus salutis meæ. Deus qui das vindictas mihi, & congregas populos sub me. Qui seruas me ab inimicis meis, & à resistentibus mihi eleuas me: à viro iniquo libera me. Propterea confitebor tibi in gentibus domine, & nomini tuo cantabo Magnificans salutes regis sui, & D faciens misericordiam Christo suo, Dauid & semini eius vsque in æternum.

¶ *Victori psalmus Dauid.* Psalmus XIX.

COeli enarrant gloriā Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamētū. Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiā. Non est sermo, & nō sunt verba, quib. non audiatur vox eorum. In omnē terrā exiuit sonus eorum, & in finibus orbis verba eorum: soli posuit tabernaculū in eis. Et ipse quasi spōsus procedēs de thalamo suo, exultauit vt fortis ad currendā viam. A summitate cæli egressus eius, & cursus eius vsq; ad summitatem illius: nec est qui se abscondat à calore eius, Lex domini immaculata cōuertens animas: testimonium domini fidele, sapientiā præstās paruulis. Præcepta dñi recta lætificātia cor: mādatū domini lucidum illuminans oculos. Timor domini mundus perseuerans in sæcula: iudicia Domini vera, iustificata in semetipsa. Desiderabilia super aurum & lapidē pretiosum multū, & dulciora super mel & fauū redundantē. Vnde seruus tuus docebit eas: in custodiēdis eis retributio multa. Errores quis intelliget, ab occultis munda me. A superbis quoque libera seruum tuum, si non fuerint dominati mei, tunc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo. Sint placētes sermones oris mei, & meditatio cordis mei in conspectu tuo: domine fortitudo mea, & redemptor meus.

¶ *Victori psalmus Dauid.* Psalmus XX.

EXaudiat de dñs in die tribulationis: protegat te nomen Dei Iacob. Mittat tibi auxilium de

E sãcto: & de Siõ roboret te. Memor ſit omnis ſacri-
ficij tui, & holocauſtũ tuũ pingue fiat ſemper. Det
tibi ſecundum cor tuum, & omnem voluntatẽ tuã
impleat. Laudabimus in ſalutari tuo, & in nomine
Dei noſtri ducem⁹ choros: impleat dominus om-
nes petitiones tuas. Nũc ſcio quoniã ſaluabit do-
minus Chriſtũ ſuum: exaudiet eum de cælo sãcto
ſuo, in fortitudine ſalutis dexteræ eius. Hi in curri-
bus, & hi in equis: nos autẽ nominis dñi Dei no-
ſtri recordabimur. Ipſi incuruati sũt & ceciderũt:
nos autẽ ſurreximus & erecti ſumus. Domine ſal-
ua rex: exaudies nos in die qua inuocauerimus te.

¶ *Victori pſalmus Dauid.* Pſalmus xxi.

DOmine in fortitudine tua lætabitur rex, & in
ſalutari tuo exultabit vehemẽter. Deſideriũ
cordis eius dediſti ei, & voluntate labiorũ eius nõ
fraudaſti eum ſemper. Quoniam præueniſti eũ in
benedictionib⁹ bonitatis: pones in capite eius co-
ronam de obrizo. Vitam petiuit à te & dediſti ei:
longitudinẽ dierũ in ſæculum & in æternum. Ma-
gna gloria eius in ſalutari tuo: gloriam & decorẽ
pones ſuper eum. Pones enim eũ in benedictionẽ
ſempiternã, & hilarabis eum lætitia apud vultum
tuũ. Quia rex confidet in domino, & in miſericor-
dia excelſi nõ decipietur. Inueniet manus tua om-
nes inimicos tuos: dextera tua inueniet odiẽtes te.
Pones eos vt clibanum ignis in tẽpore vultus tui:
dñs in furore ſuo præcipitabit eos, & deuorabit
eos ignis. Fructũ eorũ de terra perdes, & ſemẽ eo-
rum de filijs hominum. Quoniã inclinauerunt ſu-
per te malũ, cogitauerunt ſcelus quod non potue-
runt. Quoniã pones eos humerum, funes tuos fir-
mabis contra facies eorũ. Exaltare dñe in fortitu-
F dine tua, cãtabimus & pſallem⁹ fortitudines tuas.

¶ *Victori pro ceruo matutino, canticũ Dauid.* Pſalmus xxii.

DEus meus Deus meus quare dereliquiſti me:
lõgè à ſalute mea verba rugit⁹ mei. Deus me⁹
clamabo per diẽ, & nõ exaudies: & nocte, nec eſt
ſilẽtiũ mihi. Et tu sãcte: habitator laus Iſraël. In te
cõfiſi ſunt patres noſtri: cõfiſi ſunt, & ſaluaſti eos.
Ad te clamauerũt & ſalui facti sũt: in te cõfiſi ſunt
& non ſunt cõfuſi. Ego aũt ſum vermis & non ho-
mo: opprobriũ hominũ & deſpectio plebis. Om-
nes videntes me ſubſannant me: dimittunt labiũ,
mouẽt caput. Confugit ad dominũ, ſaluet eũ: libe-
ret eũ, quoniã vult eũ. Tu autẽ propugnator meus
ex vtero: fiducia mea ab vberibus matris meæ. In
te proiectus sũ ex vulua: de vẽtre matris meæ De⁹
meus es tu. Ne lõgè fias à me, quoniam tribulatio
proxima eſt: quoniã nõ eſt adiutor. Circũdederũt
me vituli multi: tauri pingues valluerũt me. Ape-
ruerũt ſuper me os suũ quaſi leo rapiens & rugiẽs.
Sicut aqua effuſus sũ, & ſeparata ſunt omnia oſſa
mea: factũ eſt cor meũ ſicut cera liquefacta in me-
dio ventris mei. Aruit velut teſta fortitudo mea, &
lingua mea adhæſit palato meo, & in puluerẽ mor
tis detraxiſti me. Circũdederũt me venatores, cõ-
ſilium peſſimorũ vallauit me: fixerũt manus meas
& pedes meos. Numeraui omnia oſſa mea: quæ ip-
ſi reſpiciẽtes viderunt in me. Diuiſerunt veſtimẽta
mea ſibi: & ſuper veſtimẽtũ meũ miſerunt ſortẽ.
Tu aũt domine ne longè facias: fortitudo mea in
auxiliũ meũ feſtina. Erue à gladio animam meam:
de manu canis ſolitariã meã. Salua me ex ore leo-
nis, & de cornibus vnicorniũ exaudi me. Narrabo
nomẽ tuum fratribus meis: in medio Eccleſiæ lau-
dabo te. Qui timetis dñm laudate eũ: omne ſemen G
Iacob glorificate eũ, & metuite eũ vniuerſum ſe-
mẽ Iſrael. Quoniã nõ deſpexit neq; contẽpſit mo-
deſtiã pauperis, & nõ abſcondit faciẽ ſuã ab eo: &
cum clamaret ad eũ, exaudiuit. Apud te laus mea
in eccleſia multa: vota mea reddã in cõſpectu ti-
mẽtium eũ. Comedẽt mites & ſaturabũtur, lauda-
bunt dñm quærẽtes eum: viuet cor veſtrũ in ſẽpi-
ternũ. Recordabũtur & cõuertẽtur ad dominum
oẽs fines terræ, & adorabunt corã eo vniuerſæ co-
gnationes gentium. Quia domini eſt regnum, &
dominabitur gẽtibus. Comederũt & adorauerunt
oẽs pingues terræ ante faciẽ eius: curuabũt genu
vniuerſi qui deſcendunt in puluerẽ, & anima eius
nõ viuet. Semẽ ſeruiet ei, narrabitur dño in gene-
ratione. Venient & annũtiabunt iuſtitiã eius: po-
pulo qui naſcetur quem fecit.

Pſalmus xxiii.

DOmin⁹ paſcit me, nihil mihi deerit. In paſcuis
herbarũ accubare fecit me. ſuper aquas refectionis
enutriuit me. Animã meã refecit: duxit me per ſe-
mitas iuſtitiæ propter nomẽ ſuũ. Sed & ſi ambula-
uero in valle vmbræ mortis, nõ timebo malũ, quo-
niã tu mecũ es: virga tua & baculus tu⁹, ipſa cõſo-
labuntur me. Pones corã me menſam ex aduerſo
hoſtiũ meorũ: impinguaſti in oleo caput meum, &
calix me⁹ inebriãs. Sed & benignitas & miſericor-
dia ſubſequetur me, omnibus diebus vitæ meæ: &
habitabo in domo domini, in lõgitudine dierum.

Pſalmus xxiv.

DOmini eſt terra & plenitudo ei⁹: orbis & habi-
tatores. Quia ipſe ſuper maria fũdauit eũ, & ſu-
per flumina ſtabiliuit illum. Quis aſcẽdet in mõtẽ H
domini: & quis ſtabit in loco ſancto eius. Innocẽs
manibus & mundo corde: qui nõ exaltauit fruſtra
animã ſuam, & nõ iurauit doloſè. Accipiet bene-
dictionẽ à domino ſalutari ſuo. Hæc eſt generatio
quærẽtium eũ, quærentium faciẽ tuã Iacob ſem-
per. Leuate portæ capita veſtra: & erigimini ianuæ
ſẽpiternæ, & ingredietur rex gloriæ. Quis eſt iſte
rex gloriæ, dñs fortis & potens: dominus potẽs in
prælio. Leuate portæ capita veſtra: & erigimini ia-
nuæ ſẽpiternæ, & ingredietur rex gloriæ. Quis eſt
iſte rex gloriæ, dominus exercituum: ipſe eſt rex
gloriæ ſemper. PSALMVS XXV.

AD te domine animã meã leuabo. Deus meus
in te cõfiſus ſum, nõ cõfundar: ne lætẽtur ini-
mici mihi. Sed vniuerſi qui ſperãt in te nõ cõfun-
dẽtur: cõfũdãtur, qui iniqua gerũt fruſtra. vias tuas
dñe oſtende mihi, & ſemitas tuas doce me. Deduc
me ĩ veritate tua, & doce me: quia tu es Deus ſalua-
tor me⁹, te expectaui tota die. Recordare miſera-
tionũ tuarum domine, & miſericordiarũ tuarum
quia à ſempiterno ſunt. Peccatorum adoleſcẽtiæ
meæ, & ſcelerũ meorum ne memineris: ſecundum
miſericordiã tuã recordare mei tu, propter boni-
tatẽ tuã dñe. Bonus & rectus dominus: propterea
docebit peccatores in via. Deducet mãſuetos in iu-
dicio, & docebit modeſtos viã ſuã. Omnes ſemitæ
dñi miſericordia & veritas: his qui cuſtodiunt pa-
ctũ eius, & teſtificationes eius. Propter nomẽ tuũ
domine propitiare iniquitati meæ, quoniã grãdis
eſt. Quis eſt iſte vir timẽs dominũ: quem docebit in
via quã elegit. Anima ei⁹ in bono cõmorabitur, &
ſemẽ eius hæreditabit terrã. Secretum dñi timen-
tibus eũ, & pactum ſuũ oſtendet eis. Oculi mei ſẽ-

A per ad dñm: quia ipse educet de reti pedes meos. Respice in me & miserere mei: quoniã sol⁹ & pauper sũ ego. Tribulationes cordis mei multiplicatę sunt: de angustiis meis educ me. Vide humilitatẽ meã & laborẽ meũ, & porta omnia peccata mea. Vide inimicos meos, quia multiplicati sunt: & odio iniquo oderũt me. Custodi animã meam & libera me: non cõfundar quoniã speraui in te. Simplicitas & æquitas seruabũt me: quia expectaui te. Redime, Deus Israel, ex omnibus angustiis suis.

David Psalmus XXVI.

IVdica me Deus, quoniã ego in simplicitate mea ambulaui: & in dño cõfidens non deficiã. Proba me dñe & tenta me: vre renes meos & cor meũ. Quia misericordia tua in cõspectu oculorũ meorũ est, & ambulabo in veritate tua. Non sedi cum viris vanitatis, & cum superbis nõ ingrediar. Odiui ecclesiã pessimorũ, & cũ iniquis nõ sedebo. Lauabo in innocentia manus meas, & circuibo altare tuũ dñe. Vt audiam vocẽ laudis, & enarrẽ omnia mirabilia tua. Dñe dilexi habitaculũ domus tuæ, & locũ tabernaculi gloriæ tuæ. Ne auferas cum peccatorib. animã meam, & cum viris sanguinum vitam meã. In quorũ manib. scelus est, & dextera eorũ repleta est muneribus. Ego autẽ in simplicitate mea gradiar, redime me & miserere mei. Pes meus stetit in recto: in ecclesiis benedicam dño.

David. Psalmus XXVII.

DOmin⁹ lux mea, & salutare meũ, quẽ timebo: dñs fortitudo vitæ meæ quẽ formidabo. Dũ appropinquarent mihi maligni vt comederẽt carnẽ meã: B hostes mei inimici mei, ipsi impegerunt & ceciderũt. Si steterint aduersus me castra, nõ timebit cor meũ: si surrexerit contra me bellũ, in hoc ego confidã. Vnũ petiui à dño hoc requirã, vt habitem in domo dñi omnib. dieb. vitæ meæ: vt videã pulchritudinẽ dñi, & attendam templũ eius. Abscondit. n. me in vmbra sua in die pessima, abscõdet me in secreto tabernaculi sui, in petra exaltabit me. Nũc quoq; exaltauit caput meũ super inimicos meos qui sunt in circuitu meo, & immolabo in tabernaculo eius hostias iubili: cantabo & psallã dño. Audi dñe vocẽ meã inuocantis, miserere mei, & exaudi me. Tibi dixit cor meũ, quæsiuit vultus meus: faciẽ tuã dñe requirã. Ne abscondas faciẽ tuam à me, ne declines in furore tuo à seruo tuo, auxiliũ meũ fuisti: ne derelinquas me, & ne dimittas me Deus saluator meus. Pater. n. meus & mater mea dereliquerũt me: dñs autẽ collegit me. Ostẽde mihi dñe viã tuã, & deduc me in semita recta propter insidiatores meos. Ne tradas me animæ tribulãtiũ me: quoniã surrexerunt contra me testes falsi & apertũ mendacium. Ego aũt. credo quod videã bona dñi ĩ terra viuẽtiũ. Expecta dñm, cõfortare, & roboretur cor tuum & sustine dñm.

David Psalmus XXVIII.

AD te dñe clamabo fortis meus, ne obsurdescas mihi: ne fortè tacente te mihi cõparer his qui descẽdũt in lacũ. Audi vocẽ deprecationis meæ cũ clamauero ad te, cùm leuauero man⁹ meas ad oraculũ sãctũ tuũ. Ne tradas me cũ impiis & cũ operãtibus iniquitatẽ, qui loquuntur pacem cum amicis suis: & est malũ in corde eorũ. Da eis secundum opus suũ, & secundũ malũ ad inuẽtionũ suarũ, iuxta opus manuũ suarũ da eis: redde retributionẽ suã illis. Quoniã non intelligũt opera dñi, & opus manuũ eius: destrues eos & non ædificabis: C benedictus dñs quoniam audiuit vocem deprecationis meæ. Dñs fortitudo mea & scutũ meum, in ipso confisum est cor meũ, & habui adiutoriũ: gauisum est cor meũ, & in cantico meo cõfitebor illi. Dñs fortitudo mea: & robur salutariũ Christi sui est. Salua populũ tuũ & benedic hæreditati tuæ: & pasce eos & subleua eos vsque in sempiternum.

David. Psalmus XXIX.

AFferte dño filios arietum: afferte dño gloriam & imperiũ. Afferte dño gloriã nomini eius: adorate dñm in decore sãcto. Vox dñi super aquas, De⁹ gloriæ intonuit: dñs super aquas multas. Vox dñi in fortitudine: vox domini in decore. Vox domini cõfringẽtis cedros: & cõfringet dominus cedros libani. Et disperget eas quasi vitulus: libanus & sarion quasi filius rhinocerotis. Vox domini diuidens flammas ignis. Vox dñi parturire faciens desertum: parturire faciet dñs desertum Cades. Vox domini obstetricans ceruis, & reuelãs saltus, & in tẽplo eius omnis loquetur gloriã. Dominus diluuium inhabitat: & sedebit dominus rex in æternum. Dominus fortitudinem populo suo dabit: dominus benedicet populo suo in pace.

¶ *Psalmus cantici ad dedicationem domus David.*

Psalmus XXX.

EXaltabo te dñe quoniã saluasti me: & nõ dilatasti inimicos meos super me. Dñe De⁹ meus, clamaui ad te & sanasti me. Domine eduxisti ex inferno animã meã: viuificasti me, ne descenderẽ in lacũ. D Cantate domino sancti eius: & confitemini memoriæ sanctitatis eius. Quoniã ad momẽtũ est ira eius, & vita in repropitiatione eius: ad vesperũ cõmorabitur fletus, & in matutino laus. Ego autẽ dixi in abũdantia mea, nõ mouebor in sẽpiternũ. Dñe in voluntate tua posuisti monti meo fortitudinẽ: abscondisti faciẽ tuã à me, & factus sum conturbatus. Ad dñm clamabo, & dñm deprecabor. Quæ est vtilitas in sanguine meo, dum descẽdero in corruptionem: nunquid cõfitebitur tibi puluis, aut annuntiabit veritatẽ tuã? Audi dñe & miserere mei: dñe esto adiutor. Conuertisti plãctum meum in chorum mihi, soluisti saccum meum, & accinxisti me lætitia. Vt laudet te gloria & non taceat, domine Deus meus in sẽpiternum cõfitebor tibi.

¶ *Victori psalmus David.* Psalmus XXXI.

IN te domine speraui, non confundar in æternum: in iustitia tua salua me. Inclina ad me aurem tuam velociter, libera me: esto mihi in lapidem fortissimum, & in domum munitam vt salues me. Quia petra mea & munitio mea tu es: & propter nomen tuum dux meus eris & enutries me. Educes me de rete quod abscõderunt mihi: quia tu fortitudo mea es. In manu tua cõmendabo spiritũ meum: redemisti me dñe Deus veritatis. Odisti custodientes vanitates frustra: ego autẽ in dño confisus sum. Exultabo & lætabor in misericordia tua, quia vidisti afflictionẽ meã: cognouisti tribulationes animæ meæ. Et nõ conclusisti me in manu inimici: statuisti in latitudine pedes meos. Miserere mei domine quoniã tribulor, caligauit in furore oculus meus: anima mea & vẽter meus. Quia consũptæ sunt in mœrore vitæ meæ, & anni mei in gemitu, infirmata est in iniquitate virtus mea: & ossa mea cõtabuerunt. Apud oẽs hostes meos factus sũ oprobriũ, & vicinis meis nimis, & timor notis meis qui videbãt me in plateis, fugiebãt à me. Obliuioni traditus sũ quasi mortuus à corde: factus sũ quasi

E vas perditũ. Audiui.n. opprobriũ mulrorũ, cõgre-
gatione in circuitu, dũ inirent cõſiliũ aduersũ me:
& vt auferrẽt animã meã cogitauerũt. Ego autẽ in
te ſperaui dñe: dixi De⁹ meus es tu. In manu tua tẽ-
pora mea: libera me de manu inimicorũ meorũ. &
perſequẽtiũ me. Oſtẽde faciẽ tuã ſuper ſeruũ tuũ:
ſalua me in miſericordia tua. Dñe ne cõfũdar, quo
niã inuocaui te:, confundãtur impij, taceant in in-
ferno. Muta fiant labia mẽdacij: quæ loquũtur cõ-
rra iuſtũ dura, in ſuperbia & deſpectione. Quã mul
ta eſt bunitas tua quã abſcondiſti timẽtib. te, ope-
ratus es ſperantib in te: in conſpectu filiorũ homi-
nũ Abſcondes cos in protectione vultus tui, à du-
ritia viri abſcõdes eos in vmbra, à contradictione
linguarũ. Benedictus dñs: quoniã mirabilem fecit
miſericordiam ſuam mihi, in ciuitate munita. Ego
autẽ dixi in ſtupore meo: protectus ſum de cõſpe-
ctu oculorũ tuorũ. Ergone audiſti vocẽ depreca-
tionis meæ: cum clamarem ad te. Diligite dominũ
oẽs ſancti eius, fideles ſeruat dominus: & retribuet
his qui ſatis operãtur ſuperbiam. Cõfortamini &
roboretur cor veſtrũ: oẽs qui expectatis dominũ.

¶ *David. eruditio.* Pſalmus xxxii.

BEatus cui dimiſſa eſt iniquitas, & abſconditum
eſt peccatũ. Beatus homo cui nõ imputauit dñs
iniquitatẽ: nec eſt in ſpiritu eius dolus. Quia tacni
attrita sũt oſſa mea: in rugitu meo tota die. Die.n.
& nocte grauatur ſuper me manus tua: verſatus sũ
F in miſeria mea, cũ exardeſceret æſtas iugiter. Pec-
catũ meũ notũ ſaciã tibi: & iniquitatẽ meã nõ ab-
ſcõdi, Dixi, cõfitebor ſcelus meũ dño: & tu miſiſti
iniquitatẽ peccati mei. Pro hac orabit omnis mi-
ſericors ad te: tẽpus inueniẽs, vt cũ inundauerint
aquæ multæ, ad illũ nõ accedant. Tu es protectio
mea, ab hoſte cuſtodies me, laus mea ſaluãs: circũ-
dabis me sẽper. Docebo te, & mõſtrabo tibi viam
per quã ambules: cogitabo de te oculo meo. Noli-
te fieri ſicut equ⁹ & mul⁹ quib. nõ eſt intelligẽtia: in
camo & freno maxillas eorũ cõſtringe, qui nõ ac-
cedũt ad te. Multi dolores impij cõfidentẽ autẽ in
dño miſericordia circundabit. Lætamini in domi-
no & exultate iuſti: & laudate eũ oẽs recti corde.

Pſalmus xxxiii.

LAudate iuſti dñm: rectos decet laudatio. Cõfi-
temini dño in cithara: in pſalterio decachordo
cantare ei. Cãtate ei canticũ nouũ: diligẽter pſal-
lite in iubilo. Quoniã rectũ eſt verbum dñi, & om-
ne opus eius in fide. Diligit iuſtitiã & iudiciũ: mi-
ſericordia dñi plena eſt terra. Verbo dñi cæli fir-
mati ſunt: & ſpiritu oris eius omnis ornatus eorũ.
Congregans quaſi in vtre aquas maris: ponens in
theſauris abyſſos. Timeat dñm omnis terra: ipſum
formident vniuerſi habitatores orbis. Quia ipſe
dixit & factus eſt: ipſo præcipiente ſtetit. Dñs diſ-
ſoluit conſiliũ gentium: irritas facit cogitationes
populorũ. Conſilium dñi in æternũ ſtabit: cogita-
tiones cordis eius in generatione & generatione.
Beata gẽs cuius dñs De⁹ eius: populus quẽ elegit
in hæreditatẽ ſibi. De cælo reſpexit dñs: vidit oẽs
filios Adã De firmiſſimo ſolio ſuo perſpexit ad v-
niuerſos habitatores terræ. Fingẽs pariter cor eo-
rũ: intelligens omnia opera eorum. Non ſaluatur
rex in multitudine exercitus: nec fortis liberabi-
tur in multitudine virtutis. Fallax equus ad ſalutẽ:
& in multitudine virtutis ſuæ non ſaluabit. Ecce
oculus dñi ſuper timentes eũ: ad expectantes mi-

ſericordiã eius. Vt eruat de morte animas eorũ, & G
viuificet eos in fame. Anima noſtra expectauit
dñm: auxiliũ noſtrum & clypeus noſter eſt. In ip-
ſo. n. lætabitur cor noſtrũ, quia in nomine ſancto
eius ſperauimus. Fiat miſericordia tua dñe ſuper
nos, ſicut expectauimus in te. Dauid qñ commu-
tauit os ſuũ corã Abimelech, & eiecit eũ, & abiit.

Pſalmus xxxiv.

BEnedicam dñm in omni tempore: ſemper laus
eius in ore meo. In dño laudabitur anima mea:
audient mites & lætentur. Magnificate dñm me-
cum, & exaltemus nomen eius pariter. Quæſiui
dñm, & exaudiuit me & de omnib. anguſtiis meis
liberauit me. Aſpicite ad eum & cõfluite, & vultus
veſtri non confundentur. Hic pauper clamauit, &
dñs exaudiuit & de omnib. tribulationib. eius ſal-
uauit eum. Circundat angelus dñi in gyro timen-
tes eum, & eruet eos. Guſtate & videte, quoniam
bonus dñs: beatus vir qui ſperat in eo. Timete dñm
ſancti eius: quoniã non eſt inopia timentib. eum.
Leones indiguerunt & eſurierunt: quærẽtib. autẽ
dñm, non deerit omne bonum. Venite filij audite
me, timorẽ dñi docebo vos. Quis eſt vir qui velit
vitã, diligens dies videre bonos. Cuſtodi linguam
tuam à malo: & labia tua ne loquantur dolum. Re-
cede à malo, & fac bonum: quære pacem, & perſe-
quere eũ. Oculi dñi ad iuſtos, & aures eius ad cla-
mores eorum. Vultus dñi ſuper facientes mala: vt
perdat de terra memoriã eorum. Clamauerunt &
dñs exaudiuit, & ex omnib. tribulationib. eorum
liberauit eos. Iuxta eſt dominus cõtritis corde, &
confractos ſpiritu ſaluabit. Multæ tribulationes H
iuſti, & ex omnib. illis liberauit eum dominus. Cu-
ſtodit omnia oſſa eius: vnum ex eis non cõfringe-
tur. Interficiet impium malitia, & odientes iuſtũ
culpabuntur. Redimet dominus animas ſeruorũ
ſuorum, & non peccabunt omnes ſperãtes in eo.

David. Pſalmus. xxxv.

IVdica dñe aduerſarios meos: pugna cõtra im-
pugnãtes me. Apprehẽde ſcutũ & haſtã, & cõ-
ſurge in auxiliũ meum. Euagina gladiũ, & præoc-
cupa ex aduerſo perſequentẽ me: dic animæ meæ,
ſalus tua ego ſum. Cõfundãtur & reuereantur, qui
quærunt animã meã. Conuertantur retrorſum &
cõfundãtur, qui cogitant malum mihi. Fiant ſicut
puluis ante faciẽ venti, & angelus dñi impellat. Sit
via eorũ tenebræ & lubricum, & angelus dñi per-
ſequatur eos. Quia fruſtra abſcõderunt mihi inſi-
dias retis ſui: ſine cauſa foderunt animæ meæ. Ve-
niat ei calamitas quã ignorat, & rete ſuũ quod ab-
ſcõdit cõprehendat eum, & cadat in laqueũ. Ani-
ma autem mea exultabit in dño, & lætabitur in ſa-
lute ſua. Omnia oſſa mea dicent, dñe quis ſimilis
tui. e. ipiens inopẽ à validiore, & pauperẽ & mẽdi-
cũ à violẽto Surgẽtes teſtes iniqui: quæ neſciebã
interrogabãt me. Reddebãt mihi mala pro bono:
ſterilitatem animę meæ. Ego autẽ cum infirmarer
ab eis induebar cilicio: humiliabã in ieiunio ani-
mã meã, & oratio mea in ſinum meũ reuertetur,
Quaſi ad amicũ, quaſi ad fratrẽ meũ ſic ambulabã:
quaſi lugẽs mater triſtis incuruabar Et in infirmi-
tate mea lætabãtur & cõgregabãtur: collecti ſunt
aduerſum me percutiẽtes, & neſciebã: ſcindẽtes &
nõ tacẽtes. In ſimulatione verborũ fictorũ, ſren-
debãt cõtra me dentib. ſuis. Domine quanta aſpi-
cies, cõuerte animã meã à calamitatib. ſuis: à leo-

A nibus solitariā meam. Confitebor tibi in ecclesia grandi:in populo forti laudabo te. Nō lætētur super me inimici mei mēdaces : odientes me frustra conniuentes oculo Non.n pacem loquuntur,sed in rapina terræ verba fraudulēta cōcinnant. Et dilatauerūt super me os suū,dixerunt vah vah: vidit oculus noster. Vidisti dñe ne taceas : dñe ne elongeris à me. Cōsurge & vigila in iudiciū meū: Deus meus & dñs meus in causā meā. Iudica me secundum iustitiā tuam dñe Deus meus : & ne insultent mihi. Nec dicant in corde suo, vah animæ nostræ: nec dicant,absorbuimus eum. Cōfundantur & reuereantur pariter qui lætantur in afflictione mea, induantur confusione & verecundia , qui magnificantur super me. Laudent & lætentur qui volunt iustitiā meam: & dicant semper magnificetur dñs, qui vult pacem serui sui. Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam: tota die laudem tuam.

¶ *Pro victoria seruo domini David.* Psalmus XXXVI.

DIxit scelus impij in medio cordis eiꝰ:nō esse timorem Dei ante oculos eius. Quia dolosē egit aduersus eū in oculis suis: vt inueniret iniquitatē eius ad odiēdū. Verba oris eius iniquitas & dolus: cessauit cogitare benefacere. Iniquitatē cogitat in cubili suo, stabit in via nō bona: malū non abiciet. Dñe in cælo misericordia tua: fides tua vsq; ad nubes. Iustitia tua quasi mōtes dñe, iudicia tua abyssus multa: hominē & iumentum saluos facies dñe.
B Quam pretiosa est misericordia tua dñe, & filij Adam in vmbra alarū tuarū sperabūt. Inebriabūtur de pinguedine domus tuæ, & torrente delitiarum tuarum potabis eos. Quoniā tecum est fons vitæ: in lumine tuo videbimus lumen. Attrahe misericordiam tuā scientib. te, & iustitiam tuā rectis corde. Non veniat mihi pes superbiæ: & manus impiorū ne me cōmoueat. Ibi ceciderunt operantes iniquitatē: expulsi sunt, & nō potuerunt surgere.

David. Psalmus XXXVII.

NOli cōtendere cum malignis: neque æmuleris faciētes iniquitatē. Quoniā sicut herba velociter cōterētur, & sicut olus viride marcescēt. Spera in dño, & fac bonū : peregrinare in terra, & pascere fide : & delectare in dño, & dabit tibi petitiones cordis tui. Volue super dñm viā tuā, & cōfide in eo, & ipse faciet. Et educet sicut lumen iustitiam tuā, & iudicium tuū sicut meridiem. Tace dño, expecta eum, noli cōtendere aduersus eum qui proficit in via sua : aduersū virū qui facit quæ cogitat. Dimitte iram, & derelinque furorem : noli cōtendere vt malefacias. Quoniā qui malefaciūt, interibunt: expectātes autē dñm ipsi hæreditabunt terrā. Adhuc.n. modicū & nō erit impius: & cogitabis de loco eiꝰ, & nō subsistet. Mites aūt hæreditabunt terrā, & delectabūtur in multitudine pacis. Cogitat impius de iusto , & frendet aduersum eum dētib. suis. Dñs deridebit eum : videns quod veniat dies eius Gladium euaginauerunt impij: intenderunt arcum suum, vt percutiant egenū & pauperē, & interficiāt rectos in via. Gladius eorū ingrediatur in cor eorū, & arcus eorum cōfringantur. Melius est parum iusto: quàm diuitiæ peccatorū multæ. Quoniā brachia impiorum confringentur: subleuat autē iustos dñs. Nouit dñs dies immaculatorū, & hæreditas eorū æterna erit. Non confundentur in tempore malo, & in diebus famis satura-
C buntur. Quia impij peribunt, & inimici dñi gloriantes vt monocerotes: cōsumentur, sicut fumus cōsumentur. Fœnus accipit impius, & non reddit: iustus autē & donat & tribuit. Quia qui benedicti fuerint ab eo, hæreditabūt terrā : & qui maledicti, interibunt. A dño gressus viri firmātur, & viā eius volet. Cum ceciderit nō alliditur: quia dñs sustentat manum eius. Puer fui, siquidē senui, & non vidi iustum derelictū : neque semen eius quærēs panē. Tota die donat, & cōmodat : & semen eius in benedictione. Recede à malo, & fac bonū, & inhabita in sempiterno. Quia dñs diligit iudiciū, & nun derelinquet sanctos suos: in æternū custoditi sunt, & semen impiorū peribit. Iusti hæreditabunt terram; & inhabitabunt in sæculū super eam. Os iusti meditabitur sapientiā, & lingua eius loquetur iudicium. Lex Dei eius in corde eius : non deficient gressus eius. Considerat impius iustum, & quærit vt occidat eum. Dominus non derelinquet eum in manu eius, & nō condēnabit eum cum iudicatur. Expecta dñm, & custodi viā eius, & exaltabit te vt possideas terram: cum interibūt impij videbis. Vidi impium robustū , & firmissimū sicut indigenā virentē. Et transiui, & ecce nō erat & quæsiui eū, & non est inuentus. Custodi simplicitatē, & vide rectum: quia erit ad extremū viro pax. Præuaricatores autē delebūtur pariter , & nouissimū impiorū peribit. Salus autem iustorum à dño: fortitudo eorum in tempore tribulationis. Et auxiliabitur eis dominus, & liberabit eos : eruet eos ab impiis, & saluabit eos: quia sperauerunt in eo.

D *Canticum David in commemoratione.* Psalmus XXXVIII.

DOmine ne ī ira tua arguas me: neq; ī furore tuo corripias me. Quoniā sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & tetigit me manus tuas. Non est sanitas in carne mea à facie indignationis tuæ: nō est pax ossib. meis à facie peccati mei. Quoniam iniquitates meæ trāsierūt caput meū: quasi onus graue aggrauatæ sūt super me. Cōputruerūt, & tabuerūt cicatrices meæ, à facie insipiētiæ meæ. Afflictus sum & incuruatus sum nimis: tota die mœrens ambulaui. Quoniā lūbi mei repleti sunt ignominia , & nō est sanitas in carne mea. Euigilaui, & afflictus sum nimis: rugiebā à gemitu cordis mei. Dñe in conspectu tuo omne desideriū meum: & gemitus meus à te nō est abscōditus. Cor meum fluctuabat, dereliquit me fortitudo mea: & lux oculorū meorū etiā ipsa nō est mecū. Chari mei, & amici mei quasi cōtra lepiā meā steterūt, & vicini mei longè steterūt. Et irruebāt quærentes animā meā: & inuestigātes mala mihi loquebantur insidias , & dolos tota die meditabantur. Ego autē quasi surdus non audiebā, & quasi mutus non aperiēs os suū. Et erā quasi homo non audiens : nec habens in ore suo redargutiones. Te. n. dñe expectabam, tu exaudies dñe Deus meus. Quia dixi ne forte insultent mihi , & cū vacillauerint pedes mei super me magnificentur. Quia ego ad plagas paratus sū, & dolor meus cōtra me est sēper. Quia iniquitatē meā annuntio: sollicitus ero pro peccato meo. Inimici autē mei viuētes confortati sunt, & multiplicati sunt odiētes me mendaciter. Et qui reddūt malū pro bono, aduersabātur mihi: quia sequebar bonū. Ne derelinquas me domine : Deus meus ne elōgeris à me. Festina in auxilium meum, domine salutis meæ.

¶ *Pro victoria Idithum.*
David. Psalmus xxxix.

DIxi custodiā vias meas ne peccem in lingua
mea;custodiā os meū silētio,donec est impi⁹
contra me. Obmutui silētio,tacui de bono,& do-
lor meus cōturbatus est. Incaluit cor meū in me-
dio mei, in meditatione mea incēsus sum igni. lo-
cutus sū in lingua mea. Ostēde mihi dn̄e finē meū,
& mensurā dierū meorū, quæ sit, vt sciā quid mihi
desit. Ecce breues posuisti dies meos, & vita mea
quasi nō sit in cōspectu tuo:omnia. n. vanitas om-
nis homo stans semper. Tantū in imagine ambu-
lat homo, tantum frustra cōturbatur:cōgregat &
ignorat cui dimittat ea. Nunc ergo quid expecto
dn̄e?præstolatio mea tu es. Ab omnib. iniquitati-
bus meis libera me:opprobriū stulto ne ponas me.
Obmutui, non aperiam os meum : quia tu fecisti.
Tolle à me plagas tuas:à contentione manus tuæ
ego consumptus sum. Increpationib. pro inquita-
te corripuisti virum, & posuisti quasi tineam desi-
derabilia eius : veruntamen vanitas omnis homo
semper. Audi orationem meam domine,& clamo-
rem meum exaudi : ad lacrymam meam ne ob-
surdescas, quia aduena ego sum apud te, & pere-
grinus sicut omnes patres mei. Parce mihi vt ri-
deam antequam vadam,& non subsistam.

¶ *Pro victoria psalmus David.* Psalmus xl.

EXpectans expectaui dn̄m : & inclinatus est ad
me, & audiuit clamorē meū. Et eduxit me de
F lacu sonitus, de luto cœni: & statuit super petrā pe
des meos, stabiliuit gressus meos. Et dedit in ore
meo canticū nouū, laudē Deo nostro. Videbunt
multi & timebunt,& sperabunt in dn̄o. Beatus vir
qui posuit dn̄m confidentiā suam, & nō est auer-
sus ad superbias pōpasq; mendacij. Multa fecisti tu
domine Deus meus mirabilia tua, & cogitationes
tuas pro nobis, non inuenio ordinem coram te : si
narrare voluero & numerare, plura sunt quam vt
narrari queant. Victimam & oblationem non vo-
luisti, aures fodisti mihi : holocaustū & pro pecca-
to non petisti. Tunc dixi, ecce ego venio: in volu-
mine libri scriptum est de me. Vt facerem placitū
tibi Deus meus volui, & legem meam in medio
ventris mei. Annuntiaui iustitiam in ecclesia mul-
ta, ecce labia mea nō prohibebo: domine tu nosti.
Iustitiam tuam non abscōdi in medio cordis mei,
fidem tuam & salutare tuum dixi : non abscondi
misericordiam tuam, & veritatem tuam in eccle-
sia multa. Tu domine non prohibebis miserico-
dias tuas à me:misericordia tua & veritas tua iugi-
ter seruabunt me. Circundederunt enim me ma-
la, quorum non est numerus, cōprehenderunt me
iniquitates meæ,& non potui videre: plures factæ
sunt, quàm capilli capitis mei, & cor meū dereli-
quit me. Placeat tibi domine vt liberes me: domi-
ne ad adiuuandum me festina. Confundantur &
reuereantur simul quærentes animam meā vt au-
ferant eam : conuertantur retrorsum & confun-
dantur, qui volunt mala mihi. Pereant post cōfu-
sionem suam, qui dicunt mihi vah vah. Gaudeant
& lætentur in te omnes qui quærunt te : dicant iu-
giter magnificetur dominus, qui diligunt salutare
tuum. Ego autem sum egenus & pauper: dominus
sollicitus erit pro me : auxilium meum & salutare
meum tu es, Deus meus ne moreris.

¶ *Pro victoria psalmus David.*
Psalmus. xli.

BEatus qui cogitat de paupere:in die mala libe-
rabit eum dominus. Dominus custodiet eum,
& viuificabit eum : & beatus erit in terra, & non
tradet eum animæ inimicorum suorū. Dominus
confortabit eum in lecto infirmitatis:totum stra-
tum eius vertisti in ægrotatione sua. Ego dixi; do-
mine miserere mei:sana animam meam, quoniam
peccaui tibi. Inimici mei loquentur malum mihi:
quando morietur & peribit nomen eius. Et si vē-
nerit vt visitet, vana loquetur cor eius:cōgregabit
iniquitatem sibi, egrediens foras detrahet. Simul
aduersum me murmurabant omnes odientes me:
contra me cogitabant malum mihi. Verbum dia-
boli infundebant sibi: qui dormiuit non addet vt
resurgat. Sed & homo pacificus meus : in quo ha-
bui fiduciam : qui manducabat panem meum, le-
uauit contra me plantam. Et tu domine miserere
mei & eleua me,& reddam eis. In hoc cognoui
quod velis me:quia non insultabit inimicus meus
mihi. Ego autem in simplicitate mea adiutus sum
à te, & statues me ante faciem tuā in perpetuum.
Benedictus dominus Deus Israel à sæculo, & vs-
que in sæculum, Amen amen.

¶ *Victori intellectus filiis Core.*
Psalmus xlii.

SIcut areola præparata ad irrigationes aquarū:
sic anima mea præparata ad te Deus. Sitiuit a-
nima mea ad Deū fortē viuum, qn̄ veniā, & appa-
rebo ante faciē Dei. Fuerunt mihi lacrymæ meæ
panes per diē & noctem: cum diceretur mihi tota
die, vbi est Deus tuus. Horū recordatus sum,& ef-
fudi in me animā meā: quia veniā ad vmbraculū,
tacebo vsque ad domum Dei in voce laudis & cō-
fessionis, multitudinis festa celebrantis. Quare in- H
curuaris anima mea,& cōturbas me: expecta Deū
quia adhuc cōfitebor ei, salutarib. vultus eius. De⁹
meus in meipso anima mea incuruatur: propterea
recordabor tui de terra Iordanis, & Chermonim
de monte minimo. Abyssus abyssū vocat, in voce
cataractarum tuarum : oēs gurgites tui & fluctus
tui super me transierunt. Per diē mandauit domi-
nus misericordiā suam, & nocte canticū eius me-
cum:oratio Deo vitæ meæ. Dicā Deo petra mea,
quare oblit⁹es mei :quare tristis incedo affligente
inimico? Dum me interficerēt in ossib. meis, ex-
probrauerūt mihi hostes mei : dicētes tota die vbi
est Deus tuus? Quare incuruaris anima mea, &
conturbas me: expecta dominum, quoniam ad-
huc confitebor ei : salutibus vultus mei & Deo
meo.

Psalmus xliii.

IVdica me Deus & discerne causam meam de
gente non sancta:à viro iniquo & doloso salua
me. Tu enim Deus fortitudo mea, quare proieci-
sti me: quare tristis incedo affligēte inimico? Mit-
te lucem tuam & veritatem tuam, ipsa ducent me,
& introducent me ad montē sanctum tuū, & in
tabernaculum tuum. Et introibo ad altare Dei, ad
Deum lætitiæ & exultationis meæ, & confitebor
tibi in cithara Deus, Deus meus. Quare incurua-
ris anima mea, & quare conturbas me : expecta
dominum, quoniam adhuc confitebor ei : saluti-
bus vultus mei & Deo meo.

A *¶ Pro victoria filiis Core eruditio.* Psalmus XLIV.

DEus aurib. nostris audiuimus: patres nostri narrauerũt nobis opus quod operatus es in dieb. eorũ, in dieb. antiquis. Tu manu tua gentes delesti & plãtasti eos: afflixisti populos, & emisisti eos. Non. n. in gladio suo possederunt terram, neque brachium eorũ salutabit eos: sed dextera tua est brachium tuũ & lux vultus tui, quia cõplacuisti eis. Tu es ipse rex, Deus meus: præcipe pro salutib. Iacob. In te hostes nostros vẽtilabimus: in nomine tuo cõculcabim⁹ aduersarios nostros. Nõ. n. in arcu meo confidã: neque gladius meus saluabit me. Quia saluasti nos de hostib. nostris, & eos qui oderunt nos confudisti. In dño gaudebimus tota die, & nomini tuo in æternũ cõfitebimur, semper. Verum tu proiecisti, & confudisti nos: & nõ egredieris in exercitib. nostris. Vertisti terga nostra hosti: & qui oderunt nos, diripuerũt sibi. Dedisti nos quasi gregem ad vorandũ, & in gentib. dispersisti nus. Vendidisti populum tuũ sine pretio: nec grãdis fuit cõmutatio eorum. Posuisti nos opprobriũ vicinis nostris: subsannationem & irrisum his qui erant in circuitu nostro. Posuisti nos similitudinẽ in gentibus, cõmotionem capitis in tribubus. Tota die confusio mea cõtra me, & ignominia faciei meæ cooperuit me. A voce exprobrantis & blasphemantis: a facie inimici & vltoris. Omnia hæc venerunt super nos, & obliti non sumus tui: nec mentiti sumus in pacto tuo. Non est conuersum
B retto cor nostrũ: nec declinauerũt gressus nostri à semita tua. Quoniam deiecisti nos in loco draconũ, & operuisti nos vmbra mortis. Si obliti sumus nominis Dei nostri, & si expãdimus manus nostras ad Deum alienũ. Nunquid non Deus inuestigabit istud? ipse enim nouit cogitationes cordis. Quoniam propter te mortificati sumus tota die: reputati sumus vt grex occisionis. Cõsurge quare dormitas domine. euigila quare proiicis nos in sẽpiternum. Quare faciem tuam abscondis: obliuisceris afflictiones & angustias nostras. Quoniã incuruata est in puluere anima nostra: adhæsit terræ vẽter noster. Surge auxiliare nobis, & redime nos propter misericordiam tuam.

¶ Victori pro liliis filiorum Core, eruditionis canticum amantissimi. Psalmus. XLV.

ERuctauit cor meũ verbũ bonum; dico ego opera mea regi: lingua mea stilus scribæ velocis. Decore pulchrior es filiis hominũ, effusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit tibi Deus in æternũ. Accingere gladio tuo super femur fortissime: gloria tua & decore tuo. Et decore tuo prospere ascẽde, propter verbũ veritatis & mansuetudinẽ iustitię, & docebit te terribilia dextera tua. Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadẽt: in corda inimicorũ regis. Thronus tuus Deus in sæculũ, & in æternũ: sceptrum æquitatis, sceptrũ regni tui. Dilexisti iustitiã, & odisti iniquitatẽ: propterea vnxit te Deus, Deus tu⁹ oleo exultationis præ participib. tuis. Myrrha & lacte & casia in cũctis vestimentis tuis, de domib. eburneis quibus lætificauerunt te. Filiæ regũ in honore tuo. stetit cõiunx in dextera tua, in diademate aureo. Audi filia & vide, & inclina aurẽ tuã, & obliuiscere populi tui & domus patris tui. Et cõcupiscet rex decorẽ tuũ: quia ipse est dominus Deus tuus, & adora eũ. Et filia fortis in muneribus: faciẽ tuã deprecabũtur diuites populi. Omnis gloria filiæ regis intrinsec⁹: fasciis aureis vestita est. In scutulatis ducetur ad regẽ, virgines sequẽtur eam amicæ eius: ducentur illuc. Ducẽtur in lætitiis & exultatione: ingredietur thalamũ regis. Pro patrib. tuis erunt filij tui: pones eos principes in vniuersa terra. Recordabor nominis tui in omni generatione & generatione: propterea populi confitebuntur tibi in sæculũ & in æternum.

¶ Victori filiorum Core pro iuuentutibus canticum. Psalmus XLVI.

DE⁹ nostra spes & fortitudo: auxiliũ in tribulationib. inuentus es validũ. Ideo non timebimus cum fuerit trãslata terra, & cõcussi montes in corde maris. Sonantib. & intumescentib. gurgitibus eius, & agitatis mõtib. in potentia eius sẽper. Fluminis diuisiones lætificãt ciuitatẽ Dei: sanctum tabernaculũ altissimi. Deus in medio eius nõ cõmouebitur: auxiliabitur ei De⁹ in ipso ortu matutino. Cõturbatæ sunt gẽtes, cõcussa sunt regna: dedit vocem suã, prostrata est terra. Dñs exercituum nobiscũ: protector noster Deus Iacob semper. Venite & videte opera domini. quãtas posuerit solitudines in terra. Compescuit bella vsque ad extremum terræ, arcum confringet & cõcidet hastam: plaustra comburet igni. Cessate & cognoscite quoniam ego Deus: exaltabor in gentibus, exaltabor in terra. Dominus exercituum nobiscum. fortitudo nostra Deus Iacob semper.

¶ Victori filiorum Core. Psalmus XLVII.

OMnes populi plaudite manibus: iubilate Deo in voce laudis. Quoniã dñs altissimus terribilis: rex magnus super oẽm terram. D Congregauit populos subter nos, & trib. sub pedibus nostris. Elegit nobis hæreditatem nostrã: gloriã Iacob quã dilexit semper. Ascendit Deus in iubilo: dominus in voce buccinæ. Canite Deo canite regi nostro canite. Quia rex vniuersæ terræ Deus: canite eruditè. Regnauit Deus super gentes: Deus sedet super thronum sanctũ suum. Principes populorum congregati sunt populus Dei Abraham: quoniam dij scuta terræ vehementer eleuati sunt.

¶ Canticum psalmi filiorum Core. Psalmus XLVIII.

MAgnus dominus & laudabilis oĩmis: in ciuitate Dei nostri, in mõte sancto eius. Specioso germine gaudio vniuersæ terræ, monte Siõ lateribus aquilonis ciuitatulæ regis magni Deus in domibus eius: agnitus est in auxiliando. Quia ecce reges congregati sunt: venerunt simul. Ipsi videntes sic obstupuerunt: conturbati sunt, admirati sunt. Horror possedit eos ibi: dolor quasi parturiẽtis. In vento vredinis cõfringes naues Tharsis. Sicut audiuim⁹, ita vidim⁹ in ciuitate Dei exercituũ, in ciuitate Dei nostri: Deus fundauit eã vsq; in æternum semper. Æstimauimus Deus misericordiam tuam, in medio templi tui. Secundum nomẽ tuum Deus, sic laus tua vsque ad extremum terræ: iustitia repleta est dextera tua. Lætetur mons Siõ, exultent filiæ Iudæ: propter iudicia tua. Circundate Sion & circuite eam, numerate turres eius. Ponite cor vestrum in mœnibus eius: separate palatia eius, vt enarretis in generatione nouissima. Quia ipse est Deus Deus noster in sæculum, & in perpetuum: ipse erit dux noster in morte.

¶ Victo-

E ¶ *Victori filiorum Core Psalmus.*

Psalmus XLIX.

AVdite hæc oẽs populi: aurib. percipite vniuersi habitatores occidentis. Tã filij Adã, quã filij singulorũ: simul diues & pauper. Os meũ loquetur sapiẽtias, & meditatio cordis mei prudẽtias. Inclinabo ad parabolã aurẽ meã: aperiã in cithara ænigma meum. Quare timebo in dieb. mali: iniquitas calcanei mei circũdabit me. Qui fiduciã habent in fortitudine sua, & in multitudine diuitiarũ suarũ superbiũt. Fratrẽ redimens nõ redimet vir: nec dabit Deo propitiationẽ pro eo. Neq; pretiũ redemptionis animę eorũ: sed quiescit in sęcula. Et viuet vltra in sẽpiternũ, & non videbit interitũ. Cũ viderit sapiẽtes morientes: simul insipiens & indoct' peribunt, & derelinquent alienis diuitias suas. Interiora sua domus suas in sæculo, tabernacula sua in generatione & generatione: vocauerunt nominibus suis terras suas. Et homo in honore non cõmorabitur: & similatus est iumentis, & exæquatus est. Hæc est via insipientiæ eorũ, & post eos iuxta os eorũ current sẽper. Quasi grex in inferno positi sunt: mors pascet eos, & subijciẽt eos recti in matutino, & figura eorũ conteretur in inferno post habitaculum suũ. Veruntamẽ Deus redimet animam meã de manu inferni: cum assumpserit me sẽper. Noli timere cum ditatus fuerit vir: cum multiplicata fuerit gloria dom' eius. Neq; enim moriẽs tollet omnia: nec descendet post eum gloria eius. Quia animæ suæ in vita sua benedicet: laudabunt te cum benefeceris tibi. Intrabit vsque ad generationem patrum suorum: vsque ad finem non videbunt lucem. Homo cum in honore esset, non in-
F tellexit: comparatus est iumentis, & silebitur.

¶ *Psalmus Asaph.* Psalmus L.

FOrtis De' domin' locutus est, & vocauit terrã: ab ortu solis vsq; ad occasum eius. De Sion perfecto decore Deus apparuit. Veniet De' noster, & non tacebit: ignis corã eo vorabit, & in circuitu eius tẽpestas valida. Vocabit cœlum desursum, & terrã vt iudicet populum suum. Cõgregate mihi sanctos meos: qui feriunt pactũ meum in sacrificio. Et annũtiabunt cœli iustitiam eius: quia Deus iudex est sẽper. Audi popule meus & loquar, Israël & testificabor in te: Deus Deus tuus ego sum. Nõ propter victimas tuas arguã te, & holocausta tua coram me sunt semper. Non accipiã de domo tua vitulum: neq; de gregibus tuis hircos. Mea sũt enim omnia animalia syluarũ: pecudes in montibus millium. Scio omnes aues montiũ, & vniuersitas agri mecum est. Si esuriero, non dicã tibi: meus est.n. orbis & plenitudo eius. Nunquid comedam carnem taurorum: aut sanguinẽ hircorum bibam? Immola Deo laudẽ, & redde altissimo vota tua. Et inuoca me in die tribulationis: liberabo te, & glorificabis me. Impio autẽ dixit Deus: quid tibi est cum enarratione præceptorum meorum, vt assumas pactum meum in ore tuo? Qui odisti disciplinam, & proiecisti verba mea post te. Si videbas furem, cõsentiebas ei: & cum adulteris erat pars tua. Os tuũ dimisisti ad malitiã, & lingua tua non concinnauit dolum. Sedẽs aduersus fratrẽ tuum loquebaris, & aduersus filiũ matris tuæ fabricabaris opprobriũ. Hęc fecisti, & tacui: existimasti me futurum similẽ tui: arguam te, & proponã te ante oculos tuos. Intelligite hoc qui obliuiscimini Deũ: ne forte ca-

piam, & non sit qui liberet. Quid immolat confessionem, glorificat me: & qui ordinat viam, ostendam ei salutare Dei. G

¶ *Victori canticum David: quando venit ad eum Nathan propheta, quando ingressus est ad Bethsabee.*

Psalmus LI.

MIserere mei Deus, secundum misericordiam tuã: iuxta multitudinem miserationum tuarum dele iniquitates meas. Multũ laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me. Quoniã iniquitates meas ego cognoui, & peccatum meũ contra me est sẽper. Tibi soli peccaui & malum corã te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cũ iudicaberis. Ecce in iniquitate cõceptus sũ, & in peccato peperit me mater mea. Ecce.n. veritatẽ diligis, abscõditum & arcanum sapientiæ tuæ manifestasti mihi. Asperges me hyssopo & mũdabor: lauabis me & super niuẽ dealbabor. Auditum mihi facies gaudium & lætitiã, & exultẽt ossa quæ confregisti. Absconde faciẽ tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. Cor mundũ crea mihi Deus, & spiritum stabilẽ renoua in visceribus meis. Ne proijcias me à facie tua, & Spiritum sãctũ tuum ne auferas à me. Redde mihi lætitiã Iesu tui, & spiritu potẽti cõfirma me. Docebo iniquos vias tuas, & peccatores ad te cõuertẽtur. Libera me de sãguinib. Deus, Deus salutis meæ: laudabit lingua mea iustitiã tuam. Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuã. Non enim vis vt
victimam feriam: nec holocaustum tibi placet. Sa- H
crificium Dei spiritus contribulatus: cor cõtritum & humiliatum, Deus, nõ despicies. Benignè fac in voluntate tua Sion, & ædificẽtur muri Hierusalẽ. Tũc suscipies sacrificiũ iustitiæ, oblationes & holocausta: tunc imponent super altare tuũ vitulos.

¶ *Victori eruditio David, cum venit Doeg Idumæus & annuntiauit Saul, & dixit ei: venit David in domum Achimelech.*

Psalmus LII.

QVid gloriaris in malitia potens: misericordia Dei tota die. Insidias cogitauit lingua tua: quasi nouacula acuta faciens dolũ. Dilexisti malũ magis quàm bonum: mẽdaciũ magis quàm loqui iustitiã semper. Dilexisti omnia verba ad deuorandum linguã dolosam. Sed Deus destruet te, in sẽpiternũ terrebit te: & euellet de tabernaculo, & eradicabit te de terra viuentiũ sẽper. Videbunt iusti & timebunt, & super eũ ridebunt. Ecce vir qui non posuit Deum fortitudinem suã: sed sperauit in multitudine diuitiarũ suarum: confortatus estẽ in insidijs suis. Ego autẽ sicut oliua virẽs in domo Dei: speraui in misericordia Dei in sæculum sempiternum. Confitebor tibi in sæculum, quoniã fecisti: & expectabo nomen tuum, quoniam bonum in conspectu sanctorum tuorum.

¶ *Victori per chorum eruditio David.*

Psalmus LIII.

DIxit stultus in corde suo, nõ est Deus: corrupti sunt & abominabiles facti sunt iniquitate, nõ est qui faciat bonum. Deus de cœlo prospexit super filios hominũ, vt videret si esset intelligens requirens Deum. Omnes auersi sunt, pariter adhæserunt: nõ est qui faciat bonũ, non est vsq; ad vnum. Nunquid non cognouerũt qui operãtur iniquitatẽ, qui comedunt populum meum vt cibum panis: Deum non inuocauerunt. Ibi timuerunt timore

A vbi non est timor: quoniam Deus dispersit ossa circundantiũ te: confunderis quia Deus proiecit eos Quis dabit ex Sion salutare Israël: cum reduxerit Deus captiuitatem populi sui exultabit Iacob, lætabitur Israël.

¶ Victori in psalmis eruditio David: quando venerunt Ziphæi & dixerunt Saul: nonne David absconditus est apud nos?

Psalmus LIV.

DEus in nomine tuo salua me, & in fortitudine tua vlciscere me. Deus exaudi orationẽ meã: auribus percipe verba oris mei. Quia alieni insurrexerunt aduersum me, & fortes quæsierunt animã meã: & non proposuerunt Deum in conspectu suo sẽper. Ecce Deus auxiliabitur mihi: dominus sustẽtans animã meam. Redde malum insidiatoribus meis: in veritate tua disperde eos. Volũtarie sacrificabo tibi: cõfitebor nomini tuo domine, quoniã bonum est. Quoniam ex omni tribulatione liberauit me, & inimicos meos vidit oculus meus.

¶ Victori in psalmis eruditio David.

Psalmus LV.

EXaudi Deus orationẽ meã, & ne despicias deprecationem meã. Attende mihi & exaudi me: humiliatus sũ in meditatione mea & cõturbatus. A voce inimici, á facie persequentis impij: quoniã proiecerunt super me iniquitatẽ, & in furore aduersabãtur mihi. Cor meũ doluit in vitalib. meis: & terrores mortis ceciderũt super me. Timor & tremor venit super me, & operuit me caligo. Et dixi, quis dabit mihi pennas colũbæ, vt volem & requiescam. Vt procul abeam, & commorer in deserto semper. Festinabo vt saluer à spiritu tempestatis &

B turbinis. Præcipita domine. diuide linguas eorum: quoniã vidi iniquitatem & cõtradictionem in ciuitate. Die & nocte circũeuntes muros eius: scelus & dolor in medio eius. Insidiæ in vitalibus eius, & non recedit de plateis eius dãnum & fraudulẽtia. Non enim inimicus exprobrauit mihi vt sustinerẽ: neq; is qui oderat, super me magnificatus est, vt abscondar ab eo. Sed tu homo inanimis meus, dux meus, & notus meus. Qui simul habuim' dulce secretũ, in domo Dei ambulauimus in terrore. Veniat mors super eos, descendant in infernũ viuentes: quia nequitiæ in cõgregatione eorũ, & in medio eorũ. Ego ad dominum clamabo, & dominus saluabit me. Vespere & mane & meridie loquar & resonabo, & exaudiet vocem meã. Redimet in pace animã meã, ab appropinquantibus mihi: multi enim fuerunt aduersũ me. Exaudiet Deus & humiliabit eos, qui iudex est ab initio semper: non enim mutantur, neque timent Deum. Extendit manum suã ad pacifica: contaminabit pactum suum. Nitidius butyro os eius: pugnat autẽ cor illius, molliores sermones eius oleo, cum sint lãceæ. Proiice super dominum charitatem tuã, & ipse enutriet te: nõ dabit in æternum fluctuationem iusto. Tu autem Deus deduces eos in puteum interitus: viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos: ego autem fiduciam habeo tui.

¶ Victori pro columba muta, eo quod procul abierit David humilis & simplex, quando tenuerunt eum allophyli in Geth.

Psalmus LVI.

MIserere mei Deus, quoniam conculcauit me homo: tota die pugnans tribulauit me. Conculcauerũt me insidiatores mei tota die: multi. n. qui pugnãt contra me altissime. Quacunq; die territus fuero, ego in te confidã. In Deo laudabo verbũ eius, in Deo speraui: nõ timebo, quid faciat caro mihi. Tota die sermonibus me affligebant: cõtra me omnes cogitationes eorum in malum. Cõgregabũtur abscondite, plantas meas obseruabũt: expectãtes animam meam. Quia nullus est saluus in eis: in furore populos detrahet De'. Secretiora mea numerasti, pone lacrymã meam in conspectu tuo: sed non in narratione tua. Tunc conuertẽtur inimici mei retrorsum, in quacunq; die inuocauero: hoc scio quia De' meus es. In Deo laudabo verbum: in domino prædicabo sermonẽ In Deo speraui: nõ timebo, quid faciat homo mihi. In me sũt Deus vota tua: reddã gratiarum actiones tibi. Quia eripuisti animã meam de morte, & pedes meos de lapsu: vt ambulem coram Deo, in lumine viuẽtiũ.

¶ Victori vt non disperdas David humilem & simplicem, quando fugit à facie Saul in speluncam.

Psalmus LVII.

MIserere mei Deus, miserere mei: quoniã in te sperauit anima mea, in vmbra alarum tuarũ sperabo: donec transeant insidiæ. Inuocabo Deum altissimum: Deũ vltorẽ meum. Mittet de cælo & saluabit me, exprobrabit conculcãtibus me sẽper: mittet Deus misericordiam suam & veritatem suã. Anima mea in medio leonũ dormiuit ferocientiũ: filij hominũ dẽtes eorum lanceæ & sagittæ, & lingua eorũ gladius acutus. Exaltare super cælos De': in omnia terra gloria tua. Rete parauerũt gressib' meis, ad incuruandã animã meam: foderunt ante me foueã, ceciderunt in medium eius semper. Paratũ cor meum Deus, paratũ cor meum: cantabo & psallã. Surge gloria mea, surge psalteriũ & cithara: surgã mane. Confitebor tibi in populis domine. cantabo tibi in gẽtibus. Quia magna vsq; ad nubes veritas tua. Exaltare super cœlos Deus: in omni terra gloria tua. H

¶ Victori vt non disperdas David humilem ac simplicem.

Psalmus LVIII.

SI vere vtique iustitiam loquimini: recta iudicate filij hominum. Etenim in corde iniquitates operamini in terra: iniquitates man' vestræ appẽdunt Alienati sũt peccatores à vulua: errauerũt ab vtero loquentes mendacium. Furor eorũ sicut furor serpentis: sicut reguli surdi obturantis aurẽ suam. Vt non audiat vocem murmurantiũ: nec incantatoris incãtationes callidas. Deus excute dentes eorum ex ore eorum: molares leonum cõfringe domine. Dissoluantur quasi aquæ quæ defluunt: intẽdit arcum suum donec conterantur. Quasi vermis tabefactus pertrãseant: quasi abortiuum mulieris quod non vidit solem. Antequã crescant spinæ vestræ in rhamnũ: quasi viuentes, quasi in ira tempestas rapiet eos. Lætabitur iustus cum viderit vltionem: pedes suos lauabit in sanguine impij. Et dicet homo, vere est fructus iusto: vere est Deus iudicans in terra.

¶ Victori vt non disperdas David humilem & simplicem, quando misit Saul, & custodierunt domum vt occiderent eum.

Psalmus LIX.

ERue me de inimicis meis Deus meus, & à resistentibus mihi protege me. Libera me ab operariis iniquitatis, & à viris sanguinum salua me.

qui

A Quia ecce inſidiati ſunt animæ meæ, cõgregantur aduerſus me fortiſſimi: abſq; iniquitate mea & abſque peccato meo domine: Nõ egi iniquè, & illi currũt & præparãtur: ſurge ex aduerſo pro me & reſpice. Et tu domine Deus exercituũ De' Iſraël, euigila vt viſites omnes gẽtes: non miſereatis vniuerſis qui operãtur iniquitatem ſemper. Reuertantur ad veſperam & latrent vt canes, & circumeant ciuitatẽ. Ecce loquũtur in ore ſuo, gladij in labiis eorũ: quaſi nemo audiat. Tu autẽ domine deridebis eos: ſubſannabis omnes gentes. Fortitudinẽ meam ad te ſeruabo: quoniã tu De' eleuator meus. Dei mei miſericordia præueniet me: De' oſtẽdit mihi inſidiatores meos. Ne occidas eos, ne forte obliuiſcãtur populi mei: diſperge eos in fortitudine tua & deſtrue eos: protector noſter domine. In peccato oris ſui in ſermone labiorũ ſuorũ, & capiantur in ſuperbia ſua: maledictionẽ & mendaciũ narrantes. Conſume in furore, conſume vt non ſubſiſtant: & ſciẽt quoniã Deus dominator Iacob, in finib. terræ ſẽper. Conuertentur ad veſperã, & latrent vt canes, & circumeant ciuitatẽ. Ipſi vagabũtur vt comedant, & cum ſaturati non fuerint, murmurabunt. Ego autẽ cantabo imperium tuum, & laudabo mane miſericordiam tuam: quoniam factus es fortitudo mea, & refugiũ in die tribulationis meę. Virtutem meam tibi cantabo: quoniam Deus adiutor meus, Deus miſericordia mea.

¶ Victori pro liliis teſtimonium humilis & ſimplicis Dauid, ad docendum: quando pugnauit aduerſus Syriam & Meſopotamiæ, & aduerſus Syriam Soba: & reuerſus eſt Ioab, & percuſſit Edom in valle ſalinarum duodecim millia.

B Pſalmus LX.

DEus proiecisti nos, ſcidiſti nos: iratus es, cõuertisti nos. Cõmouiſti terram & diripuiſti eam: ſana contritiones eius quoniam mota eſt. Oſtẽdiſti populo tuo duritiã: potaſti nos vino conſopiẽte. Dediſti metuentibus te ſignũ vt fugerent: à facie arcus ſẽper. Vt liberentur amici tui: ſalua dextera tua, & exaudi me. De' locutus eſt in sãctuario ſuo: lætabor, diuidã Sicimam, & vallem Soccot dimetiar. Meus eſt Galaad, & meus eſt Manaſſe, & Ephraim fortitudo capitis mei: Iuda legiſer meus. Moab olla lauacri mei, ſuper Idumæam incedam calciamento meo: mihi Palæſtina fœderata eſt. Quis deducet me ad ciuitatem munitam: quis deducet vſq; ad Idumæam? Nonne tu Deus qui proieciſti nos, & non egredieris Deus in exercitibus noſtris. Da nobis auxilium de tribulatione: vana eſt enim ſalus ab homine. In Deo faciemus virtutem, & ipſe conculcabit tribulantes nos.

¶ Victori in pſalmis Dauid.

Pſalmus LXI.

EXaudi Deus laudationẽ meam: intende orationi meæ. De nouiſſimo terræ ad te clamabo, cũ triſte fuerit cor meũ: cum fortis eleuabitur aduerſũ me, tu eris ductor meus. Fuiſti ſpes mea: turris munitiſſima à facie inimici. Habitabo in tabernaculo tuo iugiter: ſperabo in protectione alarũ tuarũ ſemper. Tu enim Deus exaudiſti orationẽ meã: dediſti hæreditatẽ timentibus nomen tuum. Dies ſuper dies regis adiicies annos ei' donec eſt generatio & generatio. Sedebit ſẽper ante faciẽ Dei: miſericordia & veritas ſeruabunt eũ. Sic canã nomini tuo iugiter: reddens vota mea per ſingulos dies.

C *¶ Victori pro Idithun canticum Dauid.*

Pſalmus LXII.

ATtamen apud Deum ſilebit anima mea: ex eo ſalus mea. Attamen ipſe eſt ſcutũ meum & ſalus mea: fortitudo mea non cõmouebor amplius. Vſquequo inſidiamini contra virũ interficitis omnes, quaſi mur' inclinatus, & maceria corruẽs. Partẽ enim eius cogitauerunt expellere, placuerũt ſibi in mẽdacio: ore ſuo ſinguli benedicũt, & corde ſuo maledicunt ſẽper. Veruntamen Deo retice anima mea: ab ipſo. n. præſtolatio mea. Sed ipſe eſt fortitudo mea & ſalus mea: ſuſceptor meus nõ timebo. In Deo ſalutare meum & gloria mea: robur fortitudinis meæ & ſal' mea in Deo. Sperate in eo omni tẽpore, populi effundite corã eo cor veſtrũ: Deus ſpes noſtra eſt ſẽper. Veruntamen vanitas filij Adã mẽdacium filij viri in ſtateris doloſis: fraudulenter agunt ſimul. Nolite confidere in calũnia & in rapina, ne fruſtremini: diuitię ſi affluxerĩt, ne apponatis cor. Vnũ locut' eſt Deus, duo hæc audiui: quia imperiũ Dei eſt. Et tibi domine miſericordia: quia tu reddes vnicuiq; ſecundum opus ſuum.

¶ Pſalmus Dauid, cum eſſet in deſerto Iudææ.

Pſalmus LXIII.

DEus fortitudo mea tu es, de luce cõſurgam ad te: ſitiuit te anima mea, deſiderauit te caro mea: in terra inuia & cõſitiente, ac ſine aqua. Sic in sãcto apparui tibi, vt videã fortitudinẽ tuã & gloriam tuã. Melior eſt enim miſericordia tua quàm
D vitæ labia mea laudabunt te. Sic benedicam tibi in vita mea: in nomine tuo leuabo man' meas. Quaſi adipe & pinguedine implebitur anima mea, & labiis laudantibus canet os meũ. Recordãs tui in cubili meo: per ſingulas vigilias meditabor tibi. Quia fuiſti auxiliũ meũ, & in vmbra alarum tuarum laudabo. Adhæſit anima mea poſt te: me ſuſcepit dextera tua. Ipſi vero interficere quærunt animã meã: ingrediãtur in extrema terrę. Congregẽtur in manus gladij: pars vulpium erunt. Rex autẽ lætabitur in Deo, laudabitur omnis qui iurat in eo: quia obſtruetur os loquentium mendacium.

¶ Victori pſalmus Dauid.

Pſalmus LXIV.

AVdi Deus vocem meã loquentis: à timore inimici ſerua vitã meam. Abſconde me à conſilio malignorũ: à tumultu operãtium iniquitatem. Quia exacuerũt quaſi gladium linguam ſuã: tetenderunt ſagittam ſuã verbum amariſſimum. Vt ſagittarent in abſconditis ſimplicẽ: ſubito ſagittabũt eum & nõ timebunt. Confortauerunt ſibi ſermonẽ peſſimum, narrauerãt vt abſconderẽt laqueos: dixerũt quis videbit eos? Scrutati ſunt iniquitates: defecerunt ſcrutãtes ſcrutinio, & cogitatione ſingulorum, & corde profundo. Sagittabit ergo eos Deus iaculo repentino: inferentur plagæ eorũ. Et corruent in ſemetipſos linguis ſuis: fugient omnes qui viderint eos. Et timebunt omnes homines & annuntiabunt opus Dei, & opera eius intelligent. Lætabitur iuſtus in domino, & ſperabit in eo: & exultabunt omnes recti corde.

¶ Victori pſalmus Dauid cantici.

Pſalmus LXV.

TIbi ſilẽtium laus Deus in Sion, & tibi reddetur votum. Exaudi orationem: donec ad te omnis caro veniat. Verba iniquitatum præualuerunt aduerſus me: ſceleribus noſtris tu propitiaberis.

A Beatus quē elegeris&ſuſceperis:habitabit enim in
atriis tuis,replebimur in bonis dom° tuæ:ſāctifica-
tione tēpli tui. Terribilis in iuſtitia exaudi nos De-
us ſaluator noſter : confidentia omniū finium ter-
ræ, & maris lōginqui. Præparās montes in virtute
ſua:accinctus fortitudine. Cōpeſcēs ſonitum ma-
ris,fremitū fluctuum eius,& multitudinem gētiū.
Et timebūt qui habitāt in extremis à ſignis tuis: e-
greſſus matutini& veſperi laudātes facies. Viſitaſti
terram & irriga eā, vbertate dita eā,riuus Dei ple-
nus aqua:præparabis frumētum eorū,quia ſic fun-
daſti eā. Sulcos eius inebria, multiplica fruges ei°:
pluuiis irriga eā,& germini eius benedic. Voluetur
annus in bonitate tua,& veſtigia tua rorabūt pin-
guedine. Pingueſcēt paſcuæ deſerti,&exultatione
colles accingentur. Veſtiētur agnis greges:& val-
les plenæ frumento, coæquabuntur & canent.

¶ *Victori canticum pſalmi.*

Pſalmus LXVI.

IVbilateDeo omnis terra. Cātate gloriam nomi-
ni eius:date gloriam laudi eius. DicitDeo,quàm
terribile opus tuū: in multitudine fortitudinis tuę
mētiētur tibi inimici tui: Omnis terra adoret te &
canat tibi:canat nomini tuo sēper. Venite & vide-
te operaDei,terribilia conſilia ſuper filiis hominū.
Conuertit mare in aridā,in flumine pertranſibunt
pede:ibi lætabimur in eo. Qui dominatur in forti-
tudine ſua ſæculo,oculi eius gētes aſpiciūt:qui in-
creduli sūt,nō exaltētur in ſemetipſis sēper. Bene-
dicite populi Deo noſtro,& auditam facite vocem
laudis eius. Qui poſuit animā noſtram ad vitam, &
nō dedit in commotionē pedes noſtros. Probaſti
B enim nos Deus:igne nos cōflaſti ſicut cōflatur ar-
gētum. Introduxiſti nos in obſidionē:poſuiſti ſtri-
dorē in dorſo noſtro. Poſuiſti homines ſuper capi-
ta noſtra:trāſiuimus per ignē & aquam , & eduxi-
ſti nos in refrigerium. Ingrediar domum tuam in
holocauſtis:reddā tibi vota mea. Quæ promiſerūt
labia mea , & locutū eſt os meum in tribulatione
mea. Holocauſta medullata offerā tibi cum incen-
ſo arietū:faciam boues cum hircis ſemper. Venite,
audite & narrabo omnes qui timetis Deū : quanta
fecerit animæ meæ. Ipsū ore meo inuocaui,&exal
taui in lingua mea. Iniquitatē ſi vidi in corde meo,
nō exaudiet dominus. Ideo exaudiuit Deus: & at-
tendit vocē deprecationis meæ. Benedictus Deus,
qui non abſtulit orationem meam, & miſericor-
diam ſuam à me.

¶ *Victori in pſalmis canticum carminis.*

Pſalmus LXVII.

DEus miſereatur noſtri, & benedicat nos:illu-
ſtret faciē ſuā ſuper nos sēper. Vt nota fiat in
terra via tua: in vniuerſis gentibus ſalus tua. Cōfi-
teātur tibi populi Deus:cōfiteātur tibi populi om-
nes. Lætētur & laudēt gētes quoniam iudicas po-
pulos in æquitate,& gētium quæ in terra ſunt du-
ctor es ſempiternus. Cōfiteantur tibi populi Deus:
cōfiteantur tibi populi omnes. Terra dedit germē
ſuū:benedicat nobis Deus,Deus noſter. Benedicat
nobis Deus,& metuant eum omnes fines terræ.

¶ *Victori David pſalmus cantici.*

Pſalmus LXVIII.

EXurgat Deus,& diſſipētur inimici eius:& fugi-
ant qui oderunt eū à facie eius. Sicut deficit fu-
m° deficiāt,ſicut tabeſcit cera à facie ignis:ſic per-
eant impij à facie Dei. Iuſti autem lætētur & exul- G
tent in conſpectu Dei,& gaudeāt in lætitia. Cāta-
te Deo,canite nomini eius:præparate viam aſcen-
dēti per deſerta,in domino nomē eius, & exultate
corā eo. Patre pupillorum, & defenſore viduarū
De° in habitaculo ſācto ſuo. Deus inhabitare facit
ſolitarios in domo, educet vinctos in fortitudine:
increduli autē habitauerunt in ſiccitatibus De° cū
egredereris ante populū tuū,& ambulares per de-
ſertū ſemper. Terra commota eſt , & cœli diſtilla-
uerunt à facie tua Deus,hoc eſt in Sinai:à facie Dei
Iſraël. Pluuiā volūtariam eleuaſti Deus: hæredita-
tē tuam & laborantē tu conſortaſti. Animalia tua
habitauerunt in ea:præparaſti in bonitate tua pau-
peri Deus. Domine dabis ſermonē,annuncia trici-
bus fortitudinis plurimę Reges exercituū fœdera-
būtur:fœderabūtur,&pulchritudo domus diuidet
ſpolia. Si dormieritis inter medios terminos pēnæ
colūbæ deargētatæ,&poſteriora eius in virore au-
ri. Cū diuideret robuſtiſſim° reges in ea,niue deal-
bata eſt in Selmō. Mons Dei,mons pinguis: mons
excelſus,mōs pinguis. Quare contenditis montes
excelſi aduerſus montem,quē dilexit Deus vt habi-
taret in eo, ſiquidē dominus habitabit sēper. Cur-
rus Dei innumerabilis millia abundātiū: dominus
in eis in Sinai in ſancto. Aſcēdiſti in excelsū, capti-
uā duxiſti captiuitatem,accepiſti dona in homini-
bus: inſuper & non credentes inhabitare dominū
Deū. Benedictus domin° per ſingulos dies, porta-
bit nos Deus ſalutis noſtræ sēper. Deus noſter Deus H
ſalutis, & domini Dei: mortis egreſſus. Verūtamē
Deus confringet capita inimicorū ſuorum, verti-
cē crinis:perambulāntium in delictis ſuis. Dixit do-
minus, de Baſan conuertā: conuertā de profundis
maris. Vt calcet pes tuus in sāguine,lingua canum
tuorū:ex inimicis à temetipſo. Viderūt itinera tua
Deus:itinera Dei mei,regis mei in sācto. Præceſſe-
rūt cātatores eos,qui poſt tergum pſallebāt in me-
dio puellarū tympaniſtriarum. In eccleſiis benedi-
cite Deo : domino de fōtibus Iſraël. Ibi Beniamin
paruul° cōtinēs eos,principes Iuda in purpura ſua:
principes Zabulō,principes Neptali. Præcepit De°
tu° de fortitudine tua,cōforta De° hoc quod ope-
rat° es in nobis. De tēplo tuo,quod eſt in Hieruſa-
lē:tibi offerent reges munera. Increpa beſtiam ca-
lami cōgregatio fortium, in vitulis populorū cal-
citrātium cōtra rotas argenteas:diſperge populos
qui bella volunt. Offerātur velociter ex Ægypto:
Æthiopia feſtinet dare man° Deo. Regna terræ cā-
tate Deo:canite domino sēper. Qui aſcendit ſuper
cœlum cœli à principio: ecce dabit voci ſuæ vocē
fortitudinis. Date gloriā Deo:ſuper Iſraël magni-
ficentia eius,& fortitudo eius in cœlis. Terribilis
Deus de ſanctuario ſuo: Deus Iſraël ipſe dabit for-
titudinem , & robur populo benedictus Deus.

¶ *Victori pro liliis David.*

Pſalmus LXIX.

SAlua me Deus: quoniā venerunt aquæ vſque ad
animā meam. Infixus ſum in limo profundi , &
nō poſſum cōſiſtere:veni in profundum aquarum:
& flumē operuit me. Laboraui clamās,exaſperatū
eſt guttur meum:defecerunt oculi mei,expectātes
Deū meum. Multiplicati ſunt ſuper capillos capi-
tis mei,qui oderūt me gratis cōſortati sūt qui per-
ſequebātur me inimici mei iniuſte:quæ nō rapue-
ram, tunc reddebam. Deus tu ſcis ſtultitiam meā,

& pec-

F &c peccata mea à te nõ sunt abscõdita Non cõfun-
dãtur in me qui expectãt te domine De⁹ exercituũ:
nõ cõfundãtur in me qui quærunt te Deus Israël.
Quia propter te portaui opprobriũ: operuit cõfu-
sio faciẽ meã. Alienus factus sũ fratribus meis, &
peregrin⁹ filiis matris meæ. Quia zelus dom⁹ tuæ
comedit me, & opprobriũ exprobrãtium tibi ceci-
dit super me. Et fleui in ieiunio animã meam, & fa-
ctum est in opprobrium mihi. Et posui vestimentũ
meũ saccum, & factus sum eis in parabolã. Contra
me loquebãtur qui sedebãt in porta. & cantabant
bibẽtes vinum. Mea autẽ oratio ad te domine, tẽ-
pus recõciliationis est De⁹ in multitudine miseri-
cordiæ tuę, exaudi me in veritate salutis tuæ. Erue
me de luto vt nõ infigar: libera me ab his qui ode-
rũt me, & de profũdis aquis. Ne operiat me fluui⁹
aquę, & ne absorbeat me profundũ: & nõ coronet
super me puteus os suũ. Exaudi me dñe, quoniam
bona est misericordia tua: secũdũ multitudinẽ mi-
serationũ tuarũ respice ad me. Et ne abscõdas fa-
ciẽ tuã à seruo tuo: quoniam tribulor cito exaudi
me. Accede ad animã meã, redime eã: propter ini-
micos meos libera me. Tu scis opprobriũ meũ, &
confusionem meã, & ignominiã meam: coram te
sunt oẽs hostes mei. Opprobrio contritum est cor
meum, & desperat⁹ sum: & expectaui qui cõtrista-
retur, & nõ fuit: & qui consolaretur, & non inueni.
Et dederunt in escã meã fel, & in siti mea potaue-
runt me aceto. Sit mẽsa eorum corã eis in laqueũ,
& in retributiones ad corruẽdum. Cõtenebrẽtur
oculi eorum ne videãt, & dorsum eorum sẽper in-
curua. Effunde super eos indignationem tuã, & ira
furoris tui cõprehendat eos. Fiat commoratio eo-
F rum deserta: in tabernaculis eorũ nõ sit qui habi-
tet. Quoniã quem tu percussisti, persecuti sũt: & vt
affligerẽt vulneratos tuos narrabant. Da iniquita-
tem super iniquitatem eorum, & non veniãt in iu-
stitia tua. Deleãtur de libro viuentium & cum iu-
stis non scribãtur. Ego autem pauper & dolẽs: sa-
lus tua. De⁹ suscepit me. Laudabo nomẽ Dei in cã-
tico, & magnificabo eũ in confessione. Et placebit
domino super vitulum nouellum, cornua efferẽtẽ
& vngulas. Videtes mãsueti lætabuntur: qui quæ-
ritis Deum viuet anima vestra. Quoniã exaudiuit
pauperes dñs, & vinctos suos nõ despexit. Lau-
dẽt eum cæli & terra: mare & omnia quæ mouẽtur
in eis. Quia Deus saluabit Sion, & ædificabit ciui-
tates Iuda: & habitabunt ibi, & possidebunt eam.
Et semen seruorum eius possidebit eam, & qui di-
ligunt nomen eius habitabunt in ea.

¶ *Victori Dauid ad recordandum.*

Psalmus LXX.

DEus vt liberes me: domine vt auxilieris mihi fe-
stina. Confundãtur & erubescant, qui quærunt
animã meã: conuertãtur retrorsum & erubescant,
qui volunt mihi malum. Reuertãtur ad vestigium
cõfusionis suę: qui dicunt vah vah. Gaudeãt & læ-
tentur in te omnes qui quærunt te: & dicãt semper
magnificetur dominus, qui diligunt salutare tuũ.
Ego autẽ egen⁹ & pauper, Deus festina pro me: au-
xilium meum & saluator meus tu, domine ne mo-
reris.

Psalmus LXXI.

IN te domine speraui, non confundar in æternũ.
In iustitia tua erue me, & libera me: inclina ad me
aurem tuã, & salua me. Esto mihi robustũ habita-
culũ vt ingrediar iugiter, pręcepisti vt saluares me:
quia petra mea & fortitudo mea es tu. De⁹ me⁹ sal- G
ua me de manu impij: de manu iniqui & nocentis.
Quia tu es expectatio mea: dñe De⁹ fiducia mea ab
adolescẽtia mea. A te sustẽtatus sũ ex vtero, devẽ-
tre matris meæ tu es protector me⁹: in te laus mea
sẽper. Quasi portentũ factus sum multis, & tu spes
mea fortissima. Impleatur os meũ laude tua: tota
die magnitudine tua. Ne proiicias me in tẽpore se-
nectutis: cum defecerit fortitudo mea, ne derelin-
quas me. Quia dixerũt inimici mei mihi: & qui ob-
seruabãt animã meã, inierũt cõsiliũ pariter Dicẽ-
tes Deus dereliquit eũ: persequimini & cõprehen-
dite eũ, quia nõ est qui eruat. Deus ne elongeris à
me Deus meus in auxiliũ meũ festina. Confundã-
tur & consumantur aduersarij animæ meæ: ope-
riantur opprobrio & confusione, qui quærũt ma-
lũ mihi. Ego autẽ iugiter expectabo, & adiiciã su-
per oẽs laudationes tuas Os meũ narrabit iustitiã
tuã, tota die salutare tuũ: quia nõ cognoui litera-
turas. Ingrediar in fortitudine dñi Dei: recordabor
iustitię tuæ solius. De⁹ docuisti me ab adolescẽtia
mea, & vsq; nũc annũtiabo mirabilia tua. Et insu-
per vsq; in senectutẽ & canos Deus ne derelinquas
me, donec annunciẽ brachium tuum generationi:
cunctisq; qui venturi sunt fortitudines tuas. Et iusti-
tiã tuã Deus vsq; in excelsum, quãta fecisti magna-
lia: Deus quis similis tibi? Qui ostẽdisti mihi tribu-
lationes plurimas & malas, conuersus viuificabis
nos, & de abyssis terræ rursum educes nos. Multi-
plicabis magnitudinẽ meã, & cõuersus cõsolaberis
me. Ego autẽ cõfitebor tibi in vasis psalterij veritas
tẽ tuã, Deus meus cãtabo tibi in cithara: sãcte Is- H
raël. Laudabunt labia mea cum cãtauero tibi, & a-
nima mea quã redemisti. Insuper & lingua mea to-
ta die meditabitur iustitiã tuam: quia confusi sunt,
& dehonestati quærentes malum mihi.

SALOMONI. LXXII.

DEus iudicium tuum regi da, & iustitiã tuam fi-
lio regis. Iudicabit populũ tuum in iustitia, &
pauperes tuos in iudicio. Assument mõtes pacem
populo, & colles iustitiã. Iudicabit pauperes po-
puli, & saluabit filios pauperis: & cõfriget calum-
niatorẽ. Et timebũt te quãdiu erit sol, & vltra lunã
in generatione generationum. Descẽdet vt pluuia
super vellus, vt stillæ irrorantes terrã. Germinabit
in dieb. eius iustus, & multitudo pacis donec non
sit luna. Et dominabitur à mari vsque ad mare, & à
flumine vsq; ad terminos terræ. Ante eũ procident
Æthiopes, & inimici eius puluerem lingẽt. Reges
Tharsis & insulæ munera offerẽt: reges Arabiæ &
Saba tributũ cõferẽt. Et adorabunt eũ omnes re-
ges: vniuersæ nationes seruiẽt ei. Quia eruet pau-
perem à potente, & inopẽ cui nõ est adiutor. Par-
cet inopi & pauperi, & animas pauperũ saluabit.
Ab vsura & iniquitate redimet animas eorum, &
pretiosus erit sãguis eorũ corã oculis eius. Et vi-
uet & dabitur ei de auro Saba, & orabũt de eo iu-
giter: tota die benedicẽt ei. Erit memorabile triti-
cũ in terra: in capite mõtiũ eleuabitur sicut libani
fructus eius, & florebunt de ciuitate sicut fœnum
terræ. Erit nomẽ eius in æternũ vltra solẽ, perse-
uerabit nomen eius, & benedicentur in eo: omnes
gẽtes beatificabunt eũ. Benedictus dominus Deus,
Deus Israël. qui facit mirabilia solus. Et benedictũ
nomen gloriæ eius in sempiternum, & implebitur
gloria eius vniuersa terra: Amen & Amen.

A ¶ *Completæ sunt orationes David filij Iesse. Canticum Asaph.*

Psalmus LXXIII.

ATtamē bon' est Israël, Deus his qui mūdo sūt corde. Mei autē pene vacillauerūt pedes: pene effusi sūt gressus mei. Quia æmulatus sū cōtra iniquos: pacē impiorū vidēs. Quod nō recogitauerīt de morte sua: & firma sint vestibula eorū. In labore hominū nō sunt, & cū hominib. nō flagellabūtur. Ideo nutriti sūt ad superbiā: circūdederūt iniquitatē sibi. processerūt à pīguedine oculi eorū trāsierūt cogitationes cordis. Irriserūt, & locuti sunt in malitia calumniā: de excelso loquētes. Posuerunt in cælū os suū, & lingua eorū deābulauit in terra. propterea cōuertetur popul' eius huc, & quis plenus inuenietur in eis? Et dixerūt quomodo nouit Deus, & si est sciētia in excelso. Ecce isti impij, & abūdātes in sæculo multiplicauerūt diuitias. Ergo ne frustra mādaui cor meum, & laui in innocētia man' meas. Et fui flagellatus tota die, & increpatio mea in matutinis. Dixi, si narrauero sic: ecce generationē filiorū tuorū reliqui. Et cogitaui vt intelligerē istud: labor est in oculis meis. Donec veniā ad sāctuaria Dei: & intelligā in nouissimo eorū. Verūtamē in lubrico posuisti eos: deiecisti eos ad interitū. Quomodo vastati sūt subito. defecerūt, cōsūpti sūt quasi nō sint. Quasi sōnium euigilantis: dñe in ciuitate tua imaginē eorum ad nihilum rediges. Quia cōtractū est cor meū, & lūbi mei velut ignis fumigās. Et ego insipiēs & nescius: quasi iumētū factus sum apud te. Et erā semper tecum, & tenebras manum dexterā meā. In consilium tuum deduces me, & postea in gloria suscipies me. Quid mihi est in cœlo, & tecū nolui in terra. Cōsumpta est caro mea & cor meū: robur cordis mei & pars mea De' in æternum. Quia ecce qui elongāt se à te, peribūt: perdidisti omnē fornicantē à te. Mihi autē appropinquare Deo bonū est: posui in domino Deo spē meam, vt narrem omnes annuntiationes tuas.

¶ *Eruditio Asaph.* Psalmus LXXIV.

VT quid Deus repulisti in finē: fumabit furor tu' in gregē pascuæ tuę. Recordare cōgregationis tuæ, quā possedisti ab initio, & redemisti virgā hæreditatis tuæ: mōtē Siō in quo habitasti. Sublimitas pedum tuorum dissipata est vsq; ad finē: omnia mala egit inimicus in sanctuario. Fremuerunt hostes tui in medio pacti tui: posuerunt signa sua in trophæū. Manifesta in introitu desuper: in saltu lignorum secures. Et nūc sculpturas eius pariter bipēne & dolatoriis deraserunt. Miserunt ignē in sāctuariū tuum: in terra cōtaminauerunt tabernaculum nominis tui. Dixerunt in cordib. suis posteri eorū simul: incēderūt oēs solēnitates Dei in terra. Signa nostra nō vidimus, nō est vltra propheta: & nō est nobiscū qui sciat vsquequo. Vsquequo De' exprobrabit aduersarius: blasphemabit inimicus nomē tuū in finē: Quare cōuertis manū tuā & dexterā tuā: de medio sinu tuo cōsumēs? Deus aūt rex me' ab initio: operatur salutes in medio terræ. Tu dissipasti in fortitudine tua mare: cōtriuisti capita draconū in aquis. Tu cōstegisti capita leuiathan: dedisti eum in escā populo Æthiopum. Tu dirupisti fontē & torrentē, tu exiccasti flumina fortia. Tuus est dies, & tua est nox, tu ordinasti luminaria & solē. Tu statuisti omnes terminos terræ: æstatē & hyemem tu psalmasti: Memēto huius, inimicus exprobrauit domino, & populus insipiēs blasphemauit nomē tuum. Ne tradas bestiis animam erudītā lege tua: vitæ pauperum tuorum ne obliuiscaris in perpetuū. Respice ad pactū: quia repletæ sunt tenebris terræ, habitationes iniquæ subrutæ. Ne reuertatur cōfractus & confusus: egenus & pauper laudabunt nomē tuum. Surge Deus, iudica causam tuā: memēto opprobrij tui ab insipiente tota die. Ne obliuiscaris voces hostium tuorū: sonitus aduersariorum tuorum ascendit iugiter. A

¶ *Victori vt non disperdas, psalmus Asaph cantici.*

Psalmus LXXV.

COnfitebimur tibi De', cōfitebimur: & iuxta nomē tuū narrabūt mirabilia tua. Cum accepero tēpus, ego recta iudicabo. Dissoluetur terra cū omnib. habitatoribus suis: ego appendi columnas eius sēper. Dixi iniquè agētib., nolite inique agere, & impiis, nolite exaltare cornu. Nolite extollere in excelsū cornu vestrū: loquētes in ceruice veteri. Quia neq; ab oriente, neque ab occidente: neque à solitudine mōtium. Sed Deus iudex: hūc humiliabit, & hunc exaltabit. Quia calix in manu dñi est vino meraco vsq; ad plenum mixt', & propinabit ex eo: verūtamē feces eius epotabunt bibētes omnes impij terræ. Ego autē annuntiabo in sempiternū: cantabo Deo Iacob. Et omnia cornua impiorum confringam, & exaltabūtur cornua iusti.

¶ *Victori in carminibus psalmus Asaph canticum.*

Psalmus LXXVI.

COgnoscitur in Iudęa De': in Israël magnū nomē ei'. Et erit in Salē tabernaculū eius, & habitatio ei' in Siō. Ibi cōfringet volatilia arcus: scutū, & gladium, & bellū sēper. Lumē tu es magnifice à mōtib. captiuitatis. Spoliati sunt superbi corde: dormitauerunt sōnū suū, & nō inuenerūt oēs viri exercit' man' suas. Ab increpatione tua De' Iacob: cōsopit' est currus & equus. Tu terribilis es, & quis stabit aduersū te ex tunc ira tua. De cœlo annūtiabis iudiciū: terra timēs tacebit. Cum surrexerit ad iudicādū Deus, vt saluos faciat oēs mites terræ sēper. Quia ita hominis cōfitebitur tibi: reliquiis iræ accingeris. Vouete & reddite dño Deo vestro: omnes qui in circuitu eius sūt, offerēt dona terribili. Auferet spiritum ducum: terribili regibus terræ. D

¶ *Victori pro Idithun psalmus Asaph.* Psalmus LXXVII.

VOce mea ad dominū exclamaui: voce mea ad dominum, & exaudiuit me. In die tribulationis meæ Deum exquisiui, manus mea nocte extēditur & non quiescit: noluit consolari anima mea. Recordans Dei conturbabar: loquebar in memetipso, & deficiebat spiritus meus semper. Prohibebam suspectum oculorum meorum: stupebam, & non loquebar. Recogitabam dies antiquos: annos sæculorum. Recordabor psalmorum meorū: in nocte cum corde meo loquebar, & scopebam spiritum meū. Ergo ne in æternū proiiciet domin', & nō propitiabitur vltra. Ergone cōplebit vsq; in finē misericordiā suā: consummabitur verbum de generatione in generationē. Nunquid oblitus est misereri Deus: aut complebit in furore misericordiam suam semper. Et dixi, imbecillitas mea est: hæc cōmutatio dexteræ excelsi. Recordabor cogitationum domini: reminiscēs antiqua mirabilia tua. Et meditabor in omni opere tuo, & ad inuentiones tuas loquar. Deus in sancto via tua: quis De' magnus vt Deus. Tu es Deus faciens mirabilia: ostendens in populis potentiam tuā. Redemisti in brachio populū tuū: filios Iacob & Ioseph semper.

Vidētes te aquę Deꝰ, vidētes te aquæ parturierūt:
&cōmotæ sūt abyssi. Excusserūt aquas nubila, vu-
cem dederunt nubes, & sagittæ tuæ discurrebant.
Vox tonitrui tui in rota, apparuerunt fulgura tua
orbi: concussa est & commota est terra. In mari
via tua: & semitæ tuæ in aquis multis, & vestigia
tua non sunt agnita. Deduxisti quasi gregem po-
pulum tuum: in manu Moysi & Aaron.

¶ *Eruditio Asaph.* Psalmus LXXVIII.

AVscultа populus meus legem meā: inclinate
aurem vestrā ad verba oris mei. Aperiā in pa-
rabola os meū: loquar ænigmata antiqua. Quæ au-
diuimus & cognouimꝰ, & patres nostri narrauerūt
nobis. Non sunt abscondita à filiis eorū, à genera-
tione sequēti. Narrantes laudes domini, & potētiā
eiꝰ: & mirabilia eius quæ fecit. Statuit cōtestationē
in Iacob, & legē posuit in Israël: quæ mandauit pa-
trib. nostris, vt docerēt filios suos. Vt cognosceret
generatio subsequēs filij nascituri: surgēt & narra-
bunt filiis suis. Vt ponant in Deo spem suam: & nō
obliuiscantur cogitationum Dei, & mandata eius
custodiant. Et non sint sicut patres eorū generatio
declinās, & prouocās: generatio quæ non præpara-
uit cor suum, & nō credidit Deo spiritus eius. Filij
Ephraim intendentes & mittentes arcū: terga ver-
terunt in die belli. Non custodierūt pactū Dei sui,
& in lege eius noluerūt ingredi. Et obliti sunt cō-
mutationum eius, & mirabiliū eius quæ ostendit
eis. Coram patribus eorū facit mirabilia: in terra
Ægypti, in regione Taneos. Diuisit mare, & trāsdu-
xit eos: & stare fecit aquas quasi aceruum. Et duxit
eos in nube per diē, & tota nocte in lumine ignis.
F Scidit petrā in deserto, & potū dedit quasi de abys-
sis magnis. Et eduxit riuos de petra, & elicuit quasi
flumina aquas. Et addiderunt vltra peccare ei, vt
prouocarēt excelsū in inuio. Et tentauerūt Deū in
cordibus suis: petētes cibū animæ suæ. Et loquētes
contra Deū dicebant: nunquid poterit Deus pone-
re mēsam in solitudine? Ecce percussit petrā, & flu-
xerunt aquæ, & torrētes inundauerunt: nūquid &
panem poterit dare, aut præparare carnē populo
suo? Ideo audiuit dominꝰ, & nō distulit: & ignis ac-
census est in Iacob, & furor ascendit in Israël. Quia
nō crediderūt in Deo: nec habuerunt fiduciā in sa-
lutari eius. Et præcepit nubibus desuper, & portas
cæli aperuit. Et pluit super eos manna vt comede-
rent, & triticū cœli dedit eis. Panē fortiū comedit
vir: cibaria misit eis in saturitatem. Abstulit Eurum
de cœlo, & induxit in fortitudine sua Aphricū. Et
pluit super eos quasi puluerē carnes, & quasi arenā
maris volatilia pēnata. Et ceciderūt in medio ca-
strorū eorū: in circuitu tabernaculorū eorū. Et co-
mederūt, & saturati sūt nimis: & desideriū eorum
attulit eis. Nō indiguerūt de cupiditate sua: cū ad-
huc cibus esset in ore eorū. Furor ergo Dei ascēdit
super eos: & occidit pingues eorū, & electos Israël
incuruauit. In omnib. his peccauerūt vltra, & non
crediderūt in mirabilib. eius. Et cōsūpsit in vani-
tate dies eorū, & annos eorū velociter. Si occide-
bat eos, tūc requirebāt eū & cōuertebātur, & dilu-
culo cōsurgebāt ad Deū. Et recordabātur quia Deꝰ
fortitudo eorū, & Deꝰ excelsus redēptor eorū est.
Et lactauerunt eū in ore suo, & in lingua sua men-
titi sunt ei. Cor autē eorum non erat firmum cum
eo: nec permāserunt in pacto eiꝰ. Ipse vero miseri-
cors propitiabitur iniquitati, & nō disperdet: mul-
tumque auertit iram suam, & nō suscitauit totum G
furorē suum. Sed recordatus est quia caro essent:
spiritus vadēs, & nō reuertens. Quotiēs prouoca-
uerunt eum in deserto: afflixerūt eū in solitudine.
Et cōuersi sunt, & tētauerunt Deum: & sanctum Is-
raël cōcitauerunt. Nō sunt recordati manus eius:
diei qua redemit eos a tribulatiōe. Qui fecit in Æ-
gypto signa sua, & ostenta sua in regione Taneos.
Qui cōuertit in sāguinē fluuios eorū, & riuos eorū
ne biberēt. Qui immisit in eis omne genꝰ muscarū
vt comederēt eos, & ranas vt disperderēt eos. Qui
dedit brucho germen eorū, & laborē eorum locu-
stæ. Qui occidit in grādine vineas eorum, & syco-
moros eorum in frigore. Qui tradidit grādini pa-
scua eorum, & iumēta eorum volucribus. Qui mi-
sit in eos irā furoris sui: indignationē, & cōmina-
tionē, & angustiā: immissionē angelorum malo-
rum. Muniuit semitam furori suo, non pepercit à
morte animæ eorum: & animātia eorum pesti tra-
didit. Et percussit omne primogenitum in Ægyp-
to: principium partus in tabernaculis Chā. Et tu-
lit velut oues populum suum, & minauit eos sicut
gregē in deserto. Et eduxit eos cum fiducia & abs-
que timore: inimicos autem eorum operuit mare.
Et adduxit eos ad terminum sanctificatum suum:
montē istum quē possedit dextera eius. Et eiecit à
facie eorū gētes: & possidere eos fecit in funiculo
hæreditatē, & collocauit in tabernaculis eorum
tribꝰ Israël. Et tētauerunt, & prouocauerunt Deū
excelsum: & testimonia eius nō custodierūt. Et a-
uersi sunt & præuaricati sunt vt patres eorum: in- H
curuati sunt quasi arcus inutilis. Et prouocauerūt
eum in excelsis suis, & in sculptilibus suis ad æmu-
lādum cōcitauerunt. Audiuit Deus, & nō distulit:
& proiecit vehemēter Israël. Et reliquit taberna-
culum Silo: tētorium quod collocauit inter homi-
nes. Tradidit in captiuitatē gloriā suā, & decorem
suum in manu hostis. Et cōclusit in gladio populū
suum, & in hæreditatē suā nō distulit. Iuuenes eiꝰ
deuorauit ignis, & virgines eius nemo luxit. Sa-
cerdotes eius gladio ceciderunt, & viduæ eius non
sunt fletæ. Et euigilauit quasi dormiēs dominus:
quasi fortis post crapulam vini. Et percussit hostes
suos retrorsū: opprobriū sēpiternum dedit eis. Et
proiecit tabernaculū Ioseph, & tribum Ephraim
nō elegit. Sed elegit tribum Iuda: mōtē Siō quem
dilexit. Et ædificauit in similitudine monocerotis
sāctuarium suum: quasi terrā fundauit illud in sæ-
culum. Et elegit Dauid seruum suum, & tulit eum
de gregib. ouium. Sequentē fœtas adduxit eum, vt
pasceret Iacob populum eius, & Israël hæreditatē
suam. Qui pauit eos in simplicitate cordis sui, &
in prudentia manuum suarum dux eorum fuit.

¶ *Canticum Asaph.* Psalmus LXXIX.

DEus venerunt gentes in hæreditatem tuā, pol-
luerūt tēplum sanctum tuum: posuerunt Hie-
rusalem in aceruis lapidum. Dederunt cadauera ser-
uorum tuorum escam volatilibus cœli, carnes sā-
ctorum tuorum bestiis terræ. Effuderunt sangui-
nem eorum quasi aquam in circuitu Hierusalē, &
nō erat qui sepeliret. Facti sumus opprobrium vi-
cinis nostris: subsannatio & derisio his qui in cir-
cuitu nostro sunt. Vsquequo domine irasceris in fi-
nē: ardebit quasi ignis zelus tuus. Effunde furorē
tuum super gentes quæ non cognouerunt te &
super regna quæ nomen tuum nō inuocauerunt.

A Quia comederũt Iacob, & decorẽ eius desolauerũt. Ne recorderis iniquitatũ nostrarũ veterũ, cito occupent nos misericordię tuę: quia attenuati sum⁹ nimis. Auxiliare nobis De⁹ Iesus noster propter gloriã nominis tui, & libera nos: & propitiare peccatis nostris propter nomen tuũ. Quare dicũt gentes, vbi est Deus eorũ: nota fiat in gentib. ante oculos nostros, vltio sanguinũ seruorum tuorum qui effusus est. Ingrediatur coram te gemitus vinctorũ in magnitudine brachij tui: relinque filios interitus. Et redde vicinis nostris septuplũ in sinu eorũ: opprobriũ suum quod exprobrauerunt tibi domine. Nos enim populus tuus, & grex pascuæ tuæ confitebimur tibi in sempiternum: in generatione & generatione narrabimus laudes tuas.

¶ *Victori pro liliis testimonium Asaph Canticum.*

Psalmus LXXX.

QVi pascis Israël ausculta, qui ducis quasi gregẽ Ioseph: qui sedes super Cherubim ostendere. Ante Ephraim & Beniamin & Manasse suscita fortitudinẽ tuã, & veni vt saluos facias nos. Deus cõuerte nos, & ostẽde faciẽ tuam, & salui erimus. Domini Deus exercituũ: vsquequo fumabis ad orationẽ populi tui? Cibasti nos pane flebili, & potasti nos in lacrymis triplicitet. Posuisti nos contẽtionẽ vicinis nostris, & inimici nostri subsãnauerunt nos. Deus exercituum conuerte nos, & ostẽde faciem tuam & salui erimus. Vineam de Ægypto tulisti: eiecisti gentes & plantasti eam. Præparasti ante faciẽ eius, & repleuit terram. Operti sunt mõtes vmbra eius, & ramis illius cedri Dei. Expãdit comas suas vsq; ad mare, & vsq; ad flumen germina sua. Quare

B dissipasti maceriã eius, & vindemiauerũt eam omnes qui transeunt per viã. Vastauit eam aper de sylua, & omnes bestiæ agri depastæ sunt eã. Deus exercituũ reuertere ubi ecro, respice de cœlo: & vide, & visita vineam hanc. Et radicẽ quam plãtauit dextera tua, & filium quem confirmasti tibi. Succensam igni & deramatam: ab increpatione faciei tuæ pereãt. Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ, & super filium hominis quem confirmasti tibi. Et nõ recedimus à te: viuificabis nos & nomine tuo vocabimus. Domine Deus exercituum cõuerte nos: ostende faciem tuam, & salui erimus.

¶ *Victori pro torcularibus Asaph.*

Psalmus LXXXI.

LAudate Deum fortitudinẽ nostram: iubilate Deo Iacob. Assumite carmẽ, & date tympanũ: citharã decor ãcũ psalterio. Clangite in neomenia buccina, & in medio mẽsæ die solennitatis nostræ. Quia legitimũ Israël est, & iudicium Deo Iacob. Testimoniũ in Ioseph posuit eum cũ egrederetur de terra Ægypti: labiũ quod nesciebã audiui. Amoui ab onere humerũ eius: manus eius à cophino recesserũt. In tribulatione inuocasti, & erui te, & exaudiui te in abscõdito tonitrui: probaui te super aquã contradictionis sẽper. Audi populus meus, & cõtestabor te: Israël si audieris me. Nõ sit in te Deus alienus, & non adores Deũ peregrinũ. Ego sũ dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Ægypti: dilata os tuum & implebo illud. Et nõ audiuit populus meus vocem meã: & Israël nõ credidit mihi. Et dimisi eũ in prauitate cordis sui: ambulabunt in consilijs suis. Vtinã populus meus audisset me: Israël in vijs meis ambulasset. Quasi nihilum inimicos eius humiliassem, & super hostes eorum vertissem manum meam. Qui oderunt dominum, negabunt eum: & erit tempus eorum in sæculum. Et cibauit eos de adipe frumenti, & de petra mellis saturauit eos.

C

¶ *Psalmus Asaph.* Psalmus LXXXII.

DEus stetit in cœtu Dei: in medio deos diiudicat. Vsquequo iudicatis iniquitatẽ, & facies impiorum suscipitis semper. Iudicate pauperi & pupillo, egeno & inopi iuste facite. Saluate inopẽ & pauperem: de manu impiorum liberate. Non cognoscunt nec intelligunt, in tenebris ambulãt: mouebuntur omnia fundamenta terræ. Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes vos. Ergo quasi Adã moriemini, & quasi vnus de principibus cadetis. Surge domine, iudica terram: quoniam tu hæreditabis omnes gentes.

¶ *Canticum Psalmus Asaph.*

Psalmus LXXXIII.

DEus ne taceas: ne sileas, & non quiescas Deus. Quia ecce inimici tui tumultuati sũt, & qui oderunt te eleuauerunt caput. Contra populũ tuũ nequiter tractauerũt, & inierunt cõsiliũ aduersus arcanum tuũ. Dixerunt venite & conteramus eos de gẽte, & non sit memoria nominis Israël vltra. Quoniã tractauerunt corde pariter: cõtra te fœd⁹ pepigerũt. Tabernacula Idumææ & Ismaelitarũ: Moab & Agareni. Gebal & Ammõ & Amalec: Palæstina cum habitatoribus Tyri. Sed & Assur venit cum eis: facti sunt brachium filiorum Lot semper. Fac illis sicut Madiã, & Sisaræ, sicut Iabin in torrẽte Cison. Cõtriti sunt in Endor: fuerunt quasi sterquilinium terræ. Pone duces eorum sicut Oreb & Zeb: & Zebee, & Salmana omnes principes eorũ. Qui dixerũt, possideam⁹ nobis pulchritudinẽ Dei. D Deus meus pone eos vt rotã: quasi stipulam ante faciem venti. Quomodo ignis comburit syluã, & sicut flãma deuorat montes. Sic persequere eos in tempestate tua, & in turbine tuo cõturba eos. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomẽ tuũ domine. Confundãtur & conturbentur vsque in sæculum: erubescãt, & pereant. Et sciant quia nomẽ tuum est dominus solus tu: excelsus super omnem terram.

¶ *Victori pro torcularibus, filiorum Core psalmus.*

Psalmus LXXXIV.

QVã dilecta tabernacula tua domine exercituũ. Desiderat & deficit anima mea in atria domini: cor meũ & caro mea laudabunt Deum viuentẽ. Siquidẽ passer inuenit domum, & auis nidum sibi vt ponat pullos suos: altaria tua domine exercituum, rex me⁹ & De⁹ meus. Beati qui habitãt in domo tua: adhuc laudabũt te sẽpet. Beatus homo cuius fortitudo in te est: semitæ in corde ei⁹. Transeũtes in valle fletus, fontẽ ponent eã: benedictione quoq; amicietur doctor. Ibunt de fortitudine in fortitudinẽ parebunt apud Deum in Sion. Domine Deus exercituum exaudi orationem meã: ausculta Deus Iacob sẽper. Clypeus noster vide Deus, & attende faciem Christi tui. Quoniã melior est dies in atrijs tuis super millia: elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quàm habitare in tabernaculis impietatis. Quia sol, & scutum dominus Deus, gratiam & gloriam dabit dominus: nec prohibebit bonum ab his qui ambulant in perfectione. Domine exercituum: beatus homo qui confidit in te.

¶ Victori

B

¶ *Victori filiorum Core, Psalmus.*

Psalmus lxxxv.

PLacatus es domine terræ tuæ: reduxisti captiuitatem Iacob. Dimisisti iniquitatem populo tuo operuisti oēs iniquitates eorū semper. Continuisti omnem indignationem tuam: conuersus es ab ira furoris tui. Conuerte nos Deus Iesus noster, & solue iram tuā aduersum nos. Noli in æternū irasci nobis: extendēs irā tuam in generationē & generationē. Nōne tu reuertens viuificabis nos, & populus tuus lætabitur in te. Ostende nobis domine misericordiam tuā, & salutare tuū da nobis. Audiā quid loquatur dominus Deus: loquetur enim pacē ad populū suū, & ad sāctos suos, vt nō cōuertantur ad stultitiā. Veruntamē prope est his qui timēt eum salutare eius, vt habitet gloria in terra nostra. Misericordia & veritas occurrerūt: iustitia & pax deosculatæ sūt. Veritas de terra orta est & iustitia de cœlo prospexit. Sed & dominus dabit bonū, & terra nostra dabit germen suū. Iustitia ante eū ibit, & ponet in via gressꝰ suos.

¶ *Oratio Dauid.*

Psalmus lxxxvi.

INclina domine aurē tuā, exaudi me: quia egenus & pauper sum ego. Custodi animā meam, quia sanctus sum: salua seruum tuū tu Deus meus, qui cōfidit in te. Miserere mei domine: quoniā ad te clamabo tota die. Lætifica animā serui tui: quia ad te domine animā meam leuo. Tu enim es domine bonus: & propitiabilis, & multus misericordia omnib. qui inuocāt te. Exaudi domine orationē
F nē meam, & ausculta vocē deprecationū meatū. In die tribulationis meæ inuocabo te, quia exaudies me. Non est similis tui in diis domine, & non est iuxta opera tua. Oēs gentes quas fecisti, veniēt & adorabunt corā te domine, & glorificabūt nomen tuū. Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia, tu Deus solus. Doce me domine viam tuā, vt ambulē in veritate tua: vnicum fac cor meū, vt timeat nomen tuū. Confitebor tibi domine Deus meus in toto corde meo, & glorificabo nomē tuū in sempiternum. Quia misericordia tua magna est super me, & eruisti animam meam de inferno extremo. Deus superbi surrexerūt aduersum me, & cætus robustorū quæsierunt animam meam: & nō proposuerūt te in cōspectu suo. Tu autem domine Deus misericors & clemens: patiens, & multæ misericordiæ & verus. Respice ad me & miserere mei: da fortitudinem tuam seruo tuo, & salua filiū ancillæ tuæ. Fac mecum signum in bonitate, & videant qui oderunt me, & confundantur: quia tu domine auxiliatus es mihi, & consolatus es me.

¶ *Filiorum Core psalmus cantici.*

Psalmus lxxxvii.

FVndamēta eius in mōtib. sāctuarij. Diligit dominus portas Siō: super omnia tabernacula Iacob. Gloriosa dicta sunt in te ciuitas Dei semper. Commemorabor superbiæ & Babylonis scientiū me, ecce Palæsthina & Tyrus cū Æthiopia: iste natus est ibi. Ad Sion autē dicetur vir: & vir natus est in ea, & ipse fūdauit eā excelsus Dominus numerauit scribēs populos: ipse natus est in ea sēper. Et cantabunt quasi in choris: omnes fortes mei in te.

G

¶ *Canticum carminis filiorum Core victori per Chorum ad præcinendum, eruditionis Eman Ezraitæ.*

Psalmus lxxxviii.

DOmine Deus salutis meæ: per diē clamaui, & nocte coram te. Ingrediatur ante te oratio mea: inclina aurē tuā ad laudationē meā. Quia repleta est malis anima mea, & vita mea ad infernū descēdit. Reputatus sum cum descendētibus in lacū: factus sum quasi homo inualidus. Inter mortuos liber, sicut interfecti & dormiētes in sepulcro, quorū non recordatis amplius: & qui à manu tua abscissi sūt. Posuisti me in lacu nouissimo: in tenebrosis & in profūdis. Super me cōfirmatus est furor tuus, & cūctis fluctibus tuis afflixisti me sēper. Lōge fecisti notos meos à me, posuisti me abominationē eis: clausum, & non prodeuntem. Oculus meꝰ infirmatus est ab afflictione, inuocaui te dn̄e tota die: expandi ad te palmas meas. Nūquid mortuis facies mirabilia: aut gigātes resurgēt, & confitebuntur tibi sēper? Nūquid narrabitur in sepulcro misericordia tua, & veritas tua in perditione? Nūquid cognoscētur in tenebris mirabilia tua, & iustitia tua in terra quæ obliuioni tradita est? Ego autē ad te dn̄e clamaui, & mane oratio mea præueniet te. Quare domine abiicis animam meam: abscondis faciē tuam à me. Pauper ego & ærumnosus, ab adolescentia mea portaui furorem tuum, & cōturbatus sum. Super me transierūt iræ tuæ: terrores tui oppresserūt me. Circūdederunt me quasi aquæ tota die: vallauerūt me pariter. Lōge fecisti à me amicum & sodalem: notos meos abstulisti.

¶ *Intellectus Ethan Ezraitæ.*

Psalmus lxxxix. H

MIsericordias domini in æternū cātabo: in generatione & generationē annūtiabo veritatē tuā in ore meo. Quia dixisti, sempiterna misericordia ædificabitur: cœlos fundabis, & veritas tua in eis. Percussi fœdus cum electo meo: iuraui Dauid seruo meo. Vsq; in æternū stabiliā semen tuū, & ædificabo in generatione & generatione thronū tuū sēper. Cōfitebūtur cæli mirabilia tua domine, & veritatē tuā in ecclesia sanctorū. Quis enim in nubibꝰ æquabitur domino, assimilabitur domino de filiis Dei. Deus inclytus in arcano sāctorū nimio, & terribilis in cūctis qui circa eum sunt. Domine Deus exercituū, quis similis tui fortissime domine? & veritas tua in circuitu tuo. Tu dominaris superbiæ maris, & elationes gurgitū eiꝰ tu cōprimis. Tu cōfregisti quasi vulneratū superbū: in brachio forti tuo dispersisti inimicos tuos. Tui sunt cæli, & tua est terra: orbē & plenitudinē eius tu fūdasti. Aquilonē & dextrū tu creasti: Thabor & Hermon nomē tuum laudabunt. Tuū brachium cum fortitudine: roboretur manus tua, & exaltetur dextera tua. Iustitia & iudiciū firmamētū throni tui: misericordia & veritas præcedēt faciem tuam. Beatus populus qui nouit iubilū: domine in lumine vultus tui ambulabūt. In nomine tuo exultabūt tota die, & in iustitia tua exaltabūtur. Quia gloria fortitudinis eorū tu es, & in volūtate tua eleuabis cornu nostrū. Quia à domino est protectio nostra, & à sācto Israël rege nostro. Tūc locutꝰ es per visionē sāctis tuis: & dixisti posui adiutoriū super robustū, & exaltaui electū de populo. Inueni Dauid seruū meū: oleo sancto meo vnxi eum. Cū quo manus mea firma erit, & brachiū

A meũ roborabit eum. Non decipiet inimicus eum, & filius iniquitatis non affliget eum. Sed concidã ante faciẽ eius hostes illius: & qui eũ oderũt, percutiam. Veritas autẽ mea & misericordia mea erit cũ eo, & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Et ponã in mari manũ eius: & in fluminib. dexterã eius. Ipse inuocabit me, pater meus es tu: Deus me°, & fortitudo salutis meæ. Ego autẽ primogenitũ ponã eũ, excelsum regib. terræ. In æternum custodiã ei misericordiam meã, & pactum meũ fidele erit ei. Et ponã perpetuũ semen eius, & thronũ eius sicut dies cæli. Si autẽ dereliquerint filij eius legẽ meã, & in iudiciis meis nõ ambulauerint. Si cæremonias meas prophanauerint, & præcepta mea nõ custodierint. Visitabo in virga scelera eorum, & in plagis iniquitates eorũ. Misericordiam autẽ meam non auferam ab eo: nec mẽtiar in veritate mea. Non violabo pactũ meũ, & quod egressum est de labiis meis, nõ mutabo. Semel iuraui in sancto meo, si Dauid mentiar. Semen eius in sempiternũ erit, & thronus eius sicut sol in conspectu meo. Sicut luna stabilietur in sẽpiternũ, & testis in cælo fidelis sẽper. Tu autẽ repulisti & proiecisti: irat°es aduersus Christũ tuũ. Attenuasti pactũ serui tui: prophanasti in terra diadema eius. Dissipasti oẽs macerias eius: posuisti mutationes eius pauorẽ. Diripuerunt eum oẽs qui transeunt per viã, factus est opprobriũ vicinis suis. Eleuasti dexterã hostiũ eius: lætificasti oẽs inimicos illius. Auertisti robur gladij eius, & non subleuasti eum in prælio. Quiescere fecisti munditiã eius, & thronũ illius in terra detraxisti. Abbreuiasti dies adolescẽ-
B tiæ eius: operuisti eũ ignominia sẽper. Vsquequo domine abscõderis in finẽ: succẽditur quasi ignis indignatio tua. Memento mei de profundo: alioquin quare frustra creasti filios hominũ. Quis est vir qui viuat, & non videat mortẽ: saluans animã suam de manu inferi sẽper. Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ domine, quas iurasti Dauid in veritate tua. Recordare domine opprobrij seruorũ tuorum: quia portaui in sinu meo omnes iniquitates populorũ Quas exprobrauerũt inimici tui domine: quibus exprobrauerũt vestigia Christi tui. Benedictus dominus in sempiternum: Amen amen.

Oratio Moysi viri Dauid.

Psalmus xc.

Domine habitaculũ tu factus es nobis, in generatione & generatione. Antequã montes nascerẽtur & parturiretur terra, & orbis: à sæculo & vsq; in sæculũ tu es Deus. Conuertẽs hominem vsq; ad contritionẽ, & dicẽs reuertimini filij Adã. Quia mille anni in oculis tuis sicut dies hesterna quæ pertransiit, & vigilia nocturna. Percutiẽte te eos vt somniũ erũt: mane quasi herba pertrãsiens. Manè floruit & abiit: ad vesperũ cõteretur atque siccabitur. Consũpti enim sumus in furore tuo, & in indignatione tua cõturbati sumus Posuisti iniquitates nostras corã te: negligẽtias nostras in luce vultus tui. Oẽs enim dies nostri transierunt in furore tuo cõsumpsimus annos nostros quasi sermonẽ loquens. Dies annorũ nostrorũ in ipsis septuaginta annis: si autẽ multũ, octoginta anni, & quod amplius, labor & dolor: quoniam transibimus cito & auolauimus. Quis nouit fortitudinem iræ tuæ, & secundum timorẽ tuum dignationẽ tuam? Vt numerẽtur dies nostri sic ostende, & ve- niemus corde sapienti. Reuertere domine vsquequo, & exorabilis esto super seruos tuos. Imple nos matutina misericordia tua, & laudabimus & lætabimur in cũctis dieb. nostris. Lætifica nos pro diebus quib afflixisti nos, & annis in quibus vidimus mala. Appareat apud seruos tuos opus tuum, & gloria tua super filios eorũ. Et decor dñi Dei nostri super nos: & opus manuum nostrarũ fac stabile super nos: & opus manuum nostrarum confirma. C

Psalmus xci.

Qui habitat in abscondito excelsi: in vmbraculo domini cõmorabitur. Dicẽs domino, spes mea, & fortitudo mea: Deus meus confidã in eo. Quia ipse liberabit te de laqueo venantiũ: de morte insidiarũ. In scapulis suis obũbrabit tibi, & sub alis eius sperabis: scutũ & protectio veritas eius. Non timebis à timore nocturno: à sagitta volãte per diẽ. A peste in tenebris ambulãte: à morsu insanientis meridie. Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: ad te autem non appropinquabit. Veruntamen oculis tuis videbis, & vltionem impiorum cernes. Tu enim es domine spes mea: excelsum posuisti habitaculum tuum. Non accedet ad te malum, & lepra non appropinquabit tabernaculo tuo. Quia angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis. In manibus portabunt te: ne fortè offendat ad lapidem pes tuus. Super aspidem & basiliscum calcabis: conculcabis leonem & draconem. Quoniam mihi adhæsit, & liberabo eum: exaltabo eũ, quoniam cognouit nomen meum. Inuocabit me, & exaudiam eum, cum ipso ero in tribulatione: eruã eum, & glorificabo eum. Longitudine dierum implebo eum, & ostendam illi salutare meum. D

Psalmus cantici in die sabbathi.

Psalmus xcii.

Bonũ est confiteri domino, & psallere nomini tuo altissime. Ad annuntiandum mane misericordiã tuã, & fidem tuam in nocte. In decachordo & in psalterio, in cantico & cithara. Quoniam lætificasti me domine in opere tuo: in facturis manuũ tuarũ laudabo. Quàm magnificata sunt opera tua domine: satis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ. Vir insipiens non cognoscet, & stultus nõ intelliget istud. Germinauerũt impij quasi fœnũ, & floruerũt omnes qui operantur iniquitatẽ, vt conterantur vsque in sempiternũ. Tu autẽ excelsus in æternũ Domine. Ecce enim inimici tui Domine, ecce inimici tui peribunt, & dissipabuntur omnes qui operantur iniquitatem. Et exaltabitur quasi monocerotis cornu meũ, & senectus mea in oleo vberi. Et respiciet oculus meus eos qui insidiãtur mihi, de his qui consurgunt aduersum me malignantibus audiet auris mea. Iustus vt palma florebit, vt cedr° in libano multiplicabitur. Trãsplãtati in domo Domini: in atrijs Dei nostri germinabunt. Adhuc fructificabunt in senectute: pingues & frõdentes erunt. Annũciantes quia rectus Dñs: fortitudo mea, & nõ est iniquitas in eo.

Psalmus xciii.

Dominus regnauit gloria, indutus est: indutus est Dominus fortitudine, & accinctus est: insuper appendit orbẽ qui non cõmouebitur. Firmum soliũ tuum ex tunc, ab æterno tu es. Leuauerunt flumina Domine, leuauerunt flumina vo-

ces

E ces suas: leuauerũt flumina gurgites suos. A vocib.
aquarum multarum grandes fluctus maris:
grandis in excelso dominus. Testimonia tua fi-
delia facta sunt nimis, domum tuam decet san-
ctitas: domine in longitudine dierum.

Psalmus XCIV.

DEus vltionũ domine: Deus vltionũ ostẽde-
re. Eleuare qui iudicas terrã: redde vicissitu-
dinẽ superbis. Vsquequo impij domine: vsquequo
impij exultabũt. Fluẽt loquẽtes antiquũ: garriẽt
oẽs qui operãtur iniquitatẽ. Populũ tuũ domine
conterent, & hæreditatẽ tuam affligent. Viduam
& aduenam interficient, & pupillos occident. Et
dixerũt non videbit Dominus, & non intelliget
Deus Iacob. Intelligite stulti in populo, & insipiẽ-
tes aliquãdo discite. Qui plãtauit aurẽ nõ audiet:
aut qui finxit oculũ non videbit? Qui erudit gẽtes
non arguet, qui docet hominẽ scientiã. Dominus
nouit cogitationes hominũ: quia vanæ sunt. Bea-
tus vir quẽ tu erudieris domine, & de lege tua do-
cueris eũ. Vt quiescat à diebus afflictionis: donec
fodiatur impio interitus. Non enim derelinquet
dominus populũ suum, & hæreditatem suam nõ
deseret. Quoniã ad iustitiam reuertetur iudiciũ,
& sequentur illud oẽs recti corde. Quis stabit pro
me aduersũ malos: qui stabit pro me aduersũ o-
perarios iniquitatis. Nisi quia dominus auxiliator
meus: paulominꝰ habitasset in inferno anima mea.
Si dicebam, motus est pes meus: misericordia tua
dñe sustẽtabat me. In multitudine cogitationum
mearũ, quæ sũt in me intrinsecꝰ: cõsolationes tuæ
delectabunt animã meã. Nunquid particeps erit
tui thronus insidiarũ fingens laborẽ in præcepto.
Copulabuntur aduersum animã iusti, & sanguinẽ
innocentem condẽnabunt. Erit autẽ mihi domi-
nus in refugiũ, & Deus meus quasi petra spei meę.
Et restituet super eos iniquitatẽ suã, & in malitia
F sua perdet eos: perdet eos dominus Deus noster.

Psalmus XCV.

VEnite, laudemus dominũ: iubilemus petræ
Iesu nostro. Præoccupemus vultum eius in
actione gratiarum: in canticis iubilemus ei. Quo-
niã fortis & magnus dominus, & rex magnus su-
per omnes deos. In cuius manu fundamẽta terræ,
& excelsa mõtium ipsius sunt. Cuius est mare: ip-
se enim fecit illud, & siccam manus eius plasma-
uerunt. Venite adoremus & curemur: flectamus
genua ante faciẽ domini factoris nostri. Quia ip-
se est Deus noster, & nos populus pascuæ eius, &
grex manus eius: hodie si vocẽ eius audieritis. No-
lite indurare corda vestra, sicut in cõtradictione:
sicut in die tentationis in deserto. Vbi tentauerũt
me patres vestri: probauerũt me, & viderunt opus
meum. Quadraginta annis displicuit mihi gene-
ratio illa: & dixi populus errans corde est, & non
cognoscens vias meas. Quibus iuraui in furore
meo, vt non introirent in requiem meam.

Psalmus XCVI.

CAntate domino canticum nouũ: cantate do-
mino omnis terra. Canite domino, benedi-
cite nomini eius: annuntiate de die in diẽ salutare
eius. Narrate in gentibus gloriam eius: in vniuer-
sis populis mirabilia eius. Quia magnus dominus,
& laudabilis nimis: terribilis est super oẽs Deos.
Omnes enim dij populorum sculptilia: dominus
autem cœlos fecit. Gloria, & decor ante vultum
eius: fortitudo & exultatio in sanctuario eius. Af-
ferte domino familiæ populorũ: afferte domino
gloriam & fortitudinẽ. Afferte domino gloriam
nomini eiꝰ: leuate munera & introite in atria eius.
Adorate dominũ in decore sãctuarij: paueat à fa-
cie eius omnis terra. Dicite in gentibus, dominus
regnauit; siquidem appendit orbem immobilem:
iudicabit populos in æquitate. Lætamini cæli &
exultet terra: tonet mare & plenitudo eius. Gau-
deat ager & omnia quæ in eo sunt: tunc laudabũt
vniuersa ligna saltus. Ante faciem domini quoniã
venit, quoniam venit iudicare terram: iudicabit
orbem in iusto, & populos in fide sua.

Psalmus XCVII.

DOminus regnauit, exultet terra: lætabuntur
insulæ multæ. Nubes & caligo in circuitu
eius: iustitia & iudicium firmamẽtum solij eius. I-
gnis ante faciem eius ibit, & exuret per circuitum
hostes eius. Apparuerunt fulgura eius orbi: vidit,
& cõtremuit terra. Montes sicut cera tabefacti sũt
à facie dominatoris omnis terræ. Annuntiauerũt
cœli iustitiam eius, & viderũt omnes populi glo-
riam eius. Confundãtur vniuersi qui seruiũt scul-
ptili, qui gloriantur in idolis: adorate eum omnes
dij. Audiuit & lætata est Sion: & exultauerũt filiæ
Iudæ, propter iudicia tua domine. Tu enim do-
minus excelsus super omnem terram: vehemen-
ter eleuatus es super omnes deos. Qui diligitis do-
minum: odite malum, custodit animas sanctorum
suorum, de manu impiorum eruet eos. Lux orta
est iusto, & rectis corde lætitia. Lætamini iusti in
domino, & confitemini memoriæ sanctæ eius.

Psalmus XCVIII.

CAntate domino canticum nouum, quia mi-
rabilia fecit: saluauit sibi dextera eius, & bra-
chium sanctum eius. Notũ fecit dominus saluta-
re suum: in cõspectu gentium reuelauit iustitiam
suam. Recordatus est misericordiæ suæ & verita-
tis suæ domui Israël: viderunt omnes fines terræ,
salutare Dei nostri. Iubilate Deo omnis terra: vo-
ciferamini, & laudate, & canite. Canite domino in
cithara: in cithara & voce carminis. In tubis & clã-
gore buccinæ: iubilate corã rege domino. Tonet
mare & plenitudo eius: orbis & habitatores eius.
Flumina plaudẽt manu: simul montes laudabunt.
Ante dominum, quia venit iudicare terram: iudi-
cabit orbem in iustitia, & populos in æquitatib.

Psalmus XCIX.

DOminus regnauit, commoueantur populi:
sessor Cherubim cõcutiatur terra. Dominꝰ
in Siõ magnus, & excelsus est super oẽs populos:
Confiteantur nomini tuo magno, & terribili san-
ctoque. Imperiũ regis iudicium diligit, tu funda-
sti æquitates: iudicium & iustitiam in Iacob tu fe-
cisti. Exaltate dominum Deum nostrum, & ado-
rate scabellum pedum eius: quia sanctus est. Moy-
ses & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel in
his qui inuocant nomẽ eius: inuocabant dominũ,
& ipse exaudiuit eos. In colũna nubis loquebatur
ad eos: custodierunt testimonia eius, & præceptũ
quod dedit eis. Domine Deus noster tu exaudisti
eos: domine propitius fuisti eis, & vltor super cõ-

A mutationibus eorum. Exaltate dominum Deum
nostrum, & adorate in monte sancto eius: quia
sanctus dominus Deus noster.

Psalmus in confessione.

Psalmus c.

IVbilate Deo omnis terra. Seruite domino in
lætitia: ingredimini coram eo in laude. Scitote
quoniā dominus ipse est Deus, ipse fecit nos & ip-
sius sumus: popul eius & grex pascuæ eius. Ingre-
dimini portas eius in gratiarū actione, atria eius in
laude: cōfitemini ei, benedicite nomini eius. Quia
bonus dominus, in sempiternū misericordia eius,
& vsq; ad generationē & generationē fides eius.

DAVID. Psalmus ci.

MIsericordiam & iudicium cantabo: tibi do-
mine psallam. Erudiar in via perfecta quā-
do venies ad me: ambulabo in simplicitate cordis
mei in medio domus meæ. Non ponam coram o-
culis meis verbum Belial, facientem declinatio-
nes odiui: nec adhæsit mihi. Cor prauū recedet à
me: malum nesciam. Loquentem in abscondito
contra proximū suū, hunc interficiam, superbum
oculis & altum corde: cum hoc esse non potero.
Oculi mei ad fideles terræ: vt habitent mecū, am-
bulās in via simpliciter, hic ministrabit mihi. Non
habitabit in medio domus meæ faciens dolū: lo-
quens mendacium, non placebit in conspectu o-
culorum meorum. Mane perdam oēs impios ter-
ræ, vt interficiā de ciuitate domini vniuersos qui
operātur iniquitatē. Oratio pauperis cum anxius
B fuerit, & coram domino effuderit eloquiū suum.

Psalmus cii.

DOmine exaudi orationē meam, & clamor
meus ad te veniat. Non abscondas faciē tuā
à me, in die tribulationis meæ inclina ad me aurē
tuā: in quacunque die inuocauero te velociter ex-
audi me. Quoniā consumpti sunt sicut fumus dies
mei, & ossa mea quasi frixa cōtabuerunt. Percussū
est quasi fœnum & aresactū est cor meū; quia o-
blitus sum comedere panē meum. A voce gemitus
mei, adhæsit os meū carni meæ. Assimilatus sum
pelicano deserti: factus sū quasi bubo solitudinū.
Vigilaui & fui, sicut auis solitaria super tectū. To-
ta die exprobrabant mihi inimici mei: exultantes
per me iurabāt. Quia cinerē sicut panē comedi, &
potū meum cum fletu miscui. A facie indignatio-
nis tuæ & iræ tuę: quia eleuasti me allisisti me. Dies
mei quasi vmbra inclinati sūt, & ego quasi fœnū
arui. Tu autē domine in æternū permanes, & me-
moriale tuum in generatione & generatione. Tu
suscitās misereberis Sion: quia tēpus est vt mise-
rearis eius, quoniā venit tēpus. Quoniā placitos
fecerūt serui tui lapides eius, & puluerē eius mise-
rabilē. Et timebūt gentes nomen domini, & vni-
uersi reges terræ gloriā tuā. Quia ædificauit do-
minus Sion: apparuit in gloria sua. Respexit ad o-
rationē vacui, & nō despexit orationē eorū. Scri-
barur hoc in generatione nouissima, & populus
qui creabitur laudabit dominū. Quoniā prospe-
xit de excelso sāctuario suo: dominus de cœlo ter-
rā contēplatus est. Vt audiret gemitum vincti, vt
solueret filios mortis. Vt narretur in Sion nomen
domini, & laudatio eius in Hierusalē. Cum con-
gregati fuerint populi simul, & regna vt seruiant
domino. Afflixit in via fortitudinē meā: abbreuia-
uit dies meos. Dicam Deus meus ne rapias me in C
medio dierum meorū: in generatione generatio-
nū anni tui. A principio terrā fūdasti, & opus ma-
nuū tuarū cæli. Ipsi peribūt, tu autē stabis, & oēs
quasi vestimentū atterentur: quasi palliū mutabis
eos, & mutabuntur. Tu autē ipse es, & anni tui nō
deficient. Filij seruorum tuorum habitabunt, &
semen eorum ante faciem tuam perseuerabit.

DAVID Psalmus ciii.

BEnedic anima mea domino, & omnia viscera
mea nomini sancto eius. Benedic anima mea
domino, & noli obliuisci omniū retributionū ei⁹.
Qui propitiatur cunctis iniquitatib. tuis, & sanat
oēs infirmitates tuas. Qui redimit de corruptione
vitam tuā, & coronat te in misericordia, & mise-
rationib. Qui replet bonis ornamentum tuum: in-
nouabitur sicut aquilæ iuuentus tua. Faciēs iusti-
tias dominus, & iudicia cunctis qui calūnias susti-
nēt. Notas fecit vias suas Moysi: filiis Israel cogita-
tiones suas. Misericors & clemēs dominus: patiēs
& multæ miserationis. Non in sempiternū iudica-
bit: neque in æternū irascetur. Non secundū pec-
cata nostra fecit nobis: neque secundum iniquita-
tes nostras retribuit nobis. Quātū enim excelsius
est cælū terra: tantum cōfirmata est misericordia
eius super timētes eum. Quantum lōge est oriens
ab occidēte: tantum lōge fecit à nobis scelera no-
stra. Sicut miseretur pater filiorū, misertus est do-
minus timentibus se. Ipse enim nouit plasmatio-
nem nostrā: recordatus est quia puluis sumus. Ho-
mo quasi herba dies ei⁹: sicut flos agri sic florebit.
Quia spiritus pertransiet eum, & nō subsistet: & nō D
cognoscet eū vltra locus eius. Misericordia autē
domini ab æterno, & vsq; in æternū super timē-
tes eum: & iustitia eius in filios filiorū His qui cu-
stodiūt pactum eius, & recordantur præceptorū
eius ad facienda ea. Dominus in cælo stabiliuit
thronum suum, & regnum illius omniū domina-
tur. Benedicite domino Angeli eius, fortes robo-
re, facientes verbum eius: obedientes voci sermo-
nis ei⁹. Benedicite domino omnes exercitus eius,
ministri eius qui facitis placitum illius. Benedici-
te domino vniuersa opera eius in omnibus locis
potestatis eius: benedic anima mea domino.

Psalmus civ.

BEnedic anima mea domino, domine Deus
meus magnificatus es nimis: gloria & decore
indutus es. Amictus luce quasi vestimēto: extēdēs
cælos vt pellē. Qui tegis aquis cœnacula eius: qui
ponis nubes currū tuū: qui ambulas super pennas
venti. Qui facies angelos tuos spiritus ministros
tuos ignē vrentem. Qui fundasti terrā super basē
suā: non cōmouebitur in sæculum & in sæculum.
Abysso quasi vestimēto operuisti eā: super mōtes
stabunt aquæ. Ab increpatione tua fugient à voce
tonitrui tui formidabunt, Ascendunt montes &
descendunt cāpi, ad locum quē fundasti eis. Ter-
minū posuisti quē non pertransibūt: nec reuertē-
tur vt operiant terrā. Qui emittis fontes in cōual-
libus, vt inter medios mōtes fluāt. Vt bibant om-
nia animalia regionū, & reficiat onager sitim suā.
Super ea volucres cæli morabūtur: de medio ne-
morū dabunt vocē. Qui irrigas montes de cœna-
culis tuis: de fructu operū tuorū implebitur terra.
Germinās herbā iumētis, & fœnū seruituti homi-
num,

B num, vt educat panē de terra. Et vinū lætificat cor hominis ad exhilarandā faciē in oleo: panis autē cor hominis roborat. Saturabūtur ligna domini: cedri libani quas plantauit. Ibi aues nidificabunt; miluo abies domus eius. Mōtes excelsi ceruis: petra refugiū herinaciis. Fecit lunā per tempora: sol cognouit occubitū suū. Posuisti tenebras, & facta est nox: in ipsa mouebūtur oēs bestiæ syluæ. Leones rugiētes ad prædā, & quærētes à Deo escā sibi. Oriēte sole recedent, & in speluncis suis cubabūt. Egredietur homo ad opus suū, & ad seruitutē suā vsq; ad vesperū. Quā multa sunt opera tua domine, omnia in sapiētia fecisti: impleta est terra possessione tua. Hoc mare magnū & latū manib., ibi reptilia innumerabilia: animalia parua cum grandib. Ibi naues pertransfeunt: leuiathā istū psalmasti vt illuderet ei. Omnia in te sperāt, vt des cibū eis in tempore suo. Dāte te illis colligēt: aperiente te manū tuā replebūtur bono. Abscondes vultū tuū & turbabuntur, auferes spiritū eorū & deficient, & in puluerē suū reuertentur. Emittes spiritum tuum & creabuntur, & instaurabis faciē terræ. Sit gloria domini in sempiternū: lætabitur dominus in operibus suis. Qui respicit terrā & tremet, tangit montes & fumabunt. Cantabo domino in vita mea: psallā Deo meo quādiu sum. Placeat ei eloquium meum: ego autem lætabor in domino. De-
F ficiant peccatores de terra, & impij vltra non sint: benedic anima mea domino, Halleluia.

Psalmus c v.

CONfitemini domino inuocate nomen eius: notas facite populis cogitationes eius. Cantate ei, & psallite ei: loquimini in vniuersis mirabilib. eius. Exultāte in nomine sācto eius: lætetur cor quærentiū dominū. Quærite dominū & virtutē eius: quærite faciem eius iugiter. Recordamini mirabiliū eius quæ fecit: signorū & iudiciorū oris eius. Semē Abrahā serui eius: filij Iacob electi eius. Ipse dñs Deus noster: in vniuersa terra iudicia ei*. Recordatus est in æternū pacti sui: verbi quod præcepit in mille generationes. Quod pepigit cū Abrahā, & iuramēti sui Isaac. Et firmauit illud cū Iacob in lege: cū Israël in pactū sēpiternū. Dicēs, tibi dabo terrā Chanaā: funiculū hæreditatis vestræ. Cū essēt viri pauci, modici & aduenæ in ea. Et transierūt de gēte in gentē, & de regno ad populū alterum. Non dimisit hominē vt noceret eis, & corripuit pro eis reges. Nolite tangere Christos meos, & prophetas meos nolite affligere. Et vocauit famē super terrā: omnē virgam panis cōtriuit. Misit ante faciē eorū virum: in seruū venundatus est Ioseph. Afflixerunt in cōpede pedes eius: in ferrū venit anima eius. Vsque ad tēpus donec veniret sermo eius: eloquium domini probauit eum. Misit rex & soluit eū: princeps populorū & dimisit illum. Posuit eum dominū domus suæ, & principē in omni possessione sua. Vt erudiret principes eius secundum voluntatē suā, & senes eius sapiētiā doceret. Et ingressus est Israël Ægypū, & Iacob aduena fuit in terra Chā. Et crescere fecit populū suū nimis, & roborauit eū super hostes eius. Conuertit cor eorū vt odio haberēt populū eius, vt dolose agerēt cōtra seruos illi*. Misit Moysē seruum suū: Aaron quē elegit sibi.

in terra Chā. Misit tenebras & cōtenebrauit, & non G fuerunt increduli verbis eius. Cōmutauit aquas eorum in sanguinē, & occidit pisces eorū. Ebulliuit terra eorum rana: in cubilib. regum eorum. Dixit & venit musca omnimoda: scinifes in vniuersis terminis eorum. Dedit pluuias eorum grādinē: ignē flāmantem in terra eorum. Et percussit vineā eorum, & ficum eorum: & cōstegit lignum finium eorum: Dixit, & venit locusta, & bruchus cuius nō erat numerus. Et comedit omne fœnum terræ eorū & deuorauit fructū terræ eorū. Et percussit omne primogenitū in terra eorum: primitias vniuersi partus eorum. Et eduxit eos cum argēto & auro, & nō erāt in tribubus eorū infirm*. Lætata est Ægyptus cum egrederētur: quoniā irruerat terror eorū super eos. Expādit nubē in tēgorium, & ignē vt luceret nocte. Petierūt & adduxit ortigometrā, & pane cœli saturauit eos. Aperuit petrā & fluxerunt aquæ: cōcurrerunt in aridis flumina. Quia recordatus est verbi sancti sui: cum Abrahā seruo suo. Et eduxit populum suum in lætitia: laudātes electos suos. Et dedit eis terras gentiū, & laborē tribuum possederunt. Vt custodirēt ceremonias eius, & leges eius seruarēt, Halleluia.

¶ *Halleluia.* Psalmus c v i.

CONfitemini domino quoniam bonus: quoniā in æternum misericordia eius. Quis loquetur fortitudines domini: auditas faciet omnes laudes eius. Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiā in omni tēpore. Recordare mei domine in repropitiatione populi tui: visita me in salutari tuo. Vt videā bona electorum tuorū, & læter in lætitia gētis tuæ: & exultem cum hæreditate tua. Peccauimus cum patribus nostris: iniquè fecimus, impiè egimus. Patres nostri in Ægypto nō intellexerūt mirabilia tua, non sunt recordati multitudinis misericordiæ tuæ: & iracundiā pro- H uocauerūt super mari in mari rubro. Saluauit autē eos propter nomē suum, vt ostenderet fortitudinē suā. Et cōminatus est mari rubro, & aruit: & transduxit eos per abyssos quasi in deserto. Et saluauit eos de manu odiētis, & redemit eos de manu inimici. Et operuit aqua hostes eorū: vnus de ipsis nō superfuit. Et crediderūt verbis eius: cecinerunt q; laudē eius. Cito obliti sunt operū illius: nec expectauerunt voluntatē eius. Et desiderauerunt desiderium in deserto, & tentauerunt Deum in solitudine. Et dedit eis petitionē ipsorū, & misit tenuitatē in animā eorum. Et zelati sunt Moysen in castris: Aaron sanctū domini. Aperta est terra, & deuorauit Dathā, & operuit synagogā Abyrā. Et succēsus est ignis in synagoga eorū: flāma exussit impios. Fecerunt vitulum in Horeb, & adorauerunt cōflatile. Et mutauerunt gloriā suam, in similitudine bouis comedentis fœnū. Obliti sunt Dei saluatoris sui: qui fecit magnalia in Ægypto. Mirabilia in terra Cham: terribilia super mare rubrū. Dixit ergo vt contereret eos: nisi Moyses electus eius stetisset medius contra faciē illius, vt cōuerteret indignationē eius, vt non interficeret. Et despexerūt terrā desiderabilem: nec crediderunt sermoni eius. Et murmurauerunt in tabernaculis suis: non exaudierunt vocem domini. Et eleuauit manum suā super eos, vt deiiceret eos in deserto.

A ret eos in terris. Et consecrati sunt Beelphegor, & comederunt victimas mortuorum. Et concitauerunt eum in studiis suis, & percussit eos plaga. Stetit autem Phinees, & diiudicauit: & est retenta percussio. Et reputatum est ei in iustitiam: in generatione & generatione vsque in æternum. Et pronocauerunt eum super aquam contradictionis, & afflictus est Moyses propter eos. Quia prouocauerunt spiritum eius, & præcipit labiis suis. Non exterminauerunt populos: quos dixit dominus eis. Et cõmixti sunt gentib. & didicerunt opera eorũ. Et seruierunt sculptilib. eorum, & factum est eis in scandalũ. Et immolauerũt filios suos, & filias suas dæmonib. Et effuderũt sanguinẽ innocentẽ: sanguinem filiorum suorum & filiarũ suarũ, quos immolauerunt sculptilib. Chanaã: & polluta est terra sanguinib. Et coinquinati sunt in operib. suis, & fornicati sunt in studiis suis. Iratus est itaq; furor domini in populum suũ, & abominatus est hæreditatẽ suã. Et dedit eos in manu gentiũ, & dominati sũt eorũ qui oderũt eos. Et afflixerũt eos inimici sui, & humiliati sunt sub manu eorũ. Multis vicib. liberauit eos: ipsi verò prouocabant in cõsiliis suis, & humiliati sunt propter iniquitates suas. Et vidit tribulationẽ eorũ: cũ audiret eos rogãtes. Et recordatus est pacti sui cum eis, & pœnituit eũ secundũ multitudinẽ misericordiæ suæ. Et dedit eos miserabiles: corã omnib. qui cœperãt eos. Sal-
B ua nos dñe Deus noster, & cõgrega nos de gẽtib. vt cõfiteamur nomini sãcto tuo, & canam⁹ in laude tua. Benedict⁹ dñs Deus Israël ab æterno, & vsq; in æternũ: & dicet omnis populus, amen, Halleluia.

Psalmus CVII.

CONfitemini domino quoniam bonus: quoniã in æternum misericordia eius. Dicãt qui redẽpti sũt à domino: quos redemit de manu hostis. Et de terris congregauit eos, ab oriente & occidente: ab aquilone & mari. Errauerunt in solitudine, in deserta via: ciuitatem quæ habitaretur nõ repererunt. Esurientes & sitientes: anima eorũ in ipsis deficiebat. Et clamauerunt ad dominum in tribulatione sua: de afflictione eorum eripuit eos. Et duxit illos per viã rectam, vt venirent in ciuitatẽ habitabilẽ. Cõfiteãtur domino misericordias eius, & mirabilia eius in filios hominũ. Quia saturauit animã vacuã, & animã esurientem impleuit bonis. Habitantes in tenebris & vmbra mortis: alligatos inopia & ferro. Quia prouocauerunt sermones Dei, & consiliũ excelsi blasphemauerunt. Et humiliauit in labore cor eorum: ceciderunt, & non erat qui adiuuaret. Et clamauerũt ad dominũ in tribulatione sua, & de angustiis eorum saluauit eos. Et eduxit eos de tenebris & vmbra mortis, & vincula eorũ disrupit. Cõfiteantur domino misericordias eius, & mirabilia eius in filios hominũ. Quia contriuit portas æreas, & vectes ferreos cõfregit. Stultos propter viã sceleris eorũ, & propter iniquitates afflictos. Omnẽ cibũ abominata est anima eorũ, & accesserũt ad portas mortis. Et clamauerunt ad dominum in tribulatione sua: de angustiis eorum saluauit eos. Misit verbum suum, & sanauit eos: & saluauit de interitu eorũ. Cõfiteantur domino misericordias eius, & mirabilia eius in filios hominũ. Et immolent hostias gratiarum, & narrent opera eius in laude. Qui descẽdunt mare in nauib.: faciẽtes op⁹ in aquis multis. Ipsi viderũt opera domini, & mirabilia eius in profũdo. Dixit, & surrexit ventus tempestatis: & eleuauit gurgites eius. Ascendunt in cœlũ, & descẽdunt in abyssos: anima eorũ in afflictione consumitur. Obstupuerũt & intremuerũt quasi ebrius: & vniuersa sapiẽtia eorũ absorpta est. Clamabunt autẽ ad dominũ in tribulatione sua, & de angustia eorũ educet eos. Statuet turbinẽ in trãquillitatẽ, & silebũt fluctus eius. Lætabũtur quoniã quieuerũt, & deducet eos ad portũ quẽ voluerũt. Cõfiteãtur domino misericordias eius, & mirabilia eius in filios hominũ. Et exaltent eum in ecclesia populi, & in cathedra seniorũ laudent eum. Ponet flumina in desertum, & fõtes aquarum in sitim. Terrã fructiferã in salsuginẽ: præ malitia habitatorũ eius. Ponet desertũ in paludes aquarũ, & terrã inuiã in fõtes aquarũ. Et collocauit ibi esurientes, & formabunt vrbem habitandũ. Et ferent agros, & plantabunt vineas: & faciẽt fruges germina. Et benedicet eis & multiplicabuntur nimis, & pecora eorũ non minuet. Imminuta sunt autẽ & afflicta, propter angustiã mali & doloris. Et effũdet despectionẽ super principes, & errare eos faciet in solitudine de via. Et subleuabit pauperẽ de inopia, & ponet quasi gregem familias: videbũt recti, & lætabuntur: & omnis iniquitas contrahet os suum. Quis sapiens, & custodiet hæc: & intelliget misericordias domini.

¶ *Canticum Psalmum David.* Psalmus CVIII.

PAratum cor meũ Deus: cantabo & psallã sed & gloria mea. Consurge psalteriũ & cithara, consurgã mane. Cõfitebor tibi in populis domi- D
ne & cãtabo te in nationib. Quoniã magna super cœlos misericordia tua, & vsque ad æthera veritas tua. Exaltare super cœlos Deus, & super omnem terrã gloria tua. Vt liberẽtur dilecti tui: salua dextera tua, & exaudi me. Deus locut⁹ est in sanctuario suo, gaudebo, diuidã Sichẽ, & vallẽ Soccoth dimetiar. Meus est Galaad, & meus est Manasse, & Ephraim hæreditas capitis mei: Iuda dux meus. Moab lebes peluis meæ, super Idumæam proiiciã calciamentum meum: cum Philistiim fœderabor. Quis deducet me in ciuitatem munitam: quis deducet me vsque in Idumæam? Nonne tu Deus qui proieceras nos, & non exieras Deus in exercitib. nostris? Da nobis auxilium in tribulatione: vana est enim salus ab homine. In Deo erimus fortes, & ipse conculcabit hostes nostros.

¶ *Victori Psalmus David.*

Psalmus CIX.

DEus laudabilis mihi, ne taceas. Quia os impij, & dolosi contra me apertũ est: locuti sũt de me lingua mẽdacij. Verbis odij circundederũt me, & expugnauerũt me frustra. Pro eo quod eos diligebã, aduersabantur mihi: ego autẽ orabã. Et posuerunt cõtra me malũ pro bono, & odiũ pro dilectione mea. Cõstitue super eum impiũ, & satã stet à dextris eius. Cum fuerit iudicatus, exeat cõdemnatus: & oratio eius fit in peccatum. Fiãt dies eius parui: episcopatum eius accipiat alter. Sint filij eius pupilli, & vxor eius vidua. Instabiles vagẽtur filij eius, & mẽdicẽt: & quærãtur in parietinis suis. Scrutetur exactor vniuersa quæ habet, & diripiant alieni labores eius. Non sit qui eius misereatur: nec qui clemens sit in pupillos eius. Fiat nouissimum

A nouissimum eius interitus: in generatione altera deleatur nomen eius. Redeat in memoriam iniquitas patrum eius apud Deũ, & iniquitas matris eius non deleatur. Sint contra dominũ semper: & intereat de terra memoria eorũ. Eo quòd non est recordatus facere misericordiã: & persecutus est virũ inopẽ, & pauperẽ: & cõpunctum corde vt interficeret. Et dilexit maledictionẽ, quæ veniet ei: & noluit benedictionem, quæ elongabitur ab eo. Et indutus est maledictione quasi vestimento suo, & ingreditur quasi aqua in viscera eius: & quasi oleũ in ossa eius. Sit ei quasi pallium quo circundatur, & quasi cingulum quo semper accingitur. Hæc est retributio his qui aduersantur mihi à domino, & qui loquuntur malum contra animam meam. Tu autem domine Deus fac mecum propter nomen tuum: quoniam bona est misericordia tua, libera me. Quoniã egenus, & pauper sum: & cor meum vulneratum est intrinsecus. Quasi vmbra cum inclinatur abductus sum, & excussus quasi locusta. Genua mea vacillauerunt à ieiunio, & caro mea immutata est absque oleo. Et ego factus sum opprobrium eis: videntes me mouerũt caput suum. Adiuua me domine Deus meus: salua me secundũ misericordiam tuam. Et sciãt quoniam manus tua hæc: tu domine fecisti eam. Maledicent illi, & tu benedices: restiterunt, & cõfundentur: seruus autem tuus lætabitur. Induantur aduersarij mei cõ-
B fusione, & operiantur quasi vestimento confusione sua. Confitebor domino vehementer in ore meo, & in medio populorum laudabo eum. Quoniam stabit à dextris pauperis, vt saluet à iudicibus animam eius.

Psalmus David.

Psalmus cx.

DIxit dominus domino meo, sede à dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellũ pedum tuorum. Virgam fortitudinis tuæ emittet dominus ex Sion: dominare in medio inimicorũ tuorum. Populi tui spontanei erunt in die fortitudinis tuæ: in mõtibus sãctis quasi de vulua orietur tibi ros adolescentiæ tuæ. Iurauit dominus & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Dominus à dextera tua, percussit in die furoris sui reges. Iudicabit in gentibus, impleuit valles: percussit caput in terra multa. De torrente in via bibet: propterea exaltabit caput.

¶ *Halleluia.* Psalmus cxi.

COnfitebor domino in toto corde: in consilio iustorum & congregatione. Magna opera domini: exquirenda in cunctis voluntatibus suis. Gloria, & decor opus eius: & iustitia eius perseuerans semper. Memoriam fecit mirabilium suorũ: clemens & misericors dominus. Escam dedit timentib. se: memor erit in sempiternum pacti sui.

¶ *Halleluia.*

D Psalmus cxii.

BEatus vir qui timet dominum: in mandatis eius volet nimis. Potens in terra erit semen eius: generatio iustorum benedicetur. Substantia, & diuitiæ in domo eius: & iustitia eius perseuerãs semper. Ortũ est in tenebris lumen iustis: clemẽs & miserator & iustus. Bonus vir clemens & fœnerans: dispensabit verba sua in iudicio. Quia in æternum non commouebitur: memoria sempiterna erit iustus. Ab auditu malo non timebit: paratum cor eius confidens in domino. Firmum cor eius non timebit: donec aspiciat in hostibus suis. Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius permanet in æternum: cornu eius exaltabitur in gloria. Impius videbit, & irascetur, dentibus suis frendet, & tabescet: desiderium impiorum peribit.

¶ *Halleluia.* Psalmus cxiii.

LAudate serui dominum: laudate nomen domini. Sit nomen domini benedictum: amodo & vsque in æternũ. Ab ortu solis vsque ad occasum eius: laudabile nomen domini. Excelsus super omnes gentes dominus: supra cœlum gloria eius. Quis vt dominus Deus noster: qui in excelsis habitans. Humilia respicit in cœlo & in terra. Suscitãs de terra inopem, & de stercore eleuat pauperem. Vt eum sedere faciat cum principibus: cum principibus populi sui. Qui collocat sterilem in domo, matrem filiorum lætantem.

¶ *Halleluia.* Psalmus cxiv.

CVm egrederetur Israël de Ægypto: domus Iacob de populo barbaro. Factus est Iudas in sanctificatione eius: Israël potestas eius. Mare vidit & fugit: Iordanis conuersus est retrorsum. Montes subsilierunt quasi arietes: colles quasi filij gregis. Quid tibi est mare quia fugisti: Iordanis quia conuersus es retrorsum. Montes subsultastis quasi arietes: colles quasi filij gregis. A facie domini contremiscit terra: à facie Dei Iacob. Qui conuertit petram in paludes aquarum: silicem in fontes aquarum. Non nobis domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam: propter misericordiam tuam, & veritatem tuam. Ne dicant gentes: vbi est Deus eorum? Deus autem noster in cœlo: vniuersa quæ voluit fecit. Idola gentium argentũ, & aurum: opus manuum hominum. Os habent, & non loquentur: oculos habent, & non videbũt. Aures habent, & non audient: nasum habent, & nõ odorabunt. Manus habent, & non palpabunt: pedes habent, & non ambulabunt: nec sonabunt in gutture suo: Similes illis fiãt qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Israël confidit in domino: auxiliator & protector eorũ est. Domus Aarõ cõfidit in domino: auxiliator & protector eorũ est. Timentes dominum confidunt in domino: auxiliator & protector eorum est. Dominus recorda-

A ¶ *Halleluia.* Pſalmus cxv.

DIlexi quoniã exaudit dominus vocẽ depre-
cationis meæ. Inclinauit aurẽ ſuam mihi, &
in diebus meis inuocabo. Circundederunt me fu-
nes mortis, & munitiones inferni inuenerunt me:
anguſtiã & dolorẽ reperi. Et nomẽ domini inuo-
caui: obſecro domine libera animã meã. Clemẽs
dominus, & iuſtus: & Deus noſter miſericors. Cu-
ſtodit paruulos dominus: attenuatus ſum, & ſal-
uauit me. Reuertere anima mea in requiem tuam:
quia dominus reddet tibi. Quia eruet animã meã
de morte: oculos meos à lacrymis, pedes meos ab
offenſa. Deãbulabo corã domino, in terris viuen-
tiũ. Credidi propter quod locutus ſum: ego affli-
ctus ſum nimis. Ego dixi in ſtupore meo: omnis
homo mẽdacium. Quid reddã domino, pro omni-
bus quæ retribuit mihi, Calicẽ ſalutaris accipiã, &
nomẽ domini inuocabo. Vota mea domino red-
dã, corã omni populo eius. Glorioſa in conſpectu
domini, mors ſãctorũ eius. Obſecro domine quia
ego ſeruus tuus, ego ſeruus tu*, filius ancillæ tuæ:
diſſoluiſti vincula mea. Tibi immolabo hoſtiã lau-
dis, & in nomine domini inuocabo. Vota mea do-
mino reddã, in cõſpectu omnis populi eius. In a-
triis domus domini, in medio tui Hieruſalem,
Halleluia. Pſalmus cxvi.

B LAudate dominum omnes gentes: collaudate
eum vniuerſi populi. Quia conſortata eſt ſu-
per nos miſericordia eius, & veritas domini in æ-
ternum, Halleluia.

Pſalmus cxvii.

COnfitemini domino quoniam bonus: quo-
niam in æternũ miſericordia eius. Dicat nũc
Iſraël: quoniã in æternũ miſericordia eius. Dicat
nunc domus Aaron: quoniã in æternũ miſericor-
dia eius. Dicãt nunc qui timẽt dominũ: quoniã in
æternum miſericordia eius. Cum tribularer inuo-
caui dominũ, & exaudiuit me in latitudine domi-
nus. Dominus meus es: non timebo, quid faciat
mihi homo. Dominus mihi auxiliator, & ego deſ-
piã odientes me. Melius eſt ſperare in domino,
quã ſperare in homine. Melius eſt ſperare in do-
mino, quã ſperare in principibus. Omnes gentes
circundederunt me, & in nomine domini: quia vl-
tus ſum eas. Circundederunt me, & obſederunt
me. ſed in nomine domini, quia vlt* ſum eas. Cir-
cũdederũt me quaſi apes: extinctę ſunt quaſi ignis
ſpinarũ in nomine domini, quia vlt* ſum eas. Im-
pulſus pellebar vt caderẽ, & dominus ſuſtentauit
me fortitudo mea, & laudatio mea dominus: & fa-
ctus eſt mihi in ſalutẽ. Vox laudis, & ſalutis in ta-
bernaculis iuſtorũ: dextera domini fecit fortitu-
dinẽ. Dextera domini excelſa, dextera domini fe-
cit fortitudinẽ. Non moriar: ſed viuã, & narrabo
opera domini. Corripiens arguit me dominus, &
morti non tradidit me. Aperite mihi portas iuſti-
tiæ: ingreſſus eas confitebor domino. Hæc porta
domini: iuſti intrabũt in eam. Cõfitebor tibi quo-
niam exaudiſti me, & factus es mihi in ſalutẽ. La-
pidem quem reprobauerũt ædificantes: factus eſt
in caput anguli. A domino factum eſt iſtud, & hoc
eſt mirabile in oculis noſtris. Hæc eſt dies quam
fecit dominus: exultemus, & lætemur in ea. Obſe-
cro domine, ſalua obſecro: obſecro domine, pro-
ſperare obſecro. Benedictus qui venit in nomine
domini: benediximus vobis de domo domini. C
Deus dominus, & apparuit nobis: frequentate ſo-
lennitatem in frondoſis, vſque ad cornua altaris.
Deus meus es tu, & confitebor tibi: Deus meus
es tu, & exaltabo te. Confitebor domino quoniam
bonus: quoniam in æternum miſericordia eius.

Pſalmus cxviii.

BEati immaculati in via: qui ambulant in lege
domini. Beati qui cuſtodiũt teſtimonia eius:
in toto corde requirunt eum. Nec enim qui ope-
rantur iniquitatem, in viis eius ambulauerunt. Tu
mandaſti præcepta tua cuſtodiri nimis. Vtinã di-
rigantur viæ meæ ad cuſtodienda præcepta tua.
Tunc non confundar: cum reſpexero ad omnia
mãdata tua. Confitebor tibi in directione cordis:
cum didicero iudicia iuſtitiæ tuæ. Præcepta tua
cuſtodiã: ne derelinquas me nimis. In quo corri-
git iuuenis ſemitã ſuã eum cuſtodierit verba tua.
In toto corde meo exquiſiui te: ne errare me fa-
cias à mãdatis tuis. In corde meo abſcõdi eloquia
tua, vt non peccẽ tibi. Benedictus tu domine, do-
ce me præcepta tua. In labiis meis narraui omnes
iuſtitias oris tui. In via teſtimoniorũ tuorũ dele-
ctatus ſum: quaſi in omnibus diuitiis. In præceptis
tuis meditabor, & contemplabor ſemitas tuas. In
iuſtitiis tuis delectabor: non obliuiſcar verba tua.
Retribue ſeruo tuo: viuam, & cuſtodiã verba tua.
Reuela oculos meos, & videbo mirabilia de lege
tua. Aduena ego ſum in terra: ne abſcondas à me
mandata tua. Deſiderauit anima mea deſiderare,
iudicia tua in omni tẽpore. Increpaſti ſuperbos: D
maledicti qui recedunt à mãdatis tuis. Aufer à me
opprobriũ, & contemptum: quoniam teſtimonia
tua cuſtodiui. Etenim ſederunt principes, aduer-
ſum me loquebantur: ſeruus autẽ tuus meditaba-
tur præcepta tua. Sed & teſtimonia tua voluntas
mea quaſi viri amiciſſimi mei. Adhæſit pulueri a-
nima mea: viuifica me iuxta verbũ tuũ. Vias meas
expoſui, & exaudiſti me: doce me iuſtitiam tuam.
Viam præceptorum tuorũ fac me intelligere, &
loquar in mirabilibus tuis. Diſtillauit anima mea
præ ſtultitia: ſerua me iuxta eloquium tuum. Viã
mendacij aufer à me, & legem tuam dona mihi.
Viam fidei elegi: iudicia tua proponebam. Adhæ-
ſi teſtimoniis tuis: domine ne confundas me. Viã
mandatorum tuorum curram: quoniam dilataſti
cor meum. Oſtẽde mihi domine viam præcepto-
rum tuorũ, & cuſtodiam eam per veſtigium. Do-
ce me, & obſeruabo legem tuam: & cuſtodiã eam
in toto corde. Deduc me in ſemita mandatorum
tuorum: quia ipſam volui. Inclina cor meũ ad te-
ſtimonia tua, & non ad auaritiã. Auerte oculos
meos ne videant vanitatẽ: in via tua viuifica me.
Suſcita ſeruo tuo eloquiũ tuũ in timorẽ tuũ. A-
uerte opprobrium meũ quod reuertius ſum: quia
iudicia tua bona. Ecce deſideraui præcepta tua,
in iuſtitia tua viuifica me. Et veniant mihi miſeri-
cordiæ tuæ domine, & ſalus tua iuxta eloquium
tuũ. Et reſpondebo exprobrantibus mihi ſermo-
nẽ: quia ſperaui in ſermone tuo. Et ne auferas de
ore meo verbũ veritatis vſque nimis: quoniã iu-
dicia tua expectaui. Et cuſtodiã legẽ tuã iugiter:
in ſẽpiternum, & vltra. Et ambulabo in ſpatioſo:
quia præcepta tua quæſiui. Et loquar in teſtimo-
niis tuis corã regibus, & non confundar. Et dele-
ctabor

E ctabor in mãdatis tuis, quæ dilexi. Et leuabo manus meas ad mandata tua quæ dilexi, & loquar in præceptis tuis. Memento sermonis seruo tuo: quẽ me sperare fecisti. Hæc est consolatio mea in afflictione mea: quia eloquiũ tuum viuificauit me. Superbi deridebant me nimis: à lege tua non declinaui. Recordatus sum iudiciorum tuorũ à sæculo domine, & cõsolatus sum. Horror obtinuit me ab impiis, qui dereliquerunt legem tuam. Carmina erãt mihi præcepta tua, in domo peregrinationis meæ. Recordatus sum in nocte nominis tui domine, & custodiui legẽ tuã. Hoc factũ est mihi: quia præcepta tua custodiui. Pars mea domine: dixi vt custodiã verbũ tuũ. Deprecatus sum vultum tuũ in toto corde: miserere mei secundum eloquium tuũ. Recogitaui vias meas, & couerti pedes meos ad testimonia tua. Festinaui, & non neglexi custodire mandata tua. Funes impiorum implicauerũt me: legem tuã non sum oblitus. Medio noctis surgam ad cõfitendum tibi, super iudicia iustitiæ tuæ. Particeps sum ego omniũ timentiũ te: custodientiũ præcepta tua. Misericordia tua domine cõpleta est terra, præcepta tua doce me. Benefecisti seruo tuo: domine secundũ verbum tuum. Bonũ sermonẽ, & scientiã doce me: quia mãdatis tuis credidi. Antequam audirẽ, ego ignoraui: nũc autem eloquiũ tuũ custodiui. Bonus es tu, & beneficus: doce me præcepta tua. Applicabãt mihi mẽdaciũ superbi: ego autem in toto corde seruabã præcepta tua.
F Incrassatum est velut adeps cor eorum, & ego in lege tua delectabar. Bonum mihi quia afflictus sum, vt discerẽ præcepta tua. Melior est mihi lex oris tui: super millia auri, & argenti. Manus tuæ fecerunt me, & firmauerunt me: doce me, & discam mandata tua. Qui timent te videbunt me, & lætabuntur: quia sermonem tuum expectaui. Scio domine quia iustum iudicium tuum, & verè afflixisti me. Sit obsecro misericordia tua in cõsolatione mea: sicut locutus es seruo tuo. Veniant mihi misericordiæ tuæ, & viuam: quia lex tua delectatio mea. Confundantur superbi, quoniã iniquè contriuerunt me: ego autem loquar in præceptis tuis. Reuertantur ad me qui timent te, & qui sciunt testimonium tuũ. Fiat cor meum perfectũ in præceptis tuis, vt nõ confũdar. Defecit in salutare tuum anima mea: in verbum tuum expectaui. Consumpti sunt oculi mei in verbum tuum: dicẽtes, quando consolaberis me. Et cum essem quasi vter in pruina: præcepta tua nõ sum oblitus. Quot sunt dies serui tui: quãdo facies in persequentibus me iudicium. Foderunt mihi superbi foueas, quæ non erant iuxta legem tuam. Omnia mandata tua vera: falsò persequuti sunt me, auxiliare mihi. Paulominus consumpserunt me in terra: ego autẽ nõ dimisi præcepta tua. Secundũ misericordiã tuam viuifica me, & custodiam testimoniũ oris tui. In æternum domine verbũ tuum perstat in cælo. In

mationis vidi finem: latum mandatum tuũ nimis. G
Quam dilexi legẽ tuam: tota die meditatio mea. Super inimicos meos instruis me mandato tuo: quia in sempiternũ hoc est mihi. Super omnes qui docebant me eruditus sum: quia testimonia tua meditatio mea. Super senes intellexi: quia præcepta tua seruaui. Ab omni semita mala prohibui pedes meos, vt custodirẽ verba tua. A iudicijs tuis non recessi: quia tu illuminasti me. Quã dulce gutturi meo eloquiũ tuũ, super mel ori meo. Præcepta tua cõsiderabã: propterea odi omnẽ semitam mẽdacij. Lucerna pedi meo verbum tuũ, & lux semitæ meæ. Iuraui, & perseuerabo: vt custodiã iustitiæ tuæ. Afflictus sum vsque nimis: domine viuifica me iuxta verbũ tuũ. Voluntaria oris mei cõplaceant tibi domine, & secundum iudicia tua doce me. Anima mea in manu mea sẽper, & legis tuæ non sum oblitus. Posuerunt impij laqueum mihi, & à præceptis tuis non aberraui. Hæreditas mea testimonia tua in sempiternũ: quia gaudiũ cordis mei sunt. Inclinaui cor meum vt facerem iustitias tuas propter æternam retributionem. Tumultuosos odiui, & legem tuam dilexi. Protectio mea & scutum meum tu es: verbum tuum expectaui. Recedite à me maligni, & custodiam mandata Dei mei. Confirma me secundũ verbum tuum, & viuã: & noli me confundere ab expectatione mea. Auxiliare mihi, & saluus ero: & delectabor in præceptis tuis iugiter. Abiecisti omnes qui auersãtur præcepta tua: quia mendax cogitatio eorũ. Quasi scoriã cõputasti omnes impios terræ: propterea dilexi testimonia tua. Horripilauit à timore tuo caro mea, & iudicia tua timui. Feci iudicium & iustitiã: ne derelinquas me his qui calũniantur me. Sponde pro seruo tuo in bonũ: ne calũnientur me superbi. Oculi mei defecerunt in salutare tuũ, & in eloquium iustitiæ tuæ. Fac cum seruo tuo H
iuxta misericordiã tuam, & præcepta tua doce me. Seruus tuus sum ego, instrue me: & cognoscã testimonia tua. Tẽpus est vt facias domine: præuaricati sunt legẽ tuam. Propterea dilexi mandata tua super aurũ & topazium. Propterea in vniuersa præcepta tua direxi: omnẽ semitã mendacij odio habui. Mirabilia testimonia tua: idcirco custodiuit ea anima mea. Ostium sermonũ tuorum lucidum, docens paruulos. Os meũ aperui & respiraui: quia mandata tua desiderabã. Respice ad me, & miserere mei: iuxta iudiciũ diligentiũ nomen tuum. Gressus meos firma in sermone tuo, & non des potestatẽ in me vniuersæ iniquitati. Redime me à calumnia hominũ, & custodiã præcepta tua. Vultum tuum ostende seruo tuo, & doce me præcepta tua. Riui aquarũ fluebant de oculis meis: quia non custodierunt legẽ tuã. Iustus es domine, & rectũ iudiciũ tuũ. Præcepisti iustitiã testimonij tui, & veritatẽ tuã nimis. Consũpsit me zelus meus: quia obliti sunt

B custodiam. Inuocaui te, saluum me fac, & custodiã testimonia tua. Surgebam adhuc in tenebris, & clamabam. verbum tuum expectans. Præueniebãt oculi mei vigilias, vt meditarer in sermonib. tuis. Vocẽ meã exaudi iuxta misericordiam tuã: domine secundũ iudicium tuum viuifica me. Appropinquauerunt persecutores mei sceleri, & à lege tua procul facti sũt. Prope es tu domine, & omnia mãdata tua veritas. A principio noui de testimoniis tuis: quod in æternum fundaueris ea. Vide afflictionẽ meã, & eripe me: quia legis tuæ nõ sum oblitus. Iudica causam meã, & redime me: in sermone tuo viuifica me. Lõge ab impiis salus: quia præcepta tua non quæsierunt. Misericordiæ tuæ multæ domine: iuxta iudicia tua viuifica me. Multi qui persequũtur me, & affligũt me: à testimoniis tuis non declinaui. Vidi præuaricatores tuos, & mærebã: quia verbũ tuũ non custodierunt. Vide quoniã præcepta tua dilexi: domine iuxta misericordiã tuã viuifica me. Caput verborum tuorum veritas, & in sempiternũ omne iudicium iustitiæ tuæ. Principes persecuti sunt me sine causa: verba autem tua timuit cor meum. Gaudens ego sum in eloquio tuo: sicut qui inuenit spolia multa. Mendacium odio habui, & detestatus sum: legem tuã dilexi. Septies in die laudaui te: super iudiciis iustitiæ tuæ. Pax multa diligentibus legem tuã, & non est illis scandalum. Expectaui salutare tuũ domine, & mandata tua feci. Custodiuit anima mea te-
F stimonia tua & dilexit ea nimis. Custodiui præcepta tua, & testimonia tua: quia omnes viæ meæ in conspectu tuo. Ingrediatur laus mea corã te domine. secundum verbum tuum doce me. Veniat deprecatio mea ante vultum tuum: secũdum eloquium tuum libera me. Fundant labia mea hymnũ: docebis enim me præcepta tua. Loquetur lingua mea sermonem tuũ: quia omnia mandata tua iusta. Sit manus tua auxiliatrix mea: quia præcepta tua elegi. Desideraui salutare tuum domine, & lex tua volũtas mea. Viuet anima mea, & laudabit te: & iudicia tua auxiliabuntur mihi. Erraui quasi ouis perdita, quære seruum: quia mandatorum tuorum non sum oblitus.

¶ *Canticum graduum.* Psalmus CXIX.

AD dominum in tribulatione mea clamaui, & exaudiuit me. Domine libera animã meã à labio mendacii, à lingua dolosa. Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam? Sagittæ potẽtis acutæ, cum carbonibus iuniperorũ. Heu mihi quia peregrinatio mea prolongata est: habitaui cum tabernaculis Cedar. Multum peregrina est anima mea, cum odientibus pacem. Ego pacifica loquebar, & illi bellabant.

¶ *Canticum graduum.* Psalmus CXX.

LEuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxiliũ mihi. Auxilium meum à dño, factore cæli & terræ. Non det in commotionem pedẽ tuum: nec dormitet qui custodit te. Ecce nõ dormitabit: neque dormiet, qui custodit Israel. Dominus custodit te: dominus protectio tua super manum dexteram tuã. Per diem sol nõ percutiet te, neque luna per noctem. Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam. Dominus custodiat exitum tuum & introitum tuum: amodo & vsque in æternum.

¶ *Canticum graduum David.* Psalmus CXXI. G

LÆtatus sum eo quod dixerunt mihi: in domũ domini ibimus. Stantes erant pedes nostri, in portis tuis Hierusalem. Hierusalem quæ ædificatur, vt ciuitas cuius participatio eius simul. Quia ibi ascenderunt tribus, tribus domini testimoniũ Israel: ad confitendum nomini domini. Quia ibi sederũt sedes in iudicio: sedes domui Dauid. Rogate pacem Hierusalem: sit benẽ his qui diligunt te. Sit pax in muris tuis: abundantia in domibus tuis. Propter fratres meos, & amicos meos: loquar pacem tibi propter domum domini Dei nostri: quæram bona tibi.

¶ *Canticum graduum David.* Psalmus CXXII.

AD te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis. Ecce sicut oculi seruorum ad manũ dominorum suorũ: sicut oculi ancillæ ad manum dominæ suæ, sic oculi nostri ad dominum Deum nostrũ, donec misereatur nostri. Miserere nostri domine, miserere nostri: quia multũ repleti sumus despectione. Multum repleta est anima nostra opprobrio abundantiũ, & despectione superborum.

¶ *Canticum graduum David.* Psalmus CXXIII.

NIsi dominus fuisset in nobis: dicat nunc Israel. Nisi dominus fuisset in nobis: cum exurgerent super nos homines. Forsitan viuos absorbuissent nos. cum irasceretur furor eorũ super nos. Forsitan aquæ circundedissent nos: torrens transisset super animam nostram. Forsitan transisset super animam nostrã, aquæ superbiæ. Benedictus dominus: qui non dedit nos in prædam dentibus eorũ. Anima nostra quasi auis erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Auxilium nostrum in nomine domini: qui fecit cælum & terram.

¶ *Canticum graduum.* Psalmus CXXIV.

QVi confidunt in domino: quasi mons Siõ, H
immobilis in æternũ habitabilis. Hierusalẽ mõtes in circuitu eius, & dominus in circuitu populi sui: amodo & vsq; in æternũ. Quia non requiescet virga impietatis super sortem iustorũ, vt nõ mittãt iusti in iniquitatẽ manus suas. Benefac domine bonis, & rectis corde. Qui autem declinant ad prauitates suas, deducet eos dominus cum his qui operantur iniquitatem: pax super Israel.

¶ *Canticum graduum.* Psalmus CXXV.

CVm conuerteret dominus captiuitatẽ Sion facti sumus quasi somniantes. Tũc implebitur risu os nostrum, & lingua nostra laude: tũc dicent in gentib*: magnificauit dominus facere cum istis. Magnificauit dominus facere nobiscũ: facti sumus sicut lætãtes. Cõuerte domine captiuitatẽ nostrã: sicut riuus in austro. Qui seminãt in lacrymis, in exultatione metent. Qui ambulans ibat & flebat, portans ad seminandum sementem: veniẽs veniet in exultatione, portans manipulos suos.

¶ *Canticum graduum Salomoni.* Psalmus CXXVI.

NIsi dominus ædificauerit domum, in vanũ laborauerunt qui ædificãt eã: nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Frustra est vobis de mane consurgere: postquam sederitis, qui manducatis panem dolorum: sic dabit diligentibus se somnum. Ecce hæreditas domini filii: merces fructus ventris. Sicut sagittæ in manu potentis: ita filii iuuentutis. Beatus vir qui

E qui impleuit pharetram suam ex ipsis: non confundentur, cum loquentur inimicis suis in porta.

¶ *Canticum graduum.* Psalmus CXXVII.

Beatus omnis qui timet dominũ: qui ambulat in viis eius. Laborem manuum tuarũ comedes: beatus tu, & benè tibi erit. Vxor tua sicut vitis fructifera in penetralibus domus tuæ: filij tui sicut germina oliuarum, in circuitu mensæ tuæ. Ecce sic benedicetur viro: qui timet dominum. Benedicat tibi dominus ex Sion: & videas bona Hierusalem, omnibus diebus vitæ tuæ. Et videas filios filiorum tuorum: pacem super Israel.

¶ *Canticum graduum.* Psalmus CXXVIII.

Sæpè expugnauerunt me ab adolescẽtia mea: dicat nunc Israel. Sæpè expugnauerunt me ab adolescentia mea: sed non potuerunt mihi. Supra ceruicẽ meã arabant arantes: prolongauerunt sulcum suum. Dominus iustus concidet laqueos impiorum. Confundãtur & reuereantur retorsum, omnes qui oderunt Sion. Fiant sicut fœnum tectorũ, quod statim vt viruerit, arescet. De quo nõ implebit manum suam messor, & sinum suum manipulos faciens. De quo non dixerunt transeuntes, benedictio domini super vos: benediximus vobis in nomine domini.

¶ *Canticum graduum.* Psalmus CXXIX.

De profundis clamaui ad te domine. Domine exaudi vocem meam: fiant aures tuæ intendentes, ad vocem deprecationis meæ. Si iniquitates obseruabis domine: domine quis sustine-
F bit? Quia tecum est propitiatio: cum terribilis sis. Sustinui dominum, sustinuit anima mea: & verbũ eius expectaui. Anima mea ad dominum: à vigilia matutina vsque ad vigiliam matutinam. Expectet Israel dominum, quia apud dominum misericordia, & multa apud eum redemptio. Et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius.

¶ *Canticum graduum David.* Psalmus CXXX.

Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei: & non ambulaui in magnis, & in mirabilibus super me. Si non proposui, & silere feci animam meam, sicut ablactatus ad matrem suam: ita ablactata ad me anima mea. Expecta Israel dominum: amodo & vsque in æternum.

¶ *Canticum graduum.* Psalmus CXXXI.

Meměto domine Dauid, & omnis afflictionis eius. Qui iurauit domino, votum vouit Deo Iacob. Si intrauero in tabernaculum domus meæ: si ascẽdero super lectũ straminis mei. Si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem. Donec inueniam locum domino: tabernaculum Deo Iacob. Ecce audiuimus illum in Ephrata: inuenimus illũ in regione saltus. Intremus in tabernacula eius: adoremus scabellum pedum eius. Surge domine in requiem tuam, tu & G bitaculũ sibi. Hæc est requies mea in sẽpiterñ: hîc habitabo, quia desideraui eam. Venationem eius benedicens benedicam: pauperes eius saturabo pane. Sacerdotes eius induam salutare, & sancti eius laude laudabunt. Ibi oriri faciam cornu Dauid: paraui lucernam Christo meo. Inimicos eius induam confusione: super ipsum autem florebit diadema eius.

¶ *Canticum graduum Dauid.* Psalmus CXXXII.

Ecce quàm bonum & quàm decorum, habitare fratres in vnum. Sicut vnguentum optimum in capite, quod descendit in barbam Aaron: quod descendit super orã vestimentorũ eius. Sicut ros Hermon, qui descendit super montanã Sion, quoniã ibi mandauit dominus benedictionem, vitam vsque in æternum.

¶ *Canticum graduum.* Psalmus CXXXIII.

Ecce benedicite domino, omnes serui domini: qui statis in domo domini in noctibus. Leuate manus vestras ad sanctum, & benedicite dominum. Benedicat te dominus ex Sion, factor cæli & terræ.

¶ *Halleluia.* Psalmus CXXXIV.

Laudate nomen domini: laudate serui domini. Qui statis in domo domini: in atriis domus Dei nostri. Laudate dominum, quoniam bonus dominus: cantate nomini eius, quoniã decẽs. Quoniã Iacob elegit sibi dominus: Israel in peculiũ suũ. Quia ego scio quod magnus dominus, & & dominus noster præ omnibus diis. Omnia quæ voluit dominus fecit in cælo, & in terra: in mari, & in omnibus abyssis. Leuans nubes de sũmitatibus terræ, fulgura in pluuiã fecit: educens ventos de thesauris suis. Qui percussit primitiua Ægypti: ab H homine vsque ad pecus. Emisit signa & portenta in medio tui Ægypte: in Pharaonẽ, & in cũctos seruos suos. Qui percussit gentes multas, & occidit reges fortes. Seon regẽ Amorrhæorũ: & Og regẽ Basan, & omnia regna Chanaan. Et dedit terrã eorũ hæreditatẽ: hæreditatẽ Israel populo suo. Domine nomen tuũ in æternum: domine memoriale tuũ in generatione, & generatione. Quia iudicabit dominus populũ suũ, & in seruos suos erit placabilis. Idola gentiũ argentũ & aurũ: opera manuum hominũ. Os habent, & non loquentur: oculos habent, & non videbunt. Aures habent, & non audient: sed nec est spiritus in ore ipsorũ. Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Domus Israel benedicite domino: domus Aaron benedicite domino. Domus Leui benedicite domino: timentes dominũ benedicite domino. Benedictus dominus ex Sion, qui habitat in Hierusalem, Halleluia.

A terram super aquas: quoniã in æternũ misericordia eius. Qui fecit luminaria magna: quoniam in æternum misericordia eius. Solẽ in potestatẽ diei: quoniam in æternum misericordia eius. Lunam & stellas in potestatem noctis: quoniã in æternum misericordia eius. Qui percussit Ægyptũ cum primitiuis eius: quoniã in æternum misericordia eius. Et eduxit Israel de medio eorum: quoniam in æternũ misericordia eius. In manu valida & brachio extento: quoniam in æternum misericordia eius. Qui diuisit mare rubrum in diuisiones: quoniam in æternum misericordia eius. Et eduxit Israël in medio: quoniam in æternum misericordia eius. Et conuoluit Pharao & exercitus eius in mari rubro: quoniam in æternum misericordia eius. Qui duxit populum suum per desertum: quoniam in æternum misericordia eius. Qui percussit reges magnos: quoniã in æternum misericordia eius. Et occidit reges magnificos: quoniã in æternum misericordia eius. Sion regem Amorrhæorum: quoniã in æternum misericordia eius. Et Og regem Basan: quoniam in æternum misericordia eius. Et dedit terram eorum hæreditatem: quoniam in æternum misericordia eius. Hæreditatẽ Israel seruo suo: quoniam in æternum misericordia eius. Quia in humilitate nostra memor fuit nostri: quoniã in æternum misericordia eius & redemit nos de hostibus nostris: quoniam in æternum misericordia eius. Qui dat panem omni carni: quoniam in æternum misericordia eius. Confitemini Deo
B cæli: quoniam in æternum misericordia eius.

Psalmus CXXXVI.

SVper flumina Babylonis ibi sedimus, & fleuimus, cum recordaremur Sion. Super salices in medio eius: suspẽdimus citharas nostras. Quoniã ibi interrogauerunt nos qui captiuos duxerũt nos verba carminis, & qui affligebãt nos lætitiã: canite nobis de canticis Sion. Quomodo cantabimus canticum domini, in terra aliena? Si oblitus fuero tui Hierusalẽ, in obliuione sit dextera mea. Adhæreat lingua mea gutturi meo, si non recordatus fuero tui: si non proposuero Hierusalem, in principio lætitiæ meæ. Memento domine filiorũ Edom in die Hierusalem, dicẽtium: euacuate: vsque ad fundamentum eius. Filia Babylonis vastata: beatus qui retribuet tibi, vicissitudinem tuam quam tu retribuisti nobis. Beatus qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petram.

DAVID Psalmus CXXXVII.

COnfitebor tibi domine in toto corde meo: in conspectu deorũ cãtabo tibi. Adorabo in tẽplo sancto tuo, & cõfitebor nomini tuo super misericordia tua, & veritate tua: quia magnificasti super omne nomẽ eloquiũ tuũ. In die inuocabo, & exaudies me: dilatabis animæ meæ fortitudinem. Confiteãtur tibi dñe oẽs reges terræ: quoniã audierunt eloquia oris tui. Et cãtent in viis domini: quoniã magna gloria domini. Quoniam excelsus dominus, & humilia respicit: & excelsa de longè cognoscit. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me: super furorem inimicorũ meorum mittes manum tuam, & saluabit me dextera tua. Dominus operabitur pro me, domine misericordia tua in æternum: opera manuum tuarum ne dimittas.

¶ *Victori psalmus Dauid.* Psalmus CXXXIX.

DOmine inuestigasti me, & cognouisti. Tu cognouisti sessionẽ meã, & resurrectionem meã: intellexisti malum meum de lõge. Semitam meã & accubationẽ meam euentilasti: & omnes vias meas intellexisti. Quia non est eloquium in lingua mea: ecce domine nosti omnia. Retrorsũ, & ante formasti me: & posuisti super me manum tuã. Super me est scientia, & excelsior est, non potero ad eã. Quo ibi à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiã? Si ascendero in cælum, ibi es tu: si iacuero in inferno, ades. Si sũpsero pennas diluculo: habitauero in nouissimo maris. Etiam ibi manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Si dixero, fortè tenebræ operient me: nox quoque lux erit circa me. Nec tenebræ habẽt tenebras apud te, & nox quasi dies lucet: similes sunt tenebræ & lux. Quia tu possedisti renes meos: orsusque es me in vtero matris meæ. Cõfitebor tibi, quoniã terribiliter magnificasti me: mirabilia opera tua, & anima mea nouit nimis. Nõ sũt operta ossa mea à te, quib. factus sum in abscõdito: imaginatus sum in nouissimis terræ: Informẽ adhuc me viderũt oculi tui, & in libro tuo oẽs scribẽtur: dies formati sũt, & nõ est vna in eis. Mihi autẽ quã honorabiles facti sũt amici tui Deus, quã fortes pauperes eorũ. Dinumerabo eos, & arena plures erunt: euigilaui, & adhuc sũ tecũ. Si occideris Deus impiũ: viri sãguinũ declinate ã me. Qui contradicẽt tibi scelerate: eleuati sunt frustra aduersarii tui. Nonne odientes te domine odiui, & cõtra aduersarios tuos D
distabui. Profectò odio oderam illos: inimici facti sunt mihi. Scrutare me Deus, & cognosce cor meũ: proba me, & scito cogitationes meas. Et vide si via doli in me est, & deduc me in via æterna.

¶ *Victori canticum Dauid.* Psalmus CXL.

ERue me domine ab homine malo: à viris iniquis salua me. Qui cogitauerunt malitias in corde: tota die versati sunt in prœliis. Exacuerunt linguam suam quasi serpens: venenum aspidis sub labiis eorum semper. Custodi me domine de manu impij, à viro iniquitatũ serua me: qui cogitauerunt supplãtare gressus meos. Absconderunt superbi laqueum mihi, & funibus extenderunt rete iuxta semitam: offendiculum posuerũt mihi semper. Dixi domino Deus meus es tu: audi domine vocẽ deprecationis meæ. Domine Deus fortitudo salutis meæ: protexisti caput meum in die belli. Ne des domine desideria impij: scelera eius ne effundantur, & eleuẽtur semper. Amaritudo circuituũ meorum: labor labiorũ eorũ operiet eos. Cadent super eos carbones ignis: deiicies eos in foueas, vt non consurgãt. Vir linguosus non dirigetur in terra, virum iniquũ mala capiẽt in interitu. Scio quod faciet dominus causam inopis, iudicia pauperum. Attamen iusti confitebuntur nomini tuo: habitabunt recti cum vultu tuo.

¶ *Psalmus Dauid.* Psalmus CXLI.

DOmine clamaui ad te, festina mihi: exaudi vocem meã clamantis ad te. Dirigatur oratio mea sicut incensum in cõspectu tuo: eleuatio manuum mearũ sacrificiũ vespertinum. Pone domine custodiam ori meo: serua paupertatem labiorum meorum. Ne declines cor meum in verbum malum,

E malum, voluere cogitationes impias cum viris operantib. iniquitatē: neque comedere in delitiis eorum. Corripiat me iustus in misericordia, & arguat me, oleū amaritudinis non impinguet caput meum: quia adhuc oratio mea pro malitiis eorū. Sublati sunt iuxta petram iudices eorū, & audiēt verba vea: quoniam decora sunt. Sicut agricola cū scindit terram: sic dissipata sunt ossa nostra in ore inferni. Quia ad te domine Deus oculi mei: in te speraui, ne euacues animam meā. Custodi me de manibus laquei, quem posuerunt mihi: de offendiculis operantium iniquitatem. Incident in rete eius impij: simul autem ego transibo.

¶ *Eruditio Dauid, cùm esset in spelunca, oratio.*

Psalmus CXLII.

VOce mea ad dominū clamaui: voce mea ad dominū deprecatus sum. Effundam in conspectu eius eloquium meum: tribulationem meā coram illo annuntiabo. Cùm anxius in me fuerit spiritus meus: tu enim nosti semitam meam in via hac qua ambulabo, absconderunt laqueum mihi. Respice ad dexterā, & vide quia non sit qui agnoscat me: periit fuga à me, & non qui quærat animā meam. Clamaui ad te domine, dixi tu es spes mea: pars mea in terra viuentium. Ausculta deprecationem meam, quoniam infirmatus sum nimis: libera me à persecutoribus meis, quoniam confortati sunt super me. Educ de carcere animam meā, vt confiteatur nomini tuo: in me coronabuntur iusti, cum retribueris mihi.

¶ *Psalmus Dauid.*

Psalmus CXLIII.

DOmine exaudi orationē meam ausculta deprecationem meā: in veritate tua exaudi me in iustitia tua. Et non venias ad iudicandum cum seruo tuo: quia non iustificabitur in cōspectu tuo omnis viuens. Persecutus est enim inimicus ani-
F mam meā, confregit in terra vitam meam: posuit me in tenebris quasi mortuos antiquos. Et anxius fuit in me spiritus meus: in medio mei solicitum fuit cor meum. Recordabar dierum antiquorum, meditabar omnia opera tua: facta manuum tuarū loquebar. Expandi manus meas ad te: anima mea quasi terra sitiēs ad te semper. Cito exaudi me domine, defecit spiritus meus: ne abscondas faciem tuam à me, & comparabor descendentibus in lacum. Fac me audire mane misericordiā tuā, quoniam in te confido: notam fac mihi viam in qua ambulem, quoniam ad te leuaui animam meā. Libera me de inimicis meis domine: à te protectus sum. Doce me vt faciam voluntatē tuam, quia tu Deus meus: spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Propter nomen tuum domine viuificabis me: in iustitia tua educes de angustia animam meam. Et in misericordia tua dissipabis inimicos meos, & perdes omnes ligantes animam

quasi vmbra pertransiens. Domine inclina cælos G
tuos, & descende: tange montes, & fumigabunt. Mica fulmine, & dissipa eos: mitte sagittam tuam, & interfice illos. Extende manum tuam de excelso: libera me, & erue me de aquis multis: de manu filiorū alienorū. Quorū os locutū est vanitatē, & dextera eorū dextera mendacij. Deus canticum nouū cantabo tibi: in psalterio decachordo psallā tibi. Qui dat salutē regib. qui eruit Dauid seruum suū de gladio pessimo. Libera me, & erue me de manu filiorū alienorum, quorum os locutum est vanitatē: & dextera eorum dextera mendacij. Vt sint filij nostri quasi plantatio crescēs in adolescētia sua: filiæ nostræ quasi anguli, ornati ad similitudinē tēpli. Prōptuaria nostra plena, & superfūdentia ex hoc in illud: pecora nostra in millibus, & innumerabilia in cōpitis nostris. Tauri nostri pingues, non est interruptio, & non est egressus: & non est vlulatus in plateis nostris. Beatus populus cuius talia sunt: beatus populus cuius dominus Deus suus. ¶ *Laudatio Dauid.*

Psalmus CXLV.

EXaltabo te Deus meus rex, & benedicā nomini tuo in æternū & vltra. In omni die benedicā tibi, & laudabo nomen tuū in sempiternū iugiter. Magnus dominus, & laudabilis nimis: & magnificētiæ eius non est inuentio. Generatio ad generationem laudabit opera tua, & fortitudines tuas annuntiabunt. Decorē gloriæ magnitudinis tuæ, & verba mirabiliū tuorū loquar. Et fortitudinē horribilium tuorū loquētur, & magnitudines tuas narrabunt. Memoriam multæ bonitatis tuæ loquētur, & iustitias tuas laudabunt. Clemēs, & misericors dominus: patiens, & multæ miserationis. Bonus dominus omnibus, & misericordiæ eius in vniuersa opera eius. Confiteantur tibi do-
mine omnia opera tua, & sancti tui benedicant ti- H
bi. Gloriā regni tui dicent, & fortitudines tuas loquentur. Vt ostendant filiis hominum fortitudines eius, & gloriā decoris regni eius. Regnū tuū regnum omniū sæculorū, & potestas tua in omni generatione, & generationē. Sustentat dominus omnes corruentes, & erigit omnes iacētes. Oculi omnium in te sperant: & tu das eis escam suam in tempore suo. Aperis manus tuas, & imples omne animal refectione. Iustus dominus in omnibus viis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. Iuxta est dominus omnibus qui inuocant illū: omnibus qui inuocant illum in veritate. Placitum timentium se faciet, & clamorem eorum exaudiet, & saluabit eos. Custodit dominus omnes diligētes se, & vniuersos impios conteret. Laudem domini loquetur os meum, & benedicet omnis caro nomini sancto eius in æternum, & iugiter.

Halleluia.

Psalmus CXLVI.

C calumniam sustinentibus,& dat panem esurientibus: dominus soluit vinctos. Dominus illuminat cæcos, dominus erigit allisos: dominus diligit iustos. Dominus custodit aduenas, pupillum & viduam suscipiet:& viam impiorum conteret. Regnabit dominus in æternum, Deus tuus Sion:in generationem & generationem, Halleluia.

Psalmus CXLVII.

LAudate dominum quoniam bonũ est canticum Dei nostri: quoniam decorum est pulchra laudatio. Ædificabit Hierusalē dominus eiectos Israel congregabit. Qui sanat contritos corde,& alligat plagas eorum. Qui numerat multitudinē stellarum,& omnes nomine suo vocat. Magnus dominus noster, & multus fortitudine:& prudentiæ eius non est numerus. Suscipiens mãsuetos dominus: humiliãs impios vsque ad terrã. Canite domino in confessione:canite Deo nostro in cithara. Qui operit cælos nubibus, & præbet terræ pluuiã,&oriri facit in montib.germen.Qui dat iumentis panē suum: filiis corui clamantibus. Non est in fortitudine equi voluntas eius: neque in tibiis viri placetur ei. Placetur domino in his qui timent eum,& expectant misericordiam eius. Lauda Hierusalem dominum: cane Deum tuum Sion. Quia confortauit vectes portarum tuarum: benedixit filiis tuis in medio tui. Qui posuit terminum tuum pacem: adipe frumenti saturauit te. Qui emittit eloquium suum terræ: velociter curret verbum eius. Qui dat niuem quasi lanam:pruinas quasi cinerem spargit. Proiicit glaciem suam quasi buccellas:ante faciem frigoris eius quis stabit? Mittet verbum suum, & soluet illa: spirabit

D spiritu suo,& fluent aquæ. Qui annuntiat verbum suum Iacob: præcepta sua, & iudicia sua Israel. Non fecit similiter omni genti, & iudicia eius non cognoscent, Halleluia.

Halleluia.

Psalmus CXLVIII.

LAudate dominum de cælis: laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes angeli eius:laudate eum omnes exercitus eius. Laudate eum sol, luna: laudate eum omnes stellæ luminis. Laudate eum cæli cælorum,& aquæ quæ super cælos sunt. Laudent nomen domini: quoniam ipse mandauit & creata sunt. Statuit ea in sæculum,& in æternũ: præceptum dedit, & non præteribit. Laudate dominum de terra: dracones & omnes abyssi. Ignis, & grando, nix, & glacies: ventus, turbo, quæ faciis sermonem eius. Montes & omnes colles: lignum frugiferum & vniuersæ cedri. Bestiæ, & omnia iumenta: reptilia, & aues volantes. Reges terræ & omnes populi: principes & vniuersi iudices terræ. Iuuenes, & virgines:senes cum pueris. Laudent nomen domini, quoniam sublime nomen eius solius:gloria eius in cœlo & in terra Et exaltauit cornu populi sui: laus omnibus sanctis eius, filiis Israel populo appropinquanti sibi, Halleluia.

Halleluia.

Psalmus CXLIX.

CAntate domino canticum nouum: laus eius in congregatione sanctorum. Lætetur Israel in factore suo: filij Sion exultent in rege suo. Laudent nomen eius in choro:in tympano,& cithara cantent ei. Quia complacet sibi dominus in populo suo:exaltabit mansuetos in Iesu. Exultabunt sancti in gloria:laudabunt in cubilibus suis. Exaltationes Dei in gutture eorum,& gladij ancipites in manibus eorum. Ad faciendam vindictam in gentibus:increpationes in populis. Vt alligent reges eorum catenis, & inclytos eorum in compedibus ferreis. Vt faciant in eis iudicium conscriptum:decor est omniũ sanctorum eius, Halleluia.

Halleluia.

Psalmus CL.

LAudate dominũ in sancto eius: laudate eum in fortitudine potentiæ eius. Laudate eum in fortitudinibus eius:laudate eum iuxta multitudinem magnificentiæ suæ. Laudate eum in clangore buccinæ: laudate eum in psalterio & cithara. Laudate eum in tympano & choro: laudate eum in chordis & organo. Laudate eum in cymbalis sonantibus: laudate eum in cymbalis tinnientibus. Omne quod spirat, laudet dominũ, Halleluia.

FINIS.

